

Exha. catalago



LIBRERIA ANTICUARIA
Jerez
c/ Oren, número 14, planta 2
Teléfono 556 55 28
ENRIQUE VACAMAROS
28020 MADRID

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



D. D. A N T O N I I

GRANAÑIETO

IN SALMANTICENSI ACADEMIA
OLIM PRIMARIÆ UTRIUSQUE JURIS

CATHEDRÆ ANTECESSORIS DECAN
POSTMODUM IN REGNO GALLÆCIÆ SENATORIS;

CATENA JURIIUM

UTRIUSQUE JURISPRUDENTIÆ,
S I V E

IN LIBRUM SECUNDUM ET TERTIUM
DECRETALIUM GREGORII IX.

COMMENTARII

PER SINGULA CAPITA DIGESTI, OLIM IN TRES TOMO
nunc in unum omnes justumque Volumen redacti; in quibus non solum vera cujusque Textus
sententia aperitur, sed & plurimis adductis & expositis juribus, difficilia quæque referantur,
& potioribus Doctorum sententiis resolvuntur.

*NOVA EDITIO LUGDUNENSIS, INFINITIS PROPE MEND
quibus scatebant priores, singulari studio expurgata.*



LUGDUNI,

Sumpt. JOANNIS ANTONII HUGUETAN, & SO

M. DC. LXXIIX.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.

LIBRERIA
S. A. E.
M. D. C. LXXIIX.



EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,
PRÆCLARISSIMO HEROI,
INTER PRIMATES OPTIMO,
INTER HESPERIÆ PROCERES MAGNO
D. D. E M M A N U E L I
DE FONSECA, ET ZUÑICA,
COMITI DE MONTE-REY,
ET DE FUENTES, DOMINO DOMUUM

Gentilitij de Viedzma, & Ulloa, de Rivera, & Araujo, Jacobæ militiæ Equiti tredecemviro, Castellæ munitionum Commendatarium Universitatis Compostellanæ, & ibi Collegij positi Patrono unum olim in Regno Neapolitano Proregi rectissimo, & apud Urbanum VIII. pro Potentissimo Rege Nostro Philippo IV. diligentissimo Legato, adversus Lusitanum Capitaneo Generali, nunc à Consiliis status & belli, Philippi IV. Cubiculario, ac Italiæ Senatus Præsidi integerrimo perpetuam foelicitatem exoptans.

S. P. D.



RODEUNT ad gloriam (Excellentissime Princeps) lucubrationes meæ, excelso patrocinio modestè tumidæ, officiosè superbiæ, & quasi de tua benevolentia, dum licet, ambitiosæ; tuo scribuntur clarissimo Nomini, imò inscribuntur Numini, ut ex tanto Nomine splendeant, & ex tanto Numine grandescant, obscurentur, si qui sunt Patroni, quos mentita est adlatio, habeo enim Mæcenatem, in quo magnitudinis veritas omnium cultu excepta radiat, despectis aliorum assentatorie adulationis umbris. Advocarem testes, ni res ipsa pateret. Nobilitas tua illustris deducta à lustris sine memoria numerosis, etsi ortum sciat à Regibus Lusitaniæ, & Navarræ, nescit Occasum, nec sine providentia (reor) Comitatus tui antiquior institutio Mon-Regij fuit appellata, ut omnia tua, & re, & nomine, Regia forent; sed in quæ prolabitur oratio mea materiæ fiducia, contineo jam calamum, multum namque restat operis, præcipuè cum Atavorum tuorum gesta (Excellentissime Princeps) licet ante Agamemnona ocepissent, non tamen caruerunt Vate sacro. Tuorum gloriæ, (si Infinitum cresceret additione) maximum accumulares ornamentum prudentia solerti, indefesso studio, vigilantissima cura, immensis denique laboribus, quibus Regnum Neapolitanum gubernasti, eximiam in bello pariter, & in pace politiam haud satis commemorare juvat; quam immortalis rerum gestarum testis historia omni posteritati recolendam tradidit. Audi de te Senecam in *Octavia*.

*Pulchrum eminere est inter illustres Viros;
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cede abstinere, tempus atque ita dare*

*Orbi quietem, saeculo pacem suo:
Hæc summa virtus, petitur hæc cælum via.
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est, colitur & templis Deus.*

Omnia hæc explevisti, ad promptius subveniendum, nescius decipi, virtute tua heroïca, & clarissima Nominis tui fama; quæ mortalium aures penetrans, utrumque jam polum vibrat. Ut non immediati, præferam Excellentiaæ tuæ potentias, Herculi illi Gallico, qui verè Alcides, solis catenis propriae linguæ infixis aures populi sui attingentibus, sine omni vi externa, quoquò versus sua impulisse traditur, læva modò arcum, dextra clavum minitando. Adscribam tibi illud Ennodij Felicis in panegyrico ad Theodoricum, cum fatius mihi sit tantis obruto, cedere tuæ dignitatis splendoribus silendo, quam excidere panegyri inglorium scribendo, excellentis & tui prærogativa meriti silentiæ linguæ præconis effertur.

*Nulla te terris rapiet vetustas,
Tu COMES Phabo, comes ibis astris.*

Revocavi hæc in memoriam fortassis cum otio, nam tua nec tempus edax nec ulla potest abolere vetustas. Ut nulli non innotesceret tot titulis suffulta, causa consecrandi excellentiæ tuæ hoc literarium, qualequale manusculum; nec dedigneris, id quia exiguum, cum facile sit à te habere momentum, Principibus inscribi elucubrations, antiquum est, nec intererat quas, dummodo ex honestate commendaretur materia, quando ea literarum dignitas semper fuit, ut sibi eas Principes dicari gloriosum putarent, adeoque nullum genus fastiditum est, ut Julius Pollux ad Commodum Cæsarem de Grammatica, Vitruvius ad Augustum de Architectura, Oppianus ad Antonium de piscibus, Diophanes ad Deiotarum Regem de Agricultura scripserint. Meas igitur solemnes recitationes ad secundum & tertium Decretalium Gregorij libros Majestati tuæ consecro, avidusque feror in tui almi tutaminis participium, quo si potiri non acciderit, papilionis instar amatis ignibus, amantis immolari, honorificâ pyra solabitur; sed quis nesciret, quantum Musis favisses, & quantum ego Tibi ab origine prima deberem; utrumque profecto scio: nam quis Salmantica tam peregrinus ut ignoret illos Jurisprudentiæ Proceres. D. D. Ildephonsum de la Carrera, D. Martinum Lopez de Hontiveros, D. D. Franciscum Ramos del Manzano, D. D. Ferdinandum Arias de Messa, & Ovetensis Collegij ingeniosam eruditamque prolem, D. Benedictum de Trelles, & Augustinianæ familiæ doctissimum germen R. P. M. F. Bernardinum Rodriguez, quos vel Senatus Italiæ cui præes, vel ipse Tu bono publico consulentes, præmiorum dulcedine pellicientes literas ad Archiepiscopatus honores & Magistratus majores evexistis; aut quis tam patriæ suæ despicator iniquus, ut glebam illam, in qua natus, aut ex qua oriundus est, magni non faciat? Facio me hercle ego, & nihil antiquius, aut fortunatius duco, quam habuisse Parentes ex illa Galleciæ parte, quæ Comitatus tui imperio meritò superbit. Igitur non me lætet in omnes litterarum cultores benevolentia, nec quantum tibi debeam, quantum verò præstare conatus sim, tuum erit expendere: ergo *Mecenas Lusitanis, Navarris avavis edite Regibus*, accipe hunc observantiæ meæ arrhabonem, hoc meæ reverentiæ obsequium, æquo animo suscipe, quod spero fidenter. Vale Excellentissime Domine, & quod facis, perge favere doctis, vigilantibus, merentibus.

EXCELLENTIÆ TUÆ

OBSEQUENTISSIMUS

Doct̃or DON ANTONIUS GRAÑA-NIETO.

DE MANDATO LICENTIATI D. GABRIELIS DE ALDAMA officij supremæ Inquisitionis Consultoris & Vicarij generalis Madritensis vices gerentis, vidi qua potui diligentia Catenam utriusque Jurisprudentiæ super aliquos Titulos libri Tertij Decretalium, Auctore D. D. ANTONIO GRAÑA NIETO in Salmanticensi Academia Decretorum Doctore Propriario juris Pontificij, fidei Catholicæ ac bonis moribus & nihil in illis titulis inveni fidei Catholicæ ac bonis moribus contrarium, imo uti opus in scholis versantibus pernecessarium typis mandari posse cenfeo; Madriti hac die 2. Septembris 1644.

D. AUGUSTINUS BARBOSA.

NOs el Licenciado DON GABRIEL DE ALDAMA Consultor del sancto Officio de la Inquisicion y lugar de Vicario general desta Villa de Madrid por los Señores Dean y Cavildo de la santa Iglesia de Toledo, Primada de las Españas, Sede vacante: Por la presente, y por lo que nos toca, damos licencia y facultad para que se pueda imprimir e imprimir el Libro intitulado, *Catena Jurium* sobre algunos Titulos del Libro tercero de las Decretales, compuesto por el Doctor D. ANTONIO GRAÑA NIETO Cathedratico de substitution de Prima de Canones de la Universidad de Salamanca, atento somos informados que en el no ay cosa contra N. S. Fè, y buenas costumbres. Dada en Madrid à dos dias del mes de Setiembre de mil y seiscientos y quarenta y quatro años.

Licenciado D. GABRIEL DE ALDAMA.

Por su mandado

JUAN MARTINEZ AVILA.

CATENAM auream auctore D. D. ANTONIO GRAÑA ET NIETO Decretorum Doctore & in Salmanticensi academia Cathedram Propriariam juris Pontificij Regente recolui, & in illa Auctoris lucubrationes ad aliquos Titulos tertij libri Decretalium perlegi, quæ satis demonstrant Auctoris facundiam & magisterium utiliter in discipulorum gratiam profectum ab opere illo, quod in prædicti Doctoris primo tomo in lucem edito continetur: quapropter & quia nihil à fide Catholica ac bonis moribus adversatur, prælo mandari posse cenfeo: datum Mantuæ Carpentanorum postridie idus Septembris anno salutis M. DC. XLIV.

Licenciado D. GABRIEL DE PAREJA ET QUESADA.

DON FRANCISCUS DE PUGA, ET FEIJOO argentata Diva Maria Angelorum chlamyde insignitus Casarai juris publicus Professor; Cathedrarumque Petitor, in laudem colendissimi sui Magistri D. D. D. Antonij Graña & Nieto Vesperorum Pontificij juris Cathedra dignissimi Moderatoris, in principe Salmantina Academia, sic monchat juris Studiosos.

ASTRÆ Fidissimi cultores, quibus in literarum floridissimo Atropago sunt præcordia è meliori luto, vota è meliori luce; vos etiam illi, quibus censoria nota est literaria supellex, quorumque criticum salit supercilium, dum spes est aliquid addendi, sive audiendi. Mercurius Eubodius (meus Doctor) adest, qui quasi in quadrivio peritiæ Civilis, & Canonice positus, viam rectam hoc libro demonstrat utriusque Sophiæ amatoribus, & velut altera Hegemona Dea eos manu ducit; Astræ, inquam, cultores, sive vos maturum ornet iudicium, sive vana oneret crisis, plaudite Minervæ ditius perillum subtili ingenio, & industria adauctum pervigili, librum Doctotis mei plaudite: non eblandita prece, sed è causæ merito vestra efflagito suffragia; obtrectatorum, si qui sunt, non strideant dentes lividi; nec jaceatis benevolentes odiosi, ut mordeatis humum, & reptetis caput, à quorum linguis (ut à fritillis solet) citius canis quam venus excidit, in quos amarulenter stomacharet, nisi ipsi sibi actiora flagella. Sapientium pro altero jam tomo in secundum Librum Decret. Gregorij tulit Auctor puncta, & pro hoc latuum fortassis potiori jure (in dies namque se ipsum excidit) confido. In aliis solent ex animo pœnæ temperati, in libro non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiat, legitur epist. fam. Cicer. lib. 6. epist. 82. omnes bono publico consulentes (ita credo) scribunt, sed non omnibus contingit scribere bono publico; hauriam Doctoris mei laudes è fonte illo, è quo non sit leviter aspersus. Scripsit, & scribit denud (utinam non cesser calamus) omnium juris, & rauca, & cygnea canentium voce professorum bono (hic ejus animus) avete scire, quo fato? voto respondit exitus, ab omnibus fuit debita susceptus reverentia, nulla Cathedra, Collegij, Præbendæve peritio, nullum denique hucusque fuit literarium certamen, in quo palastrita non subjerit agonem meo Doctore duce; & si quando brachium delatum non fuerit, usura tamen plausus destituta non evasit oratio, *Benedixit*. Desiderabat jus Pontificium interpretem classicum non ænigmatistam, sed tersum, elegantem, habebat Abbates, Geminianos, Hostienses, & id genus alios, sed vereor ne stylus minus gypfatus, scholasticusque esset, Sanctorum Patrum, historiæque Ecclesiasticæ lectio minus assidua & familiaris, habet nunc classicum Interpretem accensendum ordini, & nominibus primis exquisitissima harum rerum cognitione, & indagazione pollentem; cedant, cedant juris Canonici tum proletarij,



CANDIDO LECTORI.

INTER multos, diversósque literarum actus (charissime, & humanissime Lector) quos (citra animi laxamentum) à quo tempore juris utriusque studio operam dare cœpi, indefessè, in hac omnium Matre & Magistra Salmanticensi Academia, per vitæ curriculum peregi, hæc nostra *Catena* principem tenet locum: In qua, veluti in prototypo continentur, quæ palam pro suggesto auditoribus meis tam in privatis, quàm in publicis prælectionibus enucleavi, & exposui, postquam jus Pontificij candidatus, & ordinarius, publicusque professor communi plausu renunciatus, & comprobatus extiteram, serena fronte opus, cujus utilitatem præsentarat, suscepit Juventus, posito supercilio lætabunda plausit, & triplicatis, infatigatisque vocibus, quasi continua exactione interpellans sibi reddi postulavit. Studiosorum itaque votis potius obsequens, quam meis morigerans, ipsam typis mandare decrevi.

Nunquam medius fidius in primordiis ad id me voluntate trahente. Quis posset, ô Lector te huic operi creare parentem? Ut vel sic nubecula, quæ mei effundo (quod meum est) evanesceret. Non me movit mei nominis propagandi ambitio, quum ingenij mihi à natura inditi exilitatem agnoscam. Atlante indigebat opus, qui suis ipsum humeris sustentaret. Nec ulla lucrispe adductus, sed in Deum Optimum Max. religione, in Remp. studio, atque affectu, in proximos commodo tantæ provinciæ munus subeundum suscepi. Rectè Seneca l. 2. de beneficiis, cap. 17. *Omne honestum in arduo est, & quod honesto vicinum.* Quanto labore, quotque vigiliis mihi steterit, prætereo silentio: antiquorum innumeris, & inveteratis voluminibus evolvendis non satis forent Nestorei anni, nedum mei. Ne igitur Juris studiose, eundem subires laborem, & immensorum voluminum extensione, eorumque labyrintho, libris valere jussis, ipsis penitus supersederes, cum id persæpe contingat; expediens judicavi, has omnes doctrinas, difficultatesque sub hac comprehendere anacephalæosi, claritate, & methodi facilitate, qua potui.

Nulla ei nomenclatura aptior, quàm *Catena jurium*: quod in unoquoque textu quasi concatenentur argumenta, & ita sibi mutuo conjuncta respondeant, ut unus ab altero vix divelli, aut separari queat. ea scribendi arte, & ratione compacta, ut quilibet, vel mediocri Minerva præditus, qui in hoc compendio evolviendo attentè fuerit versatus, in Sophorum numerum, & eorum, qui utriusque juris potiora, & solidiora principia se tenere profitentur, non indifficulter referendus veniat, ut ipsa rerum experientia, & operis instituti assidua lectio monstrabunt, utique sic eventurum certè confido.

Nec me præterit fore, qui carpat, non apposuisse hic textuum, quæstionumque originem: hujus rei accipe Lector rationem duplicem: Tum, quia id satis liquet ex actibus præmissis: Tum etiam (vel maximè) quia quum vellem volumine brevi optima cujusque textus completi, ab instituto esset alienum, & à voto petentium, tot congerere, ut brevitati consulere non valerem.

Supervacaneum autem duxi hujus operis utilitatem exponere: nam sive ad extemporales prælectiones pro comparandis Cathedris, sive theorematum literariis certaminibus præfesse velis, aut contrariorum argumentis respondere, aut pro beneficiis Ecclesiasticis petendis examinari, aut denique jus Canonicum in promptu habere desideres: exitus acta probabunt.

Non eo incicias, me in deliquia plura, eaque magna in tantæ molis vastitate fuisse prolapsum errata complura commisisse: siquidem Aurum, ex quo conflata est *Catena* ista, non ab alia, quàm à mea penu extractum est. Decies oblimari deberet, toties Doctorum lance librari. Cæterum si purgari licet, animadvertito, humanissime Lector, defectus obrepere potuisse, vel ob Typographorum incuriam: vel quod censor adesse non potui, & licèt adessem, non deessent. Nihil est ab omni parte beatum Sum venia dignus, cum primus Doctorum hujus, & nuperæ ætatis, in arenam descenderim, secundum Decretalium librum hac methodo expositurus. Parum est, quod offero, sed muneris parvitatem suppleat æquus indulgentiæ affectus. Si quid boni, Deo, quod verò mali (erit multum) mihi tribuas velim. Si iste liber placuerit, ad altiora, & singularia commentaria in Tertium Decretalium librum propediem edenda, expertæ securitatis fiducia fretus animus indubiè convolabit, majora in dies præstaturus. Vale, boni, & æqui consule.

UAB
Biblioteca de Ciencias Sociales

MAGISTRI ANTONIJ ALVAREZ VALVERDIJ
Pontferratensis apud Salmanticenses Humaniorum
Literarum Primarij

I U R I U M C A T E N Æ .

Qua quondam Pallas dictavit jura Soloni,
Aurea Cecropio nostra Catena tenet.
Pontificum decreta novâ perfundere luce,
Temporibus nostris quis nisi Graña potest?
Prudentum responsa docet; consulta Senatus:
O vir cum Gracis equiparande sophis!
Subtili calamo nobis absconsa recludis,
Sic tibi debemus, qua latuere prius.
Das opus aeternum, quod nec Iovis ira, nec ignis,
Quod furtum, aut atas, non abolere queant.
Si veri quid habent vatum presagia, toto
Orbe legèris: eris notus ubique viris.
Separat Europen calidis qua pontus ab Afris;
Quaque fluit Nilus jam tua fama volat.
Ne careat Lector tua bibliotheca Catena,
Nil majus toto quivvit in orbe dari.
Surge, stude, vigila, maturum carpito fructum,
Non fugiet, si vis; jura ligata vides.

EJUSDEM ANTONIJ ALVAREZ CATENÆ JURIIUM.

O D E .

Jurium (Docti Celebrent) Catenam,
Ejus extensum resonet per orbem
Fama; dum clarus radiis Apollo
Lustret Olympum.
Nomen aeternum sibi quarit Autor,
Auream mundo tribuens Catenam,
Ipsius numquam Libitina falce
Limina pulset.
Cereis audax volitavit alis
Icarus, pœnas subiens volatus:
Tutius noster volitans penetrat
Sydera Graña.
Sole se natum cupiens probare,
Delij currus regimen petivit
Filius pulchræ Clymenes; sed ausis
Excidit ustus.
Se volens nostra genitum probare
Matre; totius Sophiæ parente;

*Primus ex auro rutilante fecit
Grana Catenam.*

*Fortibus fortes oriuntur omnes,
Et suos patres redolent iuveni;
Regia gignunt Aquila Columbas?
Aut Leo Damam?*

*Scribito semper calamus laboret:
Ede thesauros; generosa virtus
Splendeat; qua Maeste fies, & ibis
Doctor in astra.*

*Nullus hoc libro careat Sophorum,
Nullus hoc libro careat Tyronum:
Si secus fiat; Metanoia semper
Torqueat ipsos.*

DE MANDATO D. LICENCIATI LAURENTIJ DE ITVRRICARRA, Vicarij Generalis in hac Curia Matritensi, vidi, & attentè perlegi opus laboriosum in secundum Decretalium librum, omnibus, & præcipuè in scholis versantibus utilissimum, Auctore D. ANTONIO GRAÑA & NIETO, in celebri Salmaticensi Academia majoris Cathedræ Decretalium moderatore; in quo breviter, & dilucide omnes fere Pontificiæ illius libri decisiones magna Doctorum copia exornantur, & principaliora argumenta disputando adduci solita ingeniosè dissoluntur: undè ad plura tam Canonica, quàm Civilia Jura novi patent intellectus, & facilis, ac utilis traditur docendi, & ediscendi modus: quare cum nihil contineat, quod Fidei, aut bonis moribus repugnet, typis mandari posse sentio. Matriti die ultima Augusti 1640.
Doctor AVGVSTINVS BARBOSA.

DOCTORIS DON GARCIAE DE PORRES, ET SYLVA, Jure-Consulti eruditissimi in Salmanticensi Academia, & Collegio Majori Conchensi perpetui alumni meritissimi, Vesperorum juris Pontificij perpetua Cathedra Antecessoris egregij, Censura, & judicium hujus operis, ex decreto Ordinarij Salmanticensis.

DEmandatum mihi munus est à præstantissimo, clarissimoque Viro præceptore meo D. Doctore MARTINO DE BONILLA Juris Canonici primario emerito Interprete, Salmantinæ Ecclesiæ Canonico Doctorali, & Sede vacante, Vicario Compostellani Archiepiscopi, in hac Provincia Judice Metropolitico, ut hæc scripta eruditissimi Doctoris D. ANTONIJ GRAÑA NIETO, apud nos propriarij juris Antecessoris viderem, censeremque; & quidem jampridem huic censuræ præjudicium feci, communicaverat mihi Autor consilium scribendi in hunc secundum Decretalium librum: & ex hinc nonnulla, quæ præconcinnata in adversarij habebat: libavi aliquot capita, & vix gustum sumpsi, cum gratulari illi cœpi bonam mentem, & hortari, ut istam viam decurreret puris, sincerisque vocibus motus, & vir ad publicum bonum natus opus sedulo absolvit, obtulit rursus, legi, & nimis placuit. Cœpi jam virgentis hortari ad editionem voce, animo, & voto: nimirum existimaveram studentibus suum Jurisprudentiæ ornamentum, scriptori suo laudem esse allaturum. Quod tunc privatim, id nunc scripto palam ex fide profiteor, & obtestor. Crebuit jam usus, ut sæpè beneficia, & præbendæ, gradus Licentiatutz, Cathedræ, & Collegia non aliter dentur, quàm si prius extemporanea juris prælectione literaturæ periculum fiat. Subitaria tota res est, & cujus angor, vel doctos, & expertos concutit: O quàm huic vsui futura sunt hæc scripta. Aut ego in omni hac literatura fallor, aut gratias aget propitius, volensque quicumque expertus fuerit. Ex veteribus Interpretibus excerpt quidquid huc ducit, ex novioribus quoque multa, & selecta: horum, illorumque sententias graviter dijudicat, & quadam judicij lance perpendit. Et sanè peculiari ejus laudi erit, esse Hispanorum primum, qui integrum Canonici juris librum jugi, perpetuoque commentario exposuerit: & librum, quinque aliis Decretalium Gregorij uberiolem, usitatiolemque, & propter judiciorum tractatum commendatissimum. Verbis ego laudo, ipsa se rebus ampliter lectio ostendet, dignum opus judico publica luce: quia cum publico fructu nihil Christianis moribus, & orthodoxæ fidei incongruit: ita ex animi sententia disco Salmanticæ in nostro Majori Collegio D. Jacobo Zabedeo dicato, vulgo de Cuenca. Die 4 mensis Julij anno salutis 1642

Doctor DON GARCIA DE PORRES, Y SILVA.

SUPREMI Senatus jussu, censoria cura vidi, legi, ac admiratione perlegi absolutum propriè commentarium in ultimam partem libri tertij Decretalium; quod in hoc tertio tomo doctissimus antiquior Decretorum, Primarius Salmantinus Doctor D. ANTONIVS DE GRAÑA NIETO suarum lubricationum felicissimum Nepotem in lucem excipit, & ex suo fertilissimo campo, publicæ utilitati fecundissimè communicat, juris Pontificij æraria dictans, communibus necessitatibus, ut providus Magister, occurrens, ita ut rectè conveniat illud Horatij 1. Sermonum, Satyra 1.

*Nullus rectius laudat
Meliora Granaria nostris.*

In quo nihil fidei Orthodoxæ aut rectis moribus contrarium inveni, sed affluentiam, & utilitatem ad utrumque forum sum expertus: Ideoque prælo, & luce dignissimum cenſeo: Mantuæ Carpentanorum, die tertia mensis Julij, anni milleſimi ſexceſteſimi quinquageſimi tertij.

Licentiatus D. ANTONIVS FERNANDEZ DE LA FVENTE Y SALZEDO,
Rector Regiæ Uniuerſitatis Valliſoletana.

MAGISTRI ANTONIJ ALVAREZ VALVERDIJ
PONTFERRATENSIS.
PRO OPERE, ET AUCTORE.
ELOGIUM.

GAngeticas auri puri, ſi quæris arenas,
Et quas Hiſpanus volvit in arva Tagus:
Si quæris lato pretioſos orbe lapillos,
Si fieri locuples, candide Lector, aues:
Tergemina Antoni Granæ bis, terque quaterque,
Scripta, revolve manu nocte, revolve die.
Jam triplici, Studioſe, tenes religata Catena
Dogmata Pontificum: jam tibi Jura patent.
O quantum ſtudiis Granæ Salmantica debes!
Debentur docto præmia quanta viro!
Tarda licet veniant, venient cumulata; labores
Grana tuos juſtè palma ſuprema manet.

AUTHORI, ET OPERI,
LUDOVICUS HENAO DE LEZAMA,
Tamaricus Compoſtellanus Sacrat Acroſtichida.

ARdua dum ſuper, ô magnum caput, exeris aſtra
Nec calamo, ſed nec deſinis ore Themis N,
Tot tibi pro meritis debita bene præmia deſunT,
Obſtat & ingenio fors malè fauſta tu O.
Nulla quidem tantum ſuperarit gloria nome N,
In tua quæ digna perſonet acta chel I:
Vana ſed, heu, ſigni prorepunt culmina greſſ V,
Scanderet egregius quæ labor iſte tuu S.
Quos tu docta Gravi eloquio Reparantia leges
Dogmata docueras, Altaque ſenſum patrum,
Te Jove ſat Nuper præeunt A d vota ſecundo,
Non toga celfa, at Nec infula ſacra deeſt,
Proh dolor! Ingeniis nimium fors Extat iniqua:
Præmia ſint mentis TOt monumenta tuæ.

CONSENSUS PROCURATORIS REGII.

PRo Rege aſſentio ut liber cui titulus eſt *Grana & Nieto Catena Iurium, &c.* imprimatur à JOAN. ANT. HUGUETAN, & Soc. hujus Civitat. Bibliopol. cum inhibitionibus conſuetis per triennium duraturis.
Datum Lugduni die 3. Junij 1677.

VAGINAY.

PERMISSIO.

Fiat juxta Concluſiones Procuratoris Regij anno & die ſupradictis.

Deſiit prælum 30. Junij 1677.

DE SEVE.

INDEX



INDEX

TITVLORVM, ET CAPITVM,

quæ in hoc Opere exponuntur.

<p>TITVLVS I. De Iudiciis.</p> <p><i>Cap. DE quodvuldeo 1.</i> pag. 1 <i>Cap. Decernimus 2.</i> p. 2 <i>Cap. quanto 2.</i> p. 8 <i>Cap. at si clericus 4.</i> p. 9 <i>§. de adulterij eiusdem cap.</i> p. 12 <i>Cap. ceterum 5.</i> p. 13 <i>Cap. dilecti 6.</i> p. 14 <i>Cap. intelleximus 1.</i> ibid. <i>Cap. clerici 8.</i> ibid. <i>Cap. causam 9.</i> ibid. <i>Cap. cum non ab homine 10.</i> p. 16 <i>Cap. quis V. 11.</i> p. 17 <i>Cap. novus 13.</i> p. 18 <i>Cap. cum venissent 11.</i> p. 18 <i>Cap. Pastoralis 14.</i> ibid. <i>Cap. examinata 15.</i> p. 20 <i>Cap. deputati 16.</i> p. 21 <i>Cap. qualiter, & quando 17.</i> p. 22 <i>Cap. causam 18.</i> ibid. <i>Cap. exhibitâ 19.</i> ibid.</p> <p>TITVLVS II. De foro competenti.</p> <p><i>Cap. si quis Clericus 1.</i> pag. 22 <i>Cap. nullus 2.</i> p. 25 <i>Cap. sane 3.</i> ibid. <i>Cap. si quis contra Clericum 4.</i> p. 26 <i>Cap. si clericus laicum 5.</i> ibid. <i>Cap. ex transmissa 6. & 7.</i> p. 27 <i>Cap. cum sit generale 8. & 16.</i> ibid. <i>Cap. quod Clerici 9.</i> p. 28 <i>Cap. ex suscepto 10. & 11.</i> p. 29 <i>Cap. ex tenore 11.</i> p. 30 <i>Cap. si diligenti 12.</i> p. 31 <i>Cap. cum coningat 13.</i> p. 33 <i>Cap. postulasti 14.</i> p. 34 <i>Cap. ex parte 15.</i> p. 36 <i>Cap. conqueſtus 16.</i> p. 37 <i>Cap. dilecti filij 17.</i> p. 37 <i>Cap. significasti 18.</i> p. 41 <i>Cap. licet final.</i> p. 42</p> <p>TITVLVS III. De Libelli oblatione.</p> <p><i>Cap. ignarus 1.</i> p. 44 <i>Cap. significasti 2.</i> p. 46 <i>Cap. dilecti 3.</i> ibid.</p> <p>TITVLVS IV. De mutuis petitionibus.</p> <p><i>Cap. ex literis 1.</i> p. 48 <i>Cap. prudentiam 2.</i> p. 48</p>	<p>TITVLVS V. De Litis contestatione.</p> <p><i>Cap. olim unico.</i> p. 50</p> <p>TITVLVS VI. Ut lite non contestata.</p> <p><i>Cap. ad hac 1. & per totum.</i> p. 52</p> <p>TITVLVS VII. De iuramento calumnie.</p> <p><i>Cap. inhærentes 1. cum seqq.</i> p. 54</p> <p>TITVLVS VIII. De Dilationibus.</p> <p><i>Cap. dilecti 1. cum cæteris omnibus.</i> p. 57</p> <p>TITVLVS IX. De Fectis.</p> <p><i>Cap. omnes dies 1. & per totum.</i> p. 59</p> <p>TITVLVS X. De Ordine cognitionum.</p> <p><i>Cap. intelleximus 1.</i> p. 65 <i>Cap. cum dilectus.</i> p. 67 <i>Cap. tuam 3.</i> p. 70 <i>Cap. super spoliatione final.</i> p. 72</p> <p>TITVLVS XI. De plus Petitionibus.</p> <p><i>Cap. Consiliam uni.</i> p. 72</p> <p>TITVLVS XII. De causa Possessionis, & proprietatis.</p> <p><i>Cap. susceptis 1.</i> p. 74 <i>Cap. ad ultimum 2.</i> p. 76 <i>Cap. cum Ecclesia ſutrina 3.</i> p. 77 <i>Cap. Pastoralis 5.</i> p. 79 <i>Cap. cum dilectus 6.</i> p. 81</p> <p>TITVLVS XIII. De Restitutione spoliatorum.</p> <p><i>Cap. licet multum 1.</i> p. 82 <i>Cap. ſolicite 2. 3. & 4.</i> ibid. <i>Cap. in literis 5.</i> p. 83 <i>Cap. conquerente 7.</i> p. 86 <i>Cap. gravis 11.</i> ibid. <i>Singularis diſputatio de impensis.</i> p. 89</p>	<p>TITVLVS XIV. De dolo, & contumacia.</p> <p><i>Cap. ad hac 1. cum ſimilibus.</i> p. 96</p> <p>TITVLVS XV. De eo, qui mittitur in poſſeſſionem.</p> <p><i>Cap. conſtituis cum ſeqq.</i> p. 98</p> <p>TITVLVS XVI. Ut lite pendente.</p> <p><i>Cap. ac memoria veſtra 1. & per totum.</i> p. 102</p> <p>TITVLVS XVII. De ſequeſtratione poſſeſſionis, & Fructuum.</p> <p><i>Cap. ad hac 1.</i> p. 104 <i>Cap. dilectus 2.</i> p. 107 <i>Cap. ab eo ſin.</i> p. 108</p> <p>TITVLVS XVIII. De Confeſſis.</p> <p><i>Cap. cum Monasterium 1.</i> p. 109 <i>Cap. cum ſuper 2.</i> p. 110 <i>Cap. ex parte ultimo.</i> p. 112</p> <p>TITVLVS XIX. De Probationibus.</p> <p><i>Cap. ex epistoſa 1.</i> p. 114 <i>Cap. ſicus 2.</i> p. 118 <i>Cap. ex literis 3.</i> p. 120 <i>Cap. propoſuiſti 4.</i> p. 122 <i>Cap. ſeruo loco 5.</i> p. 123 <i>Cap. qui iravit 6.</i> ibid. <i>Cap. in preſentia 8.</i> ibid. <i>Cap. licet cauſam 9.</i> p. 125 <i>Cap. quoniam contra falſam 11. & 12.</i> p. 127 <i>Cap. cauſam matrimonij 14.</i> p. 129 <i>Cap. bona ſin.</i> ibid.</p> <p>TITVLVS XX. De Teſtibus, & atteſtationibus.</p> <p><i>Cap. placuit 1. 5. & 9.</i> p. 129 <i>Cap. in nomine Domini 2. & 14.</i> p. 131 <i>Cap. quoniam 3.</i> p. 132 <i>Cap. in omni negotio 4.</i> p. 132 <i>Cap. inſuper 6.</i> p. 134 <i>Cap. ex parte 7.</i> p. 136 Cap.</p>
--	---	--

Index Titulorum, & Capitulum.

p. 283
ibid.
Bibliotheca Societas

Cap. si quis testium 8.	p. 136
Cap. Sicut 9.	p. 139
Cap. veniens 10.	p. 137
Cap. super eo 22.	p. 138
Cap. licet 23.	p. 140
Cap. in litteris 24.	p. 143
Cap. cum venisset 25.	p. 144
Cap. testimonium 34. & fin.	p. 147

TITVLVS XXI.

De testibus cogendis, vel non.

Cap. causam 1. cum ceteris omnibus.	p. 147
-------------------------------------	--------

TITVLVS XXII.

De fide Instrumentorum.

Cap. si scripturam 1.	p. 150
Cap. scripta 2.	p. 153
Cap. ex litteris 3. & 11.	p. 154
Cap. accepimus 4. & 5.	p. 154
Cap. inter dilectos 6.	p. 156
Cap. cum dilectus 9.	p. 157
C. cum Ioannes 10.	p. 158
C. ex parte 11.	p. 161
C. perpetuus 12.	p. 161
C. imputari 13.	p. 161
C. si cautio 14.	p. 163

TITVLVS XXIII.

De presumptionibus.

Cap. sicut 1.	p. 164
C. afferte 2.	p. 165
C. ex studiis 3. 6. 9. & fin.	p. 167
C. non ne 5.	p. 167
C. quia vero simile 10.	p. 168
C. cum in inuenture 15.	p. 169
C. dubium fin.	p. 170

TITVLVS XXIV.

De iurando.

Cap. ex administrationis 1.	p. 171
C. peruenit 3.	p. 172
C. ego 4. & 5.	p. 174
C. debitorum 6.	p. 176
C. ad nostram 7.	p. 178
C. si vero 8. & 15.	p. 180
C. quanto 18.	p. 180
C. quinquavallis 23. 25. & 33. cum aliis multis.	p. 181
Cap. & si Christus 26.	p. 185
C. cum coningat 28.	p. 187
C. iuramentum fin.	p. 189
S. sane fin. eiusdem textus.	p. 192

TITVLVS XXV.

De exceptionibus.

Cap. denique 1.	p. 192
C. a nobis 2.	p. 196
C. Ecclesiastica 3.	p. 199
C. Pastoralis 4.	p. 200
C. cum inter 5.	p. 201
C. cum venerabilis 6.	p. 203
C. olim 7.	p. 206
C. dilecti 8.	p. 207
C. dilecti 10. 11. & fin.	p. 207
C. exceptionem 12.	p. 208

TITVLVS XXVI.

De Prescriptionibus.

C. placuit 1.	p. 208
C. nihil prodest 2.	p. 210
C. sanctorum 3. 4. 6. 9. & 13.	p. 212
C. vigilans 5.	p. 214
C. causam que 7.	p. 218
C. illud 8.	p. 219
C. ex transmissa 10.	p. 221
C. accedens 11. 12. & 16.	p. 223
C. ad audientiam 13.	p. 224
Cap. si diligenti 17.	p. 226

TITVLVS XXVII.

De Sententia, & re iudicata.

C. sententia 1.	p. 218
C. iurgantium 2.	p. 231
C. non potest 3.	p. 232
C. ea, qua 4.	p. 232
C. de cetero 5.	p. 232
C. cum aliquibus 6.	p. 234
C. lator 7.	p. 236
C. inter ceteras 9.	p. 228
C. tenor 10.	p. 236
C. consanquini 11.	p. 236
C. cum inter 13.	p. 218
Cap. cum causam 14.	ibid.
Cap. quoad consultationem 15.	ibid.
Cap. cum super 17.	p. 238
Cap. cum Bertoldus 18.	p. 242
Cap. quavis 25.	p. 238
Cap. duobus iudicibus fin.	p. 247

TITVLVS XXVIII.

De appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Cap. dilecti 1.	p. 248
Cap. cum sit Romana 5.	p. 253
Cap. si duabus 7.	p. 260
Cap. postremo 36.	p. 260
Cap. preterea 40.	p. 262
Cap. secundo requiris 41.	p. 260
Cap. ex parte 47.	ibid.
Cap. Pastoralis 53.	ibid.
Cap. ut de hinc honor 59.	p. 263
Cap. cum speciali 61.	p. 267
Cap. inquisitioni 71.	p. 260

TITVLVS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

Cap. conquerens.	p. 269
------------------	--------

TITVLVS XXX.

De confirmatione vtili, vel inutili.

Cap. si quis 1.	p. 269
Cap. de confirmationibus 2.	p. 270
Cap. Bona 3.	ibid.
Cap. cum dilecti 4.	p. 272

TITVLVS I.

De vita & honestate Clericorum.

Cap. et laici 1.	p. 175
Cap. clerici 2.	p. 278
Cap. ut quisque 3.	p. 180
Cap. si quis ex clericis 4.	p. 282
Cap. clericus 5.	ibid.
Cap. clerici 7.	ibid.

Cap. quoniam 9.	p. 283
Cap. cum ab omni 10.	ibid.
Cap. ut clericorum mores 13.	p. 288
Cap. clerici 15.	ibid.
Cap. ex litteris final.	ibid.

TITVLVS II.

De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

Cap. inhibendum 1.	p. 290
Cap. si quisquam 2.	p. 290. & 294
Cap. clericos 3.	p. 294
Cap. sicut 4.	p. 290. & 294
Cap. super eo 5.	ibid.
Cap. si autem 6.	ibid.
Cap. vestra 7.	p. 298
Cap. tua nos 8.	p. 294. & 298
Cap. a nobis 9.	p. 290
Cap. quascumq. final.	p. 298

TITVLVS III.

De Clericis coniugatis.

Cap. si quis 1.	p. 300
Cap. sane 2.	ibid.
Cap. quod a te 3.	ibid.
Cap. sane 4.	ibid.
Cap. aduersus 5.	ibid.
Cap. cum olim 6.	ibid.
Cap. Ioannes 7.	ibid.
Cap. cum decorem 8.	ibid.
Cap. ex parte 9.	p. 302

TITVLVS IV.

De Clericis non residentibus.

Cap. non licet, 1. ubi fere integer Titulus de translatione Episcopi explicatur.	p. 304
Reliqua huius Tituli iura methodice exponantur & in quatuor partes diuiduntur.	
C. primum quo iure residentia proneniat	p. 307
C. secundum de personis ad beneficiorum residentiam adstrictis.	p. 308
C. tertium de causis a residentia excusantibus.	p. 309
C. quartum de panis aduersus non residentes a iure statutis.	p. 311

TITVLVS V.

De prebendis & Dignitatibus

Cap. ut nullus 1.	p. 312
Cap. non liceat 2.	p. 315
Cap. ratio nulla 3.	p. 317
Cap. Episcopus 4.	p. 315. & 319.
C. cum secundum Apostolum 16.	p. 315
Cap. cuius questionibus 23.	p. 315
Cap. quia in tantum 5.	p. 319. & 325
C. cum teneatur 6.	p. 319
C. referente 7.	p. 320. & 325
C. matoribus 8.	p. 320
C. relatum 9.	p. 321
C. auaritia 10.	p. 322
C. significatum 11.	p. 322
C. de Monachis 12.	p. 323
C. ad hac 13.	p. 325. & 325
C. preterea 14.	p. 325. & 325
C. cum non ignores 15.	p. 323. & 325
C. cum secundum Apostolum 16.	p. 323

Index Titulorum, & Capitum.



Cap. cum iam dudum 18. p. 323. & 325
Cap. dilectus, 19. p. 321. & 323
Cap. nisi essent 21. p. 323
Cap. de multa 28. p. 325
Cap. Dilectus 27. p. 321

TITVLVS VI.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

Cap. cum percussio, 1. p. 329
Cap. de rectoribus 3. p. 331
Cap. tua nos 4. p. 329. & 331
Cap. ex parte 5. p. 331
Cap. consultationibus, 6. ibid.

TITVLVS VII.

De Institutionibus.

C. non amplius 1. p. 333
Cap. in Ecclesia, 2. ibid.
Cap. ex frequentibus 3. p. 334
Cap. auctoritate 4. p. 333
Cap. ad decorem, 5. p. 336
Cap. cum venissent 6. pag. 334. & 336
Cap. cum ad nostram final. p. 336

TITVLVS VIII.

De Concessione præbendæ.

Cap. qui in vivorum, 1. p. 336
Cap. nulla, 2. p. 338
§. cum vero eiusdem capitis. p. 341
C. relatum 3. p. 338
Cap. proposuit 4. p. 341
Cap. quia diversitatem, 5. p. 342
Cap. cum nostris, 6. p. 341. & 338
Cap. post electionem, 7. p. 342
C. literas, 9. p. 341
Cap. ex parte, 10. p. 342
Cap. dilectus, 11. ibid.
Cap. postulat 15. ibid.

TITVLVS IX.

Ne sede vacante aliquid innovetur.

Cap. novit 1. p. 345
Cap. illa devotionis 2. p. 347
C. constituit 2. p. 345

TITVLVS X.

De his quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.

Cap. irrita 1. p. 349
Cap. conuincatur 2. ibid.
Cap. cum nos, 3. ibid.
Cap. novit 4. ibid.
Cap. quanto 5. ibid.
C. cum Apostolica, 7. ibid.
Cap. sua nuper, 8. ibid.
C. pastor alii, 9. ibid.

TITVLVS XI.

De his quæ fiunt à maiori parte Capituli.

Cap. cum in cunctis 1. p. 352
Cap. quaesivit, 2. ibid.
Cap. ex ore 3. ibid.
Cap. ex parte final. ibid.

TITVLVS XII.

Vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur.

Cap. ut nostrum unico, p. 354

TITVLVS XIII.

De Rebus Ecclesiæ alienandis vel non.

Cap. non licet, 1. p. 358
Cap. qui res, 2. p. 361
Cap. consensus, 3. p. 363
C. Episcopi, 4. ibid.
Cap. nulli, 5. p. 365
Cap. si quis Presbyterorum 6. p. 369
C. ad aures 7. p. 371
Cap. ut super, 8. §. possessiones. p. 371. & 373
C. ad audientiam 9. p. 374
Cap. possessiones 10. ibid.
C. ad nostram 11. ibid.
Cap. cum laici final. p. 376

TITVLVS XIII.

De Precariis.

Cap. precaria 1. p. 377
Cap. de precariis, 2. ibid.
Cap. precarium, 3. & final. p. 380

TITVLVS XV.

De Commodato.

Cap. cum gratia unico, p. 383

TITVLVS XVI.

De Deposito.

Cap. gravis illa, 1. p. 386
Cap. Bona fides, fin. p. 389

TITVLVS XVII.

De Emptione & venditione.

Cap. placuit 1. p. 391
Cap. ut mensura 2. p. 394
Cap. cum dilecti, 3. p. 395
Cap. placuit 4. p. 401
Cap. ad nostram 5. p. 402
Cap. cum causa, 6. p. 395. & p. 402
C. si venditori final. p. 402

TITVLVS XVIII.

De Locato & Conducto.

Cap. ex rescripto 1. p. 405
Cap. vestra 2. p. 406
C. propter sterilitatem, 3. ibid.
§. verum. p. 409
C. potuit, 4. p. 411

TITVLVS XIX.

De Rerum permutatione.

Cap. si princeps 1. p. 416
C. ut commutationes, 2. ibid.
Cap. ad ancipia 3. ibid.
Cap. iniustum 4. ibid.
Cap. quasitum 5. ibid.
Cap. ad questiones 6. ibid.
C. cum olim, 7. ibid.

Cap. cum uniuersorum, 8. ibid.
Cap. exhibita, 9. & final. ibid.

TITVLVS XX.

De feudis.

Cap. insinuatione 1. p. 420
Cap. ex parte 2. & final. p. 423

TITVLVS XXI.

De Pignoribus & aliis cautionibus.

Cap. nullus, 1. p. 424
C. lator 2. p. 428
C. Presentium 3. p. 424
C. illo vos, 4. p. 430
C. ex litteris 5. p. 434
Cap. cum contra 6. p. 430. & 436
Cap. significante 7. ibid.
Cap. cum constet final. p. 438

TITVLVS XXII.

De Fideiussoribus.

Cap. clericus 1. p. 440
Cap. peruenit, 2. p. 441
Cap. constitutus 3. p. 444
C. quod quibusdam 4. p. 445
Cap. cum pro quo final. ibid.
C. cum pro quo final. p. 444

TITVLVS XXIII.

De Solutionibus.

Cap. ad hoc 1. p. 445
C. si quorundam, 2. ibid.
Cap. Odoardus 3. p. 449
Cap. is qui final. p. 453

TITVLVS XXIV.

De Donationibus.

C. prudentes 1. p. 460
C. fraternitatem 2. p. 462
C. ceterum, 3. ibid. & 465
Cap. de consultationibus 4. p. 465
C. per inas, 5. p. 467
Cap. cum dilectis, 6. ibid.
Cap. Pastoralis 7. p. 471
C. inter dilectos 8. p. 474
Cap. Apostolica 9. p. 475
Cap. propter final. p. 476
Cap. Apostolica 9. p. 462

TITVLVS XXV.

De Peculio Clericorum.

Huius Tituli iura summarie inscribuntur. p. 479

TITVLVS XXVI.

De Testamentis, & ultimis voluntatibus.

Cap. quorundam 1. de testamen. p. 479
Cap. Quia ingredientibus 2. p. 484
C. nos quidem, 3. p. 485. & 503
Cap. indicant 4. p. 490
Cap. filius noster 5. p. 485. & 503
Cap. si baresis 6. p. 503
C. in officiis, 7. p. 479
Cap. ad hac 8. ibid.
Cap. quia nos 9. ibid.
Cap.

Titulorum & Capitum.

Cap. cum esse 10.	P. 490
Cap. Relatum 11.	P. 490
Cap. Relatum 12.	P. 479
Cap. Cum tibi 13.	P. 491
Cap. Officii 14.	P. 495
Cap. Requisisti 15. §. Socius	P. 495
Cap. Rannatus 16.	P. 497
Cap. Tua nobis 17.	P. 497
Cap. Raynaldus 18.	P. 503
Cap. Joannes 10.	P. 503
Cap. De iis fin.	P. 514

TITVLVS XXVII.

De successioibus ab intestato.

Cap. Sed hoc 1.	P. 505
Cap. Sancto 2.	ibid.
Cap. Cum dilectus fin.	P. 505

TITVLVS XXVIII.

De sepulturis,

Cap. Nos instituta 2.	P. 510
Cap. Relatum 2.	P. 514
Cap. Fraternalitatem	P. 510
Cap. De his 4.	P. 514
Cap. Ex parte 5	P. 514
Cap. cum liberum 6.	P. 514
Cap. De uxore 7.	P. 510
Cap. cum super 8.	P. 510
Cap. Certificari 9.	P. 510
Cap. In nostra 10.	P. 510
Cap. ex parte 11.	P. 516
Cap. Sacris 12	P. 516
Cap. Parochiano fin.	P. 516
C. consulisti 7. de consecratione Ec- clesia.	P. 516

TITVLVS XXIX.

De Patochis, & alienis Parochianis

Cap. Nullus 3.	P. 520
Cap. Super eo 4.	P. 523

TITVLVS XXX.

De Decimis.

Cap. Decimam partem 1.	P. 526
Cap. Nouum genus 2.	P. 528
Cap. Ex multiplici 3.	P. 532
Cap. Poruenit 5.	P. 526.
Cap. Nuucius 6.	ibid.
Cap. cum boones 6.	ibid.
Cap. Ex parte 10	P. 532
Cap. Licet 11	ibid.
C. Ad audientiam 12.	ibid.
Cap. Quoniam 3	P. 532
Cap. Ad parochianos 14.	P. 526
Cap. Ad hac 15.	P. 535. remissive.
Cap. Quamuis 17.	P. 535. remissive.
Cap. cum sine homines 18. p. 526. & 536	
Cap. Prohibemus 19.	P. 535. remissive
Cap. Ad Apostolica 20. p. 526. n. 1. & 536. remissive.	
Cap. Ex parte 21.	P. 526.
Cap. Non est 22.	P. 526
Cap. Ex transmissa 23.	P. 526
Cap. A nobis 24.	P. 526.
Cap. tua nos 25. §. fin. p. 526. & 535. n. 8 & 536. remissive.	
Cap. Tua nobis 26.	P. 526.
Cap. ex parte tua 27.	P. 532
Cap. Pastoralis 28. p. 526. & ad vers. credamus p. 531.	
C. Cum contingat 29. p. 536. remissive.	
Cap. Cum tua 30.	P. 536. remissive.

C. Dudum 31. p. 535. & 636. remissive	
Cap. cum non sint 33.	P. 526
Cap. Interdicimus fin.	P. 536

TITVLVS XXXI.

De Regularibus, & transcurrentibus,
ad Religionem.

Cap. Si quis 2.	P. 536
Cap. Super eo 9	P. 540
Cap. cum virum 12.	P. 536
Cap. cum finus 14.	P. 536
Cap. Licet 18.	P. 540
Cap. consulti sumus 20	P. 542
Cap. Pessulasti 21.	P. 542
Cap. Ex parte 22.	P. 542

TITVLVS XXXII.

De conuersione coniugatorum.

Cap. Praterea 1.	P. 543
Cap. Verum 2.	P. 548
Cap. Quidam 3.	P. 543
Cap. cum si praditus 4.	P. 543
Cap. coniugatus 5.	P. 543
Cap. Ex publico 1	P. 543
Cap. Vxoratus 8.	P. 543
Cap. ex parte 9	P. 543
Cap. consulit. 10.	P. 543
Cap. Placuit. 12	P. 543
Cap. Ad Apostolicam 13.	P. 543
Cap. Veniens 16.	P. 548
Cap. Accedens 17.	P. 543
Cap. Significauit 18.	P. 543

TITVLVS XXXIII.

De Conuersione infidelium.

Cap. Laudabilem 1.	P. 551
Cap. Ex litteris 2.	ibid.

TITVLVS XXXIV.

[De Voto, & Voti redemptione,

Cap. De Peregrinationis 1.	P. 556
Cap. Venientis 2.	P. 560
Cap. Litterarum 3.	P. 562
Cap. Scriptura 4.	P. 556.
Cap. Non est 5.	P. 556. & 567.
Cap. licet vniuersis 6.	P. 566
Cap. Magna 7.	P. 569
Cap. Quod super 8.	ibid.
Cap. Ex multa 9.	ibid.
Cap. Per tuas 10.	ibid.

TITVLVS XXXV.

De Statu Monachorum.

Cap. Monachi 2. de Statu Monacho- rum.	P. 569
Cap. Super quodam 4.	P. 573
Cap. Quod Dei timorem 5.	P. 577
Cap. cum ad Monasterium 6.	P. 573.

TITVLVS XXXVI.

De Religiosis domibus.

Cap. Nunc autem 1.	P. 581
Cap. Quia Monasterium 2.	P. 582
Cap. Ad hac 4.	P. 582
Cap. constitutus 6.	P. 584
Cap. cum venerabilis 7.	P. 584.
Cap. cum Dilectus 8.	ibid.
Cap. Ne nimia fin.	P. 586

TITVLVS XXXVII.

De Capellis Monachorum.

Cap. In Ecclesia 1.	P. 589
Cap. ex parte 3.	P. 589
Cap. Ad Audientiam 4.	ibid.

TITVLVS XXXVIII.

De iure Patronatus.

Cap. Perlatum 1.	P. 594
Cap. Quacumque 2.	P. 594
Cap. Quoniam 3.	P. 594. & p. 608
Cap. Quod autem 5.	P. 598.
Cap. Quia 6.	P. 601. & 605
Cap. Ex litteris 7.	P. 605
Cap. Illud 8.	P. 598
Cap. Querimoniam 9.	P. 594
Cap. cum laici 10.	P. 608
Cap. cura pastoralis 11.	P. 598
Cap. Si vero 12.	P. 603
Cap. cum seculum 13.	P. 598
Cap. Ex insinuatione 14.	P. 598
Cap. Nullus 17.	P. 598
Cap. consultatiuibus 19.	P. 607
Cap. Suggestum 20.	P. 598
Cap. Relatum 21.	P. 601
Cap. Eam te 22.	P. 608
Cap. Praterea 23.	P. 601. & 605
Cap. A nobis 25.	P. 603
Cap. cum propter 27.	P. 608
Cap. Transmissa fin.	P. 598.

TITVLVS XXXIX.

De Censibus.

Cap. Sanctum 1.	P. 609
Cap. Omnis anima 2.	P. 612
Cap. Scientes 3.	P. 616
Cap. cum Apostolus 6. §. Prohibemus	P. 613
Cap. Prohibemus 7.	P. 616
Cap. Praterea 8.	P. 616
Cap. Ecclesia 9.	P. 616
Cap. cum clerici 11.	P. 616
Cap. Significauerit 13.	P. 616
Cap. Gratis 15.	P. 616
Cap. Quanto 16.	P. 614
Cap. ex parte 18.	P. 620
Cap. cum olim 19.	P. 613.
Cap. cum venerabilis 21. p. 613. & 616	
Cap. Super eo 22.	P. 613
Cap. Procuraciones 23.	P. 613
Cap. Venerabilis 24.	P. 613
Cap. cum nuper 25.	P. 613
Cap. Auctoritate 27. & fin.	P. 614

TITVLVS XL.

De consecratione Ecclesie, vel Altaris

Cap. Ad hac 1.	P. 624
Cap. Quod in dubiis 3.	ibid.
Cap. Proposisti 4.	ibid.
Cap. Lineis 6	ibid.
Cap. consulti 7.	P. 629
Cap. cum sicut 8.	ibid.

TITVLVS XLI.

De Celebratione Missarum, &
Sacramento Eucharistie, &
Diuinis Officiis.

Cap. Presbyter 1.	P. 632
Cap. de Homine 7.	P. 636
Cap. Dolentes 9.	P. 632
Cap.	

Index Titulorum, & Capitum.

UNB
Biblioteca de Ciencias Sociales
p. 673
p. 681

Cap. sine 10. p.635. & 636
Cap. literas fin. p.636

TITVLVS XLII.

De Baptismo & eius effectu.

Cap. si quis 1. p.639
Cap. de quibus 2. p.643
Cap. maiores 3. p.648. & in §. final. p.653
Cap. debitum 4. p.639. & 654
Cap. Non vs 5. p.657
Cap. licet Gracos fin. p.643

TITVLVS XLIII.

De Presbytero non Baptizato.

Cap. si quis 1. p.619
Cap. Apostolicam 2. ibid.
Cap. Veniens 3. & fin. ibid.

TITVLVS XLIV.

De Custodia Eucharistiæ, Chrifti-
matis, & aliorum Sacra-
mentorum.

Cap. Scatimus 1. p.663
Cap. relinqui 2. & fin. p.666

TITVLVS XLV.

De Reliquiis, & venetatione San-
ctorum.

Cap. audiuimus 1. p.666
Cap. cum ex eo 2. & fin. ibid.

TITVLVS XLVI.

De Observatione ieiuniorum.

Cap. ex parte 1. p.669
Cap. Consulim 2. ibid.
Cap. explicari 3. ibid.

TITVLVS XLVII.

De purificatione post partum.

Cap. volens unico. p.672

TITVLVS XLVIII.

De Ecclesiis ædificandis, & repa-
randis.

Cap. quicumque 1. p.676
Cap. cum dicat Apostolus 2. p.678
Cap. ad audientiam 1. ibid.
Cap. de his 4. p.676

Cap. ad audientiam 5.
Cap. una nos fin.

TITVLVS XLIX.


De immunitate Ecclesiarum carme-
terii, & rerum ad eas pec-
tinentium.

Cap. Peruenit 2. p.681
Cap. Non minus 4. ibid.
Cap. cum Ecclesia Dei 5. p.685
Cap. inter alia 6. ibid.
Cap. aduersus 7. p.681
Cap. quia Pleraque 8. p.685. & 689
Cap. immunitatem 10. p.685

TITVLVS L.

Ne Clerici, vel monachi seculari-
bus negotiis se immisceant.

Cap. multa 1. p.689
Cap. sacerdotibus, 1. ibid.
Cap. non magnopere 3. p.692
Cap. sed nec 4. p.696
Cap. clericis 5. p.703
Cap. secundum instituta 6. p.696
Cap. sententiam sanguinis 9. p.703
Cap. super specula 10. p.693





INDEX

IVRIVM QVÆ EX GRATIANI decreto in hoc Opere illustrantur.

A

Cap. ACCVSATORES 5. cuius in agendo 3. q. 8. p. 85. n. 12

Cap. Aiter 30. q. 5. p. 169. n. 3

Cap. Ancillam 11. 32. quast. 2. p. 170. num. 6

Cap. Anteriorum vers. lancimus, 2. q. 6. p. 255. n. 7

Cap. Andivimus 3. quast. 1. p. 327. n. 3

Cap. Abbatibus 12. quast. 2. p. 360. n. 12

Cap. A. arbosa 21. 27. quast. 1. conciliatur cum cap. ex parte 9. de conversione coniug. p. 546. num. 7

Cap. Alidisti 2. 10. quast. 1. p. 537. num. 6

Cap. Ab antiqua 44. de consecr. dist. 4. p. 641. n. 6. & 43. n. 8

Cap. A quodam Iudeo 23. de consecr. distinct. 4. late exponitur. p. 642. num. 7

Cap. ad eius fin. vers. Nisi purgationis tempus, distinct. 5. pag. 674. num. 5

B

Cap. Bona 12. quast. 2. p. 360. n. 10

Cap. Bona 71. 11. q. 2. p. 464. n. 5

Cap. Beatus Paulus 5. 22. q. 5. p. 567. num. 1

Cap. Basilica 6. de consecr. dist. 1. p. 584. n. 4

Cap. Bona 74. 12. quast. 2. p. 681. n. 9

C

Cap. Cui societas 24. quast. 2. p. 549. num. 4

Cap. constituit 20. quast. 3. p. 572. num. 10. in fine.

Cap. constituit 16. quast. 7. ibid.

Cap. considerandum 6. q. 1. p. 597. n. 9

Cap. charitatem 5. Visitatores 12. q. 2. cum cap. 1. de censibus, lib. 6. p. 615. num. 8

Cap. concedimus 30. de consecr. dist. 1. p. 615. n. 4. & 626. n. 9

Cap. clericus 34. de consecr. dist. 1. p. 626. n. 8

Cap. cum tantum 47. de consecr. dist. 4. p. 641. num. 4

C. catholicum 37. de consecr. dist. 4. p. 645. num. 8. & p. 650. n. 8

Cap. constat 19. de consecr. dist. 4. p. 654. num. 34. & 655. n. 7

Cap. cum omnes 7. versicul. Vbi Apostoli, cum cap. Presbyter 91. de consecr. distinct. 2. p. 664. n. 8

Cap. corpora 31. de consecr. dist. 1. p. 668. num. 10

Cap. cum enixa 1. 5. dist. p. 673. n. 4 & 675. num. 10

Cap. continuo 11. quast. 1. pag. 684. num. 8

Cap. constantius 96. distinct. ibid. num. 10

Cap. convenit 23. quast. 8. p. 5. n. 9

Cap. Christiano 34. distinct. p. 170. num. 5

Cap. Christianis 11. quast. 1. p. 7. n. 20

Cap. circumcessionis 23. quast. 5. p. 10. n. 1. & p. 111. n. 10

Cap. capit. final. 24. quast. 1. p. 198. num. 7

Cap. casellas 10. quast. 2. p. 369. num. 19

Cap. clericis 16. q. 3. p. 379. n. 7

Cap. continua 11. quast. 1. p. 277. n. 8

Cap. contumaces 21. 50. distinct. p. 277. num. 9

Cap. clericis 23. q. 8. p. 280. n. 12

Cap. clericis 5. 23. quast. 8. ibid.

Cap. Clerici 5. 3. quast. 8. ibid. n. 15

Cap. cantantes 1. 21. distinct. p. 381. num. 5

Cap. ciprian. 21. q. 3. p. 289. n. 8

Cap. consulendum fin. 18. distinct. p. 301. num. 4

Cap. enim igitur 5. illud 35. quast. 1. p. 302. num. 11

Cap. clericus 1. & 2. 91. distinct. p. 316. num. 7

Cap. clericus 21. quast. 1. p. 326. n. 5

Cap. convenit 12. 23. q. 2. p. 362. n. 5

Cap. cura 11. q. 3. ibid. n. 9

C. constantinus et 2. 96. dist. p. 461. n. 4

D

C. Diaconissam 23. 17. quast. 1. p. 276. n. 4

Cap. Diaconus 93. distinct. p. 276. n. 6

Cap. Diaconi 28. dist. p. 302. n. 10

Cap. denique 36. quast. 3. p. 306. num. 7

Cap. decimas 16. q. 7. p. 350. num. 5

Cap. decimas à populo 47. 17. quast. 1. p. 351. n. 12

Cap. de rebus 12. quast. 2. p. 362. n. 4

Cap. Diaconi 12. quast. 2. p. 483. n. 13

Cap. De lapsis 16. quast. 6. p. 484. n. 7

Cap. De communione 1. 24. q. 2. conciliatur cum c. si aliquis excommunicatus, n. 26. quast. 6. p. 519. n. 8

Cap. Dilecto 16. quast. 3. p. 525. num. 8

Cap. Decimas 46. 16. q. 1. p. 529. n. 10

Cap. De locorum 4. de consecr. dist. 4. p. 583. num. 3

Cap. De monachis 18. 12. q. 2. cum c. quadam, eadem causa, & q. p. 587. n. 3

Cap. De lumine 7. de consecr. distinct. 2. p. 616. num. 6

Cap. De his 34. distinct. cum cap. habuisse fin. 33. distinct. ibid.

Cap. Detrahe 34. 1. q. 1. cum c. mater 139. de consecr. dist. 4. p. 649. n. 3

Cap. Diaconus 13. 93. distinct. p. 655. num. 7. & 665. num. 10

Cap. De esu carniū, de consecr. dist. 3. p. 672. n. 10

Cap. De raptoribus 36. q. 1. p. 688. n. 11

Cap. Discipulos 26. de consecr. dist. 5. p. 690. n. 3

Cap. De his clericis 36. distinct. 50. p. 696. n. 6

Cap. Decernimus 3. q. 9. p. 98. n. 12

Cap. de filia 27. quast. 1. p. 197. n. 6

E

Cap. Ecce dico 21. quast. 5. p. 186. n. 8

Cap. ei qui 5. nem si sententia, 2. q. 6. p. 124. num. 19

Cap. euphemium 2. q. 3. vers. inf. miam p. 195. n. 11

Cap. Episcopus 6. 77. distinct. p. 292. n. 5

Cap. Episcopus 37. 7. q. 1. p. 306. num. 6

Cap. Episcopum 25. 7. q. 1. p. 306. n. 5

Cap. Eos 7. quast. 1. p. 336. n. 6

C. ea enim 2. 4. hoc in 10. q. 2. p. 433. n. 7

Cap. Ecclesia 43. 16. q. 1. p. 464. n. 8

Cap. Episcopus 19. 12. q. 2. p. 481. n. 5

Cap. Episcopus 34. 12. q. 2. p. 483. n. 13

Cap. Episcopus 34. 12. q. 2. p. 507. n. 5

Cap. Ecclesiam 27. cap. Ecclesiam 28. de consecr. dist. 1. p. 620. n. 11. in fin.

Cap. Episcopus in Dives fin. 28. q. 1. conciliatur cum cap. nullum 6. vers. Quod si 9. quast. 2. p. 521. num. 4

Cap. Episcopus 77. dist. p. 546. n. 9

C. Ecclesia 8. de consecr. dist. 1. p. 584. n. 4

Cap. Ecclesia 16. quast. 1. p. 611. n. 4

C. Ecclesius, de consecr. dist. 1. p. 627. n. 4

Cap. Ecclesia 11. 1. q. 4. cum c. Eleutherius 308. 18. q. 1. p. 630. n. 4

Cap. Eleutherius 1. 9. distinct. p. 633. n. 3

C. Ex quo 6. de consecr. dist. 4. p. 676. n. 12

F

Cap. Fin. 1. q. 3. p. 573. n. 11

Cap. Filys 31. 26. quast. 7. p. 591. n. 5. & p. 630. n. 7

Cap. Firmissimè 3. in principio de consecr. distinct. 4. p. 651. n. 10. & 11. & p. 662. num. 8. cum c. 2. de Presbyter. non baptizat.

Cap. Fustram 12. q. 3. p. 684. n. 8

Cap. Frater 17. q. 1. p. 687. n. 7

Cap. Filys, vel nepo 16. q. 7. p. 315. n. 17

Cap.

Index Iurium

Cap. Felix 16. q. 1. p. 347. n. 8
Cap. filius, vel nepotibus 16. q. 1. p. 347. n. 8
Cap. forte 11. 23. q. 1. p. 17. n. 13

G

Cap. Generaliter 17. q. 2. p. 504. num. 3
Cap. Gonsaldus 1. 17. q. 2. p. 542. num. 6
Cap. Generaliter 12. 16. q. 1. p. 5. num. 10
Cap. Generaliter 16. q. 1. p. 289. num. 9

H

Cap. Hoc quoque 61. de consecr. dist. 1. p. 631. n. 12
Cap. Habuisse fin. 33. distinct. p. 636. num. 6
Cap. Hac in principio. 5. In lege 5. dist. p. 675. num. 4
Cap. Huiusmodi 10. q. 1. p. 585. num. 3
Cap. Hoc quoque 61. de consecr. dist. 1. p. 281. n. 5

I

Cap. Inter memoratos 6. cap. dilectio 7. 16. q. 1. p. 525. n. 8
Cap. Illud 3. & cap. 31. q. 1. p. 554. num. 10
Cap. In Parochia 31. 16. q. 1. p. 579. num. 7. & p. 591. num. 6
Cap. Inter 10. q. 1. cum cap. servitium 18. q. 1. pag. 612. num. 7
Cap. In sacrificijs 8. de consecr. dist. 2. p. 636. n. 6
Cap. In sacrificio 2. de consecr. dist. 2. p. 638. n. 6
Cap. Inebriaverunt Loth 15. q. 1. p. 663. n. 3
Cap. Id constitutum, vers. De morte 17. q. 1. p. 688. n. 11
Cap. Illiteratos 55. distinct. p. 693. num. 3
Cap. Ideo permittente 16. 25. q. 1. p. 693. num. 4
Cap. In apibus 13. q. 1. p. 282. num. 6
Cap. Interdixit 32. distinct. p. 194. num. 8
Cap. Is qui 4. 34. distinct. p. 197. num. 11
Cap. In praterito 34. distinct. p. 301. num. 5
Cap. Illud 21. q. 1. p. 326. n. 3
Cap. In primis 4. q. 1. p. 337. n. 3
Cap. In conditionibus 17. q. 4. p. 360. num. 11
Cap. Inter cetera 8. 10. q. 3. p. 471. n. 5
Cap. Illud 16. q. 6. p. 464. n. 10
Cap. Innocens 12. q. 1. pag. 173. num. 3. & p. 184. & 185. n. 18. & 19
Cap. In nomine Domini 23. distinct. p. 78. n. 9
Cap. Inter memoratos 1. q. 3. p. 16. n. 11
Cap. Is qui 4. 34. dist. p. 170. n. 5
Cap. iudicantem 30. q. 1. p. 146. num. 13
Cap. iuravit David 22. q. 4. p. 185. n. 20

Cap. iuxta Sanctorum 97. dist. p. 175. num. 7
Cap. indices 4. 11. q. 5. p. 14. n. 14

L

Cap. Licet 1. 87. dist. p. 31. n. 6
Cap. Lugdunensis fin. 9. q. 1. p. 521. num. 5

M

Cap. Moxemus 12. q. 1. p. 483. num. 13
Cap. Mandamus 2. 19. q. 1. p. 512. num. 8
Cap. Monachi 33. 16. q. 1. p. 521. num. 9
Cap. Monachum 3. 20. q. 1. p. 537. num. 3
Cap. Missarum 12. de consecr. dist. 1. p. 635. num. 5
Cap. Multi 82. de consecr. dist. 4. p. 645. num. 7
Cap. Mater 139. de consecr. dist. 4. cum cap. de iude 54. 1. q. 1. p. 649. num. 3
Cap. Mulier 20. de consecr. distinct. 4. p. 656. n. 13
Cap. Meo 1. 15. q. 1. p. 649. num. 4
Cap. Magnum 11. q. 1. p. 683. num. 3
Cap. Monachi 35. 16. q. 1. p. 690. n. 4
Cap. Monachiam 2. q. 1. p. 698. num. 13
Cap. Mulieres 32. dist. p. 276. n. 4
Cap. Multorum 32. distinct. p. 290. num. 10
Cap. Multis 51. 16. q. 1. p. 347. n. 8
Cap. Mennam, vers. Purgationem 2. q. 1. p. 5. n. 12
Cap. multi corripiantur 18. 2. q. 1. p. 10. num. 4. & vers. Nisi. p. 111. num. 8
Cap. movet te 22. q. 1. p. 184. num. 15. & p. 186. num. 7. & ibid. num. 11

N

Cap. non dicatis, vers. Si hoc, 12. q. 1. p. 11. n. 14
Cap. non est nostrum 23. q. 1. p. 147. n. 18
Cap. non omni 7. 32. q. 1. p. 170. num. 6
Cap. non semper 11. q. 1. p. 234. num. 10
Cap. nos 2. q. 1. p. 4. n. 1. & 5
Cap. nullus 22. q. 1. p. 56. n. 7
Cap. nulli 1. 12. q. 1. p. 482. n. 12
Cap. Nullus Abbas 19. q. 1. p. 513. num. 8
Cap. Nullum 6. vers. Quod si 9. q. 1. p. 521. num. 4
Cap. Ne pro cuiuslibet 37. 16. q. 1. p. 578. num. 4
Cap. Non satis, cap. non est probanda 86. distinct. p. 604. n. 9
Cap. Non est petenda 27. 1. q. 1. p. 631. num. 9
Cap. Nemo 9. de consecr. distinct. 1.

pag. 631. num. 13
Cap. Nolite Sancta 48. de consecr. dist. 1. p. 634. n. 8
Cap. nihil 18. vers. fin. 7. q. 1. p. 634. num. 9
Cap. Nec potest 95. 1. q. 1. p. 635. num. 4
Cap. nemo 141. vers. Tollit autem, de consecration. distinct. 4. p. 652. n. 13. & 14
Cap. nunquam 10. de consecr. dist. 4. p. 638. num. 4
Cap. non oportet 26. dist. cum concilio Carthaginiensi, cap. 28. p. 665. num. 12
Cap. nosse credo 11. 76. distinct. p. 671. num. 6
Cap. nemo fin. 16. q. 3. p. 693. n. 5
Cap. nonnulli 10. 9. distinct. p. 277. num. 7
Cap. non Sane 14. q. 5. p. 186. n. 10. & 12
Cap. Niviana Synodus 12. 31. distinct. p. 95. n. 7
Cap. Nullus 5. 52. dist. p. 299. n. 3
Cap. Non autem 12. 7. q. 1. p. 313. num. 8
Cap. Neminem 71. 70. distinct. p. 316. num. 4. & 8
Cap. Non fuerim 7. q. 1. p. 337. n. 3
Cap. Non oportet 7. q. 1. ibid. n. 6
Cap. Non licet 12. q. 1. p. 377. num. 8

O

Cap. Octava discussio 64. 11. q. 1. p. 478. n. 7
Cap. Omnes cautiones 32. q. 7. p. 556. num. 13
Cap. Omnis qui 96. de consecr. dist. 4. p. 652. num. 14
Cap. Omnes qui 37. § Si ergo in fine, de penitentia, distinct. 1. pag. 675. num. 11
Cap. Omnes 3. de consecr. distinct. 3. p. 677. n. 5
Cap. Omnes itaque 11. q. 1. p. 140. n. 3. & p. 2. 8. n. 8
Cap. Omnia 11. 31. dist. p. 171. n. 7
Cap. Omnes 122. dist. p. 63. n. 4

P

Cap. Perimus 11. q. 1. p. 7. n. 10
Cap. placuit, vers. Ecclesie sue debent, &c. 8. dist. p. 196. n. 12
Cap. Placuit 16. q. 3. p. 209. n. 4
Cap. Placuit, et 1. vers. Quas ciones, 16. q. 1. p. 23. n. 7
Et vers. Quid si p. 9. n. 9
Cap. Placuit 35. 2. q. 1. p. 258. num. 10
Cap. Placuit de consecr. distinct. 3. p. 61. num. 11
Cap. Per singulas 9. q. 1. p. 23. n. 7
Cap. Plebs 63. dist. p. 78. n. 9
Cap. Porro 1. 6. q. 4. p. 3. n. 21
Cap. presens 20. q. 3. p. 240. n. 10
Cap. Prater, vers. Scribit 32. distinct. p. 5. n. 12
Cap. Præbyterum 3. 50. distinct. p. 12. num. 15
Cap. Pulfatus 3. q. 1. p. 24. n. 11
Cap. Precaria 4. 10. q. 1. p. 380. n. 10
Cap.

Index Iurium.

Cap. Precaria 44. 12. quast. 2. p. 379. num. 8
 Cap. Precaria, §. fin. 10. quast. 2. p. 379. num. 8
 Cap. Peruenit 50. dist. p. 296. n. 6
 Cap. Presbyter 82. dist. p. 296. n. 6
 Cap. Presbyterum 18. dist. p. 301. num. 7
 Cap. Petisti 17. q. 1. p. 313. n. 7
 Cap. Presentium 7. q. 1. p. 337. n. 4
 Cap. Postquam 50. dist. p. 344. n. 9
 Cap. Peruenit 16. quast. 7. p. 350. n. 4. & 5
 Cap. Principali 15. 63. dist. p. 357. num. 10
 Cap. Placuit 1. in fine 16. quast. 1. p. 512. num. 6
 Cap. Placuit 7. 13. quast. 2. p. 513. n. 8
 Cap. Plures 54. 16. quast. 1. cum cap. cum causam 13. de probat. p. 523. num. 4
 Cap. Prima idololatriæ 28. quast. 1. & cap. quast. 2. de divorcijs, p. 558. num. 12
 Cap. Puella 20. quast. 2. p. 562. n. 4
 Cap. Præcepta 5. de consecrat. dist. 1. p. 84. num. 4
 Cap. Parsimoniam 5. 41. dist. p. 588. num. 8
 Cap. Placuit 1. 1. q. 2. p. 630. num. 6
 Cap. Presbyter 2. 91. dist. p. 640. num. 3
 Cap. Parvulos 110. de consecrat. dist. 4. p. 645. n. 4
 Cap. Placuit 3. de consecrat. dist. 4. ibid. n. 4
 Cap. Postquam 78. de consecrat. dist. 4. ibid. n. 6
 Cap. Per aquam 5. de consecrat. dist. 4. p. 658. n. 4
 Cap. Proprie 13. in fine, de consecrat. dist. 4. ibid. n. 8
 Cap. Presbyter, de consecrat. dist. 2. p. 664. n. 7 & 8
 Cap. Peruenit, cum cap. tribus 23. de consecrat. dist. 2. p. 665. n. 9
 Cap. Prasente 18. 93. dist. ibid. num. 10
 Cap. Pronuntiandum 1. de consecrat. dist. 3. p. 666. n. 3
 Cap. Placuit, de consecrat. dist. 3. p. 670. n. 5
 Cap. Placuit 16. quast. 1. p. 691. n. 7

Q

Cap. Quicumque 2. 12. quast. 3. p. 506. num. 3
 Cap. Quicumque vltim. 12. q. 5. ibid. num. 3
 Cap. Quibus 16. 13. q. 2. p. 519. num. 9
 Cap. Qui uxorem 10. 33. quast. 5. p. 545. num. 6
 Cap. Quem genitores 6. 20. quast. 1. p. 548. n. 7
 Cap. Quicumque 4. 20. quast. 1. ibid. num. 7
 Cap. Qui Presbyterum 24. quast. 4. p. 554. n. 11
 Cap. Quidquid 12. 31. q. 1. conciliatur cum cap. 1. de divorcijs, p. 555. num. 12
 Cap. Qui habetis 14. quast. 5. p. 553. num. 5
 Cap. Quod ait 14. dist. p. 559. n. 9

Cap. Qui bona 17. q. 1. p. 563. n. 3
 Cap. Quicumque fin. 12. q. 5. p. 576. num. 8
 Cap. Quorundam 6. 74. dist. p. 580. num. 10
 Cap. Quadam 12. quast. 2. cum cap. de Monachis 18. 12. quast. 2. p. 587. num. 3
 Cap. Quia cognovimus 10. q. 3. p. 612. num. 8
 Cap. Quoniam in fin. 7. 18. dist. cum cap. 10. §. Procrutionibus, de censibus, lib. 6. p. 624. n. 9
 Cap. Quicumque 30. 16. quast. 7. p. 631. num. 10
 Cap. Quicumque 13. versic. Plerique 26. quast. 5. p. 636. n. 6
 Cap. Quamvis 117. de consecrat. dist. 4. p. 647. num. 11
 Cap. Qui in qualibet 10. 1. quast. 1. ibid.
 Cap. Quis ignoranter 117. in principio, de consecrat. dist. 4. ibid. num. 12
 Cap. Quod autem 7. 32. q. 1. p. 652. num. 15
 Cap. Quid autem 5. de consecrat. dist. 4. p. 650. n. 6
 Cap. Qui maternis 115. de consecrat. dist. 4. p. 659. n. 9
 Cap. Quanto 24. dist. p. 660. n. 3
 Cap. Quod quidam 97. 1. quast. 1. ibid. n. 4
 Cap. Qui bene 94. de consecrat. dist. 2. cum cap. 1. de Custodia Eucharistiæ p. 664. n. 4. & 5
 Cap. Quod autem 5. de consecrat. dist. 5. p. 676. n. 12
 Cap. Qui verè 12. 16. quast. 1. p. 691. num. 6
 Cap. Quoniam 18. dist. p. 286. num. 8
 Cap. Quorundam 1. 34. dist. p. 292. num. 4
 Cap. Quoniam 15. & fin. 32. dist. p. 300. n. 3
 Cap. Quoniam 13. 31. dist. p. 301. n. 5. & 6
 Cap. Quicumque 77. dist. p. 302. num. 9
 Cap. Qui plures 3. 21. quast. 1. p. 326. num. 4
 Cap. Qui partem 6. 55. dist. p. 330. num. 5
 Cap. Quicumque 66. 12. q. 2. p. 367. num. 10. & p. 464. n. 10
 Cap. Quicumque 50. dist. p. 477. num. 5. & 6
 Cap. Qui ex familijs 4. 54. dist. p. 478. num. 7
 Cap. quamquam omnes 23. dist. p. 475. n. 4. & 6
 Cap. Quia cognovimus 1. q. 3. p. 23. num. 8
 Cap. quia ergo 1. 22. dist. p. 78. num. 9
 Cap. quicumque 11. q. 3. p. 98. num. 12
 Cap. quod autem 1. 2. quast. 1. p. 68. num. 3
 Cap. quos Deo 33. q. 5. p. 173. num. 3
 Cap. qui merito 11. q. 5. p. 197. num. 5
 Cap. quoties, et 2. 25. quast. 6. p. 109. num. 4
 Cap. quorundam 24. dist. p. 17. n. 13
 Cap. quod autem 1. 23. quast. 5. p. 10. num. 5

Cap. qui communicaverit 11. quast. 3. p. 197. n. 5
 Cap. Quia cognovimus 1. q. 3. p. 23. num. 8
 Cap. Quicumque 4. 16. quast. 3. p. 214. num. 11

R

Cap. Recursus 11. quast. 3. pag. 3. n. 18
 Cap. Relatum 11. de consecrat. dist. 2. p. 636. n. 5
 Cap. Ridiculum 12. de consecrat. dist. 1. p. 659. n. 10
 Cap. Relatio pen. & fin. 21. q. 1. p. 309. n. 6. & p. 326. n. 3

S

Cap. Subdiacono 5. 93. dist. p. 277. num. 8
 Cap. Siquis 4. 51. dist. p. 280. num. 11
 Cap. Si quis 10. 14. q. 4. p. 326. n. 15
 Cap. Sancta Romana 21. dist. p. 281. num. 4
 Cap. Sicut 21. q. 2. p. 282. n. 6
 Cap. Siquis sunt 5. §. si qui vero 81. dist. p. 299. n. 3
 Cap. Sciscitantibus fin. 15. quast. 3. ibid.
 Cap. Si quis doquerit 28. dist. p. 301. num. 8
 Cap. Si qui 3. 32. dist. p. 302. n. 13
 Cap. si Petrus 8. q. 1. p. 313. n. 6
 Cap. si transitus 97. dist. ibid. n. 9
 Cap. si quis à medicis 55. dist. p. 330. num. 5
 Cap. si in plebibus 20. 63. dist. p. 334. num. 4
 Cap. si à capitulo 40. 11. q. 5. p. 348. num. 7
 Cap. si quis Episcopus 16. q. 5. p. 357. num. 10
 Cap. Si tributum 27. 11. q. 1. p. 362. num. 6
 Cap. Siquis 11. q. 3. p. 362. n. 9
 Cap. si quos de servis 57. 12. q. 2. p. 363. n. 5
 Cap. si quis qualibet 56. 12. q. 2. p. 364. num. 6
 Cap. si Episcopus 11. q. 5. ibid.
 C. si qua de rebus 12. q. 2. p. 370. n. 3
 Cap. sape 12. q. 2. p. 379. n. 7
 Cap. si Episcopus 73. 12. q. 2. p. 464. n. 6. & 7
 Cap. sancimus 23. q. 8. p. 5. n. 9
 Cap. fin autem 5. 15. q. 7. p. 24. num. 14
 Cap. si clericus 11. q. 1. p. 257. num. 5
 Cap. sicut 2. q. 3. p. 14. n. 10
 Cap. si mala 2. q. 1. p. 171. n. 5
 Cap. si quis Episcopus 2. 6. q. 4. p. 3. num. 21
 Cap. si quis Episcopus 11. q. 3. ibidem, & in vers. Maxime, p. 198. num. 9
 Cap. si Episcopus 16. q. 6. p. 3. n. 21
 Cap. si Metropolitanus 6. quast. 4. p. 258. n. 9
 Cap. si quis à proprio 21. q. 5. ibid.
 Cap. si quis cum clerico 11. q. 1. p. 30. n. 5. & p. 31. n. 3
 Cap. si per sortariac 31. q. 1. p. 240. num. 13
 Cap. si quis Presbyter 50. dist. p. 12. num. 5

Index Iurium

Cap. si quis Papa 79. dist. p. 110. n. 5
 Cap. si quis Prashyter 30. dist. dist. p. 62. n. 13
 Cap. si quis tanquam eadem dist. ibid. ne.
 Cap. synodum 16. dist. p. 61. n. 10
 Cap. sextam synodum, cum alius 16. dist. p. 61. n. 10
 Cap. super prudentia 14. qu. 2. p. 143. n. 5. & in vers. ceterum, pag. 135. num. 10
 Cap. si tibi 73. dist. ibid. n. 7
 Cap. si quis 7. 24. dist. p. 12. n. 15
 Cap. si quis 18. quest. 1. p. 485. n. 8
 Cap. si quis excommunicatus 11. 26. quest. 6. conciliatur cum cap. 1. 24. quest. 2. p. 519. n. 8
 Cap. Salonitana 24. 63. dist. pag. 522. num. 6
 Cap. cum societas 24. quest. 2. p. 549. num. 4
 Cap. si qua mulier 19. quest. 3. conciliatur cum cap. cum simus, de regularib. p. 540. n. 11. 12 & 13
 Cap. si in qualibet 20. quest. 2. p. 538. num. 8
 Cap. si quis vivente 31. quest. 1. conciliatur cum cap. 1. de divortis. p. 554 num. 10
 Cap. si qua mulier 6. 31. quest. 1. p. 555 num. 12
 Cap. si qua fuerit 5. Sed obiicitur 31. quest. 1. p. 553. n. 7
 Cap. si quis vivente 31. quest. 1. p. 553. num. 9
 Cap. si vir & uxor 27. quest. 2. cap. 1. de divortis, p. 548. n. 15
 Cap. sed pensandum 6. dist. p. 556. num. 12
 Cap. Sylvester 11. qu. 1. p. 566. num. 2. in fine.
 C. si quis obiecerit in si. 1. q. 1. p. 573. 1. num. 11
 Cap. si quis prabendas fin. 1. q. 3. ibid. num. 11
 Cap. statutus 55. 16. q. 1. pag. 585. num. 5
 Cap. sane 6. 16. q. 2. p. 590. n. 4

C. si quis prabendas fin. 1. q. 3. p. 573. num. 11
 Cap. statutum 7. 16. quest. 2. pag. 590. num. 5
 Cap. si plures 36. 16. quest. 7. p. 597. num. 10
 Cap. si tributum 11. quest. 11. p. 610. num. 4
 Cap. servitium 18. quest. 11. cum cap. inter 10. 9. 3. p. 611. n. 7
 Cap. sic quidem 10. q. 1. p. 612. n. 8
 Cap. si motum 19. in principio, de consecrat. dist. 1. p. 625. n. 3. & pag. 617. num. 4. & pag. 628. num. 7 & 8
 Cap. si quis basilicam 10. de consecrat. dist. 1. p. 631. n. 8
 Cap. Sacramenta 49. de consecration. dist. 1. p. 631. n. 6
 Cap. sufficit 53. de consecrat. dist. 1. p. 634. n. 7
 Cap. Sacerdotes 91. quest. 1. pag. 635. num. 3
 Cap. Sacrosancta 92. 1. qu. 1. cum cap. nec potest 9. 1. q. 1. p. 636. n. 4
 Cap. Sacramento 5. de consecr. dist. 2. p. 637. & 638. n. 2. & 5
 Cap. si vero 30. de consecr. dist. 4. p. 641. num. 6
 Cap. si quis, de penitent. dist. 7. p. 644. n. 2
 Cap. si quis Presbyter 79. de consecrat. dist. 4. p. 645. n. 6. & 7
 Cap. si quis viduam 8. vers. similiter 50. dist. p. 653. n. 16
 Cap. si quis per ignorantiam 59. 1. quest. 1. p. 656. n. 9. & p. 660. n. 4
 Cap. si quis a Pagano 52. de consecrat. dist. 4. p. 656. n. 10
 Cap. si quis 35. de consecrat. dist. 4. p. 659. n. 9
 Cap. si per negligentiam 27. cum cap. qui bene 94. de consecrat. dist. 2. p. 664. n. 5
 Cap. si per ebrietatem 28. de consecr. dist. 2. p. 664. n. 6
 Cap. si quisquam 7. 30. dist. pag. 670. num. 3

Cap. si Episcopus 73. 12. quest. 1. p. 681. n. 8
 Cap. si tributum 17. 11. quest. 1. p. 683. num. 3
 Cap. si quis cum clerico 45. 11. qu. 1. p. 685. n. 11
 Cap. si quis 4. 50. dist. pag. 697. num. 11

T.

Cap. Tribus vers. Tanta de consecr. dist. 2. cum cap. officium 3. vers. Debet, de officio Archiepiscopi, p. 664. n. 7
 Cap. tribus 23. cum cap. pervenit de consecrat. dist. 2. p. 665. n. 9
 Cap. Tabernaculum 2. de consecrat. dist. 1. p. 697. n. 8
 Cap. Terrulas 53. 12. q. 2. p. 366. n. 5. & p. 374. n. 6
 Cap. tanta 86. dist. p. 141. n. 10
 Cap. testimonium, vers. Episcopus, 11. quest. 1. p. 56. n. 8
 Cap. Thegaladum 11. q. 3. p. 197. n. 5
 Cap. tributum 11. q. 1. p. 5. n. 9
 Cap. tributum 23. q. 8. ibid.

V.

Cap. viduis 1. 87. dist. p. 31. n. 6
 Cap. volumus, vers. Si quadraginta annis 16. q. 4. p. 273. n. & pag. 225. num. 4
 Cap. vitinam 66. dist. p. 62. n. 13
 Cap. Volumus 24. 81. dist. p. 292. n. 5
 Cap. ubicumque 6. 13. quest. 2. p. 513. num. 7
 Cap. Volumus 2. 16. quest. 4. p. 524. num. 6
 Cap. Vitis 16. q. 2. p. 590. n. 3
 C. ut Calix de consecr. dist. 1. p. 639. n. 9
 Cap. Vtinam 11. 76. dist. conciliatur cum c. si quisquam 7. 30. dist. p. 670 num. 3
 Cap. vulterana 23. 12. q. 2. p. 678. n. 8
 Cap. Vxor salicis 17. quest. 4. p. 689. num. 12

I N D E X

I V R I V M D E C R E T A L I V M S E X T I , E T Clementinarum, quæ in hoc opere illustrantur, in quo tituli in quibus continentur alphabetico ordine demonstrantur.

EX DECRETALIBVS,

A

Cap. 1. **D**E Accusationibus.
 P. 111. n. 7
 Cap. videtur 3. eodem p. 139. n. 3. & 4
 Cap. nulli 5. eod. p. 198. n. 10
 Cap. veniens 15. eod. p. 63. n. 15
 Cap. ad petitionem 22. eod. pag. 140 num. 10
 Cap. pennile. vers. Absolvi debent, eod. p. 148. n. 6
 Cap. 1. de appellationibus, p. 265. n. 8. 9. & 10. & in vers. In irritum re-

vocetis, p. 250. num. 3. & 4. & in vers. Si veritate per idoneas personas, p. 253. n. 19
 Cap. inter 2. eod. p. 265. n. 10
 Cap. dilecti 3. eod. ibid. n. 11
 Cap. cum sit Romana 5. eodem, p. 255. & 256. n. 8. 12. & 13. & §. fin. p. 69. n. 12. & in vers. Si veritas & vers. Sic autem, p. 256. n. 11. & 13
 Cap. si duobus 7. vers. Nisi iudex cognoverit, eod. p. 259. n. 19. & in §. denique, p. 260. n. 20
 Cap. ex ratione 8. eodem pag. 254. num. 3
 Cap. meminimus 9. in fine, vers. Quod

si, eodem 269. & 270. n. 3. 6. & 7
 Cap. super eo 12. p. 265. n. 8
 Cap. suggestum 15. eodem pag. 270. num. 6. & 7
 Cap. cum teneamur 17. eod. p. 250. n. 7
 Cap. cum parati 19. eod. p. 119. n. 10. & p. 176. n. 10
 Cap. qua fronte 25. eod. p. 251. n. 14
 Cap. ex postremo 36. eod. p. 268. n. 4
 Cap. praterea 40. eodem pag. 263. n. 7 & p. 251. n. 13
 Cap. secundo requiris 41. p. 261. n. 7
 Cap. constitutus 46. eodem pag. 251. num. 8
 Cap. ex parte 47. eod. p. 24. n. 10
 Cap.

Index Iurium

Cap. Pastoralis 53. §. verum eiusdem
iii. p. 251. n. 12. & p. 23. n. 8
Cap. ex infinnatione 56. cod. p. 255.
num 8
Cap. ut debitus honor 59. cod. p. 207.
n. 4. & in vers. Non obtante,
p. 270. n. 5. iuncto vers. Priusquam
delegato, p. 265. n. 13. & 14. & in
vers. cum autem ibid. n. 15. & in
vers. In expensis. p. 266. n. 19
Cap. cum causam 62. cod. p. 19. n. 4. &
p. 265. n. 11

Cap. ex parte 67. cod. p. 207. n. 4. &
p. 207. n. 4

Cap. interposita 70. cod. p. 266. n. 17.
& §. fin. p. 54. n. 13

Cap. inquisitioni 71. eodem pag. 261.
num. 7

Cap. 1. de apostatis. p. 7. n. 21
Cap. cum dilectus 6. de arbitris, p. 49.
num. 6

Cap. cum olim 7. cod. p. 24. num. 11
Cap. Exposita 11. cod. p. 6. num. 18

Cap. compromissum fin. cod. p. 18.
num. 4

Cap. cum sis. 6. de auctoritate, & vsu
pallij, p. 103. n. 5

Cap. Inquisitionis 22. de accusation.
conciliatur, cum cap. dilectus 30.
de simonia p. 570. n. 5. & p. 571. n. 6

Cap. Ex iuratum 5. iuncta eius Glossa
de auctoritate, & vsu pallij, p. 679. n. 3

Cap. à multis 9. de arate & qualitate,
p. 296. n. 6

Cap. non sane 2. de arbitris, p. 324.
n. 6. p. 334. n. 6

Cap. secundo requiris 41. de appellat.
p. 469. num. 10

Cap. Inquisitioni 71. eodem ibid.

B

Cap. Si quis 1. de Baptismo, p. 640.
num. 1. & 641. num. 5. & 6

Cap. De quibus 2. de Baptismo, p. 644.
num. 1

Cap. Maiores 3. de Baptismo, p. 648.
num. 1. & ad §. fin. p. 653. n. 18. &
675. n. 11

Cap. Debitum 4. de Baptismo, p. 639. n. 1

Cap. Non ut 5. de Baptismo, p. 657. n. 1

Cap. si de Baptismo. p. 641. num. 4. & 6

C

Cap. Praterea 1. de conversione coniug.
p. 543. num. 1. 2. & 3. & p. 546. n. 8
& p. 548. n. 13

Cap. Verum 2. de conversione coniug.
p. 549. num. 1. & p. 550. n. 4. & 5

Cap. Quidam 3. de conversione coniug.
p. 543. n. 1. & p. 547. n. 11

Cap. cum sit praterea 4. de conversione
coniugator, p. 543. n. 1

Cap. coniugatus 5. de convers. coniugat.
p. 543. n. 1. & 9

Cap. Ex publico 7. de convers. coniug.
p. 551. num. 9

Cap. Vxoratus 8. de convers. coniug.
p. 543. n. 1

Cap. Ex parte 9. cap. consultis 10. de
convers. coniug. p. 543. n. 1. 3. & 6.
& p. 548. n. 12

Cap. Placuit 12. de convers. coniugat.
p. 547. n. 11

Cap. Ad Apostolicam 13. de convers.
coniug. p. 543. n. 1

Cap. Ex parte tua 14. de conversione
coniugator. p. 548. n. 1

Cap. Veniens 16. de convers. coniugat.
p. 548. n. 12

Cap. Accedens 17. cap. significavit 18.
de convers. coniugat. p. 543. n. 1

Cap. Ex parte 9. de convers. coniugat.
p. 548. n. 1. Vbi conciliatur, cum e.
Agabus 27. q. 2.

Cap. cum sit 2. de condition. appositis,
p. 522. n. 9. & p. 575. n. 4

Cap. De illis 3. de condition. apposit.
p. 570. n. 3

Cap. ad nostram 5. de confirmat. utili,
vel inutili, cum cap. super eo 9. de
regul. p. 581. n. 12

Cap. consulisti 7. de consecrat. Eccle-
sie, vel Altar. p. 516. num. 1. & se-
quentibus.

Cap. In Ecclesia 1. de Capell. Mona-
chor. p. 579. n. 6. & p. 589. n. 1

Cap. ad audientiam fin. de Capell. Mo-
nach. p. 578. n. 5. & p. 589. n. 1

Cap. Dilectus 2. de Capell. Monach.
p. 582. n. 4

Cap. cum venerabilis 21. de censibus,
p. 585. n. 4

Cap. Ex parte 3. de Capell. Monach.
p. 589. n. 1

Cap. Sancitum 1. de censib. p. 609. n. 1
& 3 p. 614. n. 7

Cap. Omnis anima 2. de censib. Vide
que sunt scripta super c. 2. de iudi-
cijs, in tom. 2.

Cap. Sciens 3. de censib. p. 616. n. 1

Cap. cum Apostolus 6. §. Prohibemus
de censibus, p. 612. n. 8. Vbi explican-
tur omnes sui §§.

Cap. Prohibemus 7. de censib. p. 616. n. 1

Cap. Praterea 8. de censib. p. 619. n. 7.
p. 620. n. 9

Cap. cum clerici 11. de censib. p. 603. n. 7
& p. 620. n. 8

Cap. Significavit 13. de censib. p. 616.
n. 1. & p. 619. n. 8

Cap. Gravis 15. de censib. p. 616. n. 1.
& p. 618. num. 4

Cap. quanto 16. de censib. p. 514. n. 5. & 6

Cap. cum instantia 17. de censib. p. 216.
remissive.

Cap. Ex parte 18. de censib. p. 622. n. 4
advers. Cum ergo.

Cap. cum venerabilis 21. de censib.
p. 616. n. 1. & p. 585. n. 4

Cap. procuraciones 23. de censib. cum
c. quoniam in fin. 7. 18. dist. & cum
cap. §. procuracion. de censib. lib. 6.
p. 615. n. 9

Cap. Auctoritate fin. de censib. p. 614
num. 4

Cap. Audivimus 3. de collusione dete-
genda. p. 618. n. 5

Cap. Ad hac 1. cap. Quod in dubijs 3.
cap. proposuisti 4. de consecr. Eccles.
vel altaris. p. 625. n. 1

Cap. Lignis 6. de consecr. Eccles. vel
Altar. p. 627. n. 4

Cap. consulisti 7. de consecrat. Ec-
clesia, vel Altar. p. 629. n. 1. remis.

Cap. cum sicut 8. de consecr. Eccl. vel
Altar. p. 629. n. 1

Cap. Presbyter 1. de celeb. Missar. p. 635
num. 1

Cap. De homine 7. de celeb. Missar.
p. 635. n. 1

Cap. Dolentes 9. de celebrat. Missar.
ibid.

Cap. Sane 10. de celebrat. Missar.
p. 635. Remissive, & p. 637. n. 1

Cap. Litteras fin. de celebrat. Missar.
p. 637. num. 1

Cap. 1. de Clerico venatore, p. 634.
num. 11

Cap. Scavimus 1. de custodia Euchar.
p. 630. num. 6

Cap. 1. & 2. de cust. Euchar. christi. &
aliorum Sacramentorum, p. 663.
n. 1. & p. 664. num. 4

Cap. Landabilem 1. de convers. infide-
lium, p. 551. n. 1

Cap. Ex litteris 2. de convers. infidel.
p. 551. n. 1

Cap. cum Martia in fin. 6. de celebr.
Missar. p. 662. n. 9

Cap. Ad audientiam 3. de crimine falsi
p. 697. n. 7

Cap. cum Apostolus 6. de censibus,
p. 285. num. 6

Cap. sopita 14. ibid. n. 6

Cap. cum nuper 15. eod. ibid.

Cap. ex parte 12. p. 394. n. 5

Cap. olim 20. cod. p. 437. n. 12

Cap. presentium 3. de Clerico Percus-
sore, p. 279. n. 7

Cap. 1. de cohab. clerico. & mus. p. 291
num. 3

Cap. penult. cod. p. 295. n. 3

Cap. 2. eod. p. 295. n. 4

Cap. sicut 4. cod. p. 295. n. 4. & 5

Cap. si autem eod. p. 296. n. 7

Cap. cum olim de clericis coniugat.
p. 300. num. 3.

Cap. Joannes 7. eodem pag. 302. n. 12

Cap. eos 43. de clericis non residentib.
p. 307. n. 9

Cap. 2. cod. p. 307. n. 3

Cap. cum dilectus 14. cod. p. 309. n. 4

Cap. de catero 7. eod. p. 310. n. 6

Cap. ad audientiam 15. cod. p. 310. n. 6

Cap. cum nostris 6. de concess. Præbende
p. 328. n. 16

Cap. Præposuit 4. cod. p. 338. n. 7
& p. 341. n. 5

Cap. accedens 14. eodem p. 339. n. 8

Cap. cum super 8. cod. p. 340. n. 13

Cap. ex timore 13. eod. ibid. n. 13

Cap. qui iniurorum 1. cod. p. 341. n. 1

Cap. cum nostris 6. eod. p. 341. n. 5

Cap. quia dīner sitatem 3. cod. p. 344.
num. 6

Cap. Nulla 2. eod. p. 344. n. 5

Cap. dilectus 12. eod. ibid. n. 9

*Cap. de Rectoribus de clerico agrotan-
te,* p. 330. n. 3. & p. 332. n. 4

Cap. cum percussio 1. eod. p. 330. n. 6

Cap. tua nos 4. eodem p. 332. n. 3.
& 4

Cap. cum, de consit. p. 333. n. 3. &
p. 355. n. 5

Cap. cum omnes 6. eod. p. 309. n. 5

Cap. cum accessissent 8. eod. p. 333.
num. 7

Cap. ex parte 12. eod. ibid.

Cap. cum gratia unico de commodato
p. 383. n. 5

Cap. 1. de clandest. desponsat. p. 455.
num. 5

Index Iurium.

Cap. Diversis fallaciis de clericis con-
 ingatis. p. 370. num. 7
 Cap. 2. de causa possessionis, & proprietatis. p. 82. num. 5
 Cap. cum Ecclesia sutrina 3. eodem p. 77. num. 5. & p. 82. n. 4. p. 227. n. 6. & p. 82. n. 12. p. 54. n. 18.
 Cap. cum super 4. eodem pag. 81. num. 18
 C. cum dilectus 6. cod. p. 81. n. 18
 C. cum olim 7. eodem p. 240. n. 11
 C. unico de clericis peregrinantibus, p. 270. n. 8. 9 & 10.
 Cap. de cohabitatione clericorum, & mulierum, p. 170. num. 4
 Cap. a nobis penultimo eodem p. 170. num. 4
 C. 1. vers. Nisi Consuetudo, de cognatione spirituali. p. 220. n. 14. & 15.
 C. super eo 3. eodem pag. 120. num. 14. & 15.
 C. quia diversitatem 5. de concessione prabendae. p. 217. n. 19. & p. 217. n. 4. & p. 274. n. 10
 Cap. cum super 2. de confessis. p. 196. num. 18.
 Cap. fin. eod. p. 163. num. 6.
 Cap. 1. de confirmatione vili, vel inutili p. 273. n. 5. & in versic. Sed si rem p. 172. n. 11
 C. 2. eod. p. 6. n. 18. & p. 273. n. 5.
 Cap. bona memoriae 3. eodem p. 270. num. 12
 C. examinata 7. eod. p. 6. n. 18. & p. 9. n. 7. & p. 273. n. 7.
 C. venerabilis 8. eod. p. 273. n. 6.
 C. super eo 2. de consanguinitate, & affinitate. p. 142. n. 17
 C. 2. de crimine falsi. p. 233. n. 7
 Cap. ad falsarios 7. eodem p. 13. n. 8. & p. 17. n. 9
 Cap. ex litteris 11. de constitutionibus p. 3. n. 15
 Cap. cum dilectus 8. de consuetudine. p. 54. n. 12

D

Cap. ad dissolvendum 13. de desponsatione impuberum, vers. Salvis exceptionibus, p. 202. n. 6. & pag. 67. num. 13.
 Cap. praterea 2. in fine, de dilationibus p. 51. n. 9
 Cap. literas 3. eodem p. 58. n. 6
 Cap. porro 3. de dinoritiis. p. 56. n. 6
 Cap. significasti 4. eod. p. 56. n. 6
 Cap. ex litteris in fine. eodem p. 236. num. 5
 C. 1. de dolo, & contumacia. p. 105. n. 6. & p. 99. n. 6
 Cap. causam 3. eod. p. 54. n. 4
 Cap. provt 4. eodem p. 19. n. 5. & p. 53. num. 10
 Cap. veritatis 8. eodem p. 98. n. 12. & p. 53. n. 10
 Cap. 2. de donationibus. p. 135. n. 9
 Cap. cum dilecti 6. cod. p. 205. n. 10.
 C. de prudentia 3. de donationibus inter p. 71. n. 5
 Cap. nuper 6. eod. p. 31. n. 3
 Cap. Decimam partem de decimis, p. 529. n. 10.
 Cap. Novum genus 2. de decimis, p. 528. num. 8

Cap. Ex multiplici 3. de decimis, p. 535. n. 12.
 Cap. Pervenit 5. c. Nuncios 6. cap. cum homines 7. de decimis, p. 526. n. 1
 Cap. Ex parte 10. de decimis, p. 532. num. 1
 C. Licet 11. de decimis, p. 532. n. 1
 Cap. Ad audientiam 12. de decimis, p. 533. n. 4.
 Cap. Quoniam 13. de decimis, p. 532. num. 1.
 C. Parochianos 14. de decimis, p. 527. n. 1. p. 526. n. 5. & 6
 C. cum sint homines 18. de decimis, p. 526. n. 1. p. 525. n. 9.
 C. Ad Apostolica 20. c. ex parte 21. c. non est 22. de decimis, p. 526. n. 1
 C. Extraneis 25. de decimis, p. 526. n. 1. & p. 530. n. 2
 C. A nobis 24. de decimis p. 526. n. 1
 Cap. Tua porro 25. de decimis, p. 526. n. 1. & p. 534. n. 8
 C. Tua nobis 16. de decimis, p. 526. n. 1
 Cap. Ex parte tua 27. in principio de decimis conciliatur, cum c. statuto 2. 5. 2. eod. tit. in 6. p. 534. n. 7
 C. Pastoralis 28. vers. Cedamus de decimis, p. 531. n. 15.
 Cap. Dudum 31. de decimis, p. 525. num. 9.
 C. cum non sint 33. de decimis, p. 526. num. 1
 Cap. 1. De despons. impub. conciliatur, cum c. 1. eodem titulo, lib. 6. p. 538. num. 9
 C. 1. De dinoritiis conciliatur, cum cap. si quis vinente 31. quast. 1. p. 554. n. 10. & cum c. quidquid 12. 31. 9. 5. in p. 555. n. 12
 Cap. Quasvis 2. de dinoritiis conciliatur, cum c. prima idololatris 28. q. 1. p. 555. n. 12.
 Cap. Inter dilectos 8. de donationibus, p. 600. n. 7. & 8
 Cap. multiplici de decimis, p. 469. num. 9
 Cap. Tua 25. § fin. eodem p. 649. n. 6
 Cap. ad Audientiam 12. eod. p. 469. num. 9
 Cap. prohibemus 19. eod. p. 349. n. 3
 Cap. Quamvis 17. eodem p. 351. n. 8
 Cap. ex parte 27. de decimis, p. 468. num. 5
 Cap. ad hoc 15. eodem, p. 351. n. 9
 Cap. fin. eodem, ibid. n. 10
 Cap. Pastoralis eodem, p. 471. n. 3
 Cap. Per tuas 5. de donat. p. 373. n. 4
 Cap. ut eorum 3. eodem, p. 377. n. 7
 Cap. per vestras eodem, p. 433. n. 7
 Cap. Dilecti 6. eodem, p. 279. & 462. num. 6
 Cap. ceterum 3. eodem, p. 463. n. 2
 Cap. A. o. solica eodem, p. 360. n. 10
 Cap. Per tuas 5. eodem, p. 367. n. 10
 Cap. Fraternalitatem 2. eod. p. 367. n. 11
 Cap. Ceterum 4. eodem, p. 367. n. 10
 Cap. Inter dilectos 8. de don. pag. 474. n. 4. & 5
 Cap. de deposito, p. 387. n. 7. & p. 450. num. 6
 Cap. Finem licibus de dolo, & contumacia, p. 450. n. 5
 E.
 C. Cum inter 21. de elect. p. 305. n. 4

Cap. Cum in cunctis 7. §. 1. eodem p. 326. n. 3
 Cap. Ne pro defectu 41. eod. p. 544. num. 9
 Cap. Licet 6. eodem, p. 353. n. 7
 Cap. Scriptum 40. eod. p. 353. n. 7
 Cap. accedentibus 12. de excessibus Pralatorum. p. 348. n. 9
 Cap. Gravem 15. eodem, p. 478. n. 9
 Cap. ad Audientiam 3. de Ecclesiis edificandis p. 357. n. 9. & p. 359. n. 7.
 Cap. final. eodem, p. 373. num. 13
 Cap. cum dilectus 5. de emptione & vend. p. 368. n. 14. & 15. & p. 392. n. 3. & p. 400. n. 15
 Cap. Ad nostram 5. eod. p. 431. n. 4
 Cap. Nimis antiqua 16. vers. si quis decedentium, de excessibus Pralator. p. 512. n. 6
 Cap. Quicumque 1. de Ecclesiis edificandis, & reparandis pag. 677. n. 5.
 Cap. cum dicat Apostolus 2. de Ecclesiis edificand. p. 530. n. 11. & p. 678. num. 1
 Cap. ad Audientiam 3. de Ecclesiis edificand. p. 678. n. 1
 Cap. ad Audientiam 3. de Ecclesiis edificand. p. 631. n. 11
 Cap. de bis 4. de Ecclesiis edificand. p. 676. n. 1
 Cap. Tua nobis fin. de Ecclesiis edificand. p. 682. n. 1
 Cap. Propositum 1. de eo, qui duxit in matrimonium & c. p. 534. n. 9
 Cap. Innocentius, de election. pag. 640. num. 11.
 Cap. cum in cunctis 7. de elect. p. 693. num. 3
 Cap. dudum 22. de electione, pag. 76. num. 15.
 Cap. inquisitionis 16. eodem p. 196. num. 18
 Cap. venerabilem 34. eodem p. 204. num. 4
 Cap. constitutus 47. eodem pag. 48. num. 15
 Cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem, p. 5. n. 11
 Cap. cum veniens 5. eodem ibid. num. 11.
 Cap. 1. versic. Quod si sola, iuncto versic. Nisi prius, de exceptionibus, p. 196. n. 17. & p. 191. n. 15. & in versic. Denique, p. 194. n. 9
 C. 2. versic. Quod ipse, eod. p. 198. n. 10
 Cap. cum Ecclesiastica 3. eod. p. 199. n. 5. & in versic. De qua fuerat, p. 200. n. 6
 Cap. Pastoralis 4. eod. p. 159. n. 7. & in versic. Quas non fuerint protestate, p. 201. n. 6
 C. cum venerabilis 6. eod. p. 204. n. 3 & in versic. Inter contractus, eodem p. 205. n. 9. & in versic. Verum etiam, p. 206. n. 16. & in versic. Quoad temporalia, p. 206. n. 18
 Cap. olim 7. in fine, eod. p. 267. n. 22. & p. 207. n. 4
 Cap. dilecti 8. eodem p. 202. n. 7
 Cap. dilecti 10. eod. p. 207. n. 5. & in versic. Quo circa, p. 207. n. 4
 C. significaverunt 11. eod. p. 203. n. 11
 Cap. exceptionem 12. versic. Ne quisquam, eod. p. 208. n. 4

Index Iurium



F

- Cap. 2. de feriis.* p.61.num. 8
Cap. licet 3. cod.p.61.num.9
Cap. 1. de feudis. p.179.n.7
Cap. 1. de fide instrumentorum. p.151.num.5
Cap. cum venissent 3. de fide instrumentorum. p.28.n.3
Cap. accepimus 4. eodem pag.117.num.15. & 16
Cap. inter dilectos 6. cod.p.157.n.11. & in versic. Secundo per instrumentum. p.242.num.22
Cap. cum dilectus 9. eodem p.29.n.3
Cap. fin. de furtis. p.13.n.5
Cap. consultationi de frigidis, & maleficiatis. p.237.num.7
Cap. si quis 4. de foro competentis. p.168.num.9
Cap. si Clericus laicum. eodem p.28.num.6
Cap. licet ex suscepto 10. eodem p.260.num.10
Cap. si diligenti 12. eodem p.24.num.11. & p.11. num.11
Cap. ex parte 15. eodem p.31.n.5
Cap. dilecti 17. eodem p.18.n.6. & p.43.n.5
Cap. Licet 3. de Ferijs. p.671.n.7
Cap. Final. de Ferijs. p.666.num.3
Cap. Ad hac 12. de filiis presbyterorum. p.314.n.11
Cap. Ad abolendam 16. eodem ibid.num.12. & 14
Cap. Veniens 5. cod.p.314.num.13. & p.370.num.7
Cap. extranmissa 7. eodem p.314.num.16
Cap. Peruenit 2. de fideiussoribus. p.318.n.3. & p.442.n.6. & p.448.n.3. & p.387.n.5
Cap. clericus 1. eodem p.294.n.4. & p.441.n.3
Cap. quod quibusdam 4. cod. p.386.num.3
Cap. 2. de feudis. p.373. num. 4. & p.431.n.3
Cap. ex parte 2. eodem pag. 372.num.4
Cap. dilecti 17. de foro competentis. p.447.num.5
Cap. Nullus 2. cod.p.451.num.11
Cap. si cantio 14. de fide inst. p.455.num.4

H

- Cap. 2. de Homicidio.* p.278.n.4
Cap. suscipimus eodem, ibid. n.5
Cap. ex parte 4. de his qua fiunt à majori parte capituli. p.352.num.4
Cap. cum in cunctis 1. eodem p.353.num.8
Cap. Pastoralis de his qua fiunt à Prelato. p.360.n.10
Cap. Apostolica 7. cod.p.359.n.6
Cap. ea noscitur cod.p.473.n.13
Cap. ad abolendam, de hereticis. p.17.n.9. & p.119.n.4
Cap. postulasti 21. de homicidio. p.7.num.20
Cap. sacris de his qua vi. p.108.n.5. & p.216.n.5

- Cap. 1. De homicidio.* p.687.num.6
Cap. Tua nos 19. de homicidio. p.695.num.11
Cap. Peticio 24. de homicidio. p.697.num.10

I

- Cap. Peruenit 3. de iur. iur.* p.557.num.5
Cap. Tua nos 11. de iur. iur. cap. Graviss 15. de censib. p.617.n.4
Cap. Perlatam 1. de iure patronatus. pag.594. num.1. & 2. & p.597.num.8
Cap. Quacunque 2. de iur. patr. p.594.n.1. & p.608.n.1
Cap. Quoniam 3. de iur. patronat. p.608. & 609.n.1. & 3
Cap. Quod autem 5. vers. fin. de iur. patron. p.598.n.1
Cap. Quis 6. de iur. patronat. p.601.num.3
Cap. Ex litteris 7. de iur. patr. p.605.num.1
Cap. Illud 8. de iur. patronat. p.599.num.5
Cap. Quarimoniam 9. de iur. patron. p.608.n.1
Cap. cum laici 10. de iur. patronat. p.603.n.8
Cap. cura pastoralis 11. de iur. patronat. p.598.n.3
Cap. Si vero 12. cap. eamto 22. de iur. patronat. p.594.n.1
Cap. cum saculam 13. de iur. patron. p.598. & 605. num.1
Cap. Ex insinuatione 14. de iur. patr. p.599.n.6
Cap. consuluit 15. de iur. patronat. p.603.num.8
Cap. de iure 16. de iur. patron. p.601. & 605.num.1
Cap. Nullus 17. de iur. patron. p.600.num.10
Cap. consultationibus 19. de iur. patr. p.607. num.11
Cap. Suggestum 20. de iure patron. p.598 num.1. & p.600. n.11
Cap. relatum 21. cap. praterca 23. de iur. patronat. p.601.n.1. & p.605.num.1
Cap. praterca 23. de iur. patron. p.611.n.5. & p.617. n.3
Cap. Nobis 25. cap. cum laici 10. p.603.n.8. de iur. patron.
Cap. cum propter 27. de iur. patronat. p.594. n.1. & 3
Cap. final. de iur. patronat. p.598.num.1
Cap. à nobis 25. cap. praterca 28. de iur. patron. p.631.n.12
Cap. cum venissent, in fin. de in integr. restit. p.608.n.11
Cap. Quia plerique 8. de Immunitat. Eccles. cum cap. procuraciones 23. de censib. p.615.n.11
Cap. Peruenit 1. de Immun. Eccles. p.684.num.4
Cap. Non minus 4. de Immun. Eccl. p.682.n.1
Cap. cum Ecclesia Dei 5. p.686.n.1. de Immunit. Eccles.
Cap. Inter alia 6. de Immunit. Eccles. p.688.n.10. & 11

- Cap. Adversus 7. de Immun. Eccles.* p.682.num.1
Cap. Quia plerique 8. de Immunitat. Eccles. p.615.n.11
Cap. Ecclesia 9. de Immun. Eccles. p.629. n.3
Cap. Immunit. fin. de Immun. Eccles. p.687.num.5
Cap. Decernimus 2. de Iudicijs. p.685.num.11
Cap. ex liceris 4. de in integrum restitutione. p.246.num.19
Cap. constitutus 8. eodem p.28.n.3
Cap. cum venissent 6. de institutionibus. p.245.n.15
Cap. dilecti 6. de iudicijs. pag.48.n.13 & p.210. num.3
Cap. cum non ab homine 10. eodem p.20.n.20
Cap. novit 13. eodem p.14.n.7
Cap. exhibita. cod. p.202.n.8
Cap. examinata 19. cod.p.106. n.9
Cap. fin. eodem p.7. n.24. & p.60.num.21. & p.64. num.14 & p.75.num.8
Cap. 1. de iuramento calumnia. p.57.num.12
Cap. fin. cod. p.176. n.11
Cap. 2. de iure iurando. p.183.n.10
Cap. Ego 4. cod. p.175.n.7
Cap. debitoribus 6. cod. p.184.n.13. & p.187.n.12. & p.177. n.8. & in vers. In quibus se obligaverant, p.177.n.6
Cap. ad nostram 7. vers. Deinde. eodem p.179. n.5
Cap. si vero 8. eiusdem titul. p.183.num.10
Cap. ex rescripto 9. cod. p.17.n.9
Cap. cum quidam 12. vers. Si vero. cod. p.183.n.11
Cap. quanto 18. eod. p.180.num.4 & 5
Cap. ad nostram 20. cod. p.7.n.23 p.179.n.5
Cap. quemadmodum 25. §. illud, vers. Tutius ergo. cod. p.182.n.3
Cap. etsi Christus 26. vers. Si tantum & vers. Etiam per cælum. cod. p.186. num. 5. & in vers. Presenti gratia indulgendo. p.135.num.7
Cap. cum contingat 28. cod. p.33 num.11
Cap. sicut 29. §. iuramentum. cod. p.175.num.4
Cap. nimis 30. cod. p.175.n.5
Cap. fin. versic. Quamvis. cod. p.190 num.12
Cap. ex litteris 7. de iure patronatus. p.9.n.8. & p.103. n.7
Cap. cum seculum 13. cod. p.9.n.8
Cap. consultationibus 19. cod. p.103. num.7
Cap. Pastoralis 29. eodem p.251. num.11
Cap. Ex litteris de iure Patronatus. p.473.n.13
Cap. ex insinuatione 14. cod. p.465. num.4
Cap. Illud 8. cod. p.465.n.5. p.339.n.7
Cap. cura 11. cod. p.467.n.7
Cap. 1. & 2. cod. p.315. n.17
Cap. consuluit 15. cod. p.315.n.18
Cap. à nobis 3. cod. p.357.n.10
Can.

Index Iurium.

O

Cap. Querelam 10. de iure inuando, p.444.n.14. & p.417.n.4
Cap. ex rescripto cod. p.442. n.6. & p.429.n.5. & p.457.n.7
Cap. ad nostram 7. cod. p.310.n.5. & p.423.n.8. & 431.n.3
Cap. Intellecto 33 cod. p.461.n.3
Cap. At si clerici 4. de iudicijs, p.298. n.17. & 299.n.4
Cap. causam que 9. cod. p.327.n.7
Cap. Non amplius 1. de inst. p.333. n.3. & p.348.n.4
Cap. auctoritate 4. cod. p.333.n.5
Cap. cum venissent 6. cod. p.335.n.8 p.370. num.7. & p.400.n.4
C. ex frequentibus 3. cod. p.335.n.11. & p.475.n.11
Cap. ad decorem 5. eodem p.335. num.12

L

Cap. 2. de locato. p.374. n.4
Cap. Potuit vltim. eodem pag. 368. num.17
Cap. 2. de locato. p.119.n.9

M

Cap. cum inferior de Maioritate & obedientia. p.319. n.7
Cap. cum in Ecclesijs X. de maiori- rate, & obedientia. p.175.n.4
Cap. fin. de matrimonio contracto, con- tra interdillum Ecclesia. pag. 3. num.16
Cap. 1. de mutuis petitionibus. p.85. n.12. & in vers. In continenti. p.49. n.4
Cap. fin. de Magist. p.694.n.8

N

Cap. illa 2. ne sede vacante. p.270.n.4. p.273.num.6
Cap. Sacerdotibus 2. Ne clerici vel Monachi p.280. n.13
Cap. clericis 5. cod. p.280.n.13
Cap. unico ne Sede vacante, p.344. num.5. & 6
Cap. fin. ne Pralati vices suas, p.374. num.3
Cap. 1. cum sequentib. Ne clerici vel Monachi. p.504. n.3
Cap. Multa 1. Ne clerici, vel Monac. p.690. n.1
Cap. Sacerdotibus 2. Ne cler. vel Mo- nac. ibid.
Cap. Non 3. Ne cler. vel Monach. p.692.n.10. & p.694.n.7
Cap. Sed nec 4. Ne cleric. vel Mo- nach. p.690. n.1
Cap. clericis 5. ne cleric. vel Monach. p.696. n.1
Cap. Secundum instituta 6. ne clerici vel monach. p.690.n.1
Cap. Sententiam 9. Ne cleric. vel Monach. p.695. n.12. & p.697. num.9
Cap. Super specula 10. ne cleric. vel Monachus p.691.n.10. & p.694. num.9
Cap. 1. & 2. de novi oper. nunt. p.677. num.3

Cap. ut nostrum 9. de officio Archi- diaconi. p.245.num.13
Cap. fin. eiusdem tituli. p.34.num.4
Cap. si quando 8. de officio, & pote- state iudicis delegati. p.234. n.11
Cap. super eo 15. eodem p.245.n.14
Cap. relatum 19. cod. p.51. n.5
Cap. gratum 20. ibid.
Cap. prudentiam 21. §. ille quoque, eodem p.5. n.12
Cap. super questionum 17. §. fin. co- dem p.265.num.12
Cap. Pastoralis 28. §. quia vero, cod. p.234. n.8
Cap. cum R. 35. cod. p.21.n.3
Cap. cum contingat 36. cod. p.202. num.10
Cap. P. & G. cod. p.24.n.15
Cap. 2. de ordine cognitionum pag.46. num.3. & pag. 49. n.4 & p.65. num.4
Cap. suam 3. cod. p.67.n.11
Cap. ex parte 12. de officio Delegati, p.340. & 314. n.12. & p.420. num.10
Cap. Pastoralis 18. §. quia vero, cod. p.320.num.8
Cap. si quando 8. cod. p.320.n.8
Cap. Super eo 15. cod. p.335.n.7
Cap. Vt nostrum 5 de officio Archi- diaconi. p.334.n.5
Cap. Ex litteris 1. de officio iudicis ordin. p.692.n.11
Cap. 1. officio ordinar. p.696. n.5
Cap. conquerente 16. vers. de Quartana decimationum, de offic. iud. ordinis, p.514. n.3
Cap. Officium 3. vers. Debet, de offi- cio Archipresbyt. p.664.n.7
Cap. Ex parte 1. de obseruat. ieiun. p.669. num.1
Cap. consilium 2. vers. Quod omnium Apostol. de obseruat. ieiun. p.671. num.8
Cap. Explicari 3. de obser. ieiun. p.669. num.1
Cap. final. De obseruat. ieiun. p.672. num.10

P

Cap. ex literis 5 de pignoribus. p.71. num.7
Cap. significante 7. eodem p. 182. num.5
Cap. 2. de postulando. p.136. n.12
Cap. referente 7. de prebendis, & dig- nitatibus. p.258.n.12
Cap. 1. de prescriptionibus. p.209.n.3 & p.217.num.16
Cap. Statutum 3. cod. p. 212.num.5
Cap. de quarta 4. cod. p.213.n.9. & p.227. n.6
Cap. quia indicante 9. cod. p. 141. num.12
Cap. accedens 11. cod. p.224.n.5
Cap. ad Audienciam. cod. p. 160. num.8
Cap. si diligenti 17. eodem p. 227. num.7
Cap. 1. de presumptionibus. p.166. num.5

Cap. litera 14. vers. Quia intra, cod. p.166. num.12
Cap. cum & plantare 3. de privilegijs & excommunicatos. p.102.n.4
Cap. si de terra 6. eodem p.113.n.6
Cap. porro 7. eodem p.172.n.8
Cap. cum olim 12. cod. p.152.n.8. & p.160.n.10
Cap. ex parte 13. cod. p.7.n.21
Cap. ut privilegia 24. eodem p.102. num.4
Cap. super specula 28. eodem p.29. num.7
Cap. 1. de probationibus, vers. Nulli dicendum. p.115.num.3
Cap. proposuisti 4. cod. p.128.n.10
Cap. tertio eo 5. cod. p.136.n.12
Cap. iuravit 6. cod. p.236.n.3
Cap. in presentia 8. cod. vers. Erat minor. p.124.n.4
Cap. licet causam 9. cod. vers. Aliis ad hoc generaliter. p.126.n.5. & vers. Quoniam. ibid. n.8. & p.129. n.3. & p.194.n.8
Cap. ad nostram 12. cod. p.428. n.7. & 8
Cap. causam matrimonij 14. eodem p.145. num.6
Cap. cum bona memoria vltimo, cod. p.145.num.10
Cap. 2. de purgatione vulgari. p.145. num.9
C. ex insinuatione 3. de procuratoribus p.142. n.15
Cap. 1. de prebendis, p.212.n.1. & p.213. num.4
Cap. Non liceat 2. eodem p. 316. num.3
Cap. Episcopus 4. eodem ibid. n.4. & 8
Cap. suis questionibus 23. cod. p.316. num.4
C. cum secundum Apostolum 16. cod. p.316. n.5
Cap. Nisi essent 21. cod. p.318.num.5. & p.324.num.3. & 4. p.356. n.8. & p.420.n.12
Cap. Tua 20. cod. p.321.n.5
Cap. Dilecto 25. ibid.
Cap. Dilectus 19. cod. p.321.n.4
Cap. pro illorum 22. cod. p.333.n.4
Cap. Relatum 9. cod. p.340.n.9
Cap. Dilectus 19. cod. ibid. n.10
Cap. Tua 20. cod. p.340.n.11
Cap. Dilecto 25. cod. ibid. & p.355. num.6
Cap. Vacante 26. cod. p.342. n.3
Cap. Dilectus 27. cod. p.321.n.6
Cap. cum causam 36. cod. p.355.n.4
Cap. Maioribus. cod. p.417. n.3
Cap. inter cetera 17. cod. p.418.n.5. & 6
Cap. Dilectus 23. cod. p.420.n.12
Cap. extirpanda 30. §. qui vero cod. p.311. n.3. & 6
Cap. fin. §. clericus de postulando, p.478. n.8
Cap. quia in dubijs de penis, p.279. num.9
Cap. cum pridem 4. de pactis. p.325. num.8
Cap. ex literis 3. de probat. p.328.n.15
Cap. tertio loco. cod. p.474.n.3
Cap. Dilectus 27. cod. p.321.n.6
Cap. 1. de prescriptionibus, p.345.n.10

Cap.

Index Iurium

- Cap. quia circa 22. de privilegijs*, p. 469. n. 7
Cap. cum & plantare §. 1. cod. p. 362. num. 9
Cap. cum olim 14. eodem p. 463. num. 4
Cap. dudum 31. cod. p. 469. n. 9
Cap. olim et 1. cod. p. 473. n. 9
Cap. significante cod. p. 381. n. 5
Cap. presentium 3. cod. p. 424. n. 3. & 4
Cap. illo vos. eod. p. 431. n. 5
Cap. ex litteris 5. eod. p. 435. n. 7
Cap. cum constet fin. eodem p. 438. num. 3
Cap. 2. de Precarijs. p. 178. n. 9
Cap. Nullus 3. de Parochijs, & alien. Paroch. p. 520. n. 1
Cap. Super eo 4. de Parochijs, & alien. Paroch. p. 523. num. 1. cum sequentibus.
Cap. Placuit 1. de prescriptionibus. p. 525. num. 8
Cap. Auditis 13. cap. cum olim 18. de prescriptionib. p. 582. n. 3
Cap. ad aures 6. de prescriptionibus. p. 525. n. 9
Cap. Quia indicante 9. de prescript. p. 424. n. 5
Cap. Veniens 19. de prescript. late discutitur. p. 522. n. 7. & 8
Cap. cum olim 4. vers. Praterea. de privilegijs. p. 481. n. 7
Cap. Quia circa 22. de privilegijs, p. 534. n. 9
Cap. ut privilegio 24. de privilegijs, p. 512. n. 5
Cap. In his 30. de privileg. p. 624. n. 6
Cap. Dudum 31. de privileg. p. 535. n. 11
Cap. In presentia 8. de probation. p. 507. n. 5
Cap. cum causam 13. de probation. cum cap. plures 34. 16. q. 1. p. 524. num. 4
Cap. Presbyteri 2. de penis. p. 506. n. 4
Cap. Qui presbyterum de penitentijs, & remission. cum cap. Qui Presbyterum 24. quast. 4. p. 554. n. 11
Cap. Significatum 11. de praben. p. 636. num. 6
Cap. De Monach. 12. de prab. p. 592. num. 7. & 593. num. 11
Cap. Dilecto 25. de prabend. p. 604. num. 9
Cap. 1. vers. Deprehenderit, de presbyt. non baptiz. p. 660. num. 3. & p. 661. n. 6. ad fin. capituli.
Cap. 2. & 3. de presbyter. non baptiz. p. 650. n. 7. & p. 662. n. 8
Cap. Apostolicam 2. de Presbyter. non bapiz. p. 661. n. 6. cum cap. 1. in fin. eod. tit. p. 662. num. 8. & 9
Cap. fin. de presbyt. non baptiz. remissive p. 643. n. 2. & p. 645. n. 5. & p. 661. n. 6
Cap. Volens unicum, de Purificat. post partum. p. 673. n. 1
Cap. 1. De postulando, p. 692. n. 11
Cap. Ex parte 2. de postulando. p. 691. num. 9. & 694. n. 6
Cap. 2. qui clerici vel vocentes, p. 295. num. 3
Cap. Insinuante 7. qui clerici, vel vocentes, p. 541. num. 5. & p. 576. num. 6
Cap. fin. Qui clerici, vel vocentes p. 484. n. 5
Cap. Rursus 6. qui clerici, vel vocentes. p. 184. n. 18
Cap. videtur 3. qui matrimonium accusare possunt. p. 239. n. 4
Cap. perlatum 8. qui filii sint legitimi. p. 132. num. 8
Cap. causam qua. eod. p. 71. num. 8
- R**
- Cap. si quis* 2. de Regularibus p. 50 num. 5
Cap. licet 18. eodem p. 173. n. 8
Cap. 2. in fine de rescriptis. p. 272. num. 9
Cap. cum adeo 17. eod. p. 206. n. 3
Cap. edoceri 21. eod. p. 135. n. 9
Cap. cum dilecto 22. eodem p. 230. num. 15
Cap. postulasti 2. eodem
Cap. super litteris 30. eodem p. 233. num. 6
Cap. significavit 36. eod. p. 18. n. 4
Cap. accepta 3. de restitutione spoliatorum. p. 83. n. 3
Cap. ex litteris 5. eod. versic. Prius de violenta eiectione. p. 84. n. 4
Cap. ex conquestione 10. eod. p. 75. n. 7. & p. 77. n. 5
Cap. litteras 13. eod. p. 66. n. 5. & p. 134 num. 10. & p. 104. n. 12
Cap. fin. eodem p. 2. num. 6. & p. 11. num. 6
Cap. Si quis 2. de Regularibus p. 536. num. 1. & 4
Cap. Super eo 9. de Regularib. p. 541. n. 1. & 4. Vbi conciliatur, cum cap. ex parte 22. cod. tit. p. 580. n. 9. & p. 581. n. 12
Cap. Significatum 11. de Regularib. p. 536. n. 1. & p. 538. n. 8
Cap. cum virum 12. de Regular. p. 536. num. 1
Cap. cum simus 14. de Regularib. ibid. num. 1. & p. 539. num. 21. & 540. num. 12. & 13. Vbi conciliatur, cum Authentico. Cod. de Sacros. Eccles. & cum cap. si qua mulier 19. quast. 3
Cap. Licet 18. de Regularibus p. 541. num. 2. & p. 558. n. 6
Cap. consulti sumus 20. de Regular. p. 542. num. 6. p. 564. num. 4. & 5
Cap. Postulasti 21. de Regular. p. 542. num. 9
Cap. Ex parte 22. de Regular. conciliatur, cum cap. super eo 9. cod. tit. p. 541. n. 4
Cap. stenuimus 23. de Regularib. p. 565 num. 7
Cap. Super eo 2. de Raptorib. conciliatur, cum cap. in litter. eod. tit. p. 518 num. 6
Cap. In litteris 5. de Raptor. conciliatur, cum c. super eo 2. eod. tit. ibid.
C. cum causa 6. de Raptor. p. 547. n. 10
Cap. cum oratione 6. de Rescriptis, p. 529 num. 9
Cap. Nunc autem 1. de Religiosis dom. p. 582. num. 1
Cap. Quia Monasterium 2. de Religiosis dom. p. 582. num. 1. Vide cap. primo. Ne Sedevocante, num. 2. Secundi tom. & cap. prim. de reb. Eccles. num. 7. & cap. interdittos 8. num. 4. de Donationibus, explicatur in 2. tom.
Cap. Ad hac 4. de Religios. dom. p. 582. num. 1
Cap. Inter quatuor 5. de Religios. dom. p. 682. n. 10
Cap. constitutus 6. de Religios. dom. p. 585. num. 7. & p. 612. n. 9
Cap. cum venerabilis 7. de Religiosis dom. p. 586. n. 1
Cap. cum dilectus 8. de Religios. dom. ibid.
Cap. Ne nimia fin. de Religios. dom. p. 586. n. 1. & p. 587. n. 5. & p. 588. num. 9
Cap. conquareme, de restit. spoliator. p. 602. num. 5
Cap. Audivimus 1. de Reliq. & vener. sanct. p. 666. n. 1.
Cap. cum ex eo 2. de Reliq. & vener. sanct. p. 666. n. 1. & p. 667. n. 4
Cap. inter cetera 4. de rescriptis, p. 314. num. 14
Cap. proponente 42. eodem p. 319. n. 4
Cap. eam te 7. eod. p. 347. n. 5
Cap. exhibita fin. de rer. perm. p. 324. n. 7. & p. 373. n. 5
Cap. mancipia. eod. p. 363. n. 4
Cap. iniustum. eod. ibid.
Cap. 1. eodem p. 364. n. 6. & p. 369. num. 20
Cap. consensus 3. de rebus Ecclesia, p. 364. n. 9. & p. 365. n. 10
Cap. nulli 5. eod. p. 366. n. 3. & ibid. n. 6. & ibid. n. 7. & p. 367. num. 10. & p. 368. n. 13. & pag. 369. num. 19. & 370. n. 5. & 6
Cap. Presbyterum 6. eodem pag. 475. num. 7
Cap. 1. eod. p. 369. n. 19
Cap. Episcopi 4. eod. p. 370. n. 4
Cap. vs super 8. eod. p. 373. n. 5
Cap. cum venisset. 9. de rest. spol. p. 339. num. 6
Cap. olim 12. eod. p. 279. n. 3
Cap. constitutus 6. de religiosis domibus p. 372. n. 7. & 410. n. 5. & p. 472. num. 6
Cap. nemo 14. de simon. p. 314. n. 15
Cap. per tuas, 37. eod. p. 316. n. 8
Cap. si quis ordinaverit 45. eod. p. 316. num. 8
Cap. cum dilectus 28. eodem pag. 325 num. 9
Cap. inter cetera 9. de sententia & re indicata, p. 320. n. 8
Cap. cum Beriboldus 18. eod. p. 334. n. 3. & p. 427. n. 5
Cap. olim 12. eodem p. 353. n. 6
Cap. lator 7. eod. p. 475. n. 7
- S**
- Cap. 1. de sententia, & re indicata.* p. 245. & 246. n. 17. & 18
Cap. non potest 3. eod. p. 15. n. 8
Cap.
- Q**
- Cap. Per venerabilem qui filij sint legitimi.* p. 290. n. 10

Index Iurium.

- Cap. de cetero 5.* cod.p.233.n.3
Cap. tenor 10. cod.p.104. num.12. & p.237.n.11
Cap. causam qua 14. codem pag.230. num.15
Cap. cum super 17. cod.p.243. num.3. 5.
Cap. cum Bertholdus. eod.p.259.n.17. & p.246. n.18. & p.9. num.10. & in *vers.* Didacum Clericum, pag.245. n.12. & *vers.* Postmodum autem, p.246. n.18. & *vers.* Dicto electo, *ibid.* n.21
Cap. inter Monasterium 10. codem p.207.n.3
Cap. suborta 21. cod.p.229.n.5
C. nulli 8. de sententia excommunicationis. p.202.n.4
Cap. significavit 18. cod.p.208.n.6. & in *vers.* Eadem, p.197.n.4
Cap. perpendimus 23. cod.p.7.n.21
Cap. nuper 29. *vers.* Pari poena, cod. p.197.n.4
Cap. si verè 34. cod.p.198.n.8
Cap. per tuas 40. cod.p.207.n.5
Cap. inquisitioni 44. cod.p.198.n.10
Cap. concubina. *vers.* Sententiam maioris. cod.p.197.n.4
Cap. cum liberum de sepulturis. p.84 num.6
Cap. de sequestratione possessionis. & *fin.* num. p.106.n.11
Cap. licet 21. de simonia. p.138. n.4
Cap. de simoniaciis 22. codem pag.12. num.5
Cap. fin. de sortilegio. p.274.n.8
Cap. praterea 1. de sponsalibus, p.142. num.16
Cap. ex parte 9. cod.p.143.n.4
Cap. commissum. cod.p.173.n.4
Cap. Nos instituta 1. de sepulturis. p.510.n.1
Cap. Relatum 2. de sepult. p.515.n.1. & 4
Cap. Fratemitatem 3. de sepult. p.510 num.1. & 3
Cap. De his 4. de sepult. p.514.n.1
Cap. Ex parte 5. de sepult. *ibid.* n.1. & 4. & p.515.n.1
Cap. cum liberum 6. de sepult. p.515. num.1. & 5
Cap. De uxore 7. de sepultur. p.510. num.1
Cap. cum super 8. *c. certificari.* 9. cod. tit. *ibid.*
Cap. In nostra 10. de sepult. *ibid.* & p.511. n.3. & p.515. n.6. & 7. *Vbi conciliatur.* cum *cap. fin. de testam.* p.516
Cap. Ex parte 11. *cap. sacris 12.* de sepult. p.515.n.1. p.519.n.11
Cap. Parochiano fin. de sepult. p.515. num.1. p.517.n.6. & 7
Cap. Sed hoc 1. *cap. Sancto 2.* *cap. cum dilectus fin. de succession. ab intest.* p.507.n.1. & p.508.n.3.9. & 10
Cap. de supplenda negligent. Pralat. p.668.n.9. & 593.n.9. & 10
Cap. commissum de sponsalib. p.558. num.16
Cap. fin. de sponsalib. duor. p.550. n.5
Cap. Monachi 2. de statu Monachor. p.579.n.8
C. Super quoddam 4. de statu monach. p.574.n.1
Cap. Quod Dei 5. de statu Monach. p.577.n.1. & p.579.n.8. & p.591. num.6
Cap. cum ad Monasterium 6. de statu Monach. p.560.n.12. & p.574.n.3
Cap. De hoc 11. *Cap. veniens 19.* de Simonia. p.572.n.8. & 9. & p.576. n.7. *cap. Nemo 14.* codem, tit. & p.604.n.10
Cap. De Regularib. 25. de Simonia, p.570. num.4
Cap. Dilectus 30. del Simonia, p.570. n.5. & p.571.n.6. *Vbi conciliatur.* cum *cap. Inquisitionis 22.* de accusationibus, p.573.n.11
Cap. Sicut 33. de Simon. p.580. num.11
Cap. Quoniam 40. de Simon. p.571. num.7
Cap. Audivimus 41. de Simonia. *Vbi conciliatur.* cum *cap. veniens 19.* codem, tit. p.572. num.9. *cap. ad Apostolicam.* de Simonia p.678.n.9
Cap. consulere 38. de Simon. p.604. num.11
Cap. cum Bertholdus. de sentent & re iudic. p.606. n.5
Cap. 1. De Sacrament. non iterand. p.660.n.4. & 5
Cap. Presbyter 3. in fin. de Sacram. non iterand. *ibid.* n.5
Cap. Vnicum de Sindico. & *actore.* p.691. num.8
- T**
- Cap. Quorundam 1.* de testam. p.480. num.1. & 3
Cap. Quia 2. de testam. p.485.n.3
Cap. Nos quidem 3. de testam. p.485 n.1. & p.504.n.6
Cap. Indicante 4. de testament. p.491. num.1
Cap. Filios 5. de testament. p.485.n.1 & p.503. n.1
Cap. Si heredes 6. de testam. p.504. num.6
Cap. In officijs 7. de testament. p.479. num.1
Cap. Ad hac 8. de testamen. p.481. num.6
Cap. Quia nos 9. de testament. p.479 num.1
Cap. cum esses 10. de testament. p.490. n.1. & p.491.n.4
Cap. Relatum 12. *vers.* Licet, de testam. p.482. n.9. & p.490. n.1
Cap. cum tibi 13. de testam. p.490.n.1. & p.491. n.3
Cap. Officij 14. *cap. requisisti 15.* de testament. p.496.n.1. & 3
Cap. Requisisti 15. ultimo, de testam. p.480.n.4. & 5
Cap. Raynucius 16. de testam. p.498. n.8. & *segg.*
Cap. Tua nobis 17. de testament p.503 num.1
Cap. Raynaldus 18. de testam. p.499. n.3. & 8. cum n. *segg.*
Cap. Ioannes 19. de testament. p.503. num.1
Cap. fin. de testam. conciliatur. cum *c. 10.* de sepult. p.505.n.7
Cap. 1. De torneamentis, p.518. n.6 in fin.
Cap. 2. De transactionibus, p.528.n.7
Cap. De cetero 5. de transacionibus, p.619. n.6
Cap. Super eo 7. de transacionibus, p.528. n.7
Cap. 2. De translat. Episcop. p.549 num.3
Cap. Venerabile 52. de testibus, p.667 num.6
Cap. 1. *vers.* Nisi, de testibus. p.130. num.10
Cap. 2. eod. p.132. num.9. & in *vers.* Nisi, & p.131.n.12
Cap. quoniam 3. eod. p.149.n.9
Cap. dilecto 4. eod. p.166. n.20 & in *vers.* In omni negotio, p.133. n.4
Cap. insuper 6. eod. p.135.n.8
Cap. ex parte 7. eod. p.166. num.16
Cap. sicut 9. *vers.* Super quo. *in* *vers.* *Sequenti.* eod. tit. p.238. num.12. & 130.n.8
Cap. super eo 6. p.186.n.13
Cap. licet 9. eod. p.126.n.8
Cap. cum venisset 25. eod. p.54. n.12
Cap. series 26. *vers.* Tam testes offerens. eod. p.145.n.5
Cap. praterea 27. eod. p.169.n.13
Cap. cum a nobis 28. eod. p.141.n.11
Cap. presentium 31. eod. p.201.n.7. & p.194. n.7
Cap. cum olim 34. eod. p.53.n.9
Cap. veniens 38. eodem p.146.n.14
Cap. suis questionibus 39. eodem *vers.* in causis proprijs. p.134. n.3. & p.187. n.13
Cap. significavit 41. eod. p.9.n.6
Cap. constitutus 46. eod. p.145.n.8. & p.236. num.4
Cap. presentata 50. eod. p.145.n.11
Cap. Testimonium 54. eod. *vers.* cum non committatur infamia, p.195. num.16
Cap. superiore 3. de testibus cogendis, p.148. n.3
Cap. pervenit 4. eodem *vers.* ad de- tegendum tanta fraudis. *ibidem* num.6
Cap. pervenit 5. eod. *vers.* Quod hi, qui de rebus, &c. *ibid.* n.5
Cap. dilectorum 10. eod. *vers.* Præ- terquam super criminibus. *ibid.* num.4
Cap. fin. eod. *ibid.* num.6
Cap. cum esses de testamentis. p.119. num.10. & p.133.n.7
Cap. praterea 2. de transacionibus p.204. num.4
Cap. Veniens 8. eod. p.174. n.7
Cap. Ex parte 7. de testibus, p.295.n.6
Cap. inter corporalia de transacione Episcopi. p.305.n.3
Cap. relatum 12. de testament. p.318. num.4
Cap. ad hac 8. eod. p.463. n.3
Cap. super eo 7. de transact. p.314.n.5
Cap. De cetero 5. eod. p.325.n.10
Cap. constitutus 4. eod. p.325.n.10
Cap. veniens 8. eod. *ibid.*
- V**
- Cap. Ut laici 1.* de vita & honest cle- riorum, p.276.n.3
Cap. ex multa 9. & *fin. de voto.* p.279. n.6. & p.280.n.13
Cap.

Index Iurium.

LIB
Biblioteca de Ciencias Sociales

Cap. per tuas 10. cod. p. 306. n. 8
 Cap. licet 6. cod. p. 448. n. 10
 Cap. 1. de usuris, p. 421. n. 3
 Cap. saluoriter. eodem pagin. 431. num. 3
 Cap. eum tu e. cod. p. 450. n. 4
 Cap. una nobis, pen. de verb. sig. p. 357. num. 11
 Cap. ve nostrum i. vt Ecclesiastica beneficicia, ibid.
 Cap. ex parte, el 1. de verborum significacione. p. 3. n. 17
 Cap. super quibusdam 26. §. fin. eodem p. 31. num. 5
 Cap. Quoniam frequenter, vt lite non cancellata p. 131. n. 5
 Cap. 1. vers. Nisi forte, de usuris. p. 179. num. 10
 Cap. super eo 4. cod. p. 177. n. 8
 Cap. conquestus 8. eodem p. 179. n. 7
 Cap. salubruer 16. cod. p. 178. n. 3
 Cap. quanto 18. cod. p. 177. num. 6
 Cap. navi, anis fin. cod. p. 177. num. 7
 Cap. 1. vt lite pendente, p. 102. n. 3 & p. 19. num. 5
 Cap. 1. eodem p. 104. n. 12
 Cap. De peregrinationis 1. de vito, p. 556. n. 1
 Cap. Venientis 2. de Voto, p. 560. n. 1
 Cap. Litterarum 3. de Voto, p. 562. n. 5 & p. 563. n. 1
 Cap. Scriptura 4. de Voto, p. 558. n. 1. & 8
 Cap. N. n. est 5. de Voto, p. 556. n. 1
 Cap. Licet 6. de Voto, p. 505. n. 8. & p. 567. n. 4. & 7. & p. 508. n. 8
 Cap. Magna 7. cap. quod super 8. c. ex multa 9. de Voto, p. 556. n. 1 & p. 56. n. 6
 Cap. Per tuas 10. de Voto, p. 551. num. 9. & p. 560. num. 6. p. 562. num. 12
 Cap. Quid per nouale 21. de verbor. significat. conciliatur cum leg. Silva, §. noualis ff. de verb. signific. p. 532. num. 3
 Cap. Deus, qui 12. de vita, & honestat. Clericor. p. 500. n. 10. in fin.
 Cap. fin. de vita, & honestat. Clericor. p. 610. n. 2. in fin.

Ex sexto decretalium libro.

A

Cap. 1. & 2. de Accusationibus, p. 10. num. 6
 Cap. Romana, §. fin. autem de appellationib. p. 23. n. 8
 Cap. non solum in fine. eodem p. 208. num. 4
 Cap. a collatione 11. cod. p. 259. n. 13

C

Cap. 1. de consuetudine. p. 227. n. 7
 Cap. Vno de capellis Monachor. lib. 6. p. 520. n. 8 & p. 594. n. 12.
 Cap. 2. finis 3. de censu lib. 6. conciliatur, cum cap. 1. §. procuraciones de censib. in Decretalib. p. 614. num. 7
 Cap. 1. de censib. lib. 6. conciliatur cum cap. ab iurisdictione §. visitatores, 11. q. 2. p. 613. n. 8

Cap. 1. §. procuraciones, de censib. conciliatur cum cap. 1. & 3. cod. tit. p. 614. n. 7. & in vers. Caveat eiusdem §. p. 616. n. 12
 Cap. 1. §. Procuraciones de censib. lib. 6. p. 285. n. 6
 Cap. Felicis 3. eodem p. 285. n. 7
 Cap. unico de clericis non residentibus, p. 309. n. 4. & p. 310. n. 4
 Cap. si suis 6. de concessione Prabendae, p. 342. n. 6. & 7. p. 344. n. 8
 Cap. si a capitulo 5. cod. p. 342. n. 7. & p. 348. n. 7. & 8
 Cap. unic. de clericis coningatis, p. 302. num. 11. & p. 303. n. 6. & p. 451. num. 10
 Cap. unico de clerico agrotante, p. 353. num. 7
 Cap. non putamus 2, de elect. p. 323. num. 5
 Cap. cum non deceat 30. cod. p. 310. num. 4
 Cap. dudum 54. cod. p. 327. n. 6
 Cap. Ecclesia vestra 57. cod. p. 328. num. 13
 Cap. is cui 41. cod. p. 366. n. 4

D

Cap. 2. in princip. & §. 1. & §. Statuimus, de decimis, lib. 6. p. 533. n. 5. & p. 534. in num. 7. conciliatur, cum cap. ex parte 27. cod. tit.
 Cap. 1. de Desponsation. impuberum, lib. 6. conciliatur, cum cap. 1. cod. tit. in Decretalib. p. 538. n. 9

E

Cap. Religiosus, de elect. lib. 6. p. 581. num. 22. in fin.
 Cap. unic. de excessibus Pralator. lib. 6. p. 677. num. 4
 Cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem. p. 108. n. 6
 Cap. 1. vers. Si postmodum, de exco- municationibus, p. 198. n. 11. & in vers. ficul. li qui precesserunt, p. 203. num. 13
 Cap. 1. eodem vers. Similiter, Ecclesiastici indices. p. 111. n. 13

F

Cap. 1. §. contrahentes de foro compe- tenti. p. 39. n. 8

H

Cap. accusatus, §. licet de hareticis. p. 137. n. 5
 Cap. vt inquisitionis 18. cod. §. prohibemus. p. 6. n. 13
 Cap. 1. de Homicidio, lib. 6. p. 688. num. 8

I

Cap. unic. de iure patron. lib. 6. p. 600. num. 9
 Cap. cum venisset 6. de institutionibus. p. 245. n. 15
 Cap. 2. de iudicijs, vers. Invitas, iun- ctio versic. Ceterum. p. 149. n. 10
 C. 1. de iuramento calumnia. p. 149. n. 3

Cap. fin. cod. p. 57. n. 11
 Cap. licet mulieres, de iure iurando. p. 6. num. 19

L

Cap. 2. de litiis contestatione, p. 53. n. 10 & 11

N

Cap. Vnico ne sede vacante. p. 348. num. 5

O

Cap. Ordinarij de officio Ordinarij, p. 328. num. 12
 Cap. si duo 3. de officio delegati, p. 259. num. 18
 Cap. si cui 10. cod. p. 259. n. 15
 Cap. fin. versic. Conuersatores, cod. p. 37. num. 6

P

Cap. Quamvis pactum de pactis. p. 36. n. 11. & 184. n. 12
 Cap. Apostolica 22. de prabendis, & dignitatibus. p. 174. n. 9
 Cap. licet Episcopus 28. cod. p. 245. num. 16
 Cap. 1. de prescriptionibus, vers. Nisi tanti temporis, &c. p. 217. n. 16
 Cap. 2. cod. p. 225. n. 5
 Cap. 1. de privilegijs, p. 69. n. 5
 Cap. cum persona 7. eodem p. 116. n. 15 & §. fin. p. 103. n. 6
 Cap. Licet de prabendis, lib. 6. & leg. fin. Cod. si per vim, &c. p. 602. n. 5
 Cap. 2. de privilegijs, lib. 6. p. 694. num. 8
 Cap. abbates de privilegijs, lib. 6. p. 633. num. 4
 Cap. fin. de privileg. lib. 6. p. 625. n. 6
 Cap. 2. de penis, p. 297. n. 12
 Cap. cum persona 7. de privilegijs, p. 473. n. 10
 Cap. 1. de Prabendis, p. 471. n. 5
 Cap. Ei cui 29. cod. p. 470. n. 12
 Cap. Statutum 3. cod. p. 335. n. 3. & p. 343. n. 3. & p. 345. n. 11
 Cap. licet Episcopus cod. p. 335. n. 10
 Cap. cum qui 18. cod. p. 329. n. 17
 Cap. Praterea 4. cod. p. 327. n. 10
 Cap. referent 7. cod. ibid.
 Cap. super eo 7. cod. p. 328. n. 8
 Cap. si Episcopus 37. eodem p. 317. num. 11

R

Cap. statutum 11. §. insuper de rescri- ptis, p. 284. num. 3
 C. Gratia 7. cod. p. 320. n. 5. & p. 328. num. 11
 Cap. si graciosè cod. p. 380. n. 9
 Cap. 1. de rebus Ecclesia, p. 346. n. 4. & p. 360. n. 8. & p. 466. n. 10
 Cap. licet unico de rer. perm. p. 420. num. 12
 Cap. qui tacet de regulis iuris p. 168. num. 4
 Cap. is qui tacet 44. cod. p. 168. num. 4

Cap.

Index Iurium.

Cap. 1. §. fin. de restitutione spoliatorum. p. 69. n. 12
 Cap. 2. de rescriptis. p. 103. n. 14
 Cap. si eo tempore, eodem pag. 271. num. 9
 Cap. statutum 11. eodem §. cum verò. p. 37. num. 6. & pag. 206. num. 3. & §. insuper, versio. Nisi forte, p. 130. n. 5
 Cap. Non solum prestat, de Regularibus. lib. 6. p. 492. n. 4
 Cap. Non solum 2. de regular. lib. 6. p. 542. n. 7. & p. 561. n. 9
 Cap. Beneficii 4. de Regular. lib. 6. p. 542. n. 8. & p. 565. n. 10
 Cap. Qui post 5. de Regular. lib. 6. p. 560. n. 14
 Cap. 1. de Religios. dom. lib. 6. p. 587. num. 4. Vbi exponitur, cum cap. unic. de voto lib. 6. & in p. 587. n. 5. & p. 588. num. 9. exponitur, cum cap. fin. de Religios. dom. in antiquis.

S

Cap. unic. de statu regularium, lib. 6. p. 571. n. 7. in fin.
 Cap. Dilicti de sententia excom. p. 279. num. 6
 Cap. Grandi de supplenda neglig. Prelatorum, p. 461. n. 5
 Cap. Romana §. 5. caveant de sententia excommunicationis. p. 162. n. 3
 Cap. statutum 3. cod. 21. n. 5
 Cap. constitutionem 9. eodem p. 213. num. 5
 Cap. si index laicus, eodem pag. 6. num. 15
 Cap. Abbat 3. de sententia, & re iudicata, §. secus autem. p. 48. n. 12

T

Cap. 1. de testibus. p. 118. n. 3
 Cap. Cum nullus 3. de temporibus ordinandorum, p. 348. n. 8
 Cap. fin. de Tempor. Ordinandor. lib. 6. p. 522. n. 9. & p. 693. n. 3

V

Cap. 1. de Voto libro 6, pag. 587. num. 4
 Cap. unico de vita, & honestate clericorum, lib. 6. p. 6. n. 19

Ex Clementinis.

C

Clem. unica de causa possessionis, & proprietatis, p. 68. n. 3. & p. 69. n. 6. 7. & 8
 Clem. unica de concessione prabendæ, p. 171. n. 4

I

Clem. dispendiosa de iudiciis, p. 45. n. 4. & p. 131. n. 7
 Clem. Plures, vers. Vt facilius, de iure patronat. p. 596. n. 5

N

Cap. fin. Ne Cleric. vel Monachi, lib. 6. p. 704. n. 3

P

Clem. Archiepiscopus de privilegiis, p. 102. n. 4
 Clem. si iusta fin. de Prab. pag. 327. num. 9

R

Clem. 1. de rebus Ecclesie, p. 360. n. 11 & p. 467. num. 10
 Clem. 2. eod. p. 346. n. 3. & 4. & p. 360. num. 8
 Clem. unica de rerum permutatione, p. 420. n. 12

S

Clem. unica de sequestratione possessionis, & fructuum, p. 104. n. 13. & p. 252. num. 15. & p. 108. n. 3
 Clementina 1. de sepulchris, p. 520. num. 11
 Clement. dudum, §. verum, de sepult. p. 516. num. 8

V

Clem. exivit, §. ceterum, de verb. signif. p. 504. num. 4
 Clem. sapere de verborum significatio-
 ne. pag. 65. num. 24. & p. 132. num. 7

Ex Extravagantibus.

Extravagans, ad evitanda scandala Martini 5. p. 299. n. 6
 Extravagans execrabilis de Præben-
 diis, p. 318. n. 14
 Extravagans Pia sollicitudinis eodem
 p. 343. num. 4
 Extravagans ambitiosa de rebus Ec-
 clesie, p. 166. n. 3. & p. 372. n. 6.
 & p. 370. n. 5

Ex Sacra scriptura.

Ad Galatas, cap. 3. p. 276. n. 5
 Hieremia, cap. 44. p. 283. n. 3
 Levitici, c. 21. ibid. n. 4
 Levitici, cap. 19. ibid. n. 5
 Apostolorum, Can. 58. p. 293. n. 6
 Apostolorum, Can. 5. alias 6. p. 301. num. 8
 Apostolorum, Can. 13. p. 306. num. 5
 Ioannis, cap. 10. p. 308. num. 5
 Exodi, cap. 19. p. 313. n. 5
 Canon Apostolorum. p. 61. n. 11
 Alium Apostolorum, cap. 25. & 26. p. 5. num. 6
 Deuteronomici cap. 23. ibi: Non for-
 neraberis fratri tuo, sed alieno.
 p. 176. n. 4
 Deuteron. cap. 37. ibi: Forneraberis
 gentibus, multis, & à nemine for-
 nus accipies. ibid. n. 5
 Levitici cap. fin. p. 173. n. 7

Levitici cap. 5. p. 185. num. 10. & c. fin.
 p. 173. n. 7

Luca cap. 6. ibi: Mutuum date, ni-
 hil inde sperantes. p. 176. n. 9
 Luca cap. 19. ubi quare non dedistis
 pecuniam meam ad mensas, &
 ego veniens cum vstus utique
 exegisset eam. p. 176. n. 5
 Regum cap. 2. p. 5. n. 8
 Matthai cap. 18. ibi: In ote duorum,
 vel trium. p. 133. n. 6
 Matthai cap. 5. ubi nolite iurare
 omnino sit sermo vester est, est,
 non non. p. 186. n. 3
 Salomonis cap. 2. ibi: Pondus, & pon-
 dus, mensura, & mensura utron-
 que abominabile est apud Deum
 p. 181. num. 5
 Zacharia cap. 5. ibi: Omnis fur iu-
 dicabitur, omnis iurans similiter
 iudicabitur. p. 186. n. 4
 Ioannis cap. 4. p. 627. n. 12
 Ioannis cap. 6. vers. Nisi manducave-
 ritis carnem filii hominis, p. 651.
 num. 9
 Luca cap. 9. vers. Nemo mittens
 manum, p. 65. num. 14
 Luca cap. 19. p. 560. num. 13
 Marci cap. vlt. ibi: Qui crediderit, &
 baptizatus fuerit, & c. pag. 649.
 num. 3
 Matthai cap. 3. p. 657. n. 3
 Matthai cap. 14. p. 549. n. 3
 Matthai cap. 18. p. 491. n. 2
 Matthai cap. 28. vers. Baptizantes eos
 p. 643. n. 2
 Matthai c. vlt. ibi: Qui crediderit, & c.
 p. 649. n. 3
 Apocalypsis cap. 5. p. 658. n. 5
 Exodi cap. 22. p. 624. n. 9
 Levitici auctoritas, cap. 5. & 20. p. 674
 num. 6
 Levitici cap. fin. p. 559. n. 10
 Deuteronomij cap. 6. p. 668. n. 11
 Sapientia cap. 10. vers. Eduxit illum à
 delicto, p. 650. n. 5
 Genesis cap. 17. p. 674. n. 7
 Paulus ad Corinthios 7. cap. 1. p. 550.
 num. 5
 Paulus ad Hebraeos, cap. vlt. p. 626.
 num. 10
 Paulus ad Galatas, cap. 4. p. 637.
 num. 4
 Paulus ad Ephesios, cap. 5. pag. 639
 num. 2
 Paulus ad Romanos, cap. 6. p. 659.
 num. 10
 Paulus ad Romanos, cap. 10. vers. Cor-
 de creditur, & c. p. 649. n. 3
 Apostolorum Alium cap. 2. 8. & 10
 p. 641. n. 9
 Apostolorum Can. 46. p. 648. n. 11
 Apostolorum Can. 10. p. 645. n. 6
 Apostolorum Canon. 65. cum cap. plac.
 de consecr. dist. 3. p. 670. n. 5
 Apostolorum, cap. 16. p. 675. n. 9

Ex Doctoribus Ecclesie.

Matthai auctoritas, c. 17. pag. 68.
 num. 7
 Divi Petri Epistola, cap. 2. p. 685.
 num. 12
 Divi Pauli, c. 3. Alium Apostol. libid
 Epistola

Epistola i. Divi Bernardi, & eius Historia refertur, p. 537. n. 4
Divi Bernardi Epistola 340. ad Henricum Archidiaconum late exponitur, p. 643. n. 10
Divi Bernardi mirabile factum proponitur, & late discutitur relatum a Gaufrido, in vita eius in exordio Cisterciensi, cap. 16. p. 668. num. 12
Divi Thoma auctoritas afferentis, consuetudinem, nunquam posse legem politicam vincere interpretatur. p. 110. n. 13
Divi Thoma Cantuariensis factum refertur. p. 111. num. 5
Divi Augustini testimonium, epistola 161. p. 257. n. 5
Divi Augustini epistola 162. p. 258. num. 7
Damasci epistola ad Theophilum, & Anilium, qua extat inter epistolas Ambrosij, epistola 79. p. 258. n. 6
Cypriani auctoritas, epistola 3. p. 259. num. 4
Divus Hieronymus Ezechielis, c. 43. p. 277. n. 11
Divus Augustinus, lib. 2. super exodum, cap. 71. pag. 296. n. 9

Ex Conciliis.

Toletanum, cap. 7. pag. 179. num. 8
Toletanum, cap. 5. p. 464. n. 5

Toletanum 3. cap. 4. ibid. n. 6
Toletanum 4. cap. 75. p. 477. n. 5
Toletanum 9. cap. 11. p. 478. n. 7
Turonense, cap. 14. p. 293. n. 6
Nicana Synodus, c. 3. ibid. n. 7
Trientinum, sess. 22. cap. 3. pag. 311. num. 4
Triacnt. sess. 24. de reformat. cap. 17. & p. 328. n. 13. & p. 329. n. 19
Trident. sess. 24. cap. 20. p. 348. n. 9
Trident. sess. 25. de reform. cap. 3. p. 451. num. 9
Aurelianense 4. cap. 33. pag. 464. n. 9
Concilium Triburienfe, cap. 15. p. 513. num. 7
Concilium Triburienfe, cap. 25. p. 596. num. 6
Concil. Triburienfe, Canon. 31. p. 671. num. 7
Concil. Wormaciense, cap. 12. p. 537. num. 6
Concil. Aurelianense 4. Can. 4. p. 638. num. 7
Concil. Illiberitanum, Can. 34. ibid. num. 8
Concil. Illiberitanum, Can. 36. p. 667. num. 8
Concil. Illiberitanum Can. 38. p. 656. num. 11. & 12
Concil. Illiberitanum, Can. 77. Incipit: Si quis Diaconus, p. 655. n. 8
Concil. Meldense, Can. 19. p. 691. n. 5
Concil. Anisiodorenfe, Can. 5. p. 672. num. 11

Concilium Claremoutanum, Can. 12. p. 691. n. 5
Concilium Antiochenum, Can. 11. ibid.
Concil. Nicanum, Can. 9. p. 646. n. 9
Concil. Carthagin. cap. 28. cum cap. non oportet 23. dist. p. 665. n. 12
Concilium Mediolanense 3. tit. de Baptis. infant. expositor. p. 644. n. 3
Concil. Florentin. 4. in decreto de Sacram. vers. forma antea, p. 640. num. 3
Concilium Florentinum in Decreto de Sacrament. sive de unione Armenior. vers. Primum contrarium, p. 641. n. 6
Concilium Lateranense cap. 2. de statu Monachor. p. 574. n. 2
Concil. Toletanum 11. Can. 6. & 7. p. 697. n. 12
Can. 64. Martini Bracarenfis, p. 670. num. 4
Concilium Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 11. p. 539. n. 10
Concilium Trident. sess. 25. de regular. cap. 2. p. 575. n. 4
Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 19. p. 541. n. 3
Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 9. p. 598. n. 1
Concil. Trident. sess. 15. de reform. c. 2. p. 667. num. 5
Concil. Trident. de peccato originali. sess. 5. cap. 2. p. 649. n. 4
Concil





INDEX

LEGVM, DIGESTORVM Codicis authenticorum, & institutionum quæ in hoc Opere illustrantur.

EX DIGESTORVM corpore.

A

- L. **RATIO** 3. §. si emptor 1. ff. de actionibus ex pri. p. 87. n. 8
- L. *Id que* 45. §. illud digest. cod. p. 91. num. 5
- L. *fin. in princip.* ff. ad municipalem. p. 6. n. 19
- L. 2. §. quod de fumentariis, ff. eodem p. 132. n. 10
- L. *Chiro. graphi* 57. ff. de administratione tutorum. p. 132. n. 9
- L. 1. §. vlt. l. 2. ff. de agnoscendis, & alendis liberis. p. 142. n. 22
- L. *Scio* 3. §. qui ergo, vers. fin. ff. de appellat. p. 265. n. 8
- L. *à sententia* 5. ff. eodem p. 241. n. 15
- L. *Peruenit* 8. ff. eodem p. 251. n. 6
- L. *si quis separatim* 10. §. quod est recipimus, ff. cod. p. 252. n. 17
- L. *Lucius* 18. ff. cod. p. 20. n. 13
- L. 1. §. Sed non vniq. ff. ad S. C. Turpillianum. p. 11. n. 8
- L. 2. §. si publico, ff. ad legem Iuliam de adulteris p. 110. n. 6. & p. 196. num. 19. p. 67. n. 14
- L. *Adiles* 11. §. sexaginta ff. cod. p. 63. num. 16. & §. si ea, qua eiusdem l. p. 9. n. 10
- L. *cap. 25.* ff. eodem p. 110. n. 7
- L. *si postulaverit* 27. §. quasi. ff. cod. p. 20. n. 14. & §. Sed si negaverit, p. 136. n. 4. & p. 163. n. 11
- L. *Cautionem* 38. §. penult. vers. Vterque, ff. cod. p. 165. n. 4
- L. *Crimine* 41. codem p. 19. n. 3
- L. *Adco* 7. §. ex diverso, ff. de adquirendo rerum dominio. p. 92. n. 8
- L. *Qui bona* 23. digest. cod. p. 215. n. 4
- L. *Bona fidei emptor*, ff. cod. pag. 89. num. 18. & §. in contrarium. p. 87. num. 4
- L. *Naturaliter* 12. §. nihil commune, ff. de adquirenda possessione. p. 80. n. 14 & 6
- L. *interdum* 21. §. 1. & 2. ff. cod. p. 210. num. 7
- L. *si me in vacuum* 34. §. fin. vers. Servum ue, ff. cod. p. 210. num. 8
- L. *Interesse puto* 39. digestis, eodem p. 101. n. 7
- L. 1. §. si pendente, ff. ad S. C. Mammanum. p. 52. n. 8

- L. *illi à quo* 13. §. 1. ff. ad S. C. Trebellianum. p. 85. num. 12
- L. *si heres* 21. ff. cod. m. p. 95. n. 30
- L. *si legatus* 30. §. heres, ff. cod. p. 115. num. 9
- L. *Quis perinde* 42. §. restituta, ff. cod. p. 144. n. 8
- L. *Proinde* 25. §. fin. ff. ad legem Aquilianam. p. 113. n. 8
- L. *si servus* 27. §. si alium, digest. cod. p. 91. n. 4
- L. *Mulier* 23. ff. ad S. C. Velleianum, p. 114. num. 10
- L. *Mulier* 26. ff. eodem tit. ibid.
- L. *si quis legatum* 6. vers. Sicuti nec interdum, digestis ad legem Corneliam de falsis. p. 117. n. 19
- L. *Adoptio* 38. ff. de adaptionibus. p. 273. n. 4
- L. *Hos Accusare*, §. hoc beneficio, ff. de Accusationibus. p. 42. n. 9
- L. 1. §. fin. in princ. ff. de assertionem tollenda. p. 97. n. 9
- L. *Pomponius* 11. §. sed, & legatario, ff. de adquir. pos. p. 487. n. 5
- L. *Pater* 14. in princip. ff. ad leg. Falcidiam. p. 497. n. 8
- L. *Falcidia* 24. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. p. 488. n. 11
- L. *Si res* 52. ff. ad S. C. Trebell. p. 489. num. 16
- L. *Tiria*, §. Saia 4. cum l. qui lancem, ff. de auro & argen. leg. p. 622. n. 5
- L. 2. ff. de Administ. rer. ad Civit. pers. p. 289. n. 7
- L. *Decoriones* cod. p. 393. n. 9
- L. *Deprecatio*, ff. ad l. Rodiam de iattu p. 361. n. 3
- L. *Bona fidei emptor*, ff. de adquirendo rer. dominio. p. 3. n. 10
- L. 1. §. is quoque, ff. de Alt. & Obiag. p. 383. num. 3
- L. *final.* ff. Ad legem Iuliam de anno-na, p. 393. num. 9
- L. *Si quis à me* 32. ff. de alt. empti, p. 395. num. 7
- L. 4. digest. cod. p. 404. n. 5
- L. *Tutela* 9. ff. de administ. tut. p. 411. num. 8
- L. *Titia Seia*, ff. de auro & argen. leg. p. 468. n. 4

B

- L. 3. §. si emancipatus, ff. de honor. possession. contra Tabulas, p. 389. n. 14

- L. 1. §. si quis in duobus, in princip. & in vers. Sed si vnum, ff. de bonorum possessione secundum tabulas. p. 151. num. 6 & 7
- Lex, fin. ff. de bonis damnatorum. p. 184. n. 12
- L. *Pleres* 47. §. vlt. ff. de bonis liberorum. p. 244. n. 7
- Lex, Cum vnus 12. ff. de bonis autoritate iudicis possid. p. 100. n. 12

C

- L. 1. ff. de confirmando iure. p. 224. num. 4
- L. *Cum sine*, ff. de Carboni. no edito. p. 244. num. 10
- L. *qui si hum* 5. ff. de confessis. p. 114. num. 9
- L. *Certum* 6. §. in pupillo, ff. eodem p. 113. n. 4. & 5
- L. *Cum fideicommissum* 7. ff. cod. ibid. num. 7. & 12. & pag. 234. num. 12
- L. 1. §. iubet, & sequentib. digest. de collatione bonorum. pagin. 105. num. 4
- L. *Non est* 11. §. fin. ff. de custodia rerum. p. 35. n. 6
- L. *Enum qui* 5. §. Iulianus, ff. de constituta pecunia. pag. 39. num. 6. & 7
- L. *Tuius* 24. ff. cod. p. 179. n. 7. & 8
- L. *Qua sub conditione* 8. ff. de conditionibus institutionum. p. 181. num. 6 & 7
- L. *municipibus* 9. ff. 7. cod. p. 183. num. 8
- L. *Si ob turpem causam pen.* ff. de conditione ob turpem causam. ibid. n. 9
- L. *penè* 19. ff. de conditione indebiti. p. 95. num. 31
- L. *Sed etsi* 22. §. 1. ff. cod. p. 94. num. 23
- Lex, *Si in aia*, ff. eodem p. 94. num. 23
- L. *Qui exceptionem* 40. ff. cod. p. 26. num. 12. & in parag. 1. pag. 4. num. 23
- L. *Repetitio* 44. ff. cod. p. 95. n. 31
- L. *si urbana prædia* 55. ff. cod. pag. 88. num. 12
- L. *si quis ab alio* 7. vers. Sin autem, digest. de calumniatoribus. p. 95. num. 28

Index Iurium.



- L. *Esse non omnes* 3. §. 2. ff. *communis dividendo*, p. 47. num. 8
- L. *sed esse rem versic. Dominiam*, ff. *cod. m. p. 101. n. 16*
- L. *Si is cum quo 10* ff. *cod. pag. 98. num. 15*
- L. *Communis, §. sed si versic. Planè* ff. *cod. p. 101. n. 17*
- L. *Vitium*, ff. *de Castrens. pectul. p. 487. num. 6*
- L. 1. ff. *de cond. & demonst. p. 493. num. 6*
- L. *Sit 469* ff. *de condit. & demonst. p. 493. num. 8*
- L. 1. §. 2. ff. *de Collegijs illicitis*, p. 589. num. 10
- L. *Ad Sacra 73* ff. *de contrahend. emp. p. 627. n. 3*
- L. *Si area 33* ff. *de condit. indebiti*, p. 459. n. 11. & 21
- L. *Cum 32 §. ult.* ff. *cod. pag. 458. num. 9*
- L. 1. 3. 4 & 5. ff. *codem pag. 460. num. 15*
- L. *Sed esse 11* §. *cum inter* *codem*, p. 458. n. 18
- L. *Eleganter 23* ff. *cod. pag. 458. num. 17*
- L. *Domus 52* *cod. ibid.*
- L. *Dominus 53* *codem*, pag. 460. num. 25
- L. *Repetio 44* *codem pag. 459. num. 25*
- L. *Neratus 67* *codem pag. 427. num. 4*
- L. *Siquis 39* *cod. p. 459. n. 10*
- L. *Cum indebitum* *codem*, *ibid.* num. 24
- L. *Si pona 19* §. *quavis* *cod. ibid.* num. 23
- L. *Qui exceptionem 4* *cod. pag. 458. n. 15*
- L. *Titius fin.* ff. *de contrahenda emp. pag. 437. num. 8*
- L. *In bona fidei 54* *codem p. 398. num. 8*
- L. *Offiij 61. paragraf. 1.* *cod. p. 428. num. 8*
- L. *Ad Sacra 37* *codem pag. 427. num. 8*
- L. *ex. In medicis* *codem*, *ibidem* I. num. 5
- L. *Imperatores 71* *codem p. 395. num. 5*
- L. *Si ut certo 5* §. *num videndum*, ff. *commodati*, p. 385. n. 5. & §. *interdum*, p. 384. n. 3
- L. *Agens* *cod. p. 417. n. 4*
- L. *Si una culpa 11* *codem pag. 384. num. 1*
- L. *Debitoris 7* ff. *decessione bon.* p. 452. num. 14
- L. *Ticio usufructus*, ff. *de condit. & demonst.* p. 440. n. 9
- L. 1. *si quis* *codit. ab turpens cau. s. n.* p. 186. n. 3. & n. 186. n. 12
- L. 1. *codem ibid. n. 10*

D

- L. *Lucius*, ff. *de donat.* pag. 380. n. 10
- L. *A bilio 17* *cod. ibid. n. 11*
- L. *Fili 7* §. *nonnumquam* *codem* p. 462. n. 6

- L. *Sed si vir 11. paragraf. sed si duo* ff. *de donat. inter.* p. 399. n. 12
- L. *Si sponsus 5* §. *circum* *cod. ibid.* num. 22
- L. 1. §. 3 ff. *depositi*, p. 191. n. 4. & §. *pen.* p. 385. n. 7
- L. *Si plures 14* §. *final.* *cod. p. 390. num. 6*
- L. 1. §. *est autem* 22, *codem pag. 390. num. 7*
- L. *Abione 23* *cod. p. 391. n. 9*
- L. *Ad tempus 5* ff. *de Decurionibus*, p. 198. n. 15
- L. *Cum heres 11* *digest. de diversis & temp. praescriptionibus*, pag. 380. num. 5
- L. *Fidei s. 11* ff. *de Doli & metus exceptione*, p. 415. n. 15
- L. *Hac scriptura*, ff. *de donat.* p. 509. num. 13
- L. *Si mors 13* ff. *de donat. inter.* p. 485. num. 9
- L. *Cum quis 1* ff. *de dot. praeleg.* p. 496. num. 6
- L. *An vitium 5* ff. *de diversis & temporalibus praescriptionibus*, pag. 18. num. 4
- L. *Si qui quam 7* ff. *codem pag. 224. num. 1*
- L. 1. §. *in filijs* ff. *de decurionibus*, p. 150. num. 18
- L. 2. §. *si circa*, ff. *de doli exceptione*, p. 163. n. 1
- L. *Seta 42* ff. *de donation. causa mortis* p. 205. n. 11
- L. 1. §. *si quis* 40. ff. *depositi*, pag. 47. num. 4
- L. *Licer 17* §. *rei deposita* ff. *cod. p. 100. num. 8*
- L. *Bona fides 31* §. *incurrit*, ff. *codem* p. 84. num. 10. & *in §. 1.* pag. 85. num. 13
- L. *Dotem 5* ff. *de dote praelegata*, p. 92. num. 14
- L. *Per dotem 7* ff. *cod. pag. 95. num. 33*
- L. *Theopompus 14* ff. *codem p. 140. num. 4*
- L. *si sponsus 5* §. *si uxor* 7. ff. *de donationibus inter.* p. 230. n. 16
- L. *Si Patronus 10* *digestis*, *cod. p. 183. num. 9*
- L. *Si id quod 18* §. 1. ff. *codem p. 91. num. 6*
- L. *Si extraneus 44* §. *fin.* ff. *cod. p. 216. num. 9*
- L. *si rem 31* §. *si duo de donationibus*, p. 242. n. 21
- L. *Dies 4* ff. *de damno infecto*, pag. 273. num. 3
- L. *Pratorij 5* *versic. Dominus*, ff. *cod. p. 101. n. 16*
- L. *si finis 15* §. *Iulian.* & §. *dominus* ff. *cod. ibid.*
- L. *fulvium 24* §. *servus 4* & §. *in 9* ff. *codem p. 248. n. 4*
- L. *Cum postularem 44* §. *damus*, *dig. cod. p. 92. n. 15*

E

- L. 1. §. 1. & 2. ff. *de adendo*, p. 48. n. 13. & §. *adere*, ff. *codem pag. 45.*

- L. *Prator 4* §. *etiam*, ff. *cod. p. 106. num. 15*
- L. *si quis 6* ff. *codem ibid. n. 12. & §. prohibet.* p. 151. n. 6
- L. *veluti 7* ff. *cod. p. 2. n. 11*
- L. *Exempla 11* ff. *codem pag. 152. num. 14*
- L. *Judicati 29* ff. *de exceptione rei iudicate*, p. 241. n. 15
- L. *si autem 9* §. *ult.* ff. *codem pag. 241. num. 18*
- L. *Quidam 12* ff. *de evulsionibus*, *ibid.* num. 15
- L. 1. §. *si quis ephasi*, *versic. scævola de eo, quod certo loco*, pag. 73. num. 6
- L. *fin.* ff. *codem*, pag. 71. num. 6
- L. *Qui agnitis 11* ff. *de exceptionibus*, p. 155. n. 7
- L. *Sed si ante 17* ff. *codem*, p. 72. n. 11
- L. *Bovem 41* §. *si sub conditione*, ff. *de aditio edito*, p. 74. n. 8
- L. *Quaro 58* §. *servum*, ff. *cod. p. 14. n. 8 & p. 150. n. 17*
- L. *Scire*, §. *qui autem* ff. *de excusationibus in eorum*, pag. 97. num. 8
- L. *Sed esse 6* §. *si feria versic. Quia per Praetorem*, ff. *ex quibus causae maiores*, p. 64. n. 10
- L. *Si per imprudentiam 51* ff. *de evulsionibus*, p. 287. n. 14. & 15
- L. *Si emptori 30* *codem p. 404. n. 5*
- L. *Erennius 63* *codem ibid. n. 8*
- L. *Seta esse 19* §. *si homo liber* *codem* p. 430. n. 14
- L. *fin.* ff. *de Exercitoria act.* p. 448. num. 12

F

- L. *Exceptione 67* ff. *de fin. de fideiussoribus*, p. 405. n. 10
- L. *Marcellus in fine* *codem p. 443. num. 8*
- L. *Thais 41* §. *intra certa* ff. *de fideicommissarijs lib.* p. 414. n. 10
- L. *Sed & si 3* *sed si directo*, *codem* pag. 430. num. 11
- L. *Possessiones 116* ff. *de fundis pat.* p. 600. n. 8
- L. *Vnicia 5* *fin.* ff. *furti adversus nautas*, p. 392. num. 3
- L. *Lucius 29* ff. *Familia ercisfunda*, p. 198. n. 10
- L. *Paulus 39* *in princ.* ff. *de fideicommiss. libert.* p. 488. n. 9
- L. *Fideicommissaria libertas 46* *in princ. dig. de fideicommiss. libert.* p. 495. n. 11
- L. *Lucius 14* ff. *de fideicommiss. libert.* p. 495. n. 15
- L. *Praesides 4* ff. *de servis*, p. 58. n. 4. & 5
- L. *Oratione 7* ff. *codem p. 58. n. 5*
- L. 1. l. *Iulianus*, ff. *de fundo dotali*, p. 188. n. 3
- L. *fin.* ff. *codem*, pag. 92. n. 9
- L. *In actionem furti 19* ff. *de furtis*, p. 47. n. 4
- L. *Non possit*, 63. ff. *codem p. 193. num. 14*
- L. *in hoc iudicio 27* ff. *familia ercisfunda*, p. 71. n. 6
- L. *Mulier 41* ff. *cod.* p. 129. n. 10

Index Iurium



L. Sed etsi 55. digestis, de fidei-
commisariis libertatibus, pag. 66.
num. 10

H

- L. Si quis itaque 36. ff. de heredibus
institut., p. 152. n. 10
- L. Qui volebat 61. ff. eodem p. 152.
num. 10
- L. Athletas 4. §. calumniator, ff. de
his, qui notantur infamia, p. 385.
num. 4
- L. Quoniam 5. ff. eodem p. 204.
num. 5
- L. genero 8. versicul. Nec igno-
rantia p. niatus ff. eodem p. 164.
num. 4
- L. quid ergo 13. §. pena gravior, ff.
eod., p. 229. n. 7
- L. Ob hac verba 20. ff. eod. p. 165.
num. 5
- L. In tempus 62. ff. de hered. inst.
p. 319. n. 5
- L. Si quis 68. ff. de hered. inst. p. 492
num. 5

I

- L. Qui iurisdictioni 10. ff. de iuris-
dictione omnium iudicum, pa-
gin. 139. num. 7. & pag. 168.
num. 8
- L. Si convenerit 18. ff. eiusdem ti-
tul. pag. 2. num. 8. & pag. 18.
num. 5
- L. Cum quadam puella 19. eiusdem
tit., p. 41. n. 4
- L. adigere 6. in princip. & §. fi-
nal. ff. de iure Patronatus, p. 6.
num. 19
- L. 2. §. sed si agat, ff. de iudicijs,
p. 242. n. 21
- L. si quis postea 7. ff. eod. pag. 42.
num. 8
- L. si quis in legatione 8. ff. eod. p. 43.
num. 7
- L. De eo 10. digest. eodem pag. 44.
num. 10
- L. In tribus 16. ff. eodem pag. 61.
num. 6
- L. Hares absens 19. in princip. ff.
eod. p. 40. n. 13. & in §. fin. ibid.
num. 14
- L. Is qui Roma 34. ff. eodem ibid.
num. 15
- L. Licet 56. digestis, eodem p. 15.
num. 8
- L. Si de vi 37. digest. eodem p. 76.
num. 4
- L. Si uxor 42. ff. eodem pag. 44.
num. 9
- L. Observandum 47. ff. eodem p. 24.
num. 13
- L. exigere dotem 65. digest. eodem,
pagin. 39. num. 7. & pag. 39.
num. 4
- L. Ad peremptorium 68. ff. eodem,
p. 97. n. 5
- L. Et post edictum 73. ff. eodem
p. 96. n. 4
- L. De qua re 74. digestis, eodem,
p. 67. n. 11. & in §. cum absentem,
p. 231. n. 18

- L. si Prator 75. §. Marcellus, ff. eod.
p. 159. n. 4
- L. In priuatis 77. digestis, eodem
pag. 139. num. 7
- L. Insurandum 9. §. 1. ff. de iure iu-
rando, p. 190. n. 4
- L. non erit 5. §. Divus, versic. Iu-
re iurando, quod propria super-
stitione, dig. eodem, pag. 184.
num. 17
- L. si duo Patroni 23. p. 141. num. 7. &
§. 2. ibid. & §. si quis 6. ff. eod.
p. 186. n. 9
- L. Quoties 14. digest. eodem p. 56.
num. 9
- L. Ad personam 15. ff. eodem p. 149.
num. 12
- L. Quamvis 21. digest. eod. p. 32.
num. 6
- L. Qui iurasse 26. paragraf. 1. & 2.
digest. eodem, pag. 140. num. 9.
& paragraf. si pater, pag. 191.
num. 18. & paragraf. si quis 6.
pag. 186. num. 9. & pag. 186.
num. 10
- L. Eum qui 30. §. si libertus, ff. eod.
p. 141. n. 7
- L. Admonendi 31. digestis, eodem,
pag. 191. num. 7
- L. Qui per salutem 33. ff. eodem
p. 187. n. 10
- L. Insurandum 34. digestis, eodem
pag. 192. num. 12. & paragraf.
pupillus, pag. 192. num. 10 &
paragr. qui insurandum, pag. 6.
num. 9
- L. Si quis cum debitore 39. ff. eodem
p. 183. n. 7
- L. Quod dicitur 5. digest. de im-
persis in re dotali factis, p. 188.
num. 9
- L. Videamus 4. digest. de in litem
iurando, pag. 150. num. 18. &
pag. 192. num. 10. & in §. fi-
nal. versicul. Et postea, pag. 158.
num. 6
- L. 2. §. Senatus, ff. de iure Fisci, p. 98.
num. 14
- L. In Fiscis 4. digest. eodem pag. 104.
num. 5
- L. Non puto 10. dig. eod. pag. 248.
num. 7
- L. Feria 18. §. idem decreverunt, ff.
eodem p. 135. n. 10
- L. Divus 31. ff. eodem, pag. 182.
num. 6
- L. In fraudem 45. §. nec, versicul. Ip-
se autem, ff. de iure Fisci, p. 152.
num. 11
- L. Cum debitor 8. digest. in quibus
causis pignus, vel hypotheca ta-
cite contrahatur, pagin. 179.
num. 11
- L. Si is 56. §. quod dicitur, ff. de iure
dotium, p. 189. n. 9
- L. 1. §. hoc interdictum, digest. de iu-
rere, & atque privato, pag. 78.
num. 11
- L. Sibicum 56. §. quod dicitur, ff. de
iure dotium, p. 92. n. 13
- L. si defensor 10. ff. de interrogatorijs
actionibus, p. 51. n. 6
- L. De atate 11. §. qui tacuit, ff. eod.
p. 97. n. 10

- L. Filius 12. eod. ibid.
- L. Lex Cornelia 5. ff. de iniurijs,
p. 168. num. 8
- L. Divus 40. ff. eodem pag. 195.
- Lex, Si pupillus 11. §. si a seruo
ff. de iniurijs actionibus, p. 226.
num. 4
- L. Relegati 4. ff. de interditijs, &
relegatis, p. 229. n. 8
- L. Relegatorum, 7. ff. eod. ibid.
- L. Posthumus 6. §. si quis, ff. de inof-
ficioso testamento, p. 241. n. 17
- L. Papinianus 8. §. si Imperator, ff.
eod. p. 205. n. 7. & §. ult. p. 241.
num. 19
- L. Qui repudians 17. ff. eod. p. 240
num. 12
- L. cum mater 28. ff. eodem p. 241.
num. 13
- L. Cum pater 29. ff. de iur. dot.
p. 497. num. 9
- L. Statius 48. §. Cornelio fisci, ff. de
iur. fisci, p. 568. n. 9
- L. 3. §. fin. ff. iudicatum solui, p. 415.
num. 13
- L. 4. Eodem, ibid.
- L. Extraneus 33. ff. de iur. dotium,
p. 453. n. 19
- L. Cum Pater 27. eodem p. 455.
num. 7
- L. Penult. eod. p. 452. n. 17
- L. Si res affirmata §. si mulier eod.
p. 398. n. 9
- L. Moschis 47. ff. de iure fisci, p. 442.
num. 5
- L. Fin. eod. p. 411. n. 9
- L. Cum debitor 8. ff. in quibus casu
pignus, p. 422. n. 5

L

- L. Servi electione, §. 1. ff. de leg. 1.
p. 318. num. 6
- L. Talis scriptura 30. & 31. eodem
p. 170. n. 11
- L. Vxor 33. §. 1. ff. de leg. 2. ibid.
num. 12
- L. Pater 39. §. quindecim, ff. de leg. 3.
p. 118. n. 5
- L. Qui Concubinam 29. §. si bares eod.
p. 404. n. 7
- L. Locatio 14. ff. locati, p. 380.
num. 9
- L. Et ideo 23. eodem pag. 397.
num. 5
- L. 22. §. ultim eodem pag. 397.
num. 5
- L. Ex conducto 15. §. si vis eod-
dem, p. 407. num. 4. in §. item,
ibid.
- L. Penult. §. navem eodem p. 407.
n. 4. & 11
- L. Si uno 17. eod. p. 408. n. 10
- L. Merces 25. §. vis maior eodem
p. 409. n. 12
- L. Quare §. inter locatorem eodem
p. 410. num. 3
- L. Siquis domum 9. §. 1. eod. p. 411.
n. 10. & §. Imperator, p. 457.
num. 13
- L. Si fundus 4. ff. de lege commissoria
p. 433. n. 13. & §. Marcellus, p. 414.
num. 8
- L. Si usus fructuum 23. ff. de lib. cau-
sa,

Index Iurium.

- L. *Cum minor* 13. §. *falsus procurator*, ff. *rem ratam haberi*, p. 15. n. 8. & p. 219. num. 4.
- L. 1. §. *per hanc*, ff. *de rei vindicatione*, p. 62. n. 9.
- L. *Julianus* 17. *digestis*, eodem p. 88. num. 11.
- L. *si autem* 27. §. *sed si puerum*, ff. *cod.* p. 91. n. 5.
- L. *sin navis* 62. ff. eodem pag. 87. num. 6.
- L. *Qua de tota* 78. ff. *cod.* p. 149. n. 13. & §. *incerta partis*, p. 47. num. 8.
- L. *Penultim.* *digest.* eodem pag. 88. num. 11.
- L. *Plures* 15. §. *ultim.* ff. *de rebus auctoritate iudicis possidendis*, p. 158. num. 9.
- L. *Libere* 34. ff. *de ritu nuptiarum*, p. 169. n. 3.
- L. *Labeo* 3. §. 1. ff. *de receptis arbitris*, p. 130. n. 6.
- L. *Sed etsi* 9. §. *sunt*, & *aliq* 3. ff. *cod.* *ibid.*
- L. *Papianus* 13. ff. *cod.* §. *fin.* p. 231. n. 4. & p. 248. n. 7.
- L. *Qualem* 19. §. 1. *versic.* *Sed et si*, ff. *cod.* p. 230. n. 12.
- L. *Labeo* 25. *digest.* eodem *ibidem* num. 12.
- L. *Si quis rem* 30. *dig.* eodem p. 46. num. 9.
- L. *Non distinguemus* 32. §. *item si quis*, p. 49. n. 6.
- L. *Feriatis* 36. *digestis*, *cod.* p. 64. num. 21.
- L. *si duo* 34. *digestis*, eodem p. 242. num. 22.
- L. *Arbitror Kalendis Ianuariis* 40. ff. eodem p. 64. n. 23.
- L. *Cum quid* 13. ff. *de rebus creditis*, p. 206. num. 15.
- L. 1. *digest.* *de re indicata*, p. 241. num. 19.
- L. 2. *vers.* *Sed per rard.* ff. *cod.* p. 59. n. 9. & p. 255. n. 9.
- L. *si se non obtulit* 4. *paragrap.* *si quis condemnatus*, & §. *si quis*, *versic.* *Sed liquidem*, ff. eodem p. 59. n. 10.
- L. *si convenerit* 26. *dig.* *cod.* p. 183. num. 9.
- L. *Præses*, 27. *digestis*, *cod.* p. 230. num. 14.
- L. *Papinianus* 36. *digestis*, eodem pag. 232. num. 4. & pag. 248. num. 7.
- L. *contra pupillum* 54. ff. *cod.* p. 42. num. 6.
- L. *Sapè* 63. *versic.* *Vcluti*, ff. *cod.* p. 239. n. 7.
- L. *Sed quia* 6. *digest.* *de Religiosis*, & *sumptibus funerum*, p. 244. num. 9.
- L. *si quis* 14. §. *si quis domum*, & §. *interdum*, ff. *cod.* p. 94. num. 24. & 25.
- L. *Qui cum uno* 4. §. *Reus capitalis*, ff. *de re militari*, p. 42. n. 9.
- L. *Nos omnes* 1. §. *à barbaris*, ff. *cod.* p. 41. n. 5.
- L. *Omnia* 15. ff. *de regulis iuris*, p. 15. num. 8.

- L. *Sunt qui* 16. eodem, pag. 453. num. 18.
- Lex Sicut* 21. eodem pagin. 452. num. 16.
- L. *Non tantum* 29. eodem p. 452. num. 15.
- L. *A Divo Pio* §. *si pignora* eodem, pag. 397. num. 3. & pag. 434. num. 6.
- L. *Si verberatum* 15. §. 1. ff. *de rei vindicatione*, p. 390. n. 6.
- L. *Vtique* 16. *cod.* p. 403. n. 3.
- L. *In rem*, *paragrap.* 1. *cod.* p. 427. num. 6.
- L. 1. §. *per hanc* eodem, pag. 430. num. 11.
- L. *Si quis hac lege* 41. eodem p. 433. num. 12.
- L. *Cum loca* 36. l. *Osa* 8. §. 1. *digestis de rel. & sumptibus fun.* p. 428. num. 8.
- L. *Palta conventa* §. *Papinianus* ff. *cod.* *ibid.*
- L. *Fusidius* 29. ff. *de rebus auctor. iud. possid.* *Alias incipit aufidius*, p. 606. n. 7.

S

- L. 2. §. *ultimo*, ff. *si quis cautionibus*, p. 345. n. 12.
- L. 1. *paragrap.* 1. *digestis si quis aliquem testari prohibuerit*, p. 388. num. 13.
- L. 1. *paragrap.* *si quis* 12. *digestis si quid in fraudem Patroni*, p. 399. num. 11.
- L. *Filio familiae* 25. §. *fin.* ff. *solutio mat.* p. 411. n. 7.
- L. *Quoties* 30. eodem, pag. 434. num. 4.
- L. *Ex diverso* 17. eodem, p. 452. num. 16.
- L. *Cum heres*, *paragrap.* *item Cassius*, *dig.* *de statu liberis*, p. 415. num. 11.
- L. *Servus qui testamento* 14. §. *servus* *cod.* *ibid.*
- L. *Statu liberorum* 9. §. *illud* eodem p. 429. num. 4.
- L. *Stichum* 95. §. *si creditor*, 8. ff. *de solut.* p. 431. n. 3.
- L. *Quamvis* *cod.* p. 437. n. 7.
- L. 1. §. *quid tamen*, *digest.* *si is qui testament. liber esse iussus*, p. 428. num. 4.
- L. *Cum dotem* 22. *paragrap.* *Pater*, ff. *solutio. matrim.* pag. 496. num. 7.
- L. *Qui dotem* 46. ff. *solut. matrim.* p. 497. n. 10.
- L. *Prætor* 3. §. *Divus*, ff. *de sepulchro violato*, p. 513. num. 9. *in fine.*
- L. *Qui res*, §. *Aream*, ff. *de solut.* p. 628. num. 5.
- L. *Titia* 48. ff. *de solutionibus*, p. 179. num. 8.
- L. *Atticinius*, ff. *de servitutibus urbanorum*, p. 222. n. 3.
- L. *Qui sic* 55. *digestis* *cod.* pag. 177. num. 12.
- L. *Stichum* 97. §. *si creditor*, ff. *cod.* p. 179. n. 8.

- L. *Divorcio* 7. §. *si vir*, ff. *solutio matrimonio*, p. 92. n. 9.
- L. *Alia causa* 14. §. *eleganter*, ff. *cod.* p. 183. n. 9.
- L. *Servi dotem* 22. §. *sin autem*, *vers.* *sin verò*, *dig.* eodem p. 105. num. 4.
- L. *Viro* 39. ff. *cod.* p. 70. n. 17.
- L. *Mulier* 47. ff. *cod.* p. 110. n. 6. & p. 196. num. 19.
- L. *Cum mulier* 49. ff. *cod.* p. 169. num. 10.
- L. *Dosale servum* 91. ff. *cod.* p. 189. num. 8.
- L. 1. §. *interdum*, ff. *si pars hereditatis peratur*, p. 47. n. 10.
- L. 1. ff. *si libertus ingenuus esse dicitur*, p. 242. n. 20.
- L. *statu liberi* 29. §. *Quintus Mucius digestis, de statu liberis*, pag. 241. num. 14.
- L. *Nisi* 3. §. *fin.* *digest.* *si cui plus, quam per legem falcidiam*, p. 95. num. 34.
- L. *Ingenuum* 25. ff. *de statu hominum*, p. 42. n. 20.
- L. *Si quis diuturno* 10. *versic.* *Non est ei necesse*, ff. *si servus venditur*, p. 226. n. 3.
- L. *si ades* 32. §. *libertas*, *versic.* *is autem*, ff. *de servitutibus urbanorum*, p. 220. n. 5.

T

- L. *Cum bi* 8. §. *si uni* ff. *de transact.* p. 404. n. 5. & *in §. transactio.* p. 376. n. 4.
- L. *Cum certus* 15. *digest.* *de tritico vino vel oleo legato*, pag. 409. num. 13.
- L. *Ex eo.* *cod.* *ibid.*
- L. 1. ff. *de testibus.* p. 145. n. 4.
- L. *Testium* 3. §. *lege Julia*, ff. *cod.* p. 193. n. 3.
- L. *Invisis* 8. *digest.* eodem pag. 149. num. 12.
- L. *Quasitum* 13. *digest.* *cod.* p. 193. num. 4.
- L. *Produci* 23. *dig.* eodem pag. 146. num. 13.
- L. *Repetundarum* 15. ff. *cod.* pag. 195. num. 13.
- L. 1. §. *sive supremum*, ff. *de tabulis exhibendis*, p. 117. n. 19.
- L. *Qui Testamento* 20. §. *eum qui*, *digestis de testamentis*, p. 195. num. 13.

V

- L. 1. §. *mittuntur*, ff. *de ventre inspiciendo*, p. 123. n. 5.
- L. *Si duo* 3. ff. *uti possidetis*, p. 226. num. 4.
- L. 1. §. *ultim.* ff. *de verborum obligationibus*, p. 142. n. 14.
- L. *Veluti* 27. *digest.* eodem p. 184. num. 16.
- L. *Titia* 134. *digest.* eodem p. 185. num. 21.
- L. *Sequitur* 4. §. *si viam* 27. ff. *de usucapionibus*, p. 216. n. 11. & §. *fundum*, *ib.*

Index Iurium

- L. *Non solum* 11. §. si dominus, ff. cod. p. 64. n. 8
 L. *Si pignora* 13. §. fin. digest. eodem pag. 216. num. 12. & pagin. 220. num. 3
 L. *Si is, qui pro emptore* 15. ff. eodem, p. 110. num. 6
 L. *eum qui ades* 23. digest. eodem pagin. 220. num. 5. & versicul. Quod si seruus, pag. 220 num. 7
 L. *Rerum* 30. §. Labeo, ff. cod. p. 220. num. 4
 L. *Iusto* 44. digest. eodem, pag. 218. num. 3
 L. *Qui fundum* 31. ff. de usufructu legati, p. 241. n. 16
 L. *Postquam* 5. §. Imperator, ff. vt legatorum, seu fideicommissorum nomine caveatur, p. 100. n. 14. & p. 203. num. 10
 L. *Quod est* 3. §. proinde, ff. eodem p. 84. num. 7. & paragr. vnde vi, pag. 84. num. 9. & §. fin. pag. 82. num. 5
 L. *Si stipulatus sis* 4. ff. de usuris, p. 87. num. 8
 L. *Qui scit* 25. §. bona fidei emptor ff. cod. p. 87. n. 4
 L. *fructus* 47. ff. eodem, pagin. 89. num. 23
 L. *is qui, paragr. si plures, ff. vt in possessionem legatorum*, pag. 100. num. 12
 L. *Inter publica, ff. de verb. sign.* p. 318 num. 8
 L. *Ticio cum moreretur, ff. de usufructu legato*, p. 139. n. 5
 L. *Qui scit* §. fin. digestis de usuris, p. 371. n. 10
 L. *Placuit* 19. eodem p. 422. n. 4
 L. *Si quis cum aliter* 36. ff. de verb. oblig. p. 398. n. 7
 L. *Stipulatio* 36. §. si quis forte cod. p. 403. n. 4
 L. *Si usufructus* 9. §. plane ff. usufructuarius quemadmodum caveat, p. 439. num. 6
 L. *Si tibi* 8. cod. ibid. n. 7
 L. *Omnes* 3. §. destineret, eodem. ibid. num. 8
 L. *Si usufructus* 9. §. si vestro 3. cod. p. 440. num. 11
 L. *Propemodum* 88. versicul. Non idem, ff. de verbor. signific. pag. 486. num. 4
 L. *Sychus* 36. ff. de usufr. legat. p. 487 num. 8
 L. *Centesima*, §. vlt. ff. de verbor. oblig. p. 494. n. 10
 L. *Quodcumque* 45. paragr. fin. digest. de verbor. obligat. ibid. num. 10
 L. *Sylva* §. Nonalis, de verborum signific. conciliatur cum capit. quid per nouale 21. de verbor. signific. p. 532. num. 3
 L. *Inter stipulantem & Sacram*, in fin. digest. de verbor. oblig. pag. 628. num. 5

Ex Iustiniano Codice

A

- L. *& in legatis, C. ad legem falcidiam*, p. 115. n. 9
 L. *querelam* 12. C. ad legem Corneliam de falsis, p. 194. num. 9. & p. 206 num. 16
 L. *si quis decurio* 21. C. cod. pag. 141. um. 9
 L. *Vbi falsi* 22. C. eodem, pag. 124. num. 4
 L. *si quis* 3. paragr. fin. C. ad legem Iuliam maiestatis, pagin. 11. uum. 14.
 L. *seruo* 8. C. ad legem Iuliam de vi publica, p. 13. n. 8
 L. *quoniam* 26. Codic. ad legem Iuliam de adulteriis, pagin. 69. numer. 14
 L. *Reos* 3. C. de accusationibus, p. 194. num. 10
 L. *si post* 9. C. de assessoribus, p. 149. num. 7
 L. *antiqua* 23. Codic. ad Senatus-Consultum Velleianum. pag. 162. num. 7
 L. *fin. versic. sic autem, C. arbitrium tutela*, p. 162. n. 8
 L. *1. paragr. super, C. de assertione tollenda*, pagin. 105. num. 3. & in paragr. fin. in principio, p. 97. num. 9
 L. *fin. C. de adoptionibus*, pagin. 160. uum 16
 L. *1. C. de annali exceptione*, pag. 47. num. 9
 L. *eos* 6. in fine principij Cod. de appellat. pag. 267. num. 21. & §. si quid eiusdem legis, pagin. 147. numer. 19
 L. *& in maioribus* 25. C. cod. p. 264. num. 3
 L. *à Proconsulibus* 19. C. cod. p. 259. num. 14
 L. *Inuenimus, C. ad S. C. Trebel.* p. 502 num. 16
 L. *si pretium* 4. Codic. de adilitiis 4ff. p. 432. n. 7
 L. *Quisquis, C. ad legem Iuliam. Ad iestatis*, p. 388. n. 10
 L. *Ambent. sive à me Cod. ad senatus-Consultum Velleianum*, pag. 401. num. 3
 L. *si mortis* 5. C. ad l. falcidiam, p. 456 num 9
 L. *Error eodem*, p. 457. n. 14
 L. *Vbi falsi* 22. C. ad legem Corneliam de falsis, p. 457. n. 12
 L. *fin. C. de abol. criminum*, ibid.

B

- L. *Ex contractu* 3. C. de bonis aut. iudicis possidendis, p. 452. n. 12

C

- L. *Labeo, C. communia rer. alienatione* p. 318. n. 6
 L. *si. C. de compens.* p. 391. n. 10
 L. *Magnum* 11. Cod. de contraben-

- da stip.* pag. 413. num. 6
 L. *6. l. liberum* 11. l. Commercio 16. l. in bello 2. §. si quis seruis, Cod. de captiuis & post liminio reversu. p. 419 num. 6
 L. *2. Cod. de custodia reorum*, pag. 11. num. 13
 L. *1. & 2. C. de calumniatoribus*, p. 13. num. 8
 L. *2. Cod. de consortibus eiusdem litis*, p. 100. num. 5
 L. *1. C. de conditione ex lege*, p. 73. num. 7
 L. *Optimam* 14. C. de contrahenda stipulatione, p. 152. n. 10. & pag. 159. num. 4
 L. *Ne Codicillos* 5. C. de codicillis, pag. 127. num. 3. & pag. 77. num. 3
 L. *Hoc, quod placet* 13. C. de quaestionibus, p. 144. n. 6.

D

- L. *1. C. De desertoribus, lib. 12.* p. 13. num. 8
 L. *Cum à nobis* 5. C. de dilationibus, p. 147. n. 10
 L. *si deposita* 4. Cod. depositi, p. 71. num. 6

E

- L. *si quis ex consensu octavo Codic. de Episcopali Audientia*, p. 11. num. 9
 L. *2. C. de mancipationibus*, pag. 160. num. 17
 L. *1. C. de errore calculi*, pag. 130. num. 13
 L. *Prescriptione* 9. C. de exceptionibus, p. 68. n. 5
 L. *adita actio* 3. C. de edendo, p. 48. num. 13
 L. *Cum Clericis* 25. §. 1. in fine, Codice de Episcopis, & Clericis, pag. 56. num. 7
 L. *Inuenimus* 37. §. fin. C. eodem p. 149 num. 12
 L. *si quis in conscribendo* 51. C. eodem p. 32. num. 3
 L. *2. Cod. de Episcopis, & Clericis*, pag. 189. num. 5. & pag. 304 num. 6
 L. *2. Codic. de evulsionibus*, p. 404. num. 6
 L. *Si quis Presbyter, C. de Episcopi Audientia*, pag. 507. num. 6
 L. *Fin. C. de exactoribus tributorum*, p. 683. n. 5
 L. *De his* 113. C. de Episc. & Cleric. ibid.

- L. *Cum Clericis, Codic. de Episcopi & Clericus*, pagin. 684. num. 10

- L. *Omnes C. de Episc. & Cler.* p. 684. num. 10

F

- L. *Voluntas* 4. C. fideicom. pag. 359. num. 5
 L. *Cum propona* 28. C. de Theodosiano, p. 495. num. 13

Index Iurium



- L. *Filie* 18 Cod. familia eredisunda p. 364. n. 8
- L. *Quicumque* Cod. de fundis patrim, lib. 11. p. 408. n. 9
- L. *fin. C. finium regundorum*, p. 114. num. 11
- L. *2. C. de fructibus litium, & expensis* p. 88. n. 13
- L. *Contractus* 17. C. de fide instrumentorum, pag. 152. num. 13. & p. 163. num. 7
- L. *in exercendis*, C. eodem p. 162. num. 5
- Authentica ad si contractus*, C. eodem p. 159. n. 6
- L. *fin. vers. Si enim*, C. cod. p. 155. n. 4. & *in §. fin. eiusdem l.* ibid. num. 7
- L. *1. C. de feriis*, pag. 63. n. 16
- L. *2. C.* cod. p. 64. n. 19
- Lex, *annullo* 3. C. eodem, pag. 63. num. 8
- L. *Omnes* 6. Cod. eodem pagin. 64. num. 23
- L. *Provinciarum* 10. C. eodem p. 63. num. 17

H

- L. *1. §. fin. C. de hereticis*, pag. 167. num. 12
- L. *Quoniam in fine* 21 C. cod. p. 130. num. 10
- L. *Alla* 8. C. de his quibus, ut indignis, p. 71. n. 5
- L. *2. C. de hereticis in Codice Theodosiano*, p. 319. n. 10

I

- L. *Si pater puella*, C. de inoffic. testam. p. 502. num. 14
- L. *Si quando* 15 paragrapho fin. Codice de inoffic. testam. pag. 496. num. 4
- L. *1. C. de indictionib.* lib. 10. p. 683. num. 5
- L. *fin. C. de iure iurando*, pag. 192. num. 10
- L. *in duobus* 28. §. fin eodem tit. ibid.
- L. *fin. C. in quibus causis restitut. non est necessaria*, p. 122. n. 6
- L. *1. C. de in integrum restitut. mitiorum*, p. 223. n. 32
- L. *1. C. de infantibus expostis*, p. 91. num. 3
- L. *propterandum*, §. fin. autem Reus, C. de iudi. 39. v. si nec se reversus p. 101. n. 15
- L. *2. C. de iurisdictione omnium iudicum*, p. 40. n. 12
- L. *in criminali* 5. C. eodem p. 11. num. 9
- L. *in are iam* 21. C. de inoffic. testamento, p. 374. n. 10
- L. *Omnimoda* 30. C. eodem p. 128. num. 5
- L. *Cum antiquioribus* 19. C. de iure de liberandi, p. 264. n. 4
- L. *2. paragrapho* 2. Cod. de iur. iurando p. 107. n. 1. & *parag. sed quia eiusdem l.* pag. 53. num. 4. & 5

- L. *Iustus* 6. C. de iure Fife. lib. 10. p. 73. num. 4
- L. *2. §. Sin autem*, Cod. de iure emphiteutico, p. 413. n. 3
- L. *Ubi adhuc*, C. de iure dotium, p. 434. num. 4
- L. *Satis*, Codice in quibus causis pignus vel hypothecca, p. 435. num. 9
- L. *Cum quis* 10. C. de iuris & facti ignorantia, p. 457. n. 14

L

- L. *2. Cod. de libertis & eorum liberis*, p. 388. n. 12
- L. *ultima* cod. p. 364. n. 9
- L. *Nec cui*, Codice. locati, pag. 405. num. 3
- L. *Licet* 8. cod. p. 409. num. 14
- L. *Ede* cod. pag. 410. n. 3
- L. *1. Cod. de liberali causa*, p. 475. num. 8
- L. *Lubemus* 41. eodem, ibid.
- L. *Congruit*, Cod. de locat. praediorum. Fiscalium, p. 40. n. 4
- L. *Lite ordinata* 24 C. de liberali causa p. 103. n. 8
- L. *Parentes* 22. C. cod. p. 114. n. 13
- L. *Ininterrogantem* 24. C. cod. ibid. num. 13
- L. *Lubemus* 41. vers. Voce propria, C. cod. pag. 112. num. 14. & pag. 211. num. 8
- L. *Non dubium* 5. C. de legibus, p. 188. num. 3
- L. *onica*, C. de liti. contestatione, p. 51. num. 10
- Authentica qui semel*, C. cod. p. 54. num. 14
- L. *Conduutores* 13. Cod. locati, p. 73. num. 5

N

- Authentica habita*, C. ne filius pro patre, p. 34. n. 3
- L. *2. C. de naufragijs*, lib. 11. p. 131. n. 6 & p. 54. num. 15
- L. *Cum te* 3. C. ne uxor pro marito, p. 163. n. 6
- L. *Patrem* 16. Cod. de nuptijs, p. 94. num. 27
- L. *si ex cautione* 3. C. de non numerata pecunia, p. 114. n. 11
- L. *Si intra* 8. Codicis, eodem p. 223. num. 8
- L. *In contractibus* 14. C. eod. p. 114. num. 11. & §. in omni eiusdem l. p. 39. n. 9
- L. *fin. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess.* pag. 122. num. 6

O

- L. *Qui agros* 8. C. de omni agro deserto, p. 209. n. 4
- L. *Locorum* 11. C. eod. & in eodem ibid.
- L. *1. C. de ordine cognitionum*, p. 67. num. 12
- L. *oniam* 26. Cod. eodem, p. 69. num. 14

- L. *final. C. eodem*, pag. 72. num. 9. & 10
- L. *1. C. de ordine iudiciorum*, p. 71. num. 4
- L. *Cum patus* 5. Codice eodem ibid. num. 4
- L. *Qui agros*, C. de omni agro deserto, p. 444. n. 10
- L. *Locorum* eod. ibid.
- L. *Quod ex liberta* 11. C. de operis lib. p. 364. num. 9

P

- L. *Si fraudam*, 2. C. de pactis inter emptorem, p. 432. n. 6
- L. *Si quis ea lege* eodem pag. 433. num. 11
- L. *Final. Codice de praelijs Decurionum*, lib. 10. p. 367. num. 12. pag. 46. num. 6. & pag. 465. num. 11
- L. *Ob es alienum* 12. C. de praed. minorum, p. 377. n. 5
- L. *Cum dominum* 13. C. de pignoriis, p. 437. num. 6
- L. *Tutus*, Cod. de pignorat. actib. ibid.
- L. *Sive possidetis*, C. de probat. p. 456. num. 8
- L. *De hereditate* 5. C. de petit. hered. p. 459. n. 23
- L. *Si quis in conscribendo*, Codice de pactis, p. 2. num. 9. & pag. 32. num. 3
- L. *Non eo minus*, C. de procuratoribus, p. 15. n. 8
- L. *2. Codice plus valere, quod apertur, quam quod simulatur*, p. 162. num. 7
- L. *Creditor* 3. C. de pignorat. actione, p. 179. n. 9
- L. *2. C. de partu pignorum*, p. 179. num. 9
- L. *2. C. de praposisis sacri cubiculi*, lib. 12. p. 102. n. 4
- L. *fin. in fine*, C. de pond. acoribus, p. 142. n. 13
- L. *Si de possessione* 20. C. de probationibus, p. 160. n. 11
- L. *Omnes* 4. Cod. de praescriptione 30. vel 40. annorum, p. 219. n. 6
- Lex, *comerit* 6. Codice de praescriptione 30. vel 40. annorum, p. 225. num. 6
- L. *Si quis emptionis* 8. §. 1. Cod. eod. pag. 217. num. 17. & pag. 69. num. 9
- L. *Sicut in rem*, Cod. eodem p. 223. num. 10
- L. *1. Codice de postulando*, pag. 12. num. 3
- L. *onica*, C. de plus petitionib. p. 73. num. 4
- L. *1. ff. de petitione hereditatis*, p. 38. num. 21
- L. *fin. §. 1. Codic.* eodem pag. 93. num. 22

Q

- L. *Scripturas* 11. Cod. qui potiores, pag. 153. num. 4. & pag. 162. num. 6

L. 1. C. qua sit longa consuetudo, p. 119. num. 11
 L. 1. C. quorum appellat. non recipiantur. p. 165. n. 8
 L. 1. C. quomodo, & quando index, p. 97. n. 5
 L. Consentaneum 8. C. eodem p. 96. num. 4
 Authentica qui semel, C. cod. p. 52. n. 11
 L. Bonorum, Codice qui admittantur ad bonorum possessionem, pag. 347 num. 7
 L. Siquis 15. C. de rescind. vend. p. 400 num. 14
 L. 2. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, p. 277. n. 12
 Authentica, qui rem eodem pag. 413. num. 3
 L. Sarcinus 21. cod. p. 427. num. 6. & p. 362. n. 27
 Authent. hoc ins cod. p. 427. n. 7. & p. 386. n. 3
 L. Si a non Dominis fin. Cod. si a non Dominis, p. 363. n. 3

R

L. 2. Codic. de rebus creditis, versicul. Iuris iurandi conditio, p. 173 num. 5
 L. Generaliter 12. §. Sin autem cod. tit. p. 191. num. 5
 L. 1. §. Cum autem 7. C. de rei uxor. actione, p. 183. n. 9
 L. Penultima, §. ad hoc, C. de receptis arbitris, p. 146. n. 12
 L. Ignorare 4. C. de restitut. militum, pag. 170. num. 12. & pag. 271. num. 6
 L. 2. C. de rei vindicatione, p. 92. n. 8. & p. 95. n. 29
 L. Domum 5. Codice eodem, p. 93. num. 20
 L. Si fundum 17. Codic. cod. p. 87. num. 7
 L. Certum 21. Cod. eodem p. 89. num. 18

S

L. si alterius 3. C. si minor se maiorem dixerit. p. 159. n. 4
 Authentica Sacramenta puberum, C. si adversus venditi, p. 33. n. 11. & versic. Etiam a maioribus, p. 189. num. 11
 L. cum, quem 7. C. de suspectis tutoribus, p. 104. n. 11
 L. Generalis 7. C. sententiam passis, & restit. p. 195. n. 12
 Authentica quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesiis, p. 226. n. 3
 L. Invenimus, C. cod. p. 212. n. 8
 L. fin. C. eodem, versicul. Ut inter, & vers. Centum annorum, p. 225 num. 7
 L. 1. C. si adversus minorem, p. 142. num. 11
 L. 1. C. si in causa iudicati, pag. 235. num. 7
 L. Si unus fin. Codic. si pendente appellat. mors intervenierit, p. 254. num. 4

L. Cum eorum 5. Codic. de sententijs, & interlocutionibus, pag. 139. num. 8
 Lex, final. Codice eodem pag. 261. num. 4
 L. 1. C. si quacunq; praditus, p. 168. num. 8
 Authentica nisi breviores, C. de sententijs ex periculo recitandis, p. 45. num. 8
 Authentica si testis, C. eodem p. 204. num. 5
 L. Si proprietate 3. Codic. si a non competenti iudice, p. 75. n. 6
 L. Et si non cognitio, C. si contra ius, vel utilitatem, p. 233. n. 5
 L. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, p. 513 n. 9. in fin.
 Authentica, Si qua mulier, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, conciliatur, cum capit cum simus, de regularibus, p. 536. num. 11. & p. 540. n. 12. & 13
 L. 5. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, p. 611. num. 4
 L. fin. C. si per vim, vel alio modo, p. 621 num. 5

T

L. Hac consultissima, C. de testamentis, p. 490. n. 3
 Authentica rogati, C. de testibus, p. 149 num. 8
 Authentica si testis, C. eodem, p. 104. num. 5
 L. Solam 4. Codice, eodem pag. 161. num. 18
 L. Parentes 6. versic. Parentes, & liberi, C. cod. p. 139. n. 7
 L. Nimis grave 7. C. eodem p. 149. num. 7
 L. Iurisiurandi 9. C. eodem p. 141. num. 5
 L. Testium 14. Cod. cod. pag. 133. num. 8
 L. Publicati 2. C. de testamentis, p. 151. num. 6
 L. Invenimus 29. versic. Quod si, C. cod. p. 156. n. 4
 L. 1. C. de temporibus appell. p. 255. num. 7
 L. Per hanc 4. Cod. eodem pag. 147. num. 20
 L. si ex falsis 42. C. de transactionibus, p. 156. n. 4

V

L. Si a passione 14. C. de usuris, p. 180 num. 12
 L. Si ea leg. 17. Codic. eodem p. 179. num. 11
 L. Eos 26. Codice, eodem pag. 7. num. 13
 L. fin. C. ubi in rem actio, pag. 25. num. 4
 L. 2. C. cod. p. 101. n. 15
 L. Unica, C. ubi de possessione agi oporteat, p. 16. num. 5
 L. Unica, C. ubi de hereditate agatur, p. 26. n. 6
 L. 1. C. ubi de criminibus agi oporteat, p. 35. num. 5

L. 2. C. ubi, & apud quem, pag. 39 num. 9
 L. Si quando 9. C. unde vi, p. 119. num. 6
 L. Final. §. 1. Cod. de usuris rei iud. p. 444. n. 11
 L. Unica, Codice vi nullus ex vicariis pro alio lib. 12. p. 447. num. 7
 L. Unica, C. de usucap. transform. p. 501 num. 12

Ex Authenticis, & Novellis.

Authentica de sanctissimis Episcopis, §. si quis contra Clericum, versic. Si vero, collatione 9. p. 111. n. 12. & p. 112. num. 13. §. fin. pag. 212. num. 9
 Authentica, ut sine prohib. matris, §. quia vero, collatione 7. pag. 32. num. 8
 Authent. de sanctissimis Episcopis, §. si quis autem, p. 30. num. 5
 Authent. de non alienandis rebus Ecclesia, §. ut autem lex, versic. Nec multum, p. 225. n. 8
 Authent. hac constitutio, collatione 8. tit. 12. p. 225. num. 3
 Novella 74 quibus mod. nati efficiantur legitimi, cap. 5. p. 169. n. 4
 Novella 88. de deposito, pag. 21. num. 7
 Novella 59. de exhibendis reis, §. si vero, p. 247. num. 23
 Authentica si qua mulier, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, conciliatur, cum capite cum simus, de regularibus p. 539. num. 11. & p. 540. num. 12. & 13
 Authentica de Ecclesiis, titul. paragra. si quis in sua Dom. p. 626. num. 7
 Authentica, ut in privatis domibus, p. 614. n. 7
 Authent. ut Clerici apud proprios Episcopos, p. 684. n. 10
 Authentica, de mandatis Principum, §. sed nec, vers. Nec autem, p. 688 num. 9
 Authentica, ut iudices, §. sciant & paragr. necessitatem collat. 2. p. 429. num. 6
 Authent. de nuptiis, §. hic nos collat. 4. p. 439. n. 4
 Authent. de hereditibus ab intestato venient. paragr. 1. Collat. 9. ibid. num. 4
 Novella 7. de non alienandis aut permutat. rebus Ecclesia, pag. 366. num. 3
 Novella 46. de Ecclesiis rer. immobil. alienatione, ibid.

Ex Feudorum Libris.

§. Conventicula, lib. 2. feudorum, titulo de pace tenenda, pag. 6. num. 16
 Cap. 1. de Capitaneo, qui curam vendit in vobis feudorum, lib. 2. p. 244. num. 11

Index Iurium

Ex Institutionum iure.

- §. *si quis autem, instit. de suspectis tutoribus,* p.149. n.11
- §. *Legatariis, instit. de testamentis,* p.130. n.7
- §. *ultim. instit. de pœna temere litigantium,* p.51. n.6
- §. *Sed quod Principi placuit, instit. de iure naturali, vers. Quia populus ei, & in eum,* p.116. n.9. in fine,
- §. *Si quis agens 37. instit. de actionibus,* pag.73. n.3
- §. *temporalis, instit. de exceptionibus ibid.*
- §. *ex diverso, instit. de verum divisione* p.92. n.8. & 94. n.23

- §. *Sed cum paulatim, instituta de test.* p.490. n.3
- §. *Item lex Iulia, instituta de publicis iudiciis,* p.696. n.5
- §. *Singulorum instit. de rer. divis.* p.353. n.5
- §. *Constituitur Instit. de usufructu,* p.440. n.11

Ex nostro Hispano iure.

- L.20. tit. 5. partit. 3. p.15. n.9
- L. 9. tit.9. partit. 3. p.151. n.4
- L.5. tit. 8. partit. 5. versic. Lo que ptovare, y iurare, p.118. n.4
- L.18. tit.10. partit. 4. p.141. n.16
- L.7. tit.17. lib.4. ordinamenti, p.130. num.5

- L.3. tit. 2. lib.4. Recop. p.15. n.11
- L.17. in princip. tit. 25. lib.4. Recopil. les. p.151. n.4

Biblioteca de P.151. n.4

Ex Iure Regio.

- L.7. tit.15. lib.4. Ordinamenti, p.285. num.4
- L.40. tit.4. lib.2. Ordinam. pag.285. num.4
- L.3. tit. 5. lib.2. ordinam. ibid.
- L. 2. tit. 2. lib. 2. Recopil. pag. 361. num. 7
- L.4. tit.15. part.1. p.448. n.9
- L.2. tit. 1. p.6. p.490. n.3
- L.2. tit.4. lib.1. Recop. p.490. n.3
- L.30. tit.9. p.6. p.493. n.8
- L.15. tit.20. p.1. p.531. n.15



D. ANTO



D. ANTONII
GRANA ET NIETO
 IN LIBROS
 DECRETALIVM GREGORII IX.
 COMMENTARI.
 AD TIT. I. LIBRI II.
DE IVDICIIS.
 CAPVT I.

SVMMARIVM.

- 1 Promittens coram Iudice litigare, si contumax sit, excommunicare potest, non autem beneficio privari.
- 2 Contumacia est grave delictum quando superioris contemptum involuit.
- 3 Privationis poena non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.
- 4 Duplex poena pro eodem delicto imponi non debet.
- 5 Reus coram proprio Iudice respondere tenetur.
- 6 Iudicium redditur in invitos.
- 7 Vera interpretatio ad hunc text. in vers. Interrogatus.
- 8 Consentiens coram aliquo Iudice litigare, re integra panitere potest.
Opponitur de text. in l. si convenit, ff. de iurisd. omn. jud. ibid.
- 9 Explicatur text. in l. si quis in conscribendo, Cod. de pact.
- 10 Ad excommunicationem iussu infligendam trina monitio, aut una pro omnibus procedere debet.
- 11 Ad constituendum aliquem in vera contumacia, necessum est, quod post terminum elapsus incusetur, ut ibi declaratur.
- 12 Excommunicatio pro prateritis culpis imponi non potest.
- 13 Excommunicatus etiam post satisfactionem indiget absolutione.
Prohibita ad certum tempus, eo elapso censetur permissa, ibid.
- 14 Absolutio ab excommunicatione requirit certam formam, & quid in interdito?
- 15 Explicatur text. in c. ex litteris, de constit.
- 16 Explicatur text. in c. fin. de mattim. contr. contra interd. Eccl.

- 17 Excommunicatus ob contumaciam, praestita cautione absolvi debet.
Explicatur text. in c. ex parte, cl. 1. de verb. signif.
- 18 Excommunicatus ob contumaciam, quando possit beneficio privari.
- 19 Perseverans per annum in excommunicatione, redditur suspectus de heresi.
- 20 Privatio Episcoporum ad solum Rom. Pontificem spectat.
- 21 Explicantur text. in c. 1. & 2. 6. q. 4. & c. si quis Episc. n. q. 3. & c. si Episcop. 16. q. 6. & c. si quis à proprio, c. 1. quaest. 5.

CONCLUSIO.

Qui promittit coram Iudice litigare, si contumax sit, excommunicari potest; beneficio autem privari non debet. Consonat textus in cap. 1. in fin. cap. sua. capit. quoniam frequenter, §. fin. ut lite non contestata: cap. ceterum 45. c. certum est, cap. si quis Episcopus, 11. q. 3. cap. de manifesta, 17. cap. fin. 2. quaest. 1. c. contingit 9. vers. Non potest, de dolo, & contumacia, Clem. 1. iuncta Gloss. verbo, donec, de decimis, Gloss. in cap. in primis 7. verbo sex mensibus, 2. quaest. 1. cap. si qui, vbi Gloss. verbo, Emendent. 31. distin. cap. non est 12. desponsalibus. Explicant, & exornant hanc nostram conclusionem praeter ordinarios in praesenti, quos in hoc opere consulto omitto quales sunt, Abbas, Innocentius, Zabarella, Hostiensis, Ioannes Andreas, Imola, Anania, Baldus, Ancharranus, Felinus, Panormitanus, Butrius, Berojus, Alexander de Nevo, Mantua, Barbatius, Ripa, Alciatus, Aretinus,

Acerinus, Cenedus, Ximenez, Vivianus, Alagona, Riminaldus, Hippolytus, Anastasius, Germonius, Cujac, Aug. Barbosa, quos omnes, tanquam communiter Scribentes omittit opera pretium in omnibus meis commentariis duxi, in quibus omne superfluum vitare instituti nostri est, Covar. in c. Alma mater, l. p. §. 7. n. 10. & in 3. p. §. 9. Navar. in Manuali, c. 27. Guttier. de iuramento confirmatorio, l. p. c. 28. Garcia de benef. 7. p. c. 13. §. 1. n. 90. Salzed. in prax. c. 116. n. 4. Suar. de censuris, disp. 4. sect. 5. Enriq. 2. tom. l. 13. de excommuni. c. 7. n. 5. Sayr. de cens. l. c. 10. n. 3.

Ratio, quate contumax excommunicari debeat ea est, quia contumacia grave crimen est in iure nostro, quod committitur, quando Superioribus suis quis non obtemperat, l. contumacia 52. ff. de re iudicata, l. omne delictum §. contumacia ff. de re militari, c. 2. de maiestate, & obedientia. c. cum contumacia, de hereticis, l. 6. Et idem contumaciae crimen gravissimum poenis vindicandum esse statuerunt veteres juris conditores, ut in l. si quis ius dicenti non obtemperavit, c. 2. de sequestratione possessionis, & fructuum. quare in nostro iure Pontificio est statutum, ut contumaces poena excommunicationis puniantur, iuxta illud Marthai c. 8. Si Ecclesiam non auerit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, c. audi denique, n. 9. 3. non tamen ob contumaciae crimen debet quis beneficio privari. Cuius rei ratio est; quia hae privationis poena locum non habet, nisi in casibus à iure expressis, Gloss. in c. fin. de iure patronatus, verbo, ex vi iuris, circa finem, quam communiter DD. sequuntur: Tiraq. in l. si unquam, c. de revocandis donationibus, verb. revertatur, n. 49. Gonzalez in reg. 8. cancellariae, gl. 1. §. n. 136 Garcia de benef. 11. p. c. 10. n. 2. & cum adversus contumaces tantum, poena illa in iure non sit expressa, mirum non est, quod non admitatur: praecipue quia si talis poena contumacibus imponeretur, evenire posset, ut absens innocens damnaretur; quod est prohibitum in l. absentem 5. ff. de penis. Tum etiam, quia pro eodem delicto duplex poena imponi non potest, l. Senatus 14. ff. de accusationibus, c. ut si clerici, §. de adulterijs, hoc titulo.

Primo, adversus nostrum textum in versic. Interrogatus, obstat dicere frustra Textum, interrogatum fuisse, an vellet coram Concilio litigare, siquidem Concilium Africanum, ibi Iudex competens erat, cap. si quis Episcoporum, cum sequentibus, 3. q. 6. & Reus necessaridò respondere tenetur coram proprio Iudice, significasti, de foro competentis, maxime, quia quoad eum, iudicium redditur in invitum; l. inter stipulantes 83 §. i. de verb. oblig. Sed in hac difficultate, omnia interpretatione Abbatis, in presenti, n. 1. affirmantis, idem fuisse interrogatum, ut excluderet exceptio declinatoria fori, quae sibi forte competebat ex eo, quod in eius accusatione non fuisset forma iuris servata, de qua mentio habetur in c. 1. & sequentibus, §. quest. 2. Verius dicendum existimarem, Quod, vult deum, idem interrogatum fuisse, non respectu Concilij, sed respectu accusatoris, ut sic postquam consenserit cum accusatore litigare, non possit amplius ei ullam exceptionem opponere ex enumeratis in l. 4. l. qui accusare §. ff. de accusationibus; quae interpretatio ex verbis nostri text. deducitur, ibi: An vellet cum eo experiri. Alc. in presenti, n. 19. Ripa n. 46.

Secundò adversus primam nostrae conclusionis partem, desumptam ex nostro text. in versic. Primo id promissum &c. ex qua docemur, eum, qui promisit coram Iudice litigare, si contumax fuerit in non comparando, excommunicandum esse; obstat text. in l. si convenerit, ff. de iurisdictione omnium iudicum, vbi etiam is, qui in Iudicem consensit, re integra non compellitur conventioni stare. Quia in difficultate communiter Praeceptores nostri respondent, quod text. in dict. l. si convenerit, procedit in conventionem litigandi apud Iudicem non suum, & ita poenitere poterat: siquidem per pactum nudum obligari quis non potest, cum iure quod ex eo nulla oriatur actio, Laurisgenium §. sed cum nulla, ff. de pactis, & quod in dict. l. si convenerit, pactum nudum intervenisset, constat ex verb. Si convenerit, quod plerumque ad pactum nudum refertur, l. lecta, & ibi Gloss. verb. Convenerit, ff. si certum pe-

tatur. At verò textus noster loquitur de promissione litigandi apud proprium Iudicem solemnè stipulatione facta, quam intervenisse colligitur ex illis nostri text. verbis: Interrogatus &c. quae denotant prius interrogationem precessisse, & responsionem fuisse subsequutam, Cujac. Gothofr. & Ant. Faber in rationali, ad text. in dict. l. si convenerit. Donel. l. 17. comm. c. 10.

Nec obstat text. in l. si quis in conscribendo, Cod. de partibus, vbi si Clericus convenerit se non usurum fore privilegio cogitur conventionem adimplere. Augetur difficultas ex eo, quod Clericus privilegium fori renuntiare non potest, c. si diligenti, de foro competentis: Quia in dict. l. si quis in conscribendo, non fuit pactum nudum, sed in continenti appositum, ut indicant verba illius text. ibi: Si quis in conscribendo instrumento &c. Ex quo actio nascitur, l. in bona fidei, Cod. de pactis, d. l. 7 §. quinimo, ff. eodem. Nec etiam obstat secunda difficultas: Quia textus ille non loquitur de privilegio fori Ecclesiastico toti Collegio Clericali concessio, ut in dict. c. si diligenti, sed tantum loquitur de alio privilegio fori saecularibus Clericis competentem, videlicet, ne inviti ante inferiores iudices conveniantur, sed Romae apud Magistratum, in provinciis, apud Praesidem: quod omnino cessavit post Ecclesiasticam decisionem relatum in dict. c. si diligenti.

Tertiò obstat dicere, quod ad hoc, ut quis possit iuste excommunicari, omnino desideratur trina admonitio, aut una pro tribus, c. sacro, de sententia excommunicationis, cap. statim, cum aliis, eodem tit. l. 6. At in specie nostri textus, Quod nullo deus admonitus non fuit, ergo nec potuit excommunicari, Cui difficultati satisfacies, si dixeris in praesenti non fuisse necessariam admonitionem: siquidem Quod nullo deus, notorius fuit contumax: nam publicè in iudicio dixit, se nolle comparere; nec absolute dici potest citationem non intervenisse, siquidem ex mandato Concilij fuit citatus, & comparuit, ac promisit in iudicio stare: licet postea discessisset.

Nec obstat dicere, quod etiam in praesenti praecessisset admonitio, adhuc non poterat sufficere ad hoc, ut verus contumax iudicaretur: siquidem, ut de contumacia constet, necesse est, quod illa post terminum contentum in citatione à parte incusetur, l. properandum 11. §. etsi quinem, C. de iudic. in vers. Parte fugiente, ex una parte Actoris absentiam incusante: Barb. in l. si praetor 75. §. Marcellus, ff. de iudicij, n. 42. Quia verum sit, quod praedicta incusatio requiratur, ut quis vetus contumax habeatur: tamen hoc debet accipi, cum ipsa contumacia notoria non est; non verò quando est notoria, ut in specie nostri text.

Nec etiam obstat dicere, excommunicationis sententiam in praesenti fuisse iniustam, & invalidam: siquidem culpa Episcopi praeterita erat, & excommunicatio pro praeteritis culpae imponi non potest, c. nemo Episcoporum 41. c. nullus 42. n. 9. 3. c. Romana 5. §. caveant, de sententia excommunicationis in 6 nam in praesenti, culpa Episcopi non praeterita, seu praesens adhuc erat, cum daretur durante absentia, donec compareret; Covar. in c. Alma mater, l. p. §. 10. n. 1. Guttier. 1. tom. canonic. questio. c. 4.

Quartò, adversus nostrum textum in vers. Donec satisfactione promissa, ex quo constat post satisfactionem, adhuc abolitionem necessariam esse; obstat text. in l. Imperator 8. ff. de postulando, vbi docemur: quod ea quae ad certum tempus prohibentur, transacto tempore, absque ulla nova concessione permittantur: ergo similiter dicendum videbatur in praesenti, Episcopum, facta satisfactione, non indigere nova abolitione, quod etiam & in Interdicto observatur, Clement. 1. verb. Donec, de Decimis. Sed haec difficultas facile dissolvi potest, si animadvertamus decisionem text. in dict. l. Imperator, procedere in casibus, in quibus tacita concessio sufficit: At vero textus noster loquitur in excommunicationis sententia vbi nova, & expressa absolutio desideratur; quod in Interdicto non observatur, cum in eo nulla juris formula, abolitioni sit praescripta; Gloss. in dict. Clem. 1. dict. verb. Donec.

Nec obstat dicere, etiam in excommunicationis sententia,

sententia, quemadmodum & in Interdicto, non esse certam aliquam formulam absolutionis à jure designatam: Quia licet verum sit, quod certa formula non sit designata, tamen necessitudo requiritur, quod ad hinc aliqua exteriora signa, per quæ juxta juris formam vinculum excommunicationis tollatur: juxta text. in c. cum desideres, de sententia excommunicationis, ibi: *Nisi fuerit secundum formam Ecclesie*, cap. à nobis 21. eiusdem tit. ibi: *Absolutionis autem forma* Sayrus l. 2. de censuris, c. 18. Tolet. in summa, lib. 1. cap. 14.

15 Sic nec etiam obstat text. in c. ex literis de constitutionibus, ubi habetur, quod cum quis est excommunicatus propter contumaciam, illa cessante, admittitur ad communionem, absque aliquo absolutionis actu: nam text. ille non procedit in Excommunicationis vinculo, sed in poena Suspensionis, vel privationis communionis officij temporalis: & quamvis Pontifex ibi mentionem faciat Excommunicationis lætæ, propter contumaciam, qua cessante, excommunicatum debere restitui ait; hoc tamen intelligi debet præmissa absolutione, juxta consuetam Ecclesie formam, ut dist. c. cum desideres.

16 Nec etiam obstat text. in c. si de matrimonio contratto contra interdictum Ecclesie, dum asserit, quod excommunicati ex eo, quod contraxerunt matrimonium prohibitum, tamdiu separati, quamdiu legitime cognoscatur, utrum matrimonium debeat de jure stare, necne: Quia text. ille debet intelligi, ita ut non statim facta declaratione cesset excommunicationis vinculum, sed ita ut post separationem absolviendi sint juxta formam Ecclesie.

17 Quintò, ex adverso, aduersus prædictum vers. *Donec*, obstat text. in c. ex parte, el primero, de verb. signifi. c. qua fronte, de appellationibus, in quibus iuribus cavetur, quod si quis ratione contumaciæ sit excommunicatus, præstita cautione de sistendo in iudicio, absolui debet: ergo in præsentia *Quodvult deus* ex sola satisfactione, absque satisfactione absolui debet. Quam difficultatem effugies, si dixeris differentiam versari, cum quis excommunicatur pro crimine & contumacia simul, aut pro contumacia tantum: nam si pro crimine, veluti pro furto, si est notorium, absolui non potest absque satisfactione: si verò est dubium, poterit, præstita tantum satisfactione: & ita obtinet text. in dist. c. ex parte, in fin. si verò pro contumacia tantum: si est præsumpta, sufficit satisfactio: si tamen est expressa, non sufficit satisfactio, sed necessaria est expressa satisfactio: & ita obtinet text. noster, juxta text. in c. venerabilibus, §. porò, §. sane, de sententia excommunicationis, lib. 6.

Sextò, aduersus secundam nostræ conclusionis partem desumptam ex vers. *Nam adimit sibi Episcopatum*, &c. Ex qua docemur, quod Episcopus, quamvis iuste excommunicari potuisset, non tamen potuit Episcopatu privati; obstat textus in cap. rursus 26. 11. quæst. 3. c. veritatis, de dolo, & contumacia, in quibus iuribus cavetur, quod is qui iuste excommunicatus est, iuste etiam beneficio privati potest. Sed prædicta iurium difficultas excluditur ex eo, quia dicendum est, iura in argumento adducta, locum habere, quando quis in excommunicatione per integrum annum perseveravit, & causa digna privationis beneficii reperitur: nam tunc quasi de crimine convictus privatur beneficiis, cap. c. in contumacia, de hereticis, lib. 6. nam etiam si inordelceret in excommunicatione intra annum, non poterat post annum privati à beneficio, nisi delictum id postulaverit, Covar. in cap. Alma Mater, 1. part. §. 7. num. 10. Salzedo in pract. c. 116. num. 4.

Nec obstat text. in cap. fin. de panis, c. excommunicatus 13. §. qui autem, de hereticis, cap. cum contumacia, eodem tit. lib. 6. Trident. sess. 2. de reformatione, cap. 3. in fin. In quibus iuribus probatur, eum, qui tanto tempore in excommunicatione perseverat, suspectum de hæresi censei, ac per consequens, ex eo solo beneficio posse privati, nisi suam ostenderit innocentiam, & ad abolendam, vers. *Præsertim*, & seq. de hereticis, Quia dicendum est, quod is qui per annum in excommunicatione perseverat, si verò per

causam civilem, siue criminalem, suspectus dicitur de hæresi, ut in dist. in iuribus probatur: sed hæc suspicio non sufficit, ut condemnatur tanquam hæreticus, sed solum, ut contra illum procedatur, tanquam suspectum de hæresi, Guttier. lib. 1. §. Canoniarum, c. 12. & cap. 20. & consequenter non sufficit, ut taliter suspectus beneficiis privetur.

Septimò, aduersus nostrum text. in vers. *Ante causam exitum*; ex quo colligitur post causam exitum posse Episcopum à Concilio Episcopatu privati; obstat text. in c. accusatus 3. §. 6. c. 2. de translatione Episcopi, in quibus probatur, privationem Episcopatum ad solum Romanum Pontificem pertinere: ergo Concilium Africanum etiam post causam exitum non poterat Episcopum Episcopatu privare. Sed in hac difficultate, omittit Glossæ interpretatione, in c. viduum, c. si quem, 2. §. 6. quam communiter sequuntur Interpretes in præsentia, verius dicendum esse, Concilium Africanum non potuisse *Quodvult deus* Episcopatu privare, potuisse tamen Pontificem Romanum admonere, crimen illius esse depositionis dignum. Nec textus noster contrarium docet; cum solum asserit, Episcopum non posse ante causam exitum deponi; sed non negat Romani Pontificis auctoritatem esse necessariam.

Nec obstat text. in c. 1. & 2. §. 4. c. si quis Episc. 11. §. 3. c. si Episcopus, 16. §. 6. c. si quis à proprio, 21. §. 5. in quibus iuribus probatur, Concilium Provinciale condemnare, & deponere Episcopum posse. Quia prædicta iura loquuntur, secundum tempora antiquiora, in quibus etiam graviores Episcoporum cause in Concilio Provinciali terminabantur, Duaren. l. 1. de sacris Ecclesia ministris, c. 11. plura de materia hujus text. videre oportet in his, quæ inferius dicemus in c. dilecti 17. de foro competentis, & in titulo, de dolo, & contumacia.

Ad text. in cap. Decernimus 2. hoc titul.

S V M M A R I V M.

- 1 Laici Ecclesiastica negotia tractare non debent.
- 2 Potestas Ecclesiastica à Christo Domino, Divo Petro, & eius successoribus suis concessa, & ab eis in ceteros inferiores Prælatos Ecclesia derivata.
- 3 Expenditur in contrarium text. in c. nos, 2. §. 7. & intelligitur, n. 3.
- 4 Summus Pontifex non potest Imperatoris, vel alterius iurisdictioni se submittere.
- 6 Dion. Paulus ad Casarem appellavit.
- 7 Omnis anima potestatibus sublimioribus, subdita esse debet.
- 8 Abiathar à Salomone Rege à Sacerdotia dignitate depositus fuit.
- 9 Explicatur text. in cap. tributum, 11. quæst. 1. & in cap. tributum, & cap. convenior, & cap. sanctimus, 23. §. 8.
- 10 Principes debent esse protectores Ecclesiarum, & Clericorum, Explicatur text. in c. filiis, vel nepotibus, 16. §. 7. & c. generaliter 12. 16. §. 1. ibid.
- 11 Causa Clericorum secundum communem consuetudinem Regionis terminanda sunt. Explicatur text. in c. cum venissent, de eo qui mittitur in posset.
- 12 Laicus an possit excommunicare? Intelligitur text. in c. præter, vers. scribit, 32. distin. & c. prudentiam, §. ille quippè: de offic. deleg. & c. Mennam, vers. Purgationem, 2. §. 1.
- 13 Laicus cognoscere potest de sententia excommunicationis, quoad facti questionem. Explicatur text. in c. ut Inquisitionis, §. prohibemus, de hereticis, l. 6. ibid.

- 14 *Ius ex facto oritur, & ibi hac regula explicatur.*
- 15 *Expenditur text. in cap. si iudex laicus de sentent. excommun. lib. 6.*
- 16 *Explicatur text. in §. conuenticula, de pace tenenda inter subditos, lib. 1. feudorum.*
- 17 *Laici an possint esse arbitri in causis Ecclesiasticis. Arbitraria redacta sunt ad iudicium, ibid.*
- 18 *Explicatur text. in cap. exposita, de arbitr. & cap. examinata, de confirmatione vtil.*
- 19 *Laicus an possit iuramenti Religionem remittere, & interpretari.*
Explicantur text. in cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. & l. adigere, in princip. & §. fin. de iure patronatus, l. fin. in princip. ff. ad municip. l. 11. & 12. lib. 4. Recopil.
- 20 *Explicantur text. in cap. petimus, cap. Christianis, 11. quæst. 1. & cap. cum non ab homine, hoc tit. & cap. postulasti, 21. de homicid.*
- 21 *Laicus potest cognoscere contra Clericos, ex delegatione Summi pontif. & iuris Canonici auctoritate.*
Explicantur text. in cap. 1. de Apostat. & cap. perpendimus, de sentent. excommunic. cap. ex parte, de priuileg. cap. vnic. de vita, & honestat. Cleric. ibid.
- 22 *Feudales causa apud Dominum feudi inter Clericos tractantur.*
- 23 *Laicus iudex de causis vsurarum, & sacrilegij crimine cognoscere potest, & quid de crimine blasphemia.*
Expenduntur text. in cap. ad nostram 20. de iureiurando, & l. eos, C. de vsuris.
- 24 *Laicus de causa possessoria rei spiritualis, an possit cognoscere. Explicatur text. in cap. fin. hoc tit.*
- 25 *Laicus Sacramentum Baptismi administrare potest. Confessio laico facta non est Sacramentalis, ibid.*
- 26 *Episcopus si a Rege, & Metropolitano, eodem tempore vocetur, cui obtemperare debet.*
- 27 *Clerici ligantur legibus, & consuetudinibus Re tractatum.*
- 28 *Clerici quatenus ciues non eximuntur a lege Politica, siue civil.*
- 29 *Clerici ligantur statutis prohibentibus vinum deferri in Ciuitatem, vel frumentum reuocandi.*
- 30 *Imperatores Concilia generalia congregare non possunt, nisi auctoritate Romani pontif. & quomodo accipiantur iura, qua contrarium insinuare videntur.*
- 31 *Constantinus Magnus in Synodo Nicena adfuit, ibique inferiorem locum post Episcopos delegit.*

CONCLUSIO.

Laiici Ecclesiastica negotia tractare non debent, sed Prælatorum iudicio disponuntur. Consonat text. in cap. quanto 3. cap. at si Clerici 4. cap. Clerici 8. cap. cum non ab homine 10. cap. nouit 13. cap. qualiter, & quando 17. cap. fin. hoc tit. continua 5. cap. nullus 33. cap. placuit 43. cap. Clericorum 48. & ferè per totam caus. 11. quæst. 1. cap. denique, 96. dist. cap. 1. & 2. 3. & 4. & ferè per totum tit. de foro competentis, cap. tuam 3. de ordine cognitionum, cap. aduersus, de immunitate Ecclesiarum, cap. ut Inquisitionis, §. prohibemus de hæreticis, lib. 6. cap. quanquam, de censibus, eodem libro, cap. decernimus, cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, eodem lib. 6. Concilium Agatense cap. 8. & 32. Trident. sess. 25. de reformatiore, cap. 20. Authem. statuumus, C. de Episcop. & Cleric. l. 56. cum seq. tit. 6. part. 1. l. 1. 2. & 3. tit. 3. lib. 2. Compilationis, illustant Couarruu. in practicu, cap. 31. per totum, Gutierrez lib. 1. quæstionum, cap. 54. num. 15. Nauarr. in cap. nouit, de iudicis, notabili 3. num. 51. Franciscus Matcus decis. 42. part. 2. Bellarminus tom. 1. controuersiarum fidei, cap. 28. controuers. 5. Suarez lib. 4. contra Regem Anglia, per totum, Morla in emporio iuris, tit. 2. quæst. 11. Beronius in cap. qua in Ecclesiarum 91. constitutionibus, Gratian. regula 253. Ber-

nardus Diaz regul. 362. Seraphinus de priuilegiis, priuilegio 67. num. 12. Rolandus conf. 23. volum. 2. numero 2. Rebuffus tom. 3. de materna possessione, art. 7. glos. 1. numer. 21. Soto in 4. distinct. 25. quæst. 2. artic. 2. Salas de legibus, disput. 14. sess. 11. num. 118. Molin. tom. 1. de iustis. & iur. disput. 31. versic. Sexta conclusio: Salcedo in addition. ad Bernard. Diaz pract. cap. 55. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, conclus. 3. a num. 398. Bald. Angel. Salicet. & Cuman. in l. iubemus, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, Menoch. de recup. remed. 15. num. 210. Duaren. de Sac. Ecclesia ministris, lib. 1. cap. 2. Petrus Magdalenus de num. testium in testam. 1. part. cap. 10. num. 8.

Ratio est, quia Ecclesiastica potestas, quæ à Christo Domino Ecclesiasticis Prælatiis fuit concessa, primo D. Petro, tanquam Pastori, & Vicario vniuersali fuit tributa, iuxta illud Matthæi cap. 16. ibi: *Quia tu es Petrus, & Ioannis cap. 21. ibi: Pasce oues meas, & ab ipso Petro in alios inferiores fuit deriuata, vt negotia, res, & personæ Ecclesiasticæ à seculari iurisdictione eximerentur, & vt Ecclesiastica iurisdictione à temporalis dignosceretur, cap. nouit, infra isto tit. cap. duo sunt 11. cap. Imperator, 69. distinctione; nam iurisdictione secularis communi populi consensu in Principem fuit translata, l. 1. ff. de constitutionibus Principum: Ecclesiastica verò nunquam potuit esse penes Rempublicam, nec Respublica illam in Principem transferre potuit, Couarruuias in practicu, cap. 31. cumque huiusmodi Ecclesiastica iurisdictione, lege diuina, Ecclesiæ Prælatiis dumtaxat concessa fuerit, rectissime cæteris secularibus Principibus denegatur, qui quidem huius iurisdictionis omninò sunt incapaces, cap. ita Dominus, 19. distinctione, cap. si Imperator, 96. distinct. cap. 1. cum sequentibus, 11. quæst. 1. cum aliis superius allegatis.*

Primo, obstat textus difficilis in cap. nos, 2. quæst. 7. vbi Pontifex Imperatoris iudicio se submittit; quod neutiquam facere posset, si Imperatore superior esset, cap. nunc autem, 21. distinctione, & multo minus, si suprema illa potestas iure diuino ei concederetur; argument. text. in cap. sunt quidam, cap. contra statuta, 25. quæst. 1. Clement. 1. ne Romana, de election. Quæ difficultas, vt dissolvatur, petit, vt explicemus illam celebrem quæstionem, an scilicet Summus Pontifex possit se alterius iurisdictioni submittere? In qua, reiecta opinione Glos. in cap. in Synodo, verbo, Apostolicam, 63. distinctione, & in cap. nemo, glos. 1. 9. quæst. 3. & in proæmio Sexti, verbo, Seruus, quam sequitur Geminianus ibi: firmiter asserendum est, Pontificem, minime posse Imperatoris, vel alterius iurisdictioni se submittere, ita vt illi subditus vetè maneat, vt docent Archidiaconus in dist. cap. nos, num. 7. Felin. in cap. Ecclesia sancta Maria, de constitutionibus, num. 2. Romanus singulari 195. Alexand. in l. est receptum, num. 4. & ibi las. num. 2. de iurisdictione omnium iudicum, Nauarrus in cap. placuit, num. 15. de penitentia, distinct. 6. & ex Theologis, Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 29. & plures alios congerit Suarez lib. 4. aduersus Regem Anglia, cap. 7. num. 2.

Qua sententia retenta, non obstat text. in dist. cap. nos, 2. quæst. 7. Nam omnia communi interpretatione, dicendum est, textum illum loqui de iudicio, non coactiuo, sed arbitrario, seu discretiuo, vt notat Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 39. nam in alterius arbitrio Pontifex se committere potest, vt cum diuo Thoma, probat Suarez lib. 4. aduersus Regem Anglia, cap. 7. num. 7. Quia eo in casu sententia non fundatur in superioritate iurisdictionis, sed sola conuentione nititur, quomam tunc Pontifex non abdicat à se aliquam iurisdictionem, nec illam transfert in Imperatorem, neque in illo actu se gerit, vt Pontifex, sed vt homo, qui vt querelis via præcludatur, cuncta emendare cupit; nec sententia Imperatoris habebit vim coactionis, sed dumtaxat proderit ad ostendendum Pontifici, eum teneri, si non ex vi præcepti, saltem ex debito iustitiæ; vt explicat Suarez ubi supra.

Secundò huic sententiæ obstat *cap. 25. & 26. Aëtium Apostolorum*, ubi apparet, Apostolum ad Cæsarem appellasse, tanquam ad legitimum Iudicem in causa criminali, de qua tractabatur; ut colligitur ex illius verbis, ibi: *Ad Tribunal Cæsaris sto, ubi: Me oportet iudicari.* Et iterum dixit: *Nemo potest me illis donare ad Cæsarem appello.* Et augetur difficultas ex eo, quia causa Apostolica, quæ tunc agebatur, non erat civilis, sed Religionis, videlicet de prædicatione Pauli ad gentes: igitur multo minus apud Imperatorem in ea erat appellandum. Cui difficultati respondendum est: Apostolum ibi non de iure, sed de facto ad Cæsarem appellasse, non tanquam ad iudicem, sed eo, quod alio modo non poterat inimicorum insidias euitare: Bellarminus in *apologia, cap. 13.*

Nec etiam obstat alius eiusdem Pauli locus ad *Roman. cap. 13.* qui refertur in *cap. magnum 28. 11. quest. 1.* & in *cap. omnis anima, de consibus*, ubi ipse pronuntiat, omnem animam sublimioribus potestatibus subiectam esse debere; & secundum Diui Chrysostomi expositionem, intelligendus est, de potestatibus secularibus: explicat Garcia de nobilitate, *glos. 9. num. 9.* Quia dicendum est, in *prædictis iuribus*, locutum fuisse Apostolum de subiectione reuerentiali, quæ secularibus Principibus iustis de causis exhiberi debet, propter protectionem, quam in Clericis, & Ecclesiis exercent; notat Ioseph Valentinus de potestate coactiva Pontificis, *capite 11.*

Nec etiam obstat *cap. 1. lib. 3. Regum*, ex quo constat Abiathar à Salomone Rege depositum fuisse à Sacerdotali dignitate, & loco eius, ab ipso Rege positum fuisse Sadoc. Quia ibi tantum Salomonis factum refertur, ex quo nullum ius oriri potest, præsertim, quia id factum fuit speciali Dei reuelatione, non tamen ex ordinaria potestate, quæ ei etiam uti Regi competere non poterat: deinde, quia nec potest fieri comparatio inter Sacerdotes, & Pontifices veteris testamenti, & Pontificem Vicarium Christi in lege gratiæ, cum à Christo hæc potestas tributa eis sit, ut diximus in ratione decidendi.

Tertio, obstat text. in *cap. si tributum, 11. quest. 1. cap. tributum, 23. quest. 8.* ex quibus iuribus constat Clericos, & Ecclesias subiectas esse Imperatoribus, quoad iurisdictionem: siquidem ex illis constat teneri ad soluenda imperialia tributa ex vi iustitiæ, quod fieri non poterat, nisi supposita subiectione iurisdictionis. Cui difficultati, ut satisfaciamus, dicendum est, omnis variis interpretationibus, authoritatem Ambrosij relata in *dist. cap. si tributum*, ius non constituere, ex eo, quia cum eo tempore Valentinianus Imperator eo, quia mater eius Iustina Gubernabat, quæ cum puer esset, tributum aliquod ab Ecclesiis exegit, esset Arriana, tributum aliquod ab Ecclesiis exegit, cumque Ambrosius prudenter censuisset illi resistendum non esse ad vitanda maiora mala, tributum permisit, quare potius permittendo, quam approbando factum dixit: *Imperator non dono, sed non nego*: potuit enim Ambrosius facilius tolerare tributorum exactiorem, quam usurpationem bonorum Ecclesiæ: & hoc modo est etiam intelligendus text. in *cap. conuenior, 23. quest. 8.*

Nec etiam obstat text. in *dist. cap. tributum, 23. quest. 8.* nam ibi similiter Urbanus non de iure, sed de facto fuit loquutus, asserens persoluendum esse tributum ab Ecclesia sponte, ad maiora mala vitanda, non tamen ex debito iustitiæ: loquutus enim fuit Urbanus, iuxta morem illius temporis, quando Imperatores erant Gentiles, & Idololatæ, & Ecclesia nondum plenam sibi libertatem & liberationem ab huiusmodi tributis vindicauerat: quod iam omnino cessauit.

Nec etiam obstat textus in *c. sanctum, 23. quest. 8.* ubi quedam bona Ecclesiæ specialiter exempta proponuntur à tributis, alia verò obnoxia relinquuntur: Quia intelligendum est, quod obnoxia sint antiquioribus oneribus realibus privatis, veluti ex pacto, quod colligitur ex eiusdem textus verbis, ubi nec de tribu-

tis, nec de Principibus mentio fit, sed de Senioribus quibus debitum seruitium soluendum est; per *Seniores* autem intelligunt Glossa & Doctores in *cap. 1. de consibus*. Dominos antiquos à quibus res, & bona ad Ecclesiam translata sunt cum suo onere, de quibus fit mentio in *dist. cap. sanctum*.

Quarto, obstat textus in *cap. filius, vel nepotibus, 16. quest. 7.* quo loci docetur, ad Principem accedendum esse super causis Clericorum. Cui dubio respondetur, ibi non perueniri ad Principem, tanquam legitimum iudicem, sed tanquam ad protectorem, ut hortetur, & instet apud Prælatos Ecclesiæ, ut debitum remedium adhibeant, ut sic petente manu regia, Ecclesia non opprimatur, Couart. in *prædictis, cap. 35. numero 3. versic. Secundo*, Salzedus in *praxi, cap. 102. versic. Deinde*.

Nec etiam obstat text. in *cap. generaliter 12. 16. quest. 1.* ex quo constat Principes seculares posse priuilegia personis Ecclesiasticis constituere; quod idem demonstratur in *toto titulo, C. de Episcopis, & Clericis*. Quia priuilegia, de quibus in dictis iuribus ab Imperatoribus concessa, nullam vim retinent propter defectum potestatis, iuxta text. in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus*: & si quæ admittuntur, vim tantum retinent ex noua Pontificis permissione. Unde, nec obstat textus in *cap. cum venisset, de eo qui mittitur in possessionem*, ubi causæ Clericorum secundum laicorum consuetudinem terminantur. Quia illa tertiæ consuetudo communis erat tam Clericis, quam laicis; & consuetudo, quæ non respicit directè odium laicorum, sed publicam vtilitatem, etiam à Clericis obseruari debet, quia à Pontificibus est approbata, ex *dist. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Menchaca lib. 1. quest. illustrium, cap. 9.*

Quinto, obstat textus in *cap. præter, versic. Scribit, 32. distinctione*, ubi constat, potestatem excommunicandi pœnes laicum esse posse. Cui difficultati satisfacere, dicens: quod text. in *d. cap. præter*, loquitur, quando laicus ex delegatione Pontificis cognoscitur tunc excommunicandi potestas non ex propria, sed ex Pontificis autoritate iudicio, & delegatione procedit. Nec solutio obstat text. in *cap. prudentiam, 5. illa quippè, de officio delegat.* ubi dicitur delegatum iudicio proprio uti, quod omnino laicis est prohibitum; uti constat ex nostri text. verbis, ibi: *Iudicio laicorum, &c.* Nam verbum illud, *iudicium*, in nostro textu, non refertur ad mentis sententiam, uti in *d. cap. prudentiam*; sed ad imperium, & iurisdictionem, quam circa excommunicationem laicus non habet.

Nec obstat etiam text. in *cap. Mannam, vers. Purgationem, 2. quest. 5.* ubi excommunicandi potestas, vel saltem purgationis presbyteri peres feminam reginam Francorum reperitur. Cuius decisionis difficultas ex eo augetur, quia clauis caelorum nec Beatæ Virgini sunt traditæ, *cap. nona, de penitentibus, & remissionibus*. Quia in specie illius text. ex communi Doctorum sententia, grauissimus esset error, si *versic. Purgationem*, coniunctum & simul cum textu legeretur, ut sic inscriptio illius textus, *Brunichilda Regina*, præsumatur, quasi sic purgatio illius Episcopi Regina committeretur; sed illa lectio, nec scripta reperitur in *Epistola Beati Gregorij*, ex qua, prima illius textus pars fuit desumpta: unde dicendum est, quod *versic. Purgationem*, legendus est post extrema illius textus verba; quasi illius textus sensus sit, quod purgatio illa non Regina, sed Raynaldo Cumano Episcopo esset commissa, uti constat ex *Epistola Alexandri II.* relata in *cap. super causa, eadem causa, & quest. & ex Palea in dist. capit. Mannam*.

Sexto, obstat textus in *cap. decernimus, de sententia excommunicatio. lib. 6.* ubi similiter probatur, posse laicum de sententia excommunicationis cognoscere. Cui responderi debet, quod ibi tantum cognoscit laicus de facto excommunicationis, ut excommunicatum à iudicio repellat; & cum quæstio facti, etiam rei Ecclesiæ

siatice, temporalis sit, rectè index laicus de ea cognoscere potest: quia cum de mero facto quaeritur, nihil spirituale disputatur. Nec solutioni obstat text in *cap. de Inquisitionis, §. prohibemus, vers. Quoquo modo, de hereticis, lib. 6.* ex quo videtur probari, Iudicem laicum, nec de facto rei spiritualis posse cognoscere. Quia verba illa, *Quoquo modo*, licet utramque cognitionem comprehendant, & iuris, & facti; tamen ibi non referantur ad quaestionem facti, sed precisè ad quaestionem iuris. Nec obstat iuris regula, qua docetur, ex facto ius oriri, *l. si ex plagis §. §. in clivo Capitolino, ff. ad legem Aquiliam*: Quia licet ex facto ius oriatur, & iuris quaestio non possit separari à facto; at quaestio facti separari potest ab ipsa quaestione iuris, quæ causæ inter se sunt omnino separabiles, & factum potest esse temporale, et si ius spirituale sit, vt in *dict. cap. decernimus*.

14 Nec his omnibus obstat text. in *c. si index laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6.* vbi cauetur, quod laicus nec de facto potest cognoscere, an litigans Clericus sit necne. Cui vt respondeant alij, distinguunt inter res, quæ sunt spirituales ratione rei tantum, vt matrimonium, excommunicatio, &c. Et quæ sunt spirituales ratione rei, & personæ, veluti Religio, & Ordo sacer: vnde dicunt quod de facto rei spiritualis ratione rei tantum laicus cognoscere potest: non verò de iis quæ spiritualia sunt ratione rei, & personæ, vt in *d. cap. si index laicus*. Cui solutioni non obstat text. in *c. cum homines, c. parochianos, de decimis*, vbi decimæ quid spirituale censentur ratione rei & ratione personæ: nam Ecclesiis, & ministris Ecclesiæ applicantur; nam licet spirituales sint, & solum Ecclesiasticis conueniant, dependent tamen à personis laicorum à quibus solvuntur, & ited de illo facto, an rectè soluta, vel non soluta sint, iudex laicus rectè cognoscere potest: Sed nec prædicta interpretatione indiget text. in *d. si index laicus*, cuius verba si rectè perpendantur, ex illis apparebit ibi non agi de quaestione facti, & Clericatus, sed verè de quaestione iuris; nam quaestio erat, non an capus Clericus esset, necne; sed an talis esset qui privilegio fori gaudere deberet, vt indicant verba illa, ibi: *Quod idem malefactor sit Clericus, qui huiusmodi privilegio gaudere debeat*; quæ quidem non facti, sed iuris quaestio est.

16 Septimò, pro hac etiam parte obstat text. in *§. conuenticula, lib. 2. feudorum, tit. de pace tenenda inter subditas*: ex quo constat, posse Imperatores censura Ecclesiastica coercere Episcopos violatores illius sanctionis. Quia in difficultate dicendum est, textum ibi non probare, posse Imperatores censura Ecclesiastica punire Episcopos violatores, sed quod Episcopi possint censura Ecclesiastica puniri violatores.

Nec obstat dicere, quod censura ibi imponitur iussu, & mandato Imperatoris, vt constat ex verbo, *velamus*, quæ difficultas augetur ex eo, quod Federicus ipse annullauit decisiones omnes contra Ecclesiæ immunitatem, *Authent. cassa, C. de Sacrosanct. Eccles.* Dicendum namque est, quod text. in *dict. §. conuenticula*, loquitur de Federico I. cuius autoritas fuit necessaria, vt illa censura Ecclesiastica tute obseruari posset, quia illo tempore valde erat oppressa Ecclesia: ita etiam interpretandus est text. in *§. si Clericus, lib. 2. feudorum, tit. de pace tenenda, & eius violatoribus*, de quo Cuiac. in *notis ad eundem textum*: At verò text. in *d. Authent. cassa*, loquitur de Federico II. quo tempore, iam tuta erat Ecclesia, vt notat Gothofredus in *notis ad prædictas, ad eundem text.* & Cuiac. in *tit. de pace tenenda, & eius violatoribus*, verbo, *Federicus*.

17 Octauò, obstat text. in *cap. 4. cap. per tuas, de arbitris*, in quibus iuribus probatur, posse laicos Arbitros esse in causis Ecclesiasticis: at sic est, quod sicuti Iudex habet arbitrium, & iudicium in causa, quam iudicat; ita & idem est in Arbitro, nam arbitra redacta sunt ad instar iudiciorum, *l. 1. & per totum ff. de*

*recept. arbitr. ergo iam causæ Ecclesiasticæ laicorum iudicio commendantur. Cui difficultati vt satisficiamus, distinguendum est: nam aut laicus sit arbiter de rebus mere spiritualibus, aut de rebus temporalibus Ecclesiæ, in primo casu laicus arbiter esse non potest, nec de consensu Episcopi; quo modo procedit decisio text. in *cap. contingit, de arbitris*: in secundo verò casu, quando agitur de rebus Ecclesiæ temporalibus laicus arbiter esse potest de Episcopi consensu, quo modo procedunt iura in argumento adducta: Ratio est, quia exinde nulla eis iurisdicção datur, cum in arbitris sola notio sit, arbitrium enim plus habet facti, quam iuris, sicque de facto rei temporalis Ecclesiasticæ rectè potest laicus cognoscere, vt diximus in *sexto argumento*.*

Nec obstat dicere, quod in specie, textus in *dict. cap. per tuas*, agebatur de re mere spirituali, vt nonnulli existimant: Quia verius est, quaestionem illam temporalem fuisse: Agebatur enim super quodam Hospitali, quod cum non esset concessum in titulum beneficij, non iudicatur beneficium Ecclesiasticum, *Gloss. in Clem. dispendiosam, de iudicijs, verb. Beneficijs: Siluester verb. Hospitalis, quest. 6. Selua de beneficijs, 3. part. quest. 59.*

18 Nec obstat text. in *cap. exposita, de arbitris*. Quia compromissum in illa specie factum in Ducem Venetorum fuit ex Pontificis commissione, vt indicant verba textus, ibi: *Litteras nostras miserimus*.

Nec etiam obstat textus in *cap. examinata, de confirmatione vili, vel inuili*, vbi supponitur compromissum in laicum factum de re spirituali, validum fuisse: siquidem reuocatum fuit, non ex eo, quod in laicum fuerat compromissum, sed quia in arbitrio non fuit iuris forma seruata: Nam respondetur, quod in illa specie ille Vicedominus, in quem fuit compromissum, erat Episcopi Vicarius, & consequenter persona Ecclesiastica; sic Panormitan. in *cap. quanto, infra, isto titulo, numero 4. Felin. num. 2. Decius num. 4. Ripa num. 81.*

19 Nonò, obstat text. in *cap. licet mulieres, de iureiurando, lib. 6. l. adigere, in princip. & in §. fin. de iure patronatus, l. fin. in principio, ff. ad municipalem*, in quibus iuribus cauetur, posse laicum iuramento Religionem remittere, & interpretari: ergo non est iurisdictionis Ecclesiæ incapax: siquidem iurandi Religio, & interpretatio, proculdubio ad Ecclesiæ iurisdictionem pertinet, *cap. quanto 18. cap. nisi Christus 26. de iureiurando, cap. venerabilem 34. de electione*. Augeturque hæc difficultas, ex constitutionibus Regis Hispaniæ in *l. 11. & 12. lib. 4. compilationis*, in quibus irritantur qui iam contractus iuramento firmati: quæ difficultas tanti est, vt coegerit Autores, in hac parte varias tractare quaestiones, diuersasque proferte sententias, quas cum instituti nostri disputare non sit, consilium omittimus, breuiterque pro prædictorum iurium conciliatione dicendum est, cognitionem super iuramento an licitum, vel turpe sit, potestatemque legem ferendi, seu relaxandi, & similia quæ ad vim, & essentiam iuramenti spectant, ad Ecclesiasticam iurisdictionem tantum pertinere, vt in *dict. cap. quanto 18 de iureiurando*: At vero cognitionem super iuramento ratione contractus, cui adhaeret, ad Iudicem pertinere secularem, si res, de qua quaeritur, similiter secularis sit; poterit namque secularis Iudex partes compellere ad implementum promissionis iuratae, & ad seruanda pacta, quæ videlicet iuste iuramento firmata, poteritque contractus ipsos irritare super quibus potestatem habet, iuramentique obligationem impedire antequam præstetur; nam licet ipsum iuramentum, tanquam vinculum spirituale irritare nequeat, potest tamen indirectè, & remotè illud euertere, irritando contractum humanum antequam in eatur: nam contractus ipso irritato, & destructo, irritatur, & destruitur consequenter ipsum iuramentum: quomodo intelligenda sunt iura supra allegata, & Regia leges: leges verò super ipsa vt iuramentum

iuramenti disponentes ex defectu potestatis sunt nullæ, Couarrugas lib. 1. *variar. cap. 4. num. 5. & in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 3. num. 2.* Molina *tomo 1. de iustitia, & iure, dispus. 1.*

10 Decimò, obstat textus in *cap. placuit, cap. petimus, cap. Christianis, 11. quæst. 1. cap. cum non ab homine, hoc titul. cap. postulasti 21. de homicidio*, in quibus iuribus expressè probatur, Iudicem laicum contra Clericos in causis criminalibus cognitionem habere ergo dicendum videtur incapacem non esse iurisdictionis Ecclesiasticæ. Quam difficultatem faciliè dissolues, si aduertas prædicta iura agere de inuocatione brachij secularis, iuxta formam in eis præscriptam: nam ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio receptum fuit, Brachium seculare ab Ecclesiâ inuocari contra Clericos, aut laicos Ecclesiæ resistentes, quia tunc nulla iniuria Ecclesiæ irrogatur: imò potius debitum ei præstatum obsequium, iuxta textum in *cap. 1. de officio Ordinarij.*

Nec etiam obstat textus in *cap. 1. de Apostatis, cap. perpendimus, de sententia excommunicationis*: ex quibus constat, etiam sine inuocatione Brachij secularis, posse laicum in causis criminalibus contra Clericum cognoscere. Quia pro horum iurium interpretatione, supponendum est, laicum nunquam posse de causis Clericorum propria autoritate cognoscere; posse tamen ex licentia Pontificis, & autoritate iuris Canonici: simul enim statim quo lex Canonica Clericum Apostatam fori priuilegio priuauit, potestatem dedit laico de illo cognoscendi; quomodo procedit *dist. cap. 1. de Apostatis, & dist. cap. perpendimus*, ubi percutions Clericum, qui dimisso habitu Clericali, variis criminibus se immiscuerat, non indiget Pontificis absolutione, quia Clericus ille priuilegium fori amiserat: quomodo procedit etiam text. in *cap. ex parte, de priuilegijs*: & sic similiter est interpretandus textus in *cap. unico de vita, & honestate Clericorum*, ubi Clerici moriones, qui vulgo, *Busones*, appellantur, si per annum hoc in crimine perseuerent, priuantur priuilegio Clericali; sicque omnibus in casibus prædictis cognitio istorum ad laicos pertinet, ex autoritate iuris Canonici: Salcedo in *practica criminali, cap. 111.*

11 Vndecimò, obstant text. in *cap. ceterum, hoc titul. cap. ex transmissa, cap. verum, de foro competenti*, ubi in causis ciuilibus Clericorum Iudex laicus cognitionem habet: nam si causæ feudales oriuntur etiam inter Clericos, ad Dominos feudi pertinent, qui de illis cognoscere debent. Quæ difficultas facile dissoluitur, si aduertamus: quod hoc sit non autoritate legis ciuilibus, sed virtute legis Canonice, quæ iure speciali in feudalibus controuersis id statuere voluit; propterea quod cum in illis tantum agatur de feudo, quod de se merè seculare est, & à laicis concessum, nulla est ratio quare Clericus, qui illud recepit inueter aliqua fori exemptione ad denegandam domino subiectionem, circa negotia ad ipsum spectantia: præcipue, quia huiusmodi causæ, iuxta consuetudines inuestituræ, & pactiones sunt terminandæ; eo enim pacto feuda concessa fuere, iuxta textum in *cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione*, Iulius Clarus in §. *feudum, quæst. 90.*

12 Duodecimò, obstat text. in *cap. ad nostram 20. de inreuerand. l. eos, C. de usuris*. In quibus iuribus probatur Iudicem laicum de causis usurarum cognoscere posse, quamuis earum cognitio ad Ecclesiam pertineat, *cap. 1. cum seqq. 14. quæst. 3.* Cui dubio vt satisfaciant Interpretes disputare solent in hac parte, an usurarum cognitio pertineat ad Ecclesiasticum; an verò ad secularem Iudicem? Quorum sententijs omissis, firmiter est tenendum, usuræ etimen mixti fori esse, idèòque in eo locum esse præuentioni: quare si contra laicum usurarum iudex laicus Ecclesiasticum in cognitione præuenerit, poterit illum inhibere; & è contra Ecclesiasticus laicum, vt docet Couarr. lib. 3. *variarum, cap. 3. num. 4.* Menochius *de arbitrarijs, casu 135.* Malchard. *de probationibus, conclusio. 14. 19.* Sic etiam pro-

cedit etiam textus in *cap. cum sit generale, de foro competenti*, ubi si tractatur super crimine sacrilegij, similiter causa mixti fori est: qua ratione cautum est, quod sacrilegi sub quouis Iudice seculari, vel Ecclesiastico conueniri possint, Couarr. lib. 3. *variarum, cap. 3. num. 1.* quod idem procedit in punitione blasphemix, quæ non est hereticalis, quia eius cognitio similiter spectat ad utrumque Iudicem, Iulius Clarus in *pract. crim. §. fin. quæst. 37. versic. Blasphemia.*

13 Decimotertio, obstat text. in *cap. finali, hoc titul.* ubi constat potuisse Iudicem laicum, ad petitionem Abbatum, & Conuentus, cognoscere de possessione iuris eligendi, super quo agebatur: & tamen certum est, causam electionis spirituales esse: ergo non poterat coram Iudice seculari tractari: *cap. Sacrosantia 51. cap. Massana 56. de electione.* Nec difficultatem effugiet, qui dixerit, hoc idèò esse, quia causa illa possessoria erat, & ex eo temporalis debet iudicari, vt affirmant relati à Couarr. in *practis, cap. 35. in principio*, cum potius contrarium debeat obseruari, propter connexitatem, quam habent res possessoriæ cum causa proprietatis: quare tenendum est, nec de possessorio rei spiritualis, tanquam de re spirituali annexa posse laicum cognoscere, arguunt textos in *cap. quanto 3. hoc tit.* ubi notant Doctores. Sed in hac difficultate verissimè est dicendum, quod in prædicta specie: non idèò potuit laicus iudex cognoscere de illa electione, tanquam de causa possessoria, sed quia electio, de qua ibi, merè profana erat: nam ibi tractabatur de eligendo Rectore cuiusdam secularis communitatis, vt constat ex littera textus, & Giof. 1. quam sequuntur Doctores omnes ibi.

14 Decimoquarto, obstat text. in *cap. constat 19. cap. mulier 20. cap. in necessitate 21. de consecratione, distinctio 4.* In quibus iuribus probatur, posse laicum administrare Sacramentum Baptismi, quod de se omnino spirituale est. Cui difficultati faciliè respondetur: quod in prædictis iuribus idèò permissum est laicis huiusmodi Sacramentum administrare, quia id in Baptismo est admissum, propter maximam animarum salutem; cum baptismus sit necessarius necessitate medijs ad salutem: idèò quilibet in necessitate potest ministrare, Bonacina *tom. 1. tract. de Sacramentis, disputat. 2. quæst. 2. puncto 5. num. 4.* Nec aliquid obstat aduersus nostram decisionem, quia ministrare hoc Sacramentum, non est tractare causas Ecclesiasticas, vel spirituales iudicialiter, vt in nostra specie.

Sed tunc obstabit dicere, quod etiam est licitum laicis audire confessionem, *cap. quem pariter 88. §. tanta itaque, de penitentia, distinctio 1. cap. 1. in principio, de penitentia, distinctio, & tamen certum est, quod huiusmodi Sacramenti ministratio vim iudicij obtineat, cap. 2. de officio Ordinarij, D. Balboa in reperiitione ad text. in *dist. cap. omnis utriusque sexus, de penitentia, & remissionibus*, in versicul. *Proprio Sacerdoti, à num. 2. & 15.* habetque se Confessor, tanquam iudex in hoc interiori animæ iudicio. Sed responderetur, quod in hoc actu penitentix laico factæ non datur confessio Sacramentalis, nec aliqua iurisdictionis spiritualis exercetur, nec absolutio interuenit, quæ propriè pendet ab Ecclesiæ clauibus, hæc namque confessio non est induta ex præcepto, sed tantum ex consilio, vt sic consistens rubore suffusus facilius conteratur, vt docet Diuus Thomas, & Doctores omnes in *tractatu de ministro Sacramenti penitentia*, Bonacina ubi sup. *disp. 5. quæst. 7. puncto 1. in princip.**

15 Decimoquinto, obstat *cap. si Episcopus, 18. distinctio 16*, ubi si Episcopus à Metropolitano ad Synodum vocatus fuerit: similiterque à Rege tum temporis vocetur, præceptione Regia; à vocatione Metropolitanæ excusatur: ergo etiam Ecclesiastica persona, qualis est Episcopus, seculari, ac Regio iudicio potius, quam Ecclesiastico respondere tenetur. Cui difficultati dicendum est, idèò in *dist. cap. si Episcopus, teneri Prælatum prius Regi respondere, quia mandatum Regis præcessit:*
nam

nam quoties aliquis Prælatu à Rege vocatus est, si postea ab alio Maiori Prælatu vocetur, rectè se excusat ratione mandati Regis, cui obtemperandum est, si ab ipso teneat Regalia, *cap. si in morte, §. ecce. 23. quæstion. vltima*: Si tamen Prælatu post Regis mandatum ab ipso Summo Pontifice vocetur: tunc exemplo Diui Petri, relictiis omnibus, etiam Regalibus, Pontificem sequi tenetur, tanquam Christi Vicarium; Glossa in *cap. cum parati 19. de appellationibus*, verb. in legatione.

- 27 Decimosexto, obstat text. in *cap. constitutus 8. de integram restitutione*, ex cuius specio colligitur, quod Clerici ligantur consuetudine municipij, circa tractum rerum venditarum: quod similiter colligitur ex *cap. cum venissent 3. de eo qui mittitur in possessionem*, diximus in *fin 4. argumenti*: ex quo apparet, quod Clerici iurisdictioni laicorum subiecti sunt. Verum huic difficultati dicendum est, Clericos idè obligari consuetudine civitatis, quia quatenus ciues sunt non eximuntur à lege Politica, siue Ciuili, vt docet Molina de *iustitia, & iure, tractatu 2. disputacion. 31. conclus. 6.* Non enim definit ciuis esse, qui Clericus est; argument. textus in *l. falsa demonstratio, §. sed si cui, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*. Neque implicat contradictionem dicere, quod Clerici quoad alia subditi, quoad alia verò exempti sint, *cap. cum capella 16. de privilegijs*, nam sicuti Clerici commodis ex eisdem statutis fruuntur, ad onera etiam teneri æquum est *regul. l. secundum naturam, ff. de regulis iuru*. Ex quo descendit, quod Clerici ligantur statutis proludentibus vinum deferre in civitatem ex loco à iurisdictione alieno: & similiter statuto prohibente frumentum reuendere: Mexia in *pragmatica taxa panis, conclusion. 4. num. 7.* Couarruias in *regul. possessor. 2. part. §. 4. n. fin.* Si verò statutum municipale ineptum sit, Clericos non ligat, & Prælatu Ecclesiasticu eius iniquitatem reformare potest, *cap. cum causa 8. de sententia, & re iudicata*.

- Decimoseptimo, obstant textus in *cap. 1. 15. distinctione cap. ab eo 16. distinctione cap. nunc autem 22. distinctione cap. Adrianus 63. distinctione cap. mandatis 2. quæstion 5 cap. continua, 11. quæstion. 1. cap. futuram, 12. quæstion. 1.* Ex quibus iuribus constat, Imperatores Concilia generalia indixisse, & in eis primum locum sedemque habuisse: ergo iurisdictione Ecclesiastica penes Imperatores est: siquidem in nulla alia re magis Ecclesiastica iurisdictione exerceri potest, quam in Congregandis Concilijs, in quibus tractari solet de causis fidei, & de reformandis Cleri moribus, *cap. 1. cum sequentibus, 13. distinctione*. Anastasius Germonius *lib. 2. animaduersionum, cap. 12. num. 23. & 24.* Sed dicendum est, canones in argumento adductos, accipiendos esse; ita vt dum in eis legitur, Imperatores Concilia congregasse, intelligantur id fecisse autoritate, vel consensu Romanorum Pontificum: quod apertè conuincitur ex eo, quod Constantinus Imperator ex mandato Siluestri, Episcopos ad Synodum Nicenam congregauit, in qua & ipse adfuit, non tanquam Concilij caput, sed tanquam inferior, & ab Episcopis postulauit, vt liceret ei in parua sella in medio Concilij sedere: nec prius voluit considerare, quam Patres annuissent, vt testantur Eusebius in *vita Constantini, cap. 10.* Theodoretus *lib. 1. cap. 17.* Anastasius Germonius *dict. cap. 12. à num. 15.* quibus congruit textus in *cap. 2. 96. distinctione*.

Ad textum in cap. Quanto 3.
hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa iurispatronatus apud iudicem Ecclesiasticum tractari debet.*

- 2 *Inspatronatus est spiritualibus annexum.*
3 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
4 *Laici acquirere, possidere, & ad alios transferre possunt Inspatronatus.*
5 *In beneficijs non datur successio.*
6 *Laicus de causa iurispatr. cognoscere potest ex commissione Sum. Pontificis.*
Explicatur text. in cap. significauit 41. de testib.
7 *Causa iurispatr. an compromitti possit in laicum.*
Compromissum, vicem transactionis habet, ibid.
Explicatur text. in cap. examinata, de confir. vtili, vel inut. ibidem.
8 *Inspatronatus titulo emptionis, & venditionis acquiri potest. Intellige, cum vniuersitate bonorum.*
Interpretatur text. in cap. ex litteris, 7. & in cap. cum saeculum 13. de Iurepatron.
9 *Ius presentandi non transit in creditorem habentem villam, in qua est Inspatr. pignoris iure obligatam.*
10 *Presentatio est fructus iurispatronatus.*
Explicatur text. in cap. cum Bertholdus, de re iudic.

C O N C L V S I O.

CAUSA IURIS PATRONATUS apud Iudicem Ecclesiasticum tractari debet. Consonat textus in *cap. fin. in principio, hoc tit. lib. 6. vetlic. Necnon, & dependentibus ab eisdem. Clementin. dispensationem 2. hoc tit. cap. ex litteris, cap. de iure, cum alijs, de iure patronatus, cap. pia mentis, cap. decernimus, 6. quæstion. 7. Concilium Trident. Session. 25. de reformat. cap. 9. l. 56. tit. 6. l. fin. tit. 15. part. 7. exornant Couarru. lib. 1. variarum, cap. 13. numer. 4. & lib. 2. cap. 18. numer. 8. Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus, cap. 12. Gaillius lib. 1. obseruation. cap. 36. num. 6. Zuallos communium contra communes, quæst. 62. & quæst. 897. Rochus de Curte de iure patronatus, verb. Ius, in principio, Cardolo in practi. Iudicium, & Aduocatum, verb. Causa, num. 8. Caldas Pereira quæstion. Forensium conf. 5. num. 6. & 7. Didacus Perez in l. 1. versic. Septimo quæri potest, tit. 6. lib. 1. Ordinamenti, cum traditis à Sahagun in commentarijs ad hunc textum.*

Ratio est, quia cum ius patronatus spiritualibus annexum sit, saltem antecedenter, & cum cognitio causarum spiritualium, secularibus Iudicibus sit prohibita, vt diximus in *cap. decernimus, supra, hoc tit.* merito naturam, & conditionem causarum spiritualium sequitur; nam dignius & potentius trahit ad se id, quod est minus dignum, *l. quæritur, ff. de statu hominum, l. Tria, ff. de legat. 1.* & ita sicuti laicus de causis spiritualibus cognoscere nequit, similiter nec de iuris patronatus causis potest, quod quidem spiritualibus est annexum, & in connexis idem ius debet obseruari, *cap. super eo 4. de Parochijs, l. arbor 16. ff. communi diuiniando*, Petrus Gregor. *lib. 17. syntagm. cap. 5.*

Primo, obstant textus in *cap. pia mentis, cap. decernimus, cap. considerandum, cap. si plures, 16. quæst. 7 cap. 1. 2. & 3. de iure patronatus*. In quibus iuribus constat, quod laici acquirere, possidere & ad alios transferre possunt ius patronatus; sed si spiritualibus annexum fuisset, nec vendi, nec ad alios transferri posset, argument. text. in *cap. 1. de prebendis, & dignitatibus, quæstion. 5. de rerum permutatione*: ergo non est spiritualibus annexum. Cui difficultati respondendum est, decisionem text. in *dicta cap. 1. de prebendis*, prohibentem titulum successionis in beneficijs Ecclesiasticis, restrictam, & limitatam esse in iure patronatus; quod in eorum favore permissum est, vt facilius inuitentur fideles ad fundationem, & dotationem, & constructionem Ecclesiarum; cum videant non solum ipsis, sed etiam successoribus eorum ius illud reseruati posse; vt ex iuribus supra adductis constat: non tamen facultas cognoscendi de iure patronatus laicis fuit concessa, sed Ecclesiasticis tantum Iudicibus reseruata, ex nostri *text.*

text. decisione, & ex iuribus in illius confirmatione adductis.

6 Secundò obstat text. in *cap. significavit 41. de testibus*. Ex quo adiuncta eius inscriptione probari videtur, laicum de causa iuris patronatus posse cognoscere. In cuius difficultate solvenda, omiſſa interpretatione, quam refert Zabarella, & Felinus *ibidem*, Lambertinus de *iure patronatus*, lib. 3. *quæst. 9. art. 2. num. 5.* verissimè dicendum est, illius textus decisionem, nihil obesse nostro textui, quia Iudex laicus, in *d. c. significavit*, de causa iuris patronatus potuit cognoscere, quia cognitio illa à Pontifice ei fuit delegata, ut constat ex versic. illo. *Quocirca mandamus, & interueniente Pontificis delegatione rectè Iudex laicus de causis iuris patronatus cognoscit, quemadmodum & de aliis spiritualibus, ut diximus in d. c. 2. de iudiciis*, Lambertinus de *iure patronatus* lib. 3. *quæst. 8. art. 8.* Cuiac. in *posthumis*, ad eundem textum.

7 Tertio, obstat text. in *cap. examinata, de confirmatione vtili, vel inutili*, vbi probatur, quod in causa iuris patronatus, compromissum in laicum fieri potest, & tamen laici in causis spiritualibus Iudices compromissarii esse non possunt, *cap. contingat 8. de arbitris*, ageiturque difficultas, ex eo, quod compromissum vicem transactionis retinet, *auth. ut differentes iudices, §. 1. versic. Si vero, Glo. verborum. Conuentum, Bart. in l. quod si Ephesi, §. 1. ff. de eo, quod certo loco, Gratianus disceptation. Forensium, cap. 577. n. 10.* transactioque iuris patronatus improbat, *c. praterea 9. de transactionibus*. In qua difficultate, omiſſis antiquiorum interpretationibus, verissime est dicendum, idèd compromissum in illa specie factum in causa iuris patronatus valuisse, quia Vicedominus ille, non erat Iudex laicus, vt perperam nonnulli existimantur, sed potius Ecclesiasticus administrator illius Diocesis Sabiniensis; nam Vicedominus dicitur Episcopi vicem gerens in omnibus negotiis Ecclesiasticis, *cap. volumus, & seq. 89. distinct. cap. consuetudine 8. de Simonia, Felin. in presenti, num. 1.* Cuiac. in *posthumis*, ad *d. c. examinata*.

8 Quarto, obstat text. in *cap. ex literis 7. cap. cum saeculum 13. de iure patronatus*. In quibus iuribus cauetur, quod ius patronatus titulo emptionis, & venditionis comparari potest: ergo quia temporale est, non vetò annexum spiritualibus; quia si esset annexum, in eius comparatione, Simonia committeretur, argumen. textus in *cap. quæsiunt 5. de rerum permutatione*, & ab omni commercio esset alienum, *l. Celsus 6. ff. de contrahenda emptione, l. inter stipulantes, §. Sacram ff. de verborum obligat.* Qua in difficultate dicendum est, discrimen esse constituendum, an ius patronatus per se simpliciter existat: an vetò cum vniuersitate bonorum? nam si per se consistit, & à bonis est separatum, nullo modo vendi potest, quia propter annexionem quam habet ad spiritualia, ab omni commercio est alienum, *cap. de iure 16. de iure patronatus, cap. nemine 40. 16. distinct. si tamen bonis temporalibus adiunctum est; tunc titulo emptionis comparatur, ex eo, quia bonis venditis, transit adiunctum cum ipsa bonorum vniuersitate, quomodo obtinent iura in argumento adducta: Garcia plures referens de beneficiis 5. part. cap. 9. num. 10. Couarr. libro primo, variarum, cap. 13. num. 3.*

9 Quintò, his omnibus obstat textus in *cap. cum Bertoldus, de sententia, & re iudicata*, vbi villa pignori supposita, cuius patronatus adhæret, non transfertur in creditorem pignoratitium, nec in eius heredem facultas presentandi Rectorem; & tamen nulla singularis ratio in pignore reperitur, quæ non concurrat in emptione bonorum. Augeturque difficultas, quia fructus pignoris à creditoribus pignoratitiis percipiuntur, *l. 1. & 2. de pignoratitia actione, cap. cum contra, versic. Non igitur, de pignoribus*, quod admittitur ratione possessionis, quam in pignore habent, *l. sciendum 13. §. creditor ff. qui suis fructus cogantur, cum traditis à Valentia lib. 1. illust. quæst. tract. 2. cap. 11.* Et tamen presentatio, fructus est iuris patronatus, vt tradunt communiter Scribentes in *d. c. cap. cum Bertoldus, Molina lib. 1. de primogeniis, c. 14. num. 2.* In cuius textus difficultate omiſſa interpreta-

tionem, quam tradit Lambertinus, vbi *sup. lib. 10. art. 2. quæst. 9. art. 9.* Duatenus lib. 3. de *Sacra Ecclesia ministris*, cap. 10. Verius dicendum est, in *d. c. cap. cum Bertoldus*, ius presentandi in creditorem pignoris non transferri ex defectu voluntatis debitoris villam pignoris: nam in dubio credendum est illud sibi excipere, & reseruare velle, *l. 1. C. qua res pignori obligari non possunt, l. obligationes 6. ff. de pignoribus*: præcipue quia per traditionem pignoris, dumtaxat videtur debitor creditori tribuere ius percipiendi fructus pecuniariam æstimationem recipientes, qui sua natura in sortem valeant computari, argumento textus in *l. cum de indebito 25. ff. de probationibus*, & cum in presentatione nulla pecuniaria æstimatio fieri possit; mirum non est, quod in *d. c. cap. cum Bertoldus*, ad creditorem pignoris facultas presentandi non transferatur; transferretur autem ius percipiendi, *decem solidos*, qui singulis annis patronis præstabantur, quia in illis, non est defectus voluntatis transferendi, ex iuribus, & rationibus supra adductis: aduertit Garcia de beneficiis *d. c. part. 5. cap. 6. num. 6.* & nos latius inferius agemus in repetitione ad *d. c. cap. cum Bertoldus*.

Ad textum in cap. At si Clerici 4. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio de crimine facta à Clerico, apud Iudicem saecularem, non valet, nec propter eam à Iudice Ecclesiastico puniri potest.
- 2 Clerici, & persona Ecclesiastica, tam in civilibus, quam in criminalibus, à iurisdictione saeculari exempti sunt.
- 3 Crimina, vbiunque de illis constiterit, puniri debent.
- 4 Confessio criminis, vt noceat, oportet, quod fiat apud Iudicem competentem.
Explicatur text. in cap. multi 18. 12. quæst. 1.
- 5 Explicatur text. in cap. 1. 13. quæst. 5.
- 6 Confessio facta in iudicio nullo, an teneatur distinguatur.
Explicatur text. in cap. sty. de restitutione. spoliator. & c. 1. & 2. de accusat. in 6.
- 7 Iudex Ecclesiasticus an teneatur iudicare secundum acta coram saeculari Iudice facta.
Explicatur text. in auth. de sanctissimis Episcop. §. si quis contra Clericum, versic. Si vetò, col. 9.
- 8 Confessio coram vno Iudice facta, coram alio fidem facit. intellige vt ibi.
- 9 Prærogatio iurisdictionis de iure Pontificio fieri non potest: secus de iure Civili.
Explicatur text. in l. in criminali §. C. de iurisdic. omnium iudicum, & l. si quis ex consensu 8. C. de Episcop. Aud.
- 10 Clericus an ex confessione extrajudiciali puniri possit.
- 11 Pœna imposta Clericis comparentibus coram Iudice laico, non operatur actus alias nulli validitatem.
Explicatur text. in c. si diligenti 12. de foro compet. ibid.
- 12 Confessio sola delicti non sufficit ad condemnandum consentientem, nisi de ipsius delicti corpore constet.
- 13 Crimen confessus non eo ipso est condemnandus, donec audiatur, & aliis legitimis probationibus sit conuictus.
Explicatur text. in l. 1. C. de custod. reorum, & cap. super eo §. de eo qui cognouit conf. vxor.
- 14 Aliud est, quem esse conuictum de delicto, aliud vetò illud esse confessum.
Explicatur textus in cap. non dicatis, 12. quæst. 1. vers. Si hoc, & l. quisquis, §. fin. C. ad l. Iul. maiest.

15 *Mitius agitur cum sponte confesso delictum, quam cum conuictio. Intelleguntur text. in cap. presbyterum 3. 50. distinction. & c. si quis 7. 24. distm. & cap. fin. de furto.*

CONCLUSIO.

- 1 **C**lericus confessus, vel conuictus de crimine apud iudicem secularem, non est propterea ab Ecclesiastico puniendus, nisi coram eo fuerit legitime conuictus, tum deum secundum delicti qualitatem debet puniri. Consonat text. in cap. cum non ab homine 10. hoc tit. cap. olim 25. de rescriptis, cap. nos in quemquam, cap. in primis 2. quast. 1. cap. 2. de confessis, cap. non potest 3. de sententia, & re iudicata, l. si confessus, l. Diuus Adrianus 6. versic. Igitur de custodia reorum, l. 1. C. si a non competente iudice, cap. placuit, cap. inolita, l. 1. quast. 1. l. 2. titul. 13. part. 3. l. 15. titul. 1. part. 7. Antonius Gomez 3. tom. variarum, cap. 12. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. fin. quast. 65. Mascardus de probat. tom. conclus. 344. & 348. Couarr. in Clemen. si furiosus 1. part. 5. Navarrus in Manuali, cap. 27. num. 151. Villalobos communium opinionum, littera C, num. 142. Farinac. in praxi criminali, part. 3. quast. 81. num. 193. Mascardus de probationibus conclus. 251. Morla tit. 1. in princip. num. 121.
- 2 Ratio est, quia cum Clerici, & personæ Ecclesiasticæ exemptæ sint, tam in ciuilibus, quam in criminalibus à iurisdictione seculari, ut diximus in cap. 2. hoc titul. sequitur, confessionem Clerici in iudicio seculari factam, & probationes aduersus eum receptas, nullius esse momenti; consequenterque nec illarum ratione ab Episcopo conlemnari posse: nam sicut sententia à non suo Iudice lata, non tenet, l. 1. C. si a non competente iudice: ita similiter confessiones & probationes coram seculari Iudice, tanquam incapace, factæ, non valent: si verò apud iudicem Ecclesiasticum fuerint conuicti, vel confessi, puniri debent pœnis à iure Canonico expressis, cum Reipublicæ expediat, ne delicta maneant impunita, l. ita vulneratus 51. ff. ad legem Aquilianam.
- 3 Primò, obstat textus in cap. ecce autem 18. 24. quastion. 1. cap. sicut 6. de Simonia. In quibus iuribus cauetur, quod crimina, vbicumque de eis constiterit, puniri debent; sed per confessionem iudicalem de crimine constat; cap. fin. de cohabitatione Clericorum & mulierum, cap. cum olim 24. de verbo, um significatione: ergo licet confessio coram Iudice seculari facta sit: nihilominus cum per illam, iam de crimine constet, Clericus per Ecclesiasticum puniri debet. Sed huic dubio respondendum est, iura in argumento adducta procedere, quoties de criminibus constat per probationem, vel confessionem factam coram Iudice competente, aliter enim quis
- 4 conuictus, seu confessus dici non potest, cum confessio illa nullius momenti sit; notat Barbacia in praxi, num. 74.
- Nec solutioni obstat textus in cap. multi corriguntur 18. 2. quast. 1. versic. Nisi aut sponte, & c. ex quo constat per Ecclesiasticum Iudicem puniri debere, qui de crimine coram seculari Iudice conuictus, vel confessus est: Quia textus ille loquitur de priuatione communionis imponenda, ad quam sufficit, quod coram quocunque Iudice, siue Ecclesiastico, siue seculari, delictum sit confessum: si tamen illam priuationis communionis Ecclesiasticus pœnam meretur, sed est sic, ut singula singulis in casu habili debeant referti: ita ut si quis sit conuictus, vel confessus coram suo Iudice, coram alio etiam similiter habendus est: ita ut si delictum pœnam illam mereatur, illa omnino à Iudice competente imponi debeat, iuxta textum in cap. 2. de exceptionibus, lib. 6. Non verò in casu contrario, cum confessio facta est coram eo, qui nullam iurisdictionem habet, Abbas in praxi, num. 13. Aretin. num. 21.
- 5 Secundo, obstat text. in cap. 1. 23. quast. 5. vbi Clericus ob confessionem delicti coram laico factam pœnis debitis plectendus est. Sed responderetur; idèd ibi secularem

Iudicem potuisse cognoscere, quia Clerici illi crimen hæresis commiserant, ob quod ibi priuilegium fori amiserant, & idèd fori secularis facti fuerunt. Neque obstat dicere, quod ibi non agitur de hæresis punitione, sed de homicidio, & aliis criminibus coercendis: quia et si de prædicto homicidio, & aliis criminibus puniendis ageretur; tamen cum de illorum punitione tractabatur, iam Clerici ipsi regradati inter laicos, ob crimen hæresis antea commissum, seculari potestati subiecti iudicabantur. Neque obstat si dixeris, quod etiam si de hæresis crimine ageretur, eius cognitio non potuit Comiti competere: si quidem iam eo D. Augustini tempore, qui Auctor illius textus fuit, priuilegium exemptionis Clericorum in criminalibus aduersus seculares Iudices erat indultum, cap. 1. & seqq. 11. quast. 1. & quamuis de prædicto hæresis crimine seculares Iudices olim contra quoslibet possent animaduertere, l. 1. §. fin. C. de summa Trinitate, & Fide Catholica, tamen exceptum erat, quod id non intelligeretur, respectu Clericorum in eodem crimine delinquentium, Farinacius plures referens tractatu de hæresi, quast. 186. §. 9. num. 152. Quia dicendum est, quod licet fateamur prædictum exemptionis priuilegium, etiam in illo Gregorij tempore competuisse, tamen quoad omnia, nec vsu, nec moribus erat receptum, & ideo adhuc de facto laici iurisdictionem in Clericos exercebant, Couarr. in practicis, cap. 31. num. 2. versic. Contraria opinio, sicque Comes in dict. cap. 2. 23. quast. 5. de facto cognouit: Carolus de Grassis tract. de effectibus clericatum, effectum 1. num. 4.

Tertiò, obstat textus in cap. fin. de restitutione spoliatorum cap. 1. & 2. de accusationibus lib. 6. In quibus iuribus docemur, quod etiam si iudicium sit nullum, ob non seruatum Superioris mandatum, tamen confessio in eo facta valet, & tenet: ergo quamuis processus factus coram seculari Iudice non valeat? non tamen perinde dicendum est, confessionem non valere. In qua difficultate respondendum est, iura illa procedere quoties datur nullitas in actis ob defectum solemnitaris ordinis iudicialis: non verò cum defectus est in iurisdictione ob incapacitatem: nam tunc sicut acta ipsa non valent, sic neque confessio in illis facta valere debet, & ita similiter est interpretandus textus in l. si confessus 5 ff. de custodia reorum, l. proinde 25. §. fin. ff. ad legem Aquilianam, Anton Gomez 3. tomo variarum, cap. 12. num. 8. Mascard. 1. tom. conclusion. 357. Farinacius in praxi 3. tom. tit. de Reo confesso, quast. 81. cap. 2.

Quartò, obstat textus in cap. 2. de exemptionibus lib. 6. 7. versicul. Similiter Ecclesiastici Iudices, vbi Iudex Ecclesiasticus iudicare tenetur secundum acta processus coram Iudice seculari facta. Cuius difficultas dissoluitur, ex eo, quod textus ille procedit in casibus, in quibus Iudex secularis iurisdictionem habet, vnde nil mirum si acta coram ipso facta fidem faciant coram Ecclesiastico: quæ interpretatio deducitur ex illius textus verbis ibi: In casu quo ad eum pertinet cognitio: Decius hic, num. 14. Nec obstat textus in authentica, de Sanctissimis Episcopis, §. si quis contra Clericum, versic. Si vero prius, Collation. 9 vbi acta facta à Iudice seculari contra Clericum valent, etiam si nullam iurisdictionem aduersus eum habeat, tanquam incapax: nam et si fateamur incapacem fuisse, tamen quia tempore quo vigeat illius Authentica decisio, saltem de facto, erat optio in accusatore, ut posset, si vellet, Clericum accusare coram seculari, cum eo tempore, velut competens haberetur; postea tamen, dum vsu recepta Clericorum exemptio, ex supra traditis, iam cessauit illius Authentica decisio.

Quintò, obstat textus in l. iubemus 14. C. de liberali causa, versic. Vocet propria, apud alium Iudicem posuerat, & c. Ex quo constat confessionem coram vno Iudice factam, coram alio fidem facere. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia aliud est, quo ad effectum iuridicæ confessionis Iudicem esse incompetentem, aliud esse incapacem: nam incompetencia, partium consensu, suppleri

suppleri potest, incapacitas verò non sic: iuxta textum, in *cap. si diligenti, de foro competentis*, & de incompetenti Iudice intelligenda est *dict. lex iubemus*, noster verò textus de Iudice incapaci.

Nec obstat dicere, prorogationem iurisdictionis Iudicis incompetentis fieri non posse in criminalibus causis: si quidem delicta apud proprium Iudicem discutienda, & punienda sunt, *cap. 1. cap. cum contingat* 13. *cap. postulasti* 14. *de foro competentis*. Quia fiet satis, si dixeris, quod quamvis verum sit, quod de iure Pontificio non admittatur prorogatio iurisdictionis, nec Clerici alieno Præfato subiiciantur; tamen de iure Cæsareo, siue causa sit civilis, siue criminalis, prorogatio admittitur, l. 1. *C. ubi de criminibus agi oporteat*, l. 1. *C. ad legem Corneliam de sicariis*, l. nullum, *C. de testibus*, & ita obtinet textus in *d. iubemus* 41. *C. de liberali causa*.

Nec obstat textus in *l. criminali* 5. *C. de iurisdictione omnium iudicum*: ubi constat, quod nec de iure civili prorogatio admittitur. Quia omnia Glossæ interpretatione, *ibi*, verbo, *Inuenio*, Decij in *presenti*, num. 26. Verius dicendum est, textum illum intelligendum esse in casu, in quo licet iurisdictione potuisset prorogari; tamen non prorogatur, quia confessio fuit facta, & exacta ab inuito, & renitente, & ita non potuit operari prorogationem, cum ut prorogatio valeat, spontanea, & non coacta confessio desideretur; quæ interpretatio deducitur ex eodem textu *ibi*: *Sicque per metum eam ad hoc compellat*, & e. notat Glossa *ibi* verb. *Habentur*, neque etiam obstat textus in *l. si quis ex consensu* 8. *C. de Episcopali Audientia*, ubi nec in criminali prorogatio admittitur. Quia *ibi* idem non admittitur ex eo, quod Iudex tantum erat arbiter cuius iurisdictione prorogationem non admittit, l. non distinguemus, §. Iulianus, ff. *de receptis arbitris*.

10 Sexto, obstat textus in *cap. quam sit graue* 9. *de excessibus Prælatorum*, ubi Clericus ex sola extraiudiciali confessione à proprio Iudice condemnari debet: ergo & in præsentibus ab Episcopo rectè potuit condemnari, cum confessio illa saltem vim extraiudicialis retinere debebat. Quæ difficultas dissolvitur, ex eo, quia ut supra diximus, confessio Clerici coram Iudice laico facta, est omnino nulla; indeque est quod sicut non valet ut iudicialis, ita nec ut extraiudicialis attenditur, tanquam nulla; cum id quod nullum est, nullum etiam producat effectum; l. 4. §. *condemnatum*, ff. *de re iudicata*: at verò extraiudicialis confessio, de qua in *dicto cap. quam sit graue*: idem attenditur, quia fuit confessio à Gloriatore, siue Iactatore Clerico facta de crimine commisso; quod delictum, maximum reputatur: Bernardus Diaz in *praxi criminali*, *cap. 119* Menochius *de arbitrariis lib. 2. Centuria 4 casu* 331. n. 1. Cuius diuersitatis, & doctrinæ ratio in eo consistit, quod extraiudicialis confessio probationem facit; ex eo, quod spontanea est: at verò iudicialis ab Ecclesiastico coram seculari Iudice facta, non valet efficaciter, ut in *nostro textu*, quia non est spontanea; sed coacta: ut rectè sentit Glossa in *presenti*, à Doctoribus communiter recepta: nam si fuisset voluntaria confessio, Clericus puniretur ab Episcopo, quasi delinquens, ut in *cap. nolite*, *cap. placuit* 11. *quæst. 1.*

11 Septimo, obstat textus in *cap. si diligenti* 12. *de foro competentis*, ubi si Clericus, delicto Ecclesiastico iudicio coram laico, de crimine à se commisso purgari velit, locum suum amittit: ergo supponit acta coram Iudice laico firmitatem habuisse, alias enim poenam non pateretur; Legumdem §. *C. si mancipium in a fuerit alienatum, ut manumittatur*, verfic. *Nec tamen*, fin. *C. de iure emphyteutico*, *cap. 1. de sententia excommunicationis*, lib. 6. Quam difficultatem dissolues facillimè: nam non ex eo, quod impnatur poena Clericis competentibus coram Iudice seculari, sequitur quod acta coram ipso facta valida sint; nam quando poena tantum considerat factum, & animum facientis, non autem iuris effectum, tunc siue actus validus sit, siue non, nihilominus ea legitimè imponitur, Cardinalis in *Clementina*, *de consanguinitate, & affinitate*, Felinus in *cap. tua nos* 11. *de iurcirando*, num. 7.

Vnde cum in *dict. cap. si diligenti*, poena solum imponatur ob Clericorum ighominiam, qui spreto suo Iudice, coram seculari comparent, legitime *ibi* indicitur, quia non respicit validitatem iudicij, sed solum animum comparentis.

Nec obstat si obiicias, quod ex eo, quod iudex Ecclesiasticus punit Clericos comparentes coram secularibus, videtur iudicare per actus ab ipsis factos: nam dicendum est, quod ex *dict. cap. si diligenti*, minimè colligitur, quod illa acta coram seculari facta vim habeant ad formandum processum coram Ecclesiastico, quia cum *ibi* solum agatur de punitione contemptus, & irreuerentiæ Clericorum, qui suum forum negligunt, idque vel per facti notorietatem, vel per testes constare possit, non indiget Ecclesiasticus validitate illorum actuum, nec ad illorum visionem petenite debet, quin potius nouas attestations, & depositiones in suo iudicio ad illorum punitionem facere tenetur.

Octauo, aduersus nostrum textum in *versic. Si vero*, 11 ubi probatur, Clerico de crimine coram Episcopo confessio, secundum delicti qualitatem, vel suspensionis, vel depositionis poenam imponendam esse: obstat textus in *l. 1. §. item illud*, ff. *ad Sylanianum*, l. 1. §. *si quis ultro* ff. *de quæstionibus*: In quibus constat, quod sola criminis confessio non sufficit, ut quis puniatur, nisi aliter de ipso crimine constet: ergo sola confessio criminis non sufficit. Cui difficultati, omnia conuenerunt Doctorum sententia, asserentium discrimen constituendum inter ius Cæsareum, & Pontificum; verius dicendum est, utroque iure solam delicti confessionem non sufficere, ut condemnatio fiat: neque contrarium docet *textus* noster, nam quamvis simpliciter affirmet, quod confessus de crimine, vel conuictus ex eo puniri debet; intelligendos tamen est in casu habili, hoc est, cum simul cum confessione constat de ipso crimine: siquidem regulariter quæcumque legis verba, etiam generalia sint, ad casus habiles restringuntur, l. 1. cum aliis, *C. de Sacrosanctis Ecclesiis*.

Nono, obstat textus in *l. 2. C. de custodia reorum*, ubi 13 etiam quis de crimine coram proprio Iudice sit confessus, adhuc non est puniendus, vsque dum audiatur, & aliis legitimis probationibus sit conuictus. In cuius textus difficultate, omnia Glossæ interpretatione, *ibi*, verbo: *Confiterit*, cum Gomezio: *tom. 2. variatum*, c. 12. n. 3. verius dicendum est, quod etiam ille qui confitetur crimen in iudicio, post confessionem sit audiendus ad allegandam exceptionem, si forte ei aliqua defensio competat; non tamen ex hoc contrarium deciditur in *textu* nostro: nam licet affirmet contra confessum esse ad condemnationem procedendum, illud tamen intelligi debet, seruatis seruandis ordine iudicatio interueniente, & termino constituto, intra quem Reus possit defensionibus uti, quomodo obtinet *text. in d. l. 2.* notat Iulius Clarus in *practica criminali*, §. *fin. quæst. 49. versic. Est igitur*, & *quæst. 75.* Nec obstat textus in *cap. super eo* 5. *de eo qui cognouit consanguineam uxoris*: ubi etiam si quis confiteatur se crimen incestus commisisse, non propterea eius confessioni standum est, quia in specie illius textus specialis inest ratio, ut confessioni illius non stetur: nam *ibi* non agebatur de puniendo crimine incestus, sed de dirimendo matrimonio, cuius tantus est fauor, ut nisi confessionis rationabilis probatio accedat, ei soli standum non est, ne forte in eius odium contra ipsam velint coniuges colludere; ut constat ex *eodem textu*; Sanchez *de matrimonio*, lib. 2. *disput. 45. num. 3.*

Decimo, obstat textus in *cap. non dicatis*, 12. *quæst. 1.* 14 *versic. Si hoc*, l. *quisquis* 5. §. *fin. C. ad legem Iuliam maiestatis*. Ex quibus iuribus constat diuersum esse, quæ esse conuictum de delicto, vel de illo confessum: quia qui sponte confitetur, venia dignus indicatur: ergo non rectè in præsentibus in poena æquiparantur conuicti, & confessi. Quia in difficultate dicendum est, quod textus in *d. e. non dicatis*: procedit in confessione facta à claustrali, seu Regulari, contra quem eum solum agatur, ut de crimine corrigatur, diuersa forma seruanda est, quam

quæ contra Clericos seculares est præscripta, iuxta textum in cap. qualiter, & quando 24. §. fin. de accusationibus. Nec etiam obstat dict. l. quisquis, §. fin. quia loquitur in singulari casu, in eo scilicet cum quis sua propria voluntate coniurationem, siue conspirationem in Principem, vel Rempublicam detegit; quo casu, cum eo benignius agendum est, ut eius exemplo alij ad simile crimen reuelandum inuitentur; nam licet Republicæ expediat ne delicta impunita maneant, tamen consentaneum ac utile est, quod aliquando ob maiora damna vitanda, aliquibus remittantur: Abbas in cap. quanto 18. num. 4. in fine, de iuramentando: quomodo est etiam interpretandus textus in authentica, nouo iure, C. de pœna iudicis, qui male iudicauit, notat Farinacius in 4. part. praxis criminalis, tit. de crimine laesa maiestatis, quest. 115. num. 41. & 3. part. tit. de variis, ac diuersis quaestionibus, quest. 111. num. 291.

Vndecimò, obstat textus in cap. presbyterum 3. 50. distinctione, cap. si quis 7. 24. distinctione, cap. fin. de furtis. In quibus iuribus probatur, quod etiam si confessus aliqua pœna sit puniendus, tamen mitius cum eo, quam cum conuicto agendum est. Cui dubio responderi potest, quod etsi verum sit, quod cum eo, qui confitetur delictum mitius sit agendum, quam cum conuicto, hoc tamen debet intelligi cum confessio à principio liberè, & spontè facta est; cum Reus, nec vocatus, nec interpellatus fuerit; quomodo obtinent iura in argumento adducta: secus verò postquam Reus vocatus, & interpellatus confessus fuit: nam tunc non est cur ei remittatur pœna ordinaria, ut in nostro textu. Nec obstat textus in cap. 1. de exceptionibus, vbi etiam si quis sit non spontè confitens, sed in iudicio conuictus, pœna ordinaria criminis non punitur. Quia textus ille procedit, quoties crimen in vim exceptionis obicitur ad repellendum tantum criminiosum à testimonio, non verò cum de ipso crimine, sicuti in presenti principaliter fuit accusatus, ut notant communiter DD. in dict. cap. 1. de exceptionibus.

Ad nostrum textum, in §. de Adulteriis, vers. Et alius.

S V M M A R I V M.

- 1 Post peractam pœnitentiam potest Episcopus in adulterio, & aliis minoribus criminibus, cum Clericis dispensare.
- 2 Adducitur ratio.
- 3 Adulterium grauissimum crimen est, & an homicidio maius.
Explicantur text. in l. codicillis 88. §. matre, ff. de leg. 2.
- 4 Dispensatio cum Clerico actualiter deposito propter delictum ad Pontificem spectat.
- 5 Episcopus an in crimine hæresis, & Simonia dispensare possit.
Explicantur text. in cap. si quis presbyter, 50. dist. & cap. de Simoniacæ 22. de Simon.
- 6 Episcopus de iure antiquo absque Capitulo dispensare non poterat.
- 7 Iudex ex iusta causa pœnam augere, vel minuire potest, & num. 8.
- 8 Explicantur text. in l. 1. C. de sent. lib. 12. & l. seruo, C. ad l. Iuliam de vi pub. & cap. ad falsarium 7. de crimin. falsi, & l. 1. & 2. C. de calumniat. l. 1. §. sed non vtrique, versic. Reo, ff. ad Turpil & cap. non potest 3. de re iud.

C O N C L U S I O.

- 1 IN adulterio, vel aliis minoribus criminibus potest Episcopus dispensare cum Clerico, peracta pœnitentia; deposti-

tam autem non tradit Curia seculari. Consonat textus in cap. de his 50. dist. cap. quid ergo, 23. quest. 1. cap. si quis de furtis, cap. ex sententia, cum aliis, de filiis presbyterorum, cap. 1. eodem tit. lib. 4. Concilium Tridentinum Sess. 4. c. 20. disputant Menochius de arbitrariis lib. 2. casu 419. a num. 6. Vela de pœnis delictorum, cap. 1. Tiraquellus de panis temperandis in præfatione, num. 25. & 26. Azor. institut. moralium, part. 2. lib. 2. cap. 50. cum sequentibus, Augustinus Barbosa de officio, & potestate Episcopi, part. 1. allegation. 33. cum sequentibus, Azvedo in l. 2. tit. 1. lib. 2. Recopilationis, num. 39. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputat. 61. num. 3. Miranda in manuali Prælatorum, tom. 2. quest. 30. artic. 10. concl. 1. Vgolinus in tractatu de officio, & potestate Episcopi, 2. part. cap. 7. Cardoso in praxi, verb. dispensatio: Bonacina de censuris, disp. 4. de degradatione, per totum.

Ratio est, quia expedit aliquando Clericis in peccato prolapsis, si per pœnitentiam vitæ emendatos esse constiterit, ignoscere cap. 1. & per totam 1. quest. 7. Et quemadmodum Episcopus potest Clericum ob delictum deponere, poterit etiam eum peracta pœnitentia restituere, Tridentin. d. Sessio. 24. cap. 10. Si verò grauiora sunt delicta, Romanum Pontificem adire compelluntur, ut sic propter delictum modestiam subeant, & difficilius absolutionem consequantur, ac facilius à criminibus arceantur: non tamen Episcopus poterit Curie seculari tradere, quia pro eodem delicto nemo duplici pœna puniri potest, l. Senatus, ff. nauita, cauponis, & c.

Primò, obstat text. in cap. quod omnibus, 32. quest. 7. cap. cum non ab homine, hoc titul. Matthæi cap. 19. Exod. cap. 20. Vlpianus in fragmentis, tit. de dotibus, §. 9. Ex quibus iuribus constat adulterium grauissimum crimen esse: ergo non rectè à Pontifice in presenti, inter minima crimina annumeratur. Quorum iurium difficultas sic dissolui potest: nam quamuis adulterium graue delictum sit, tamen inter minima reputatur habita comparatione ad maiora crimina, qualia sunt homicidium, & alia in quibus, Episcopis est prohibita dispensatio. Nec solutioni obstat text. in l. codicillos 88. §. matre, ff. de leg. 2. ibi: *Vnum fratrem tuum filium nostrum occidisse, sed & alia mihi deteriora fecit.* Ex quibus verbis Baluz, Decius Tiraquellus in conuictalibus, l. 13. deducunt grauius crimen esse adulterium homicidio: nam verba illa *Deteriora, & c.* de adulterio commisso intelligenda docent. Cui difficultati, aliis omissis, dicendum est, regulariter homicidium grauius adulterio crimen esse. Nec obstat dict. lex codicillos, §. matre: nam licet verba illa: *Deteriora*, de adulterio commisso intelligantur, exinde tantum probatur, grauius esse adulterium respectu mariti: quod colligitur, ex illo verbo, *Mibi*; ac si diceret *mibi* hoc est marito grauiora perpetrasse delicta; licet quoad alios per se adulterium grauius homicidio non sit, ex sup. dict.

Secundò, obstat text. in cap. ideò 7. quest. 6. vbi probatur dispensationem cum Clerico deposito propter delictum, ad solum Pontificem spectare. Cui dubio responderetur; quod quamuis textus ille intelligatur in Clerico deposito, & secundum eius verba dispensatio à Pontifice fieri debeat; tamen procedit non in deposito verbaliter, de quo in presenti; sed in eo qui actualiter est depositus, siue degradatus, quia à nullo alio, quam à Pontifice dispensari, & restitui potest, ut constat ex verbis nostri textus in principio, cap. ex tua 11. §. contra eor. in fin. de Cleric. non residentibus, quam interpretationem sequitur Glossa finalis ibi in vers. *Ad hoc dicat, quod si est solemniter degradatus solus Papa potest eum restituere: secus si est verbo solo depositus.*

Tertiò, obstat textus in cap. presbyteros, cap. si quis presbyter, 50. distinctione, cap. de Simoniacæ 22. de Simonia. Ex quibus iuribus constat Episcopum dispensare posse in crimine hæresis, & simoniæ, & tamen inter grauiora, & enormia crimina computantur, cap. vergentis 10. de hæreticis, cap. statutum 15. eodem titul. in 6. cap. tanta 7. de Simonia. Cui difficultati satisfieri solet, dicendo textum in dict. cap. presbyteros, procedere, quando Clerici

rici coactione conditionali, in ipsam hæresim incidunt Dæmonibus immolando, & postea eos pœnitent id fecisse; nam tunc dispensatio Episcopo est permissa: secus si liberè, & spontaneè: quo casu ad solum Pontificem spectat: Thomas Sanchez plures referens in *præcepta Decalogi lib. 1. cap. 2. num. 13. Farin. de hæresi, quest. 192. §. 1. num. 75.* Sed licet hæc interpretatio ab antiquioribus sit recepta; ex eo tamen sustineri non potest, quia hæresis, siue sit commissa ex metu conditionali, siue ex propria voluntate, adhuc ob irregularitatem contractam ex ipsa hæresi à Pontifice dispensatio petenda est: Pagna in *di. 1. 2. Inquis. 3. part. commento 162. ad quest. 113. versic. Postremo quæ*, Antonius de Sovia in *aphorismis Inquisitorum, l. 3. c. 37. n. 19.* Quare verissimè dicendum est, dispensationem ab Episcopo idè obtineri posse, quia ibi tantum agebatur de dispensatione, quoad Ordines susceptos: non vero quoad suscipiendos, notat Suarez *disputation. 43. de censuris, sect. 1. num. 6. Farinac. di. 8. §. 5. n. 78. Bonacina disput. 7. de censuris, quest. 3. punct. 7. n. 13.*

Neque etiam obstat textus in *di. 1. cap. de Simoniacæ.* Quia textus ille loquitur in Simonia, quæ committitur ab altera parte, ignorantem parte principali: secus verò esset è contra, quando datur Simonia verò in ipsa principali persona. *cap. 2. nobis 27. in fine de Simonia, Bonac. in tractatu de Simonia, disputation. 1. question. 7. punct. 4. numer. 1.*

Quartò obstat textus in *c. finali, l. 9. §. 1. Episcop. 17. q. 7. c. signis 4. 81. di. 1. Ex quibus iuribus constat, Episcopum absque Capitulo non posse dispensare. Cui difficultati respondendum erit, quod quamvis ex iuribus citatis constet, necessarium esse Capitulo interventionem ad dispensationem; id tamen procedit de iure antiquo, quod post novam nostri textus decisionem cessavit: notat Roderic. de Acuña in *c. ex penitentibus 55. n. 2. 50. di. 1. 1. Glossa in cap. cum ex eo 34. verb. Episcopi, de electione, lib. 6.**

Quintò, obstat textus in *l. etsi severior, Cod. ex quibus causis infamia irrogatur. l. quid ergo, §. poena gravior. ff. de his qui vocantur infamia, vbi Iudex ex iusta causa potest poenam augere, vel minuere: ergo & in præsentem potest Episcopus Clericum Curie tradere. Cui dubio respondetur, iura illa procedere, quando poena augetur, vel minuit potest in ipsamet sententia non verò postea, ut in præsentem: siquidem jam Episcopus suo officio functus est. *l. iudex postea quam de sententia, & re iudicata. Nec etiam obstat text. in l. 1. C. de desertoribus, lib. 12. l. seruo, C. ad legem Iuliam de vi publica, vbi Iudex à poena legis imposita non potest recedere. Quia hæc iura procedunt quando nulla subest causa: illa verò, quando iusta causa intervenit. Neque similiter obstat text. in c. ad falsarios 7. de crimine falsi, c. Clericus, cum alijs: 3. q. 4. vbi Clericus ab Episcopo depositus Curie seculari etiam traditur. Quia noster text. in *ultimis verbis*, non negat Clericum posse mitti in Curiam secularem in ipsamet depositionis sententia, sed negat ex intervallo, postquam Episcopus est officio suo functus id fieri posse. Neque obstat text. in l. 1. §. 3. C. de calumniatoribus, l. 1. §. sed non vtrique, versic. *Reo absolut. ff. ad Turpillianum*, vbi post sententiam Iudex de calumnia cognoscit, & condemnat. Quia hæc iura procedunt, quando post sententiam Iudex per accusationem, vel denunciationem cognoscit: secus verò si ex solo simplici Iudicis officio mercenatio proceditur, ut in *d. 1. §. 3. C. de calumniatoribus.* Ex quibus omnibus constat degradationem ad solum Episcopum spectare, iuxta textum in *c. degradato, de panis, l. 6.* Neque obstat text. in *c. non potest 3. de sententia, & re iudicata*, vbi degradatio tantum ad simplices Sacerdotes spectare videtur. Quia illud verbum *Sacerdotes*, interpretari debet, id est, *Episcopos*, arg. text. in *c. olim, 95. di. 1. c. si Sacerdos, de officio Ordinarij*: siquidem tempore primitivæ Ecclesiæ, Episcopi *Sacerdotes* appellabantur, *c. si quis, l. 3. q. 7.***

Ad textum in Cap. Cæterum, hoc titul.

SUMMARIVM.

- 1 *Vassallus coram Domino Feudi conveniri debet, & n. 5. & 6.*
- 2 *Assignatur ratio.*
- 3 *Domino Iustitiam facere negligente, causa cognitio ad Ordinarium devolvitur.*
- 4 *Iurisdictio per negligentiam amittitur.*
- 6 *Explicatur textus in capite ex parte 15. de foro competent.*
- 7 *Explicatur text. in c. novit, de iudic. Summus Pontifex, Iudex competens est ad cognoscendum inter principes de pacis, & iuramenti violatione, ibid.*
- 8 *Causa feudalis si tangat ipsam Dominum feudi tunc non apud ipsum, sed apud Ordinarium, vel Arbitrum tractari debet, ex ratione, de qua ibid.*
- 9 *Causa feudalis cognitio non spectat ad Capitulum, Sede vacante.*

CONCLUSIO.

Vassallus coram Domino feudi est conveniendus, dummodo ibi iustitiam consequi possit: aliàs loci Ordinarius poterit adiri. Consonat text. in *cap. novit 13. versic. Non enim, hoc tit. cap. ex transmissa, cap. verum. de foro competentis, cap. Romana 3. §. debet, & ibi Glossa verbo, Iure alio, de appellationibus, lib. 6. Clement. 2. de rebus Ecclesiæ, cap. 1. & per totum titulum, de forma fidelitatis, lib. 2. feudorum, l. Imperiales, §. præterea, Cod. de prohibita feudi alienatione, in lib. feudorum, l. consulta divalia 23. C. de testamentis, l. 3. C. de fabricensibus, lib. 1. l. 5. tit. 6. par. 1. l. 1. tit. 26. p. 4. illustrant Marta de iurisdictione, 4. part. Centuria 1. q. 6. Menochius de retinenda possess. remedio 3. n. 376. Myltinger centuria 4. observatione 93. Iul. Clar. de praxi, lib. 4. §. feudum, quest. 90. pluresque refert Doctor Ioannes de Solorzano lib. 2. de iure Indiarum, cap. 23. num. 172. & l. 3. cap. 1. num. 72. Petrus Gregorius in tractatu de concessione feudi part. 1. question. 8. columna fin. Zafius in tractatu de feudo, part. 11. numer. 4. Oliv. ad Don. libr. 17. cap. 9. littera 1.*

Ratio est, quia cum feudum sit consuetudine introductum, certis que modis, & conditionibus concedatur, iusta de causa decisum extat, ut nullus alius, præter Dominum ipsum, in cognitione illa se intromittere possit; cum ipse Dominus velat sciens, magisque versatus consultus jus dicere possit; ad exemplum Articum, quibus propter experientiam de rebus in causis suæ artis iurisdictione conceditur, quæ aliàs non permetteretur, iuxta text. in *l. consulta divalia 23. C. de testamentis, l. 3. C. de Fabricensibus, lib. 10. c. 1. 8. di. 1. unica, tit. 13. lib. 3. Recopilacionis.* Si verò actor iustitiam coram domino feudi ob eius negligentiam consequi non potuerit; tunc ad Ordinatum cognitio devolvitur: quia cum Republicæ intersit lites citius finiri, & iustitiam partibus exhiberi, *c. finem litibus, de dolo, & contumacia, l. properandum 11. C. hoc tit. metidè ne malitia, aut ignorantia Domini vassallo noceat, Ordinarius adiri poterit, cum malitijs hominum semper sit obviandum, l. 1. §. cum quis, ff. de questionibus, l. 1. aque fullo 12. versic. Sed nemo ff. de furtis. Præterea, quia iurisdictione per negligentiam amittitur, *cap. per tuas 49. in fin. de sententia excommunicationis, c. irrefragabili 13. de Officio Ordinarij, c. Ecclesia 4. de supplenda negligentia Pralatorum*; itaque iurisdictione hæc, eatenus in persona Domini extat: quatenus per eum iustitia exercetur: nam aliàs apud Ordinarium remanet, ac si Domino non fuisset concessa, notat Abbas in *presenti, numer. 12.**

5 Primò, obstat text. in c. 2. hoc tit. c. si diligenti, de foro compet. cum aliis, quibus docemur, Clericum neutquam posse jurisdictioni seculari submitti: ergo quamvis Clerici de manu laicorum feudum acceperint, apud illos conveniri non poterunt. Verum hæc difficultas, ex eo dissolvitur quia ex cognitione illa principaliter Clerici laicis non subiciantur; sed particulariter feudi causa, ex rationibus supra adductis; ac idem iurisdictioni illa non competit laicis ex juris civilis potestate; sed Pontificis, cum ab ipso Pontifice in specie nostri text. & in dict. c. 6 & 7. de foro competenti, id specialiter in feudali usu sit commissum: notat Martia p. 4. de iurisdictione, Censura 1. casu 16.

6 Secundò prædictis obstat text. in c. ex parte 15. de foro competenti, ubi Dominus feudi in causa feudali fuit omissus; siquidem ibi apud ordinarium Ecclesiasticum iudicem disceptatur. Sed hujus dubij solutio ex eo pendet, quod licet verum sit, quod in causa feudali Dominus feudi, tanquam competens iudex adiri debeat, id tamen intelligi debet cum quæstio super petitorio iudicio fuerit orta; non veto super possessorio, ut in dict. c. ex parte 15. de foro competenti. Ratio differentie est, Quia quando agitur de possessorio iudicio, non est necesse, ut leges & conditiones feudales observentur, cum tantum controversia sit de facto spoliationis, circa quod jus commune observatur, ut ante omnia spoliatus restituendus sit; quæ interpretatio deducitur ex illius text. verbis, ibi: Non obstantibus exceptionibus alijs, quæ in petitorio possunt, quam in possessorio, &c. Vel aliter responderi poterit, id specialiter in dict. c. ex parte, fuisse observatum, quia spoliatus fuit commissum contra viduam, & miserabilem personam, de quibus etiam circa rem feudalem iudex Ecclesiasticus cognoscit; siquidem earum protectio ecclesie est reservata, ut facilius adversus malefactorem justitiam consequi possint; notat Abbas in præfati, n. 11. Butrius n. 5. & nos plura dicemus in dict. c. ex parte 15. de foro compet.

7 Tertiò obstat text. in c. novis, de iudicijs, ubi cognitio feudi comitatus Pictaviæ, non ad Gallie Regem sub cuius limitibus extat, sed ad Pontificem spectat. Sed hoc dubium, ex eo dissolvitur, quia quamvis verum sit, Pontificia, & civili lege, feudi cognitionem ad Dominum pertinere, ex textu nostro, dict. c. imperialem, de prohibita feudi alienatione; tamen huic doctrinæ non contrariatur text. in dict. c. novis: siquidem ibidem Pontifex sæpe protestatus fuit, se non de feudo cognoscere; sed de pacis, & iuramenti inter Principes violatione, quare ratione peccati, rectè potuit Pontifex ibidem, contra Regem Francorum procedere, tanquam pacis, & iuramenti violatorem: siquidem peccati periculum, iusta causa est ad hoc, ut Pontifex temporalem iurisdictionem, quam in habitu habet, ad actum & exercitium reducere valeat, notant Doctores omnes in dict. cap. novis, hoc tit.

8 Quartò, obstat text. in cap. 1. §. si tres, vel plures, titul. de pace tenenda, & eius violatoribus, l. 2. feudorum, c. 1. §. si autem inter pares, de lege Corradi, eodem libro, & §. præterea, final. de prohibita feudi alienatione in vobis feudorum. In quibus iuribus constat, quod si vassallus super re feudatilitatem habuerit, non coram Domino feudi; sed coram Ordinario loci, vel saltem coram Arbitro causam illam tractari, & diffiniri debere. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, quia iura in argumento adducta procedunt quando res feudalis, de qua agitur, tangit ipsum feudi Dominum: quare nihil mirum quod non ad ipsum; sed ad Ordinarium, vel ad arbitrum iudicem spectet: siquidem in causa propria nulli iurisdictioni competit, l. c. ut quis in sua causa: & l. qui iurisdictioni, 10. ff. de iurisdictione omnium iudicum; At verò text. noster procedit, quando controversia solum extat inter ipsos vassallos superioris feudi: nam tunc solum ad feudi Dominum cognitio spectat, ut animadvertit Glossa in præfati, verbo: Et nota super hoc; & plura dubia refert Abbas in præfati, numer. 15. & in dict. cap. ex transmissa, de foro competenti, à num. 4. in fin.

Quintò, obstat text. in c. verum 7. de foro competenti, ubi cum Sede vacante feudalis quæstio mota fuisset, ad Capitulum illius cognitio non spectat: ergo feudalis cognitio non semper ad Dominum feudi pertinet: siquidem in dict. cap. verum, Sede vacante, Capitulum non competit, quo tempore vetus Dominus feudi, & ipsius cognitionis dicitur, cum ei iurisdictioni Episcopalis competat, iuxta text. in c. his quæ 11. c. cum olim 14. de maiestate, & obedientia, c. unico, eodem tit. l. 6. Verum hæc difficultas parum oberit, si advertas, quod quamvis verum sit, quod omnis iurisdictioni, quæ penes Episcopum est, ad Capitulum Sede vacante transferatur; id tamen locum habet quoad eas causas tantum, quæ sine propria Episcopi autoritate tractari possunt; cessat tamen cum causa ad propriam Prælati autoritatem, & commodum spectat, ut est causa feudalis: nam tunc propter illud damnum, quod Ecclesie insurgeret, ex eo, quod absque pastore, & legitimo defensore esset, iusta de causa feudale iudicium ibidem Sede vacante suspenditur, donec Episcopus confirmatus, vel electus fuerit, notat Glossa, verbo: Quæstio mota fuit, & verb. Consecratus, in dict. c. verum; Abbas ibi, n. 8. & 14. *pro ser. iudic. dicitur per sed. etia. p. p. solabito*

Ad textum in Cap. Dilecti, 6. hoc titul.

Super hunc textum videri oportet ea, quæ inferiùs dicemus in c. 3. de libelli oblatione, & in capitul. examinata, infra, hoc tit.

Ad textum in c. Intelleximus, 7. hoc tit. de iudicijs.

DE materia hujus text. infra dicemus, in c. cum inter de exceptionibus.

Ad textum in cap. Clerici 8. hoc titulo, de iudicijs.

DE huius textus sententiâ late à nobis est agendum in c. 1. & per totum tit. de foro competenti.

Ad text. in cap. Causam, 9. hoc titul. de iudicijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ex officio providere debet, ut debita solemnitates in iudicio serventur, & nequis sine Prælati autoritate in iudicio compareat.
- 2 Non prius iuris ratio, quam persona querenda est.
- 3 Monachus absque Prælati licentia in iudicio esse non potest; & n. 12.
- 4 Index ad privatam utilitatem iudicium suum impartiri non potest. Declarata, ut ibi.
- 5 Coniuncta persona, absque mandato in iudicio agere possunt, Expenditur, & declaratur text. in l. sed & hæc 35. ff. de procuratoribus.
- 6 Canonicus absque mandato pro Ecclesia ad agendum admittitur.
- 7 Acta facta in favorem minoris sine mandato valent.
- 8 Gestæ cum falso procuratore ratificatione interveniente valent, Conciliantur textus in l. non eo minus, C. de Procuratoribus,

ratoribus & licet, 56. ff. de iud. & l. 3. §. falsus Procurator ff. rem. rat. hab. ibid.

9 *Acta iudicialia sine mandato facta parte non opponente valent.*

Intellige tamen, ut ibi, n. 10.

11 *Intelligitur text. in l. 3. tit. 2. l. 4. Recop.*

12 *Monachus iniuriarum actione agere non potest, absque Prælati auctoritate.*

13 *Iniuria Monacho facta, non sibi, sed Monasterio facta censetur.*

14 *Iniuria filio facta, patri facta, videtur.*

15 *Monachus, in iudicio agens, non ab Episcopo, sed à suo Prælate licentiam obtinere debet.*

CONCLUSIO.

Iudex ex officio providere debet, ut debita solemnitates in iudicio serventur, & nequa, sine Prælati auctoritate in iudicio compareat. Consonat text. in c. 1. de Procuratoribus, e. edoceri, c. cum dilecta de rescriptis, cap. Pastorialis, de donationibus, cap. 1. & per totum tit. de his qua fiunt à Prælate sine consensu Capituli c. 2. de postulando, c. cum dilecta, de confirmatione vili, vel inutili, Clementina, Religiosus, de Procuratoribus cap. 1. Monachi, 16. q. 2. c. si quis, 12. quæst. 2. leg. si Procurator, C. de Procuratoribus, l. ait Prætor, ff. de iure deliberandi, l. 1. tit. 5. partia 3. leg. 2. tit. 1. partit. 7. leg. 13. tit. 2. lib. 4. Recopilationis, exornant Paz in praxi, s. 1. 1. 1. annotatione quarta, de Procure, n. 34. Cardinalis Tusc. lit. P. conel. 816. num. 3. Cardoso in praxi, verbo, Regulares, n. 37 & verbo, Procurator n. 6. Fachin. l. 8. contr. cap. 61. Mascara, de probationibus, conel. 106. num. 3. & 61. Bobadil. in Politica 2. part. lib. 3. cap. 1. 2. ex numer. 16. Monteroso in practica, et al. 3. cap. 12. 1. plures refert Antonius Pichardus in manu dictionibus ad praxim, 1. part. præcepto 1. per totum.

Ratio est, quia non antea iuris ratio, quam persona querenda est, si qua amov. 4. ff. de Testamentis, leg. quidam referunt. 14. ff. de iure codicillorum, merito, ne frustratorium iudicium redatur, iusta de causa in presenti est decisum, ut prius de viribus personarum agatur, & ne Monachus, absque sui Prælati licentia in iudicio admittatur, cum absque ea in iudicio sistere non possit, dist. c. Monachi, et secundo. 16. q. 1. c. 1. cum aliis, de accusationibus: nam alias finita causa, iterum suscitaretur, & lites fierent immortales, cum magno Reipublicæ detrimento, sinem litibus, cum vulgaris, de dolo, & contumacia, quæ damna ut evitentur in omnibus negotiis, ante omnia iudex officio curare debet litigantium personas legitime. eg. 2. iuncta Glossa, verbo Servus, Cod. c. edito Digni Atiani tollendo, dist. cap. 1. de accusationibus.

Primo, obstabit dicere, quod iudex ad privatam utilitatem non potest iudicium suam impartiri, leg. final. digestis, de petitione hæreditatis, leg. 4. paragraph. hoc autem iudicium, ff. de damno infesto: ergo in presenti, iudex ex officio suo non debuit emendare acta iudicialia; præsertim, cum eum consideremus custodem, & interpretem esse iustitiæ. Neque ad unam partem declinantem, l. nullus, Cod. de iudicijs, c. 1. de re iudicata l. 6. Ac per consequens ad eum non spectat partes in iudicio legitime. Sed huic dubio respondetur facile, ex eo, quia quamvis fateamur Iudicem, ex dictis iuribus, non posse ad privatam utilitatem officium suum impartiri; tamen id cessat cum Reipublice interest, videlicet ne iudicia reddantur illusoria; ac idem poterit compellere Procuratorem ut mandatum exhibeat, & Monachum ne litiget sine Prælati licentia, ne alias absque mandato illusorium reddatur iudicium.

Secundò prædictis obstat text. in leg. sed & hac, 35. ff. de Procuratoribus, vbi liberi, parentes, affines, & similes, absque mandato in iudicio agere possunt, & ab eis gesta merò jure valent. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, quia textus in dicta leg. sed & hac: procedit speciali de causa, in conjunctis personis, cum illa conjunctio, & affectio personarum, faciat ut possint ij omnes agere sine mandato non ut possint agere nomine alterius ignoran-

tis, vel inviti; sed quia præsumendi sunt habere tacitum mandatum, tacitamque ejus pro quo agunt voluntatem, cum nulli alij melius, quam personæ tam conjunctæ mandarent, leg. exigendi, 2. leg. maritus 21. C. hoc titulus. Neque hoc ita accipiendum est, ut veteres Procuratores sint; sed quia ex edicto Prætoris, eis ita permittitur, argumento textus in l. 3. §. sed & si forte, ff. de iudicijs. Neque obstat verbum illud: Procuratorum, relatum in dist. leg. sed hac: quia non propriè; sed impropiè accipi debet: notat Antonius Faber in Rationali, ad eundem textum. Similiter etiam, Canonicus pro Ecclesia, tanquam conjuncta persona, nonnunquam absque mandato admittitur, iuxta textum in cap. coram 34. de officio delegati. 6. Similiter etiam is qui alieno nomine rem possidet, ut puta Colonus, vel inquilinus, si à possessione detectus est, sine mandato, & cautione agere, & defendere potest, l. 1. C. si per vim, vel alio modo.

Tertiò prædictis obstat text. in leg. non eo minus, C. de procuratoribus, vbi gesta sine mandato valent: siquidem auctoritas tutoris in constituendo Procuratore non intervenisset. Sed huius dubij facilis erit explicatio, quia ibi non fuit frustratorium iudicium, ex eo, quod sententia in favorem minoris fuit prolata: secus verò si in eius damnum; notat Gotofredus ibi, tit. A, Abbas in presenti, n. 11. Felin, n. 6. Deci, n. 5. Neque obstabit dicere, ibi minoris favorem non fuisse necessarium: siquidem alio remedio uti posset, videlicet ratificatione, cum omnia, cum falso Procuratore facta, ratificatione interveniente valent, leg. licet 56. ff. de iudicijs, Gloss. verbo: Reducitur, in l. si Mater 11. §. hoc iure, ff. de exceptione rei iudicata. Quia text. in dicta leg. non eo minus intelligi debet, cum iam est lata sententia: ac idem favor minoris omnino desideratur; At verò text. in dist. leg. licet, loquitur ante sententiam, quo in tempore nulla specialitas minoris desideratur. Neque prædictis obstat text. in leg. 3. §. falsus procurator, ff. rem ratam haberi, vbi etiam iam lata sententia ratificatio ad acta cum falso Procuratore, in maiore admittitur; quod etiam docet Glossa verbo: Solent in leg. licet 24. C. de procuratoribus. Quia text. in dist. §. falsus, procedit, cum ratificatio sit de sententiâ lata in præiudicium ratificantis: secus verò, si in eius favorem. Ratio differentie est, quia ad hoc, quod quis ratificet ea, quæ contra se acta sunt, nihil aliud requiritur, quam propria eius simplex voluntas, argumento text. in l. in re mandata 21. Codic. mandati: secus est, cum interest alicui; argumento text. in leg. id quod nostrum, ff. de regulis iuris, notat Fachineus libr. 3. controversiarum, cap. 61.

Quartò prædictis obstat text. in leg. 10. tit. 5. partia 3. 9 quatenus significat, quod si Procurator non habet mandatum, & iudicium prosequatur, valebunt acta processus, nulla apposita per adversam partem exceptione contra Procuratorem. Sed huius text. difficultas ex eo dissolvitur; Primo, quia non probat, Iudicem, Procuratorem sine mandato agentem repellere non posse; sed tantum asserit, tum valesse acta in iudicio sine mandato, quando nulla apposita adversæ partis exceptione, Dominus gesta per Procuratorem ratificatione distinguendum est, vel sententia potest exequi contra Procuratorem, vel non: veluti, si Procurator se obtulit liti, leg. 4. in principio ff. de re iudicata, l. Plautius 61. ff. de Procuratoribus. hoc enim secundo casu, & si non opponatur ex adversa parte de defectu mandati, iudicium redditur illusorium; nec valent acta processus notant Doctores omnes in leg. 4. leg. licet, Cod. de Procuratoribus: in alio verò, quando sententia potest contra Procuratorem exequi veluti, quando ipse se liti obtulit; tunc valebunt acta, & gesta per Procuratorem non habentem mandatum, parte nihil de defectu mandati opponente: siquidem multa, parte non opponente, admittuntur, quæ alias non admittentur; notat Covar. in practica, c. 4. num. 9. Neque obstat textus in leg. 3. tit. 2. lib. 4. Recopilationis: vbi id omne, quod sine mandato factum est, pro nullo iudicetur. Quia textus ille interpretari, & declarari debet cum distinctione tradita in dicta leg. 10. Partia, hoc est parte

parte oppoſente de defectu mandati, juxta text. in l. *licet*, de *procuratoribus*.

- Quintò ad verſus noſtrum textum obſtabit text. c. *Parochianos* 9. de *ſententia excommunicationis*, ubi Religioſus læſus, & iniuriatus, ante omnia eſt ſatisfaciendus: ex cujus deciſione deducunt omnes, Monachum iniuriam cauſa proprio nomine, abſque Prælati authoritate in iudicio agere poſſe. Sed illius textus difficultas, ex eo diſſolvitur, quia intelligi debet in ſatisfactione facta Monacho, terminis habilibus ſuppoſitis, hoc eſt, mediante Prælato, aut ſyndico Monasterij: ſiquidem injuria Monacho facta non ſibi; ſed Monasterio facta videtur, in qua omnino intervenire debet Prælati authoritas: nam quemadmodum injuria filio facta, Patri facta videtur: Ad eò ut filius non poſſit eam remittere. *l. in perſonam* 31. ff. de *actis*, *l. ſed ſi unus*, & *ſilius familiaris*, cum aliis, ff. de *iniurijs*; ita ſimiliter, neque Monachus, abſque Prælati licentia eam remittere, neque in iudicio agere poterit, notat Gloſ. verb. *Monachos*, in diſt. c. *Monachi*, Boët. deciſ. 120. n. 7. Angelus in l. 1. §. *item autem per ſemipſum*, verb. *ſpectat enim ad nos*, ff. de *iniurijs*.

- Sextò ad verſus noſtrum textum, dum aſſerit Monachum ab Episcopo licentiam expoſcere debere, ut in iudicio rite, & recte poſſit agere, obſtabit text. in c. *Monachi*, el. ſecundo 16. q. 1. c. 2. de *poſtulando*, c. nullum, 18. q. 1. ubi Monachus ab Abbate, & ab Episcopo licentia deſideratur, quia Episcopus ſimul erat Prælatuſ, & Superior Dulmenſis Monasterij, ut indicant verba noſtri text. ibi: *Ne ſi fratres*, &c. notat Abbas in *preſenti*, numer. 8. 9. & 10. plures caſus, in quibus Monachi abſque Prælati licentia poſſunt agere in iudicio, refert Doctor Balboa in *preſenti*, num. 11. & ſimiliter proponenda ſunt ea omnia, quæ inferius dicemus in cap. cum *deputati* 16. hoc titulo.

Ad textum in cap. Cum non ab homine, 10. hoc titulo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clericus incorrigibilis excommunicandus eſt, & ſi non reſpuerit, per iudicem ſecularem comprimendus.
- 2 Ratio aſſignatur.
- 3 Privilegium amittere debet, qui eo abuitur.
- 4 Canonibus de ſuperſtuitate reprehendi non poſſunt.
- 5 Clericorum nomine veniunt etiam prima Tonsura iniſtiati.
- 6 Clericus incorrigibilis à iudice ſeculari puniri poteſt.
- 7 Index Eccleſiaſticus exilij pœna, vel alia ſimili Clericum punire poteſt, & incorrigibilem Curia ſeculari tradere.
- 8 Clericus etiam incorrigibilis, dum actualiter non fuerit degradatus, eſt de foro Eccleſia.
- 9 Explicatur text. in c. ad abolendam, de hæret. & c. ad fallariorum 7. de crim. falſi.
- 10 Clericus qui diſmiſſo habitu delictum enorme commiſerit, per iudicem laicum puniri poteſt.
- 11 Appellatione Excommunicationis, de maiori intelligitur.
- 12 Excommunicatio maior, & anathema quoad vinculum nihil differunt, quoad execrationem vero, & maledictionem maxime.
- 13 Explicatur text. in c. forte, 11. 23. q. 4. & c. quorundam, 24. diſtinct.

C O N C L U S I O.

- Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus eſt, & ſucceſſive anathematizandus, & ſi non ſe reſpuerit per iudicem ſecularem comprimendus eſt. Idem probat text. in c. *ſi Clerici* 4. cap. *Clerici* 8. hoc titulo, cap. *Princeps ſæculi*, c. de *litigatoribus* 43. 23. quaſt. 5. cap. *ut fama*, juncta

Gloſ. verb. *Incorrigibilis*, 35. de *ſententia excommunicationis*, Gloſſa ſin. in cap. 4. 17. diſtinctione, l. 6. 1. tit. 6. *partita* 1. exornant Covar. in *præctis*, cap. 32. num. 2. Bernardus Diaz in *praxi*, cap. 139. num. 4. Iul. Clar. in *praxi*, §. *final. quaſt.* 36. num. 33. Farinac. 1. som. quaſt. 8. num. 45. Marta de *iuriſdictione* 2. part. cap. 36. num. 1. Bonacina in *tractatu de legibus*, diſſuat. 10. circa octavum *Decalogi præceptum*, quaſt. 2. punct. 1. §. 4. num. 8. Scaccia de *iudicij*, lib. 1. cap. 1. 1. num. 61.

Ratio quare Clericus incorrigibilis antequam Curia tradatur eſt anathematizandus, ea eſt, quia, cum principaliter Ius Canonicum intendat, quod Clerici delinquentes prius ad penitentiam reducantur, & à peccatis reſipiscant, ut ſic Domino, in cujus ſortem vocati ſunt, grati reddantur; merito, non ſtatim quo ſunt depoſiti, etiam ſi ſint contumaces, debent eiſci, ſed paulatim exhortari ad debitam emendationem, primò per excommunicationem, quæ medicinalis eſt, cap. 1. de *ſententia excommunicationis* lib. 6. deinde per anathema, & poſtremò, ſi hæc omnia contempſerit, cum Eccleſia non habeat ultra quid faciat, Curia ſeculari debet tradi, cum privilegium amittere mereatur, qui eo abuitur, cap. *privilegium* 63. 11. quaſt. 3. cap. *ubi diſtinction.* 74. cap. *ſin. de reſcriptis*, cap. *anarum* 14. cap. *privilegia*, 24. de *privilegijs*.

Primò ad verſus noſtrum textum in principio, dum aſſerit iudicium contra Clericum, cujuſcunque ordinis fieri debere per Eccleſiaſticum iudicem obſtabit dicere, noſtri textus deciſionem hæc in parte ſuperſuam eſſe: ſiquidem jam id erat conſtitutum, in cap. *at ſi Clerici* 4. c. *Clerici* 8. hoc titulo: Sed reſponderi poterit, quod etiam in dictis iuribus ſit deciſum, quod cognitio cauſarum criminalium contra Clericos, tantum ſpectet ad Episcopum, & non ad ſecularem; ſed quia dubitabatur, an ipſe ſolus Episcopus eſſet admittendus, & an ceteri inferiores excluderentur, vel iuriſdictio, quæ datur Iudicibus ſecularibus, extenderetur ad Reges, & an limitanda eſſet circa Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos; merito ut hæc omnia dubia reſolverentur, fuit neceſſaria nova noſtri textus declaratio, ut ſic jam alius quilibet iudex inferior Eccleſiaſticus ſit competens, ut conſtat ex verbis illis: *Ab Eccleſiaſtico iudice deponendus*, &c. Et etiam, quod dicta inhabilitas ad Reges extendatur, & ad Clericos cujuſcunque Ordinis, in ſacris, vel non ſacris conſtitutos, ut patet ex illis verbis: *verum licet*, &c. Atque ideo ſuperſua non videtur noſtri textus deciſio.

Secundò huic ſententiæ obſtabit dicere, quod illa Clericorum exemptio, tantum limitanda eſt circa Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos; juxta textum in c. *Sacerdotibus* 41. 11. quaſt. 1. ſiquidem ratio exemptionis illis tantum convenit, qui in ſ. rtem Domini vocati ſunt & divino cultui mancipati, c. duo ſunt 7. 12. quaſt. 1. Sed huic dubio reſponderi valet, quod quamvis ita ſit, quod exemptio illa tantum videatur conceſſa Clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis; tamen ex noſtri textus ſententia, in illis verbis: *Cuiſque ordinis*, &c. etiam comprehenduntur hi Clerici, qui tantum Tonsuram, vel minores Ordines habent: nam etſi in actu non debeant iudicari, prout perſonæ ſacræ; tamen ſunt in via proxima, ut ſic ſtatim, quo primam Tonsuram recipiant, divino ſervitio, & debitis obſequiis mancipati cenſeantur; argumento text. in *leg. oratio* 56. ff. de *ſponſalibus*, l. illud 76. ff. de *adquirenda hæreditate*, & in *Conſilio Tridentino* ſeſſione 23. cap. 4. & 11. de *reformatione*, conſtat etiam in cap. 2. cap. *ſi diligenti*, de *foro competenti*. Si verò incorrigibilis fuerit, ceſſat exemptio, & per ſecularem iudicem corrigi poterit, d. c. *Clerici*, cum ſuprà traditis. Neque obſtat text. in cap. *at ſi Clerici* 4. hoc titulo, ubi pro nullo crimine Clericus à laicali poteſtate puniri poteſt refert Bonacina *tractatu de legibus*, diſſ. 10. circa octavum *Decalogi præceptum*, quaſt. 2. puncto 1. §. 1. num. 5. Dum aſſerit id etiam procedere in caſu quo homicidium, ſit contra Principem perpetratum, quia textus in *diſt. cap. at ſi Clerici*, & Bonacina ſententia ceſſat,

cessat, cum propter incorrigibilitatem Clerici Curiae laicali traduntur, cum tunc privilegium Clericale amittere videantur.

7 Tertio obstat dicere, quod poena exilij, vel alia similis, de qua in praesenti mentio habetur, recte potest imponi per Ecclesiasticum iudicem, juxta text. in c. ei qui, 9. 3. quest. 4. cap. cum beatus, 8. distinct. 45. c. 1. de calumniatoribus, cap. penultimo, de penitentia, et remissionibus, c. valet 9. 81. distinct. Ergo non recte ob id in praesenti fit praedicta remissio ad Iudicem saecularem, ut poenae illae ab eo imponantur. Cui dubio omnia interpretatione, quam refert Panormitan. in praesenti n. 24. Verissime est dicendum, quod quamvis textus noster affirmet, Clericum ita incorrigibilem Curiae saeculari esse tradendum, ut praedictam ex illis, vel aliam similem poenam imponat; non tamen id fit, ut Ecclesia si velit non possit poenas illas imponere; sed id proponitur, quia cum adeo Clericus incorrigibilis est, ut in profundam malorum devenit, iam Ecclesia circa eius emendationem, nihil possit expectare; nisi invocato Brachio saeculari: & cum alia major, videlicet capitis poena debeatur, quae per iudicem Ecclesiasticum imponi non potest; ideo saeculari remittitur. Neque obstant ultima nostri text. verba, versiculo: Ita quod ei deputetur exilium, &c. quia remissio illa non fit, ut specialiter illa exilij poena imponatur, sed id solum exprimit Pontifex ostendendo, pietatem, qua ecclesia vitur, juxta text. in c. novimus, 27. de verborum significatione.

8 Quarto obstat dicere, quod etiam si Clericus sit depositus, & incorrigibilis, interim quod actualiter non est degradatus, est de foro Ecclesiae, juxta text. in cap. 2. de Clerico excommunicato, c. novimus, 27. de verborum significatione, c. 2. de poena, lib. 6. ergo nulla potest esse ratio, ob quam ex sola depositione, absque degradatione possit laicus iudex in praesenti de Clericis etiam depositis cognoscere, & eos punire. Sed huic dubio responderi poterit, quod quamvis verum sit, quod Clericus qui non est actualiter degradatus, adhuc sit de foro Ecclesiastico; tamen id cessat casu in quo propter incorrigibilitatem a Iudice Ecclesiastico remittitur ad saecularem, cum illa verbalis depositio; quoad id, vicem actualis depositionis teneat: notat Covarr. in practica, c. 32. n. 2. Farinac. vii supra, quest. 8. num. 47. Neque obstat text. in cap. ad abolendam, de haereticis, cap. ad falsarium, 7. de crimine falsi c. Dominus, 27. de verborum significatione, in quibus iuribus Clericus depositus, etiam contumacia non interveniente, potest tradi Curiae saeculari, quia iura illa procedunt in Clericis actualiter depositis, & degradatis; at vero textus noster procedit in verbali depositione, contumacia interveniente, ob quam verbalem depositionem contumacia interveniente privilegium amittitur.

10 Quinto obstat text. in c. 1. de Apostatis, cap. ex parte 27. de privilegiis, c. perpendimus, 23. de sententia excommunicationis. In quibus iuribus constat quod Clericus qui dimisso Clericali habitu delictum enorme commisit, etiam si requisita nostri textus non procedant, videlicet ut anathematizetur, & Curiae saeculari tradatur, poterit absque illis per iudicem laicum puniri. Sed hoc dubium ex eo dissolvitur, quia iura in argumento adducta procedunt, quando Clerici dimisso habitu Clericali enormia delicta committunt: at vero textus noster loquitur quando quis habitu retento delictum commisit: nam tunc a principio non potest incorrigibilis iudicari, nisi praecedente excommunicatione, & anathemate; notat Covar. dict. c. 32. n. 2. Farin. dict. c. 8. n. 53. Bonac. ubi supra, dissertation. 10. de legibus quaestione 2. puncto 1. §. 1. num. 5.

11 Sexto obstat dicere, quod frustra in praesenti est scriptum, Clericum incorrigibilem prius esse excommunicandum, & postea anathematizandum: siquidem idem est excommunicatio, & anathema, cum appellatione excommunicationis, etiam major, & anathema comprehendatur, c. siquidem, 59. de sententia excommunicationis. Sed haec consideratio parum obest, si dixeris: quod etsi in dubio appellatione Excommunicationis, maior contineatur,

dicto c. siquidem; tamen aliquando majoris; vel minoris excommunicationis nomen exprimi debet: veluti cum agitur, ut quis a iudicio repellatur juxta text. in cap. 1. de exceptionibus, lib. 6. Neque obstat dicere, idem esse, maiorem excommunicationem, & anathema: quia etsi idem sit, quoad vinculum: non tamen idem sunt quoad execrationem, maledictionem, seu solemnitatem. Quae omnia sunt ad terrorem, ut constat in c. debent, 11. q. 3. Ac ideo in praesenti, Clerici ita contumaces, qui antea fuerant excommunicati, ut deterreantur, anathematis mactone feriri debent.

Septimo, obstat text. in cap. fort. 11. 23. quaestione. 1. capite quorundam, 24. distinctione, ubi formula nostri textus non observatur, sed alia dissimilis: siquidem adversus contumaces, & incorrigibiles, aliter proceditur, hoc est prius excommunicantur, & postea suspenduntur. Sed huic difficultati fit factis, ex eo, quod iura in argumento adducta debent intelligi, quando poena incipit a delicto ipso, quo in casu criminis natura attenditur, & si suspensionem, vel depositionem meretur, poena illa imponitur; & si corrigibilis fuerit, non ultra proceditur; si vero incorrigibilis existat, excommunicatur, & si non sufficiat, anathematizatur: Et cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, Curiae saeculari traditur: c. Clericus, 3. q. 4. c. si quis Sacerdotum, 1. q. 1.

Ad textum in cap. Quia, 11. hoc tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Per rescriptum impetratum contra vi deictum convenitur vitiosus successor.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Succedens in ius alterius iustam ignorantiam habere praesumitur.
- 4 Vitium Actoris an noceat successoribus.
Explicatur textus in cap. significavit 36. de rescriptis, & l. an vitium, ff. de divers. & temp. praescription. capit. ex parte, capit. compromissum, de arbitris.
- 5 Interdictum unde vi competit contra spoliantem, mandantem, vel ratum habentem; & an contra particularem successorem in beneficio.
- 6 Explicatur text. in c. dilecti 17. de foro comp.
- 7 Successor conveniri non potest ad solutionem debiti contracti ab antecessore.

C O N C L U S I O.

PER rescriptum impetratum contra violentum possessorem, convenitur ei qui in vicium sciens successit. Idem probat text. in cap. proposuit de concessione praebendae, c. 1. de alienatione iudicij, cap. sepe, de restitutione spoliatorum, cap. u. qui, de regulis iuris, lib. 6. c. sedes 15. de rescriptis, c. dilecti filij 17. de foro competentis, l. vitia, C. de acquirenda possessione, §. furtiva, Instit. de usucapionibus, l. 13. tit. 7. part. 3. l. 4. tit. 12. lib. 1. fori illustrent Covarr. in regula, possessor. 2. part. paragraph. 9. Idem in regula, peccatum, 3. part. in princ. & in practica, cap. 15. num. 7. Morla tit. 2. quest. 21. num. 1. Connarus l. 3. comm. c. 15. Petrus Gregor. 3. part. synagmatum lib. 39. cap. 2. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum c. fin. 4. part. §. 5. n. 6. & 9. Cuiac. lib. 5. observ. cap. 17.

Ratio est, quia quamvis regulariter per rescriptum impetratum contra violentum possessorem non possit conveniri singularis successor, cum sit odiosum, & de persona ad personam extendi non possit; tamen in praesenti, quia Actor violentus fuerat spoliatus Ecclesia, quam possidebat singularis successor sciens spolij vitium, iuste potuit conveniri virtute rescripti, sicut etiam possit, qui rem accepisset, ob alienationem iudicij mutandi causa; juxta textum in dict. cap. 10. de alienatione iudicij.

3 Primò, aduersus hanc decidendi rationem obstabit dicere, quod ex verbis *nostri text.* non constat R. successorem in successione illa malam fidem habuisse, neque antecessoris vitij participem fuisse, nec presumi poterat, ex regula *text. in l. qui in altibus 42. ff. de reg. iur. c. præsuntur, 47. eodem tit. l. 6.* Sed responderi potest, quod quavis expressis verbis id in præsentem non appareat, hoc est prædictum R. malæ fidei possessorem fuisse tamen satis expressè constat ex originali *nostri text. de quo in c. 9. sub tit. de restitutione spoliatorum, in decretali Alex. III. in 1. tom. Concilio non,* vbi habetur, eundem Rodericum in Ecclesia fuisse intrusum, quæ verba denotant propria autoritate, absque Canonica institutione eam occupasse argumen. *textus in c. dudum 18. de præbendis, c. quia diuersatatem, de concess. præbenda.*

4 Secundò, obstat *text. in c. significavit, 36. de rescriptis;* vbi successor vniversalis conveniri non potest per rescriptum impetratum contra suum antecessorem: ergo & neque singularis poterit, cum vitium Actoris non noceat singulari successori; *l. an vitium, ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus;* ergo per rescriptum impetratum contra violentum possessorem, non poterit conveniri singularis successor; quemadmodum etiam ex compromisso de functi non poterit eius hæres conveniri, *cap. ex part. c. compromissum, de arbitris.* Sed hæc difficultas ex eo dissoluitur. Primò quia *in dict. c. significavit,* rescriptum fuerat particulariter, & nominatim impetratum contra certam illam Comitum personam, quo in casu mortuo Comite, lite nondum contestata, finitur rescriptum, arg. *text. in l. & qui, de iurisdictione, l. mandatum, C. mandati, c. gratum, 2. de officio deleg.* Secus verò esse dicendum, si generaliter contra dignitatem fuisset impetratum vt in specie *nostri text.* dici potest hoc est, contra dignitatem, sed beneficium, ratione violentæ possessionis, quod vitium reale est ipsi rei inherens, ac idèd rescriptum causa spoliationis contra violentum possessorem impetratum, etiã eo mortuo re integra non expirat, sed durat donec res ipsa in vitio existit. Neque obstat *text. in d. l. an vitium,* dum probat vitium actoris, non nocere successori; quia procedit in vitio personali quod personam non egreditur: at verò *textus* noster loquitur in reali, quod cum sequatur rem ipsam, etiam mortuo Actore; eam sequitur iuxta *text. in l. intelligendum in l. sequitur, §. quod ausem, l. vbi text. l. non solum, ff. de re iudic. l. n.* Neque obstat *text. in dict. c. ex part. & dict. c. compromissum;* Nam idèd ibi compromissum defuncti ad hæres non extenditur, quia etiam est obligatio personalis, & stricti iuris, quæ nisi ad personas in compromisso comprehensas non extenditur, notat *Glos. ibid.* Neque obstat si instes, rescripta etiam esse strictè interpretanda, neque de persona ad personam extendenda; *c. P. & G. 40. de offic. del. ergo* per rescriptum impetratum contra desipientem, non debuit conveniri Rodericus eius successor. Quia omissa *Glos. interpretacione in præsentem,* dum asserti, idèd conveniri, quia secundum rescriptum fuerat noviter contra prædecessorem impetratum; verius tamen est dicendum, ex primo fuisse actum, & ex eo potuisse convenire successorem, quia successor ille, etiam in vitium prædecessoris successit; siquidem scienter rem alterius occupavit.

5 Tertio prædictis obstabit principium illud quo docemur, quod interdictum, vnde vi solum competit contra spoliantem, mandantem, vel ratum habentem, *c. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum, l. cum ad re. ff. de vi, & vi armata.* Ratio est, quia interdicta illa, quamvis in rescripto contineantur, personalia sunt. *l. 1. in fin. ff. de interd. l. 2.* & non rem, sed personam sequuntur: *l. fin. §. fin. ff. de contrahenda emptione.* ergo successor in præsentem ex rescripto illo non potuit conveniri. Sed hæc difficultas ex eo dissoluitur, quod etsi fateamur interdictum vnde vi, regulariter non posse dari nisi contra spoliantes, vel ratum habentes; tamen id fallit in successore vniversalis contra quem, vt superius diximus, hoc interdictum conceditur. Et quamvis dixeris, in beneficio non vniversalis; sed particularem in præsentem successorem fuisse: Responderi poterit, quod in beneficialibus hoc interdictum datur

contra successorem particularem, ex remedio *text. in c. 6. redintegranda, 3. 9. 1.* Quod remedium etiam in particulari successorem transit, quando res ipsa vitio scali afficta est: notat *Glos. verb. Interdum, in dict. c. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum.*

Quartò obstat *text. in c. dilecti 17. de foro comper.* vbi successor conveniri potest, etiam si vitium reale non extet. Sed huius textus difficultas ex eo dissoluitur, quia ibi rescriptum non fuit impetratum causa vnus personæ particularis; sed eius dignitatis merito ex voluntate delinquentis, non consideratur persona illa in rescripto expressa; sed eius dignitas, quæ realis, & perpetua est: ob cuius causam pecunia credita fuerat ab antecessore pro vtilitate Ecclesiæ Dulmenis: ac idèd cum contractus non esset personalis, sed realis, nihil mirum, quod rescriptum debiti ab antecessore Episcopo celebrati ad successorem Episcopum transeat, arg. *text. in c. 1. de solutionibus,* notat *Glos. verb. Contra, in dict. c. dilecti.* Neque obstat *text. in l. vnic. C. vt nullus ex vicaneis pro alieno Vicari. debet sen. l. v. vbi* constat iniquum esse, quod successor conveniatur pro solutione debiti contracti ab antecessore quod etiã probat *text. in l. hac def. 12. C. de omni agro deserto, l. 12. l. nulla 4. C. de executor. & exactorib. eod. l. 12.* Sed hæc omnia iura parum obstant, quia procedunt in debitis contractis proprio nomine, & non intuitu officij, vel dignitatis: nam eo in casu debita illa, pro vtilitate, extranea iudicantur: ita vt neque ad successorem transeat, ex rationibus in dictis iuribus relatis: secus verò quando intuitu Ecclesiæ debitum celebratur, vt in dict. c. dilecti; notant *Narbona in l. 11. tit. 5. l. 7. Recop. Glossa 3. n. 5.*

Ad textum in cap. Cum venissent, 12. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1 Laudatur præceptor eximius Doctor Ioannes de Balboa.

Omitto huius textus commenta, quia potius ad antiquam eruditionem temporalis Ecclesiæ iurisdictionis, quam ad institutum nostrum spectat; præcipue cum plura in præsentem congerat eruditissimus Præceptor meus nunquam penitendus, immo sæpe sæpius laudandus Doctor Balboa, vt amplius addi difficile, & pene impossibile sit.

Ad textum in capit. Novit, 13. hoc titulo.

DE huius text. intellectu plura dicemus, in c. 1. & 2. de confirmatione vitij, vel inutili & in c. 3. & 4. de fide instrumentorum.

Ad text. in cap. Pastoralis, 14. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Principalis persona per se non per Advocatum factum in iudicio proponere debet, nisi sit indiscreta.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Confessio facta per Advocatum parte præsentem, perinde est ac si ab ipsa parte facta fuisset.
- 4 Explicatur *text. in c. cum* causam 62. de appellat.
- 5 Explicatur *text. in c. 1. vt lite non contest. & in c. provt 4. de dolo, & contumac.*
- 6 Factum in iudicio per Procuratorem proponi non potest quod secus est in criminalibus, n. 8.
- 7 Procurator per litis contestationem fit Dominus litis.

- 9 *Reus publicorum criminum post licentiam contestatam in absentia defendi potest.*
 10 *Mulier adulterii crimine reā, etiam post licentiam contestatam non potest defendi per Procuratorem, vel Advocatum.*
Explicatur l. miles, 11. §. si ea quæ, ff. ad l. Iul. de adult. & l. Reos, C. de accusat.
 11 *Absentes à quibusvis criminibus etiam capitalibus defendi publice interest.*
Explicatur text. in l. servis 39. §. publice, ff. de Procurat. ibi.
 12 *Tutor ob suspicionem postulatus absens non compellitur personaliter se defendere, & sufficit si id faciat per Procuratorem.*
 13 *Explicatur text. in l. Lucius 18. ff. de appell.*
 14 *Explicatur text. in l. si postulaverit, 27. §. questione, ff. ad leg. Iuliam de adulter.*

CONCLUSIO.

Principalis persona per se non per Advocatum debet factū proponere in iudicio, nisi sit in absentia. Idem probat text. in c. presentium, de testibus lib. 6. cap. in pertractantibus, c. ceterum, c. final. de iuramento calumnie. s. hoc titulo, lib. 6. vers. Nisi & c. unico, de Syndico, cap. 1. de confessis lib. 6. Clementina, s. ad medium, de verborum significatione, leg. 2. & authentici a principalis, Cod. de iuramento calumnie, leg. qui servum, §. ultimo, de interrogatoriis actionibus, exornant Revard pro Tribunali, c. 15. Brisson. l. 4. de elect. v. n. s. v. Men. l. 2. de arbit. casu 51. Duar. l. 10. disp. c. 48. Ant. Faber de erroribus, de. ad secund. errore o Fachineus lib. 10. controu. cap. 33. Speculator tit. de citatione, §. contra citationem. Marianus Socinus de citatione art. 2. quest. 15. Maranta in Practica 6. part. act. 4. num. 15. Azavedo leg. 2. tit. 16. l. 2. Reopulationis, Pichard. in manud. ad praxim, 1. part. precepto 7. num. 1.

Ratio est, quia ad Advocatum tantum spectat ea, quæ ad ius pertinent disponere; ad Iudices vero elicere veritatem, quæ præcipue constat ex propria partium confessione, ut sic possint iudicium cum debita satisfactione ministrare: ac idem in facti propositione Advocati se intromittere non debent; sed partes ipsæ, absque interventione alterius, debent factum ipsum referre; nisi forte simplices sint: nam tunc illa facti propositio ab advocato fieri poterit; ne alias contingat, quod is qui ignarus, & simplex est, suo ore indebitè gravetur, & re sua contra Reipublicam uti itatem malè utatur, argumento textus in §. sed & maior, in fine, Insti. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

Primo obstat text. in l. 1. Cod. de errore Advocatorum, vers. Ea qua, ubi constat, quod confessio facta per Advocatum parte præsentem, petinde habetur, ac si fieret per partem ipsam. Sed huic dubio responderi poterit, quod text. in d. l. 1. procedit respectu allegationum, quæ fiunt ab ipsis Advocatis, ut non possint postea impugnari per easdem partes: ac verò textus noster procedit, quoad ipsam facti expositionem, quæ per partes ipsas absque Advocatorum præsentia fieri debet. Neque obstat text. in c. cum causam 62. de appellationibus, ubi etiam si principalis persona valde discreta sit, responsio Advocati circa factum negotii aded admittitur, quod sufficiat ad litem contestationem. Quia respondendum est, quod ibi tantum Advocati responsio admittitur, ut litem contestata dicatur; quæ contestatio inducitur ex tacita ipsius partis voluntate, cum responsioni non contradixisset; poterit tamen Iudex, vel Pars altera petere, ut facti species à Parte ipsa proponatur, iuxta nostri text. regulam, ubi notant antiquiores omnes.

Secundò obstat textus in c. 1. de lite non contestata: & c. proz 4. de dolo & contumacia, ubi constat, quod non solum per Advocatum facti species proponi debet; verum etiam quod litem differenda est, si forte non sit electus Advocatus, vel alias præsentem. Sed huic dubio fiet satis si dixeris, iura illa non affirmare factum per Advocatum esse proponendum; sed tantum asserere, quod Reus con-

ventus se poterit excusare ad responsionem, usque dum habeat copiam Advocati; cum id attineat ad propriam defensionem: siquidem absque eo nulla congrua satisfactio, seu responsio fieri poterat: secus tamen est dicendum de ipsa facti propositione, quæ personaliter ab ipsis partibus fieri debet.

Neque obstat si testes, quod si hoc esset verum sequeretur factum in iudicio per Procuratorem non posse interponi: potest iuxta text. in l. non so um 39. ff. de procurator. l. 1. ff. quod cuiusque universi. potest qui per alium, 68. de regul. iur. l. 6. Ergo frustra in præsentem excluditur Advocatus: Quia responderi valet, quod quamvis in præsentem sit assertum, quod factum litem per principalem personam debeat proponi; non tamen exinde colligitur, quod Procurator excludatur. Siquidem nomine principalis personæ, tam ipse Dominus, quam eius Procurator comprehenditur: siquidem statim, quod ex mandato Domini litem contestatus est, iam est litem Dominus factus, & eadem persona cum ipso Domino reputatur, iuxta text. in c. 2. de Procuratoribus l. 6. l. 1. C. de sententiis & interlocutionibus omnium iurium, notat Glof. unica in præsentem: Sanch. in sum. l. 1. c. 5. n. 7. Azor tom. 2. institutionum. mor. alium, l. 7. cap. 2. quest. 6.

Sed hæc omnia cessant in criminalibus causis, quia in illis, tam Actor, quam Reus personaliter in iudicio proponere debent: Neque per Procuratores admittuntur; iuxta text. in c. 1. hoc tit. l. 6. l. fin. C. de accusationibus, l. 3. C. quæ accusare possunt, Covar. l. 1. variarum, c. 9. Cuiac. l. 1. observationum, c. 20. Petr. Gregor. l. 32. Synagmatum, c. 24. Donel. lib. 28. commentariorum, cap. 10. Osiwald. ibidem littera G.

Tertio prædictis obstat text. in l. Reos, 3. C. de accusationibus, ubi constat Reos publicorum criminum, etiam absque eorum copia, & præsentia defendi posse. Sed huic dubio responderi debet; quod textus ille procedit, quando Reus jam litem contestatus, & eo præsentem, facti species fuit proposita, cujus præsentia, aspectu, & verbis rectè Iudex potuit criminis veritatem indagare: qua de causa, etsi postea sit absens, rectè Procurator ad eius defensionem admittitur, notat Pacius legum conciliarum Centuria 2. q. 4. Duaren. lib. 1. diffinitionum, c. 7. Cuiac. lib. 20. observationum, c. 11. & 21. Go vean. lib. 2. variarum, c. 4. Parlador. lib. 1. rerum quot. sanarum, capit. 20. num. 2.

Neque similiter obstat text. in l. miles 11. §. ea qua, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, in illis verbis: Ea qua inter reas adulterij recepta est, absens defendi non potest, &c. Ex quibus constat, quod etiam si semel inter reas adulterij mulier sit recepta, hoc est etiam si personaliter comparuisset, & facti responsionem proposuisset, seu litem contestata esset, non poterit per Procuratorem, sed Advocatum defendi, Quia omnia interpretatione, quam refert Accursus in d. l. Reos, C. de accusationibus, vetiorem esse existimo, quam refert Cuiac. lib. 20. observationum, c. 20. dum asserit esse discrimen constituendam inter capitalia crimina, quæ publica sunt; & inter iudicia publica, quæ capitalia crimina non sunt: nam in iudiciis capitalibus, post litem semel à Reo ex facti responsione contestatam Procurator datur; & ita obtinet text. in d. l. l. 2. C. de accusationibus; ac verò quando delictum non est capitale non erat, iuxta text. in l. si quis viduam, ff. de quaestio. ibi, tunc adulterij Reus etiam post contestationem absens defendi non poterat, & ita interpretandus est text. in d. l. miles 11. §. ea qua, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, & prædictam Cuiacii interpretationem sequitur Fachin. lib. 1. contr. cap. 24.

Quarto adversus prædictam sententiam obstat textus in l. servum 3. §. publice, ff. de Procuratoribus in illis verbis: Publicè utile est, absentes à quibusvis criminibus defendi; nam & in capitalibus iudiciis defensio datur, &c. Ponderatio deducitur ex verbis illius textus: & in capitalibus iudiciis: Ergo & in publicis iudiciis, & non capitalibus defensio Reo absenti dabitur, & sic priora illius verba, ibi: Publicè utile est, ad non capitalia sunt adaptanda: siquidem dictio illa copulativa,

pulativa, & etiam extenditur ad crimina non capitalia; & sic Vlpianum loquutum fuisse, tam de iudiciis publicis capitalibus, quam de non capitalibus; ac per consequens *Cuiacij* distinctio supra adducta, sustineri non poterit. Sed huic tanto dubio dicendum est, Vlpianum *ibi* solummodo loqui de iudiciis publicis capitalibus, in quibus lis inter reos semel fuerat contestata, iuxta interpretationem traditam ad text. in *dilect. l. 3. C. de accusationibus*. Neque obstat consideratio supra adducta ex illa dictione, & Quia ex illa non probatur, Vlpianum velle Reum post contestationem in iudiciis non capitalibus per Procuratorem admittere; neque id deduci potest; cum nulla alia legali autoritate sit decisum, & contrarium appareat in *dilect. l. miles 33. §. ea que ff. de adulterijs*, vbi recte animadvertit *Fachineus libro primo, controversiarum iuris cap. 24.*

12 Quinto his omnibus valde obstat text. in *l. non solum 39. §. item ait, final. ff. de procuratoribus*, vbi constat, quod si fuerit postulatum vt tutor tanquam suspectus removeatur; tunc Reus tutor absens non compellitur personaliter se defendere; sed per Procuratorem, etiam si ab eo lis non sit contestata; & dubium non est, quin crimen illud publicum sit, *l. 1. §. consequens ff. de suspectis tutoribus*. Sed in hoc difficultate, omissa Fabri interpretatione in *Rationali ad eundem textum*: verissime dicendum puto, postulationem suspectam tutoris, dupliciter intentari posse, vno modo vt removeatur ad publicam vindictam: altero modo cum simpliciter agitur ad tutoris remotionem, ad estimationem pro fidelitate administrationis tutelæ, absque publica vindicta; nam primo casu nunquam tutori absenti, absque litis contestatione Procurator constituitur; sed personaliter facti exceptionem contestari debet, *dilect. leg. non solum, 33. versic. Non facile*. In 2. vero casu admittitur, quia causa civilis est, & per Procuratorem ex rationibus, & iuribus supra adductis, factum. & facti exceptio proponi, & opponi potest: & ita obtinet textus in *dilect. l. non solum 33. §. item ait*, notat Antonius Fab. in *injurisprudencia Papiniana, titul. decimo secundo, principio primo, illation. 14.*

13 Neque prædictis obstat text. in *l. Lucius 18. ff. de appellacionibus*. Vbi si servus capitali crimine fuerit accusatus, etiam si præsens fuerit, non per se personaliter ad facti speciem admittitur; sed per ipsum Dominum, vel eius Procuratorem. Quia omissa Accursij, & Bartoli interpretatione *ibidem*, verissime est dicendum, id *ibi* admissum esse speciali de causa; quia servus ipse non poterat personaliter in iudicio comparere; ac idem mirum non est, quod ab alio defendatur, argumen. text. in *l. 1. ff. de tutoribus, & curatoribus*; tum etiam quia cum servus in bonis sui Domini sit, nihil mirum, quod Dominus causam servi, vt propriam, non vt alienam suscipiat.

14 Sexto his omnibus obstat text. in *l. si postulerit 27. §. quæstioni, ff. ad legem Iuliam de adulterijs*, vbi in quæstione servorum adulterij causâ, non tantum Reus, & Rea debent esse præsentis; verum etiam & eorum Patroni, seu defensores, qui *Oratores* dicebantur & ad causam defendendam suscipiebantur, vt notat Rosinus *l. 9. obse. variationum antiquitatum Romanarum, c. 14. versic. Penultimo*; ergo non tantum partes personaliter in iudicio comparere debent; verum etiam earum Advocati. Cuiusmodi similiter est dicendum, id speciali ratione in quæstione servorum in causa adulterij esse constitutum, vt non tantum partes in quæstione illa præsentis existant, verum etiam earum Advocati qui sese opponerent accusatori; quod fuit receptum propter complices criminis, cum huiusmodi crimina non soleant committi sine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur, & propter criminis atrocitatem à iuris regulis receditur vt notat *Guac. l. 1. observationum c. 20.*

Ad textum in capit. Examinata, 15. hoc titul.

S V M M A R I V M.

- 1 *Attore ineptam actionem in iudicio proponente, Reus ab illa absolvendus est: si vero iterum eam apertè proponat, Reus illi respondere tenetur.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*
- 4 *Semel absolutus super eodem facto: iterum conveniri non potest.*
- 5 *Iudex libellum ineptam ex officio repellere potest.*
- 6 *Petitio restitutionis domini, & possessionis adversus detentorem proponi potest.*
- 7 *Explicatur Novella 88. de deposito.*
- 8 *Possessio per sequestrationem in sequestrum transfertur.*
- 9 *Rei vindicatio competit ei, qui dominium habet.*
- 10 *Rei vindicatio non datur in rebus spiritualibus vel illis annexis.*

C O N C L U S I O.

SI Actor ineptam actionem proponit in iudicio Reus ab illa absolvitur: & si iterum eam apertè proponit, Reus ipsi respondere tenetur. Comprobat text. in *e dilecti 6. hoc titulo, cap. cum dilecti 3. de emptione, & venditione, c. 1. de officio Vicarij, cap. 2. de libelli oblatione, leg. 2. C. de formulis sublati, debitorum, Cod. de pignoribus, versic. Competentibus actionibus, leg. 3. C. de dotis promissione, l. 2. C. si vendito pignore agatur, leg. 1. ff. si mensur falsum modum dixerit, leg. officium 9. leg. si is qui petitorio, leg. qui se obrulit 25. leg. in rem 43. ff. de rei vindicatione, leg. qui restituere 68. ff. de tit. leg. de arate 12. §. nihil interest ff. de interrogatorijs actionibus, illustant Paz in praxi, 3. tom in initio, n. 8. Cardof. in praxi, verbo. Libellus, n. 27. & 28. Alciatus in præfenti, num. 9. Decius num. 50. Cuius Iunior in leg. edita, num. 3. Cod. de edendo, Vaconius lib. 6. declarationum, cap. 88. Ioannes de Monte-Alegre lib. 1. praxi civilis, c. 11. n. 83. Antonius Faber in *Rationali ad textum in dilecti 1. officium*, cum supra traditis, ff. de rei vindicatione, Titusq. de retractu, sit. 2. §. a glos. 5. num. 3. Barb. in leg. non potest videri, ff. de iudicijs.*

Ratio nostri text. est, quia paria sunt agere sine actione, vel illam ineptam proponere: nam de parata rei vindicationis est, quod solum competat Domino non habenti possessionem, & contra eum qui indebitè illam habet; ac idem cum in præfenti Nobilis qui agebat adversus milites, esset in quasi possessione iuris Patronatus quod petebat: nihil mirum quod non posset illud vindicare, ac simul proponere, quod sibi restitueretur: quare recte in præfenti iudicatum fuit eius petitionem esse inutilem, & ineptam; ac idem repellendam, & ab ea Reum esse absolvendum; si vero ex post facto actio competentet fuerit proposita, audiri debet. Ratio est, quia cum prima actionis propositio, ob eius ineptitudinem nullum habuisset effectum, nullum impedimentum est quominus iterum recte in iudicio produci possit, ex illa vulgari regula, qua docemur, quod non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *c. non præstat, de regulis iuris lib. 6. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata.*

Primo huic decidendi rationi obstabit dicere, quod is qui semel absolutus est super eodem facto: iterum non debet conveniri, *l. 3. C. de exceptione rei iudicata*, cum res iudicata pro veritate habeatur, *l. res iudicata, ff. de reg. iur. c. suborta de re iudicata*: ergo cum in præfenti Reus ob ineptâ facti allegationem Actoris esset absolutus, iniquè de eodè iterum convenitur. Sed hæc difficultas parum obest, quia iura in argumento adducta procedunt, cum absolutio sit

fit in sententia diffinitiva; at verò *textus* noster loquitur, cum quis absolutus est in actu interlocutorio solum ob ineptum libellum, nam tunc nihil impedit ut novis actibus, & legitimis actionibus Reus conveniatur, iuxta *text. in cap. prescripta* §. §. *libellorum, in fin. 2. quaestione 8. l. libellorum* 3. §. *quod libelli, in fin. ff. de accusationibus.*

5 Secundò obstat dicere, quod in principio iudicij in potestate iudicis est libellum ineptum ex officio excludere, *l. 1. ff. de officio assessorum, cap. 2. de libelli obligatione*: ergo frustra in presenti ad reiiciendam ineptam actionem desideratur, quod præcedat iudicialis processus, & quod ad sententiam deveniatur, cum frustra fiant per plura, quæ possunt fieri per pauciora, *leg. ampliore, 37. §. in reusatoris, C. de appellationibus, cum circuitus semper sit vitandus, Clementina, auditor 3. de rescriptis, l. Dominus 53. cum vulgatis, ff. de conditione indebiti.* Sed huic dubio responderi valet, quod iura supra adducta procedunt, quando ineptitudo libelli à principio fuit expressa, vel alias de ea notoriè constitit: nam tunc ex dictis iuribus ad ulteriora non debet procedi: at verò *textus noster* loquitur, quando adhuc ineptitudo libelli demonstrari non potest, nisi probationibus factis, & publicatis: ideòque non est mirum, quod ad ulteriora iudicij procedatur, quæ interpretatio deducitur, ex *nostri textus* verbis ibi: *Quia cum testes induxerit ad probandum, &c.* notat Abbas in presenti.

6 Tertiò obstat *textus in l. officium, 9. de rei vindicatione, l. 3. §. fin. ff. ad exhibendum*, ubi probati videntur, quod non obstante quòd quis possideat rem; si tamen de facto detineatur ab alijs, veluti à depositario, vel commodatario, poterit illam vindicare: ergo etsi Actor in presenti asseveret se prædictam possessionem habere, tamen cum adhuc sit à militibus impeditus, cum ab illis de facto detineatur, rectè potuit ius Patronatus vindicare. Quod dubium ex eo dissolvitur, quia iura in argumento adducta non probant, quod quamvis quis possideat rem, possit eam ab illo, qui de facto detinet, vindicare: nam id ex *nostri textus* decisione admitti non debet; sed tantum iura illa tendunt ad hoc, quod petitio restitutionis dominij, & possessionis, quæ includitur in ordinaria actione rei vindicationis, possit proponi adversus solum detentorem, quamvis aliàs non sit possessor; veluti à depositario, vel commodatario: nam is qui deposuit, vel commodavit, statim quod res ei liberè non restituitur, videtur possessionem non amisisse, *leg. clam possidere 6. §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possessione*: An verò in specie nostri textus, Actor verè possidebat: ac ideò mirum non est, quod ei rei vindicatio non competat: notat Faber in *Rationali ad textum in dist. l. 9. ff. de rei vindicatione, littera I.* Neque obstat *Nouella de deposito 88.* Quia Domino adversus depositarium vindicationem non prohibet; sed tantum denuntiationem, quæ non repellit Dominum, sed creditorem: cum possim rem meam à depositario vindicare, licet non possim ob pecuniam, quam tu mihi debes depositario denuntiare notat *Gotofredus in notis ad Pandectas in dist. l. officium 9. lit. D.*

8 Quartò obstat dicere, quod etsi à principio quo cepit moveri quæstio super ius Patronatus, Actor in illius possessione esset; tamen quando proposuit actionem, iam eadem possessio penes Vicedominum erat, in quem ius ipsum fuerat sequestratum: siquidem per sequestrationem possessio in sequestrum transfertur, *leg. licet 27. ff. de positi*, quod etiam in iure Patronatus admitti debet; docet *Garcias de beneficiis 5. part. cap. 6. num. 1. Gutierrez de tutela, 3. part. cap. 7. n. 16.* Sed responderetur, quod & si tempore quo fuit proposta actio vindicationis, iam esset ius Patronatus sequestratum; tamen quia actio ipsa referebatur ad tempus antecedens ad ipsam sequestrationem, & tunc iuxta probationes factas prædicta possessio fuerat penes ipsum Actorem, iusta de causa, debuit actio ipsa inepti

ta iudicari: nec præterea quia possessio, quæ est penes sequestrum, nomine ipsius Domini esse dicitur, ut inferius dicemus in titulo de sequestratione possessionis.

Quintò obstat dicere, quod etiam si Actor rei petite possessionem non haberet, non posset ius Patronatus vindicare: siquidem rei vindicatio competit ei, qui dominium retinet, *l. officium 9. & 24. ff. de rei vindicatione*: sed ius Patronatus est annexum rebus spiritualibus in quo Dominium cadere non potest, *cap. ex litteris, de iure patronatus, cap. cum Bertoldus, de re iudicata, cap. 3. hoc titulo*: ergo quamvis possessio deliceret, cessaret etiam rei vindicatio. Sed responderetur, quod actio ipsa non datur propriè pro ipso iure Patronatus; sed pro iure reali, quod in illo extat, ut observetur Patrono honor, & præminentia, ut habeat liberum ingressum in Ecclesiam, & cætera iura, quæ ob eius cautam sunt indulta: nam licet in rebus sacris non detur rei vindicatio, cum in commercio non extent; tamen pro iure quod in eis est rectè competit, *cap. cum venissent, 6. de exception. l. 1. §. per hanc, ff. de rei vindicatione, Abb. in presenti num. 17. Felin. num. 8.* Neque obstat si intes, in presenti non posse dari rei vindicationis actionem: siquidem ius Patronatus, ex supra traditis, est ius incorporale, pro quo tantum dari potest actio negatoria, vel confessoria, non verò vindicatoria, *l. etsi 6. §. 1. ff. si servus vindicetur, l. si antea 8. §. sed si, ff. eod.* sed talis actio confessoria, vel negatoria datur possidenti, ut constat ex *Glos. in presenti, verb. Possidebas, & verb. Confessoria*, ergo actio illa non debuit inepta iudicari. Quia responderi valet, quod etsi in presenti ageretur de iure Patronatus, quod incorporale est, tamen pro iure ipso incorporali rei vindicatio proponi poterat, assumendo eam non in specifica, sed in lata eius significatione; notat Abbas in presenti, num. 17.

Ad textum in cap. Deputati, 16. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi pro domibus suis agere, & illas defendere possunt.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Administratores si sint electi, in ipso eis censetur tributa facultas agenda pro omnibus illis, quæ ad eorum munus spectant.
- 4 Clerici, vel Monachi negotijs secularibus se immiscere non possunt. Intellige pro alijs: secus vero pro se, & suis Monasterijs.
- 5 Religiosus nisi cum licentia Superioris in iudicio esse non potest, & num. 6.
- 6 Syndicus Religionum causas agere debet.
- 7 Ignoti repellantur ab omnibus Ecclesiasticis actibus.

C O N C L U S I O.

Preceptores Templi pro domibus suis agere, & illas defendere possunt non obstante, quod sint Religiosi, & ignota eorum origo. Consonat textus in cap. unico, de Synodo, cap. petitio 9. & 11 de Procuratoribus, Clementina 1. de rescriptis, cap. doceri, eodem cap. unico, de scriptis, cap. Monachi 16. quasi. 1. cap. causam 9. hoc titulo, leg. omnes 31. §. hoc, C. de Episcopo, & Clericis, illustrant Azor. in *insitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 26. quasi. 8. 9. & 10.* Cardosio in *praxi Aduoc. verb. Procurato, 5.* Pater Emmanuel Rodriguez *quaestionum Regularium, tom. 1. quest. 3. art. 5.* Sanch. 2 in *precept. Decalogi tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 9.* cum à me traditis in *disto cap. causam 9. hoc tit.*

Ratio est, quia ad munus, & officium Preceptorum

rum incumbit actiones in iudicio pro domibus suæ Religionis proponere, & iura illorum defendere, absque eo, quod detur repugnantia sui status, *Clementina unica, de rescriptis, cap. edoceri 21. eodem titulo.* Neque eis opponi poterat, quod essent Religiosi, & de origine ignota: siquidem semper quis præsumitur idoneus, & legitimus, nisi contrariam probetur: notat *Glos. in presenti, verb. Sed sprete, cap. unico, de scrutinio,* cum à me traditis *in cap. final. de presumptionibus.* Tum etiam legitimi in iudicio dicuntur, qui statim quod administratores eliguntur, censetur illis tributa facultas, ut liberè exercent omne id, quod spectare posset ad ipsam administrationem, argumento textus in *cap. petito 9. & 11. de Procuratoribus, cap. qui generaliter, 15. eodem titulo, lib. 6.*

4 Primò obstat textus *in cap. 1. & per totum, ne Clerici, vel Monachi, ubi Monachis est prohibitum lites exercere, cum se non possint immiscere negotiis secularibus.* Sed huic dubio respondetur; quod quamvis ita sit, quod Religiosi à litibus & negotiis secularibus debeant arceri: tamen id intelligitur cum pro aliis exerceret; non verò cum pro Religione sua, quia tunc cessat illa indecentia, quæ refertur *in dict. cap. 1. 10 Clerici.*

5 Secundò obstat textus in *Clementina Religiosus 3. de Procuratoribus, ubi etiam in causa, quæ concernit unum Religiosum, non potest alter Religiosus pro illo in iudicio respondere.* Cui dubio ex eo fit satis, quia dum textus ille prohibet, ne Religiosus possit esse Procurator, etiam pro alio Religioso; nisi cum licentia Superioris, id nō obstat: cum *in presenti* agatur de diversa causa, scilicet cum Præceptores defendunt causam sui Monasterij ratione officij cum approbatione, & licentia Prælati, quæ prius præcedere debet, *dicta Clementina 3. de Procuratoribus, dicto cap. 9. hoc tit. ubi latè diximus.*

6 Tertid obstat dicere, quod neque etiam pro domibus suis, Prælati licentia præcedente, Religiosi debent admitti: siquidem pro domibus Religiosis Syndicus est constitutus, *cap. unico de Syndico, ubi Gregorius rationem refert, quia expedit, quod Monachi ad dicti servitio Dei, quieti existant, docet Apostolus 1. ad Corinth. cap. 6. ibi: Secularia igitur iudicia si habueritis, contempseritis, &c.* ergo neque Monachi, etiam præcedente licentia, admitti debent; cum Syndicus ad id sit designatus. Sed respondetur, quod textus *in dict. cap. unico, de Synodo, quatenus disponit ut ad Religionis causas laicus Syndicus assignetur; id tamen intelligi debet de consilio, & honestate: non vero de necessitate: notat Glossa ibi verb. Generaliter; & quamvis illius capituli decisio adedè strictè accipiatur, ut in totum remoueat Religiosos à dicta procuratore; non tamen abulit ut non admittantur cum accedit Monasterij utilitas, & licentia Prælati: siquidem tunc cesset illius textus decidendi ratio, cum potius indicetur, adesse meritum obedientiæ, & utilitas Ecclesiæ; notat Didacus Petrus *in l. 10. tit. 1. lib. 4. Ordinamenti, versic. Suedetur ulterius.**

7 Quartò aduersus secundam nostræ conclusionis partem obstat text. *in cap. 1. & per totum, de Clericis peregrinis, Concilium Tridentinum Sess. 14. versic. Nullus prætorum.* Vbi is, cuius ignota est origo, nunquam admittitur ad actus Ecclesiasticos, ac per consequens in presenti ineptè reicitur exceptio illa ignotæ originis. Sed huic dubio verissimè est dicendum, quod *in presenti* rectè excluditur exceptio illa, quia origo Præceptorum, non erat ignota: siquidem ex deputatione illa à Superiore illis assignata, satis constat de illorum idoneitate, & de requiritis circa ministerium deputatis: quæ Superiōris denominatio vicem literarum commendatitiarum retinet, argumento text. *in d. cap. 1. de Clericis Peregrinis, notat Augustinus Barboia in Pastoralis, 1. part. glos. 21.*

Ad textum in *cap. Qualiter, & quando 17. hoc tit. de iudiciis.*

DE materia huius textus videre oportet ea quæ supra diximus, *in cap. 2. hoc titulo.*

Ad textum in *c. Causam qua, 18. hoc tit. de iudicijs.*

DE sententia huius textus, plura dicemus *in cap. postremo 36. de Appellationibus.*

Ad textum in *cap. Exhibita, 19. hoc titulo.*

DE materia huius textus latè dicemus *in cap. 1. & 3. cum alijs, de ordine cognitionum.*

DE FORO COMPETENTI,
Tit. 11.

Ad textum in *cap. Si quis Clericus, 1. hoc tit.*

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus coram proprio Episcopo, & non coram alio, nisi de eius licentia, & vtriusque partis consensu.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Confessio oritur, si unicuique sua non seruetur iurisdicctio.
- 4 Ratione contractus, vel rei sita, aut delicti, Clericus conueniri potest coram alieno Episcopo.
- 5 Clericus coram proprio Prælato, etsi Episcopus non sit, conueniendus est.
- 6 Prima instantia, siue causa cognitio, ad Episcopum spectat.
- 7 Archiepiscopus nullam habet iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi per appellationem. Explicatur text. in cap. per singulas, et primero, & secundo, 9. quest. 2.
- 8 Archiepiscopus est Index in 1. instantia de causis Episcoporum. Explicatur text. in cap. quia cognouimus 1. quest. 3. & cap. Pastoralis, de appell. & cap. Romana, §. fin autem, eod. tit. in 6.
- 9 Iurisdicctio aliena partium consensu prorogari potest de iure Civili; secus de iure Canonico, & num. sequent.
- 10 Res qualibet de facili reuertitur ad suam naturam. Explicatur text. in cap. ex parte 1. de appellat. lib. 6.
- 11 Explicatur text. in cap. pulsatus 7. quest. 6. & cap. cum olim, de arbitrijs, & cap. si diligenti, & cap. significasti, hoc tit. & cap. Clericum, 47. 11. quest. 1. & num. seq.
- 12 Argumentum à contrario sensu non valet, si ex eo resultet absurdum. Episcopi olim Pontifices dicebantur. ibid.

13 *Dato impedimento Iudicis delegati eligitur alius ad nutum Aitoris.*

Explicatur text. in cap. cum R. 35. de officio delegat. & l. obseruandum. 47. ff. de iudic.

14 *Explicatur text. in cap. iudices 4. 11. quæst. 1. & in cap. sin autem 5. 15. quæst. 7.*

15 *Iudices delegati dicuntur qui ab alio mandatam habent iurisdictionem.*

Explicatur text. in cap. P. & C. de offic. deleg. ibi, & num. seq.

16 *Iurisdictionis delegata an prorogari possit.*

CONCLUSIO.

Clericus conueniri debet coram proprio Episcopo, & non coram alio, nisi de eius licentia, & utriusque partis consensu. Idem probat text. in cap. significasti 18. cum aliis hoc tit. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. cum causam, 13. de probationibus, cap. cum Episcopus, 7. de officio Ordinarij, lib. 6. cap. 1. & 2. cum aliis, 9. quæstione 2. cap. nullus, cap. Clericum, cap. conuina, & per totam 11. quæstione 1. Concilium Tridentinum Sess. 14. cap. 20. l. 1. tit. 9. part. 1. exornat Morla in empirio tit. de iurisdictione, quæst. 21. per totam, Diuus Thom. 1. 2. quæstione 60. art. 6. Navarrus in rubrica de iudicis, §. 17. num. 68. Covarruuias in practico, cap. 31. Anastasius Germonius de Sacrorum immunitatibus, lib. 3. cap. 5. Duarenus ad tit. de iudicis, cap. de foro competenti, Donellus lib. 17. commentariorum, cap. 10. plures quos refert Doctor Don Felicianus de la Vega in commentariis ad hunc textum, num. 10. & 15. Doctor Balboa num. 2. & 4.

Ratio decidendi apparet ex rubro, dum constat, quod ut iudicium valeat, iudicem competentem adiri necesse est, cum soli Episcopo priuatiuè iurisdictionis erga subditos à iure diuino competat, ut ex litera nostri textus constat; siquidem singulis Prælati terminus, & iurisdictionis in eum finem fuit assignata, ut diligentius suas oves custo sicut, pascat, ac gubernet, & earum rationem Domino reddat, cap. 1. 13. quæst. 1. nam alias confusio magna oriretur, si vnus Iudex alterius iurisdictionem vsurparet, iuxta textum in c. irrefragabili 17. de officio Ordinarij: quæ omnia fieri non possent, nisi vnique Episcopo sua iurisdictionis conseruaretur, iuxta textum in cap. peruenit 39. 11. quæst. 1. l. 2. C. de officio Comit. sacri Palatii Quæ de causa in Concilio Calcedonensi, actione 15. relato in cap. 1. hoc tit. o, constitutum est, alienam Episcopum, alienum subditum nequaquam iudicare posse.

Primo obstat textus in cap. final. infra hoc titulo, ubi ratione contractus, vel rei sitæ, Clericus coram alieno Episcopo conueniri potest: ergo malè in presenti generaliter est decisum, quod Clericus coram proprio Episcopo conueniri debet. Sed hæc difficultas, ex eo excluditur, quod quamvis verum sit, quod ratione contractus delicti, seu rei sitæ Clericus coram alio quam coram proprio Episcopo conueniri possit, ex dicto cap. final. Tamen principium hoc non contrahit textui nostro: siquidem sub nomine proprii Episcopi, non tantum includitur is, qui verus domiciliarius est; verum etiam is in cuius diocesi res sita est, contractus, vel fuerit celebratus, vel delictum commissum; nam tunc coram Episcopo illo tanquam coram competenti iudice rectè conueniri poterit; ex his quæ inferius suis propriis locis dicemus. Neque similiter obstat textus in cap. ceterum c. de iudicis, cap. ex transmissa, 6. cap. verum 7. hoc titulo, ubi ratione feudi Clericus coram domino feudi potius, quam coram proprio Episcopo conueniri debet. Quia Dominus feudi, non dicitur iudex alienus, vel extraneus; sed potius proprius, cum ratione feudi, quemadmodum rei sitæ, & contractus iudex competens sit, ut supra retulimus in dict. cap. ceterum, 5. de iudicis.

Secundò obstat textus in cap. cum contingat, 13. hoc titulo, cap. auditis 13. de prescriptionibus, cap. accedentibus 12. de excessibus Prælatorum, cap. Romana 1. de ap-

pellationibus, lib. 6. cap. cum ab Ecclesiarum, de officio Ordinarij, ubi alij inferiores Prælati, quam Episcopi, de Clericorum causis cognoscere possunt; ergo Clerici non tantum apud Episcopum, verum etiam apud eius inferiorem conueniri possunt. Cui dubio responderi posse arbitror, quod idè in presenti tantum de Episcopo mentio fuit habita, quia Episcopus ordinarius, & vniuersalis Iudex est totius sue Diocesis, cap. 1. de officio Ordinarij: ac idè propter eius frequentem, ordinariam, & cognitam iurisdictionem, iuxta de causa in presenti de Episcopo mentio fuit habita: sed non exinde excluduntur ceteri inferiores Prælati, qui vel ex priuilegio, vel ex præscriptione iurisdictionem habent, ex iuribus supra in argumentum adductis, notat Covarruuias in cap. Ioannes, de testamentis, num. 1. Sacramento lib. 3. Selectarum, cap. 15.

Tertio aduersus textum nostrum in versic. Sed prius apud ipsam actio ventiletur, &c. ex quibus verbis deducunt Doctores omnes, primam instantiam, seu causæ cognitionem semper ita ad Episcopum spectare, ut nec ab Archiepiscopo, nec à Primare, nec à Metropolitanò tolli possit, iuxta textum in cap. nullus 3. 9. quæst. 2. in Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 10. cap. Pastoralis, de officio Ordinarij, cap. Romana, in principio cum suis §. 8. de appellationibus, lib. 6. Obstat textus in cap. per singulas, et primo 9. quæst. 1. ubi Archiepiscopus competit cura, & solitudo in omnem suam Prouinciam, & Prouincia constat ex Diocesis suffraganeorum, ad quem quasi ad Ordinarium in prima instantia recurrendum est, cap. per singulas, et secundo, 9. quæst. 3. quod fieri non posset, nisi fateamur ad id Archiepiscopum iurisdictionem habere, iuxta textum in l. 1. & 2. ff. de iudicis. Cui dubio communiter in scholis responderi solet, videlicet in illis iuribus Archiepiscopum ordinarium Iudicem dici in tota sua Prouincia; sed hoc tantum ad generalem Prouinciæ Gubernationem: ac verò respectu subditorum suffraganei Episcopi, Iudex extraneus dicitur; ac idè rectè dicimus de subditis suffraganei in 1. instantia non posse cognoscere: secus in 2. vel in casibus à iure expressis, de quibus mentio habetur in cap. conquestus, 9. quæst. 3. cap. si Clericus, 11. quæst. 1. cap. sin. 63. distinct. Neque prædictis obstat textus in cap. per singulas, et primo 9. quæst. 3. Quia ibi solum probatur, Episcopo debere Metropolitanum recognoscere ei reuerentiam exhibendo: & dum textus affirmat, Episcopos nihil agere posse prætermissio Metropolitanum; id intelligi debet, respectu earum rerum, quæ pertinent ad statum communem totius Diocesis, notat Glossa ibidem. Neque similiter obstat text. in dict. cap. per singulas, et secundo, 9. quæst. 3. ubi sic. Omnes ad eum recurrunt, &c. quia verba illa non debent intelligi in prima, sed in secunda instantia, appellatione interposita: notat Doctor Balboa in commentariis ad hunc text. num. 11. & 12.

Quarto prædictis obstat textus in cap. quia cognouimus, 10. quæst. 3. ubi subditi omnes suffraganeorum suas querelas ad Archiepiscopum deferre possunt; quod etiam locum habet in causis in quibus appellatio est prohibita, iuxta text. in cap. Pastoralis, in princ. de appellationibus cap. Romana, §. si autem eod. tit. lib. 6. Quæ in difficultate verissime dicendum est, idè ad Archiepiscopum, seu eius Metropolitanum in dict. cap. quia cognouimus, querelam ad Archiepiscopum deferri, quia non fuit instituta aduersus Episcopi subditum; sed aduersus ipsam Episcopum, ex eo, quod valde Sacerdotes grauasset, imponendo eis contra immunitatem Ecclesiasticam Angaria, & alia similia tributa. Neque etiam obstat textus in dict. cap. Pastoralis, in princ. Quia ibi non dicitur Archiepiscopum, sine appellatione in prima instantia cognoscere posse; sed tantum, quod licet appellatio sit prohibita in rescripto; tamen poterit condemnatus appellare in omnibus casibus, in quibus appellatio indulgetur, non obstante clausula Appellatione remota. Sic etiam intelligendus est textus in dict. cap. Romana, §. si autem, de appellationibus lib. 6. notat

notat Glossa verbo *Mandatur*, *ibidem*. De qua re plura congerit Doctor Balboa in *commentariis ad hunc textum*, num. 13.

Quintò aduersus nostrum text. versic. *Vel certe consilia eiusdem*, &c. ex quo constat, prorogationem in extraneum Iudicem fieri non posse, nisi consensus proprii Episcopi accedat. Obstat text. in *l. si per errorem*, 15. *l. si conuenitis* 18. ff. de *iurisdictione omnium iudicum*, ex quorum iurium decisione constat, iurisdictionem cuiuslibet Iudicis solo consensu partium prorogabilem esse. Sed in hac iurium difficultate, omnia controuersia Doctorum in *presenti*, verissime est dicendum, quod quoad alterius iudicis prorogationem, discrimen versari inter ius Canonicum, & Civile: nam de iure Civili, prorogatio inuito proprio Iudice fieri potest, vt in *dil. iuris* constat, & in *l. 1. tit. 9. part. 1.* At verò iure Canonico, ab que licentia proprii Iudicis fieri non potest, vt in *presenti*, & in *cap. significasti* 18. *hoc sit*. Ratio differentie est, quia Ecclesiastica iurisdictione priuatiuè cuique Prælati tributa est, vt sic facilius, & accuratius oues suas gubernet ac pascat, & earum rationem Deo reddat; ac idè proprii Prælati autoritas desideratur: Quæ voluntas in iudice civili non desideratur, quia temporalis iurisdictione ab eius origine ad populum pertinebat, & ab ipso in Reges translata est, *l. 1. ff. de origine iuris*, & cum res de *f. c. l. ad uum* statum reuertatur, *l. si unus, §. pacta*, ff. de *pactu*, cap. *ab exordio*, 35. *distinctione*, iusta de causa, quamvis hodie iurisdictione apud Principem remaneat, poterit quilibet de populo proprium iudicem deserere, & alium similem eligere, iuxta text. in *l. 1. §. 2. ff. de iudiciis*, *l. 1. l. priuatum*, C. *eodem*, notat Morla in *Emporio*, tit. 2. *quæst. 21. num. 3. §. 13.* Neque prædictis obstat text. in *cap. 1. versic. Post hæc, de appellationibus*, lib. 6. vbi Ecclesiastica iurisdictione ex solo partium consensu prorogari potest. Quia text. ille procedit in prorogatione ad iudicem supremum, hoc est Pontificem, qui Ordinarius totius Ecclesie iudex dicitur, & cum omnes causas, absque partium conuentione, sibi auocare possit; multo melius, si ita ex partium conuentione fuerit actum, quorum voluntas necessaria non erat; nisi ita ex facto contigerit, argumento text. in *cap. proposuit*, de *concessione præbende*.

Sextò obstat text. in *cap. pulsatus* 3. *quæst. 6.* vbi constat, quod si quis coram non tuo iudice fuerit pulsatus poterit si velit tacere, vel respondere: ergo frustra proprii Episcopi consilium ad prorogationem desideratur. Cuius text. difficultas explicata monebit, si dixeris Clericum ibi posse declinare, vel consentire, suppositis tamen terminis habilibus, hoc est si Episcopi consilium & autoritas intervenerit, quod omnino necesse est intervenire: nam aliàs prorogatio non valebit. Neque obstat *cap. cum olim*, de *arbitris*, vbi constat quod quoties consilium petere iubetur, illud sequi non est necesse. Quia respond. facile, quod verbum illud, *Consilium*, in text. nostro, idem significat, quod præceptum: nam initio nascentis Ecclesie tanta erat eius discipline observatio, & obedientia erga Prælatos, quod sufficeret consilium dicere; vt ab eius executione Clerici non recederent. Neque similiter prædictis obstat text. in *cap. si diligenti*, *cap. significasti*, *hoc sit*. Vbi Clerici neque cum consensu Episcopi possunt in alium Iudicem consentire, quia illa debent intelligi, quoad renunciationem fori Ecclesiastici in laicum Iudicem consentientes: Nos verò loquimur de Ecclesiastico ad alium similem Ecclesiasticum: de qua re dicemus in *d. cap. si diligenti*, *hoc sit*. Neque huic doctrinæ obstat text. in *cap. Clericum* 47. 11. *quæst. 1.* versic. *Clericum nullus præsumat apud secularem Iudicem*, *Episcopo non permittente*, *pulsore*. Ergo, eo permittente, poterit Clericus apud secularem Iudicem conueniri. Quia dupliciter respiciendi valent, primò, quod argumentum à contrariò sensu non admittitur, quoties absurdum sequitur, & expressè ius commune resistit, vt in *d. c. si diligenti*, 18. *hoc sit*. vel aliter dici potest illam Episco-

pi permissionem non fuisse simplicem; sed solemnem, & legitimam, videlicet cum Clericus fuerit incorrigibilis, & Curie seculari traditus, nam tunc ex permisso Episcopi Brachium seculare in subsidium postulatur, iuxta text. in *cap. cum ab homine de iudiciis*: ita similiter est interpretandus text. in *cap. nullus* 2. versic. *Sine permisso Pontificis*, hoc est Episcopi: nam olim Episcopi Pontifices appellabantur, Gloss. in *c. 2. hoc sit*. siquidem aliquando de licentia Episcopi Iudex secularis Clericum distringere potest: nam verbum *distringere*, in proprietate sermonis, non significat *iudicare*, sed solum *coercere*, veluti incarcerando, vel torquendo iussu iudicis Ecclesiastici, argum. text. in *c. ut fama*, de *sententia excommunicationis*.

Septimò aduersus nostrum text. in vers. *Quos utraque pars voluerit iudicem obtinebunt*, &c. Obstat text. in *cap. cum R. 35. de officio delegati*, vbi dato impedimento quo proprius Iudex de causa cognoscat, alius eligendus est ad solum nutum, seu voluntatem Actoris, vt constat ex verbis illius text. ibi: *Iudicem eligat coram quo questio terminetur*, &c. Ergo perperam in *presenti* vir utriusque partis assensus desideratur. In cuius textus difficultate explicanda omnia Glossæ interpretatione in *presenti*, & *dil. cap. cum R.* vetius dicendum est, ideo ibi solum Actoris voluntatem desiderari, quia text. ille procedit, quando parti petenti delegationem ad vnum iudicem id indultum fuit; & cum impedimentum iudicis dicatur extare, poterit Actor delegationem ipsam coram alio ex viris providis existentibus in eodem loco presentari, quæ interpretatio deducitur ex contextura illius text. Et cum decisio illa specialis sit, & omnino diversa à nostri text. sententia, nihil obstat: nam in *presenti* utriusque partis consensu desideratur, quia agitur quando omisso proprio Episcopo partes intendunt alterius iudicis iurisdictionem prorogare. Neque prædictis obstat text. in *l. observandum*, 47. ff. de *iudiciis*, vbi constat iniqui exempli esse, vt detur Iudex ab altera ex partibus assignatus, cum ex eo magna insurgat suspicio. Quia diversa est species tradita in *dil. cap. cum R.* ab ea quæ refertur in *dil. l. observandum*: siquidem ibi non constat, quod exequatur delegatio à iudice nominatim petito contra prohibitionem, text. in *d. l. observandum*; sed tantum quod rescriptum presentari possit coram vno ex dictis providis viris; & cum à Pontifice fuerint designati, dici non potest, quod ab ipsa parte nominati dicantur. Neque similiter obstat si iniles, quod in effectu electio ab ipsa parte facta censetur. Quia hoc non implicat: siquidem iam parti certa, & destinata persona non assignatur. Neque inconueniens est, cum adhuc aduersæ parti remedium recusationis extet.

Aduersus eundem versiculum obstat text. in *cap. iudicis* 4. 11. *quæst. 1. cap. si autem* 5. 15. *quæst. 7.* vbi versa vice sola rei voluntas circa iudicis electionem sufficit, absque eo quod alterius partis consensus interueniat, qua in difficultate omnia glossæ interpretatione in *presenti*, & in *dil. cap. cum R.* Vetius dicendum est, text. in *dil. cap. iudicis*, & similia iura relata, in *Gloss. final. in dil. cap. cum R.* intelligenda esse iuxta nostri textus sententiam, & eius mentem: nam quamvis insinuent, Reum posse suos iudices eligere: hoc debet accipi servatis servandis, hoc est in casu habili, concurrente alterius partis consensu, vel aliàs in casu permisso; vt supra retulimus, notat Butrius in *presenti*, num. 6.

Aduersus ultimam nostræ conclusionis partem obstat dicere; quod quibus mandata est iurisdictione, Iudices delegati dicantur, *cap. præterea* 5. *cap. significasti*, 7. & 11. de *officio delegati*, sed quamvis utraque pars eos eligat, eius iurisdictione non prorogatur, iuxta text. *c. P. & G. de officio delegati*: ergo male in ultima conclusionis parte generaliter contrarium admittitur. Sed in hac spinosa difficultate nonnulli adeo oppressi extant, quod existimant delegatam iurisdictionem prorogari non posse, quos refert Barbosa in *l. 1. ars. 1. n. 206. ff. de*

de iudiciis, Morla in Emporio titul. 2. quæst. 21. §. 1. Quorum opinio improbat ab Osualdo lib. 17. Commentariorum, cap. 10. littera D, siquidem verius est, iudicium delegatum, quemadmodum ordinatum protogari posse. Constat primò; nam cum delegatus exerceat delegantis iurisdictionem, & eius vice fungatur, l. 1. §. qui mandatum, l. 3. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. l. selet Prator, ff. de iurisdictione omnium iudicum, eodem modo, sicut ille poterit inter consentientes cognoscere; ita etiam delegatus, iuxta text. in l. 1. ff. de iudiciis, in illis verbis, ibi: qui tribunali præst, vel aliam habet iurisdictionem, quæ verba utrumque comprehendunt, ordinatum, & delegatum Iudicem. Constat etiam ex textu in l. de qua re 74. §. 1. ff. de iudiciis, c. de causis, 4. cap. cum olim 32. de officio delegati, cap. statum, §. in nullo, de rescriptis, lib. 6. cap. dilecti filij 17. hoc titulo. Neque obstat text. in dist. cap. P. & G. in illis verbis: Cum huiusmodi prorogata iurisdictione, ad alias personas nequeat prorogari, &c. Quia verba illa referenda sunt ad speciem, de qua specialiter ibi agitur, cum scilicet specialis causa inter certas personas fuit delegata, in qua prorogatio ad alias personas fieri non poterit: nam cum iurisdictione illa pendeat à voluntate delegantis, & restricta sit certæ causæ, & certis personis, extra illas considerari non potest, utpotè non concessa, arguunt. text. in cap. cui non de Sacerdotali 27. de prabendis, lib. 6. & ita Iudex privatus censetur, ut nulli præesse possit iudicio. Quare, ex regula text. in l. privatorum 3. C. de iurisdictione, Aquilius ex litigantium consensu iudicandi potestatem non consequetur: At si universam iurisdictionem magistratus delegaverit, vel saltem certarum causarum universitatem (verbi gratia) hæreditarium, delegatus ex prorogatione rectè cognoscere poterit inter personas iurisdictioni non subiectas, iuxta text. in dist. cap. dilecti filij 17. hoc tit. cum supra traditis, notat Barbof. in d. l. 1. art. 1. ex num. 217. Osualdus ad Donellum lib. 17. cap. 10. liter. D.

Ad textum in c. Nullus, 2. hoc tit. de foro competenti.

DE materia huius textus videre oportet ea, quæ supra retulimus in cap. 1. de iudiciis, & in dicto cap. 1. hoc tit. quæ omnia in presenti sunt repetenda.

Ad text. in cap. Sanè, 3. hoc titulo, de foro competenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Ratione rei sita sortitur quis forum.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Actor debet sequi forum rei, & num. seq.
- 4 Explicatur text. in l. fin. C. vbi in rem actio.
- 5 Explicatur text. in l. unica, C. vbi de possessione agi oportet.
- 6 Hæreditatis petitio fieri debet, vbi domicilium habet Reus convensus.
- 7 Rei vindicatio competit etiam si res alibi sit.

C O N C L U S I O.

Vbi res est, de qua contenditur, sortitur quis forum. Idem probat textus in cap. final. hoc titulo, cap. experientis, 11. quæst. 1. l. final. C. vbi in rem actio, l. si præsidium, C. de prædiis minorum, l. final. C. de longi temporis præscriptione, l. quod legatur, 38. l. sed et si, §. 1. §. fin. ff. de iudiciis, l. unica, C. vbi de possessione agi oportet, l. 32. titul. 2. part. 3.

exornant Gratianus regula 115. Christophorus de Paz in l. 5. Styli, num. 2. Thufchus homo 4. conclus. 3. littera F, conclusio 439. Ioannes de Monte-Alegre lib. 2. praxis civilis, cap. 9. num. 317. Antonius Faber lib. 20. consuetudinum, c. 7. & 9. Mynsingerus 4. observatione 95. Trentacin 7. lib. 2. practicarum resolutionum, resolutione 4. num. 5. Romanus consilio 193. & 250. Socinus regula 299. Franchis de cessione 177. cum traditis ab Authore Balboa in presenti, & ab Osualdo lib. 17. comment. cap. 17. lit. C.

Ratio quare alibi causa agi non potest, quam vbi res, de qua contenditur, sita est, ea est quia sive de eius possessione, vel proprietate agatur, magna utilitas ex eo litigatoribus extat, ut sic eorum sumptibus & impensis subveniatur: nam si alibi fieret, exerceri non posset nisi cum magno Actoris, & rei detrimento, cum aliquando res ipsa exhiberi oporteat, quod nisi ea præsentem fieri non posset: tum etiam, quia sive de possessione, vel proprietate agatur, ex natura iudicij utriusque, reo, & Actori commodum extat cum vltimò, vel possessio testibus comprobari debeat, quod non ab extetis; sed ab incolis loci, vbi res est, exigere debet; alias si res, de qua agitur, procul remota esset, non facile illorum copia, sed cum magno etiam sumptu haberetur. Tandem Iudex, qui alibi de possessione, vel rei proprietate, quam vbi res sita est, cognoscit, vix poterit sententiam suam tueri, & iudicium illud forum redderetur: nam si secundum Actorem iudicaverit, curate debet, ut ei possessio restituatur, l. qui resistere, ff. de rei vindicatione. Si verò secundum Reum sententiam dixerit; illum in possessione defendere debet: quod facile facere non posset, si res, de qua controversia est, non fuerit in territorio suo, l. cum vnus, §. penult. ff. de rebus authoritate iudicis possidendis, quibus de causis, vbi res sita est, iudicium disceptari debet.

Primò, obstat text. in l. 3. ff. de alienatione iudic. cap. si Clericus laicum, cap. cum sit generale, hoc tit. vbi constat, quod Actor semper debet sequi forum rei: ergo cum Episcopus vnus in presenti Actor esset, non debebat sequi forum, vbi res sita est; sed forum alterius Episcopi rei, hoc est, apud eius Archiepiscopum, tanquam Iudicem superiorem. Cui dubio dicendum est, vltimum esse, Actorem rei forum sequi debere, ex dictis iuribus, neque contrarium refert text. noster: quia etiam quoties reali actione agitur, forum Rei dicitur, vbi res sita est: nam tunc Actor, non Reo non permittentem, velit nolit tenetur Reum convenire, vbi res sita est, cum tunc proprium rei forum appellatur; iuxta text. in l. quod legatur, ff. de iudiciis, in illis verbis: Si autem per in rem actionem legatum petatur, etiam ibi peti debet, vbi est. Peti debet, inquit Iurisconsultus, id est peti necesse est, notat Osualdus ad Donellum lib. 17. commentar. cap. 17. lit. H.

Secundò prædictis obstat text. in l. fin. C. vbi in rem actio exerceri valeat, vbi prima text. parte Imperatores proponunt duo disiunctiva Primum, Actorem sequi forum rei conventi, ut indicant verba illa: Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur: & forum Rei dicitur, vbi domicilium habet, in l. 2. C. de iurisdictione: Secundò iubent Actorem actionem intentare in loco rei sitæ, ut indicant verba illa: Sed in locis, in quibus res constituta sunt, &c. Ergo in arbitrium Actoris extat Reum convenire, vel in eius domicilio, vel in loco rei sitæ, cum si vnum fecerit legi parvillè videatur; cum vbi duo disiunctivè iubentur, vni parvillè satis est; iuxta text. in cap. 4. de rescriptis, cum vulgatis. Sed responderetur facitè, quod in dicta l. ultima, non iubentur duo alternativè; ita ut alterum adimplendo, fiat satis; sed duo adversativè, ut indicant verba text. ibi: Sed, quæ dictio adversativa est, & insinuat Actorem necesse habere in foro rei sitæ litigare. Vel responderi potest, cum Osualdo dist. cap. 17. littera L, dum asserit, quod illa vulgata regula, quod Actor sequitur forum rei, obtineri debet, etiam in realibus actionibus; sed in posteriori casu in versiculo,

Sed & , definitur an sit forum , ubi res petitur , & asserit esse, ubi res sita est : ita ut versiculus ille : *Sed, & non sit intelligendus adversative ; sed explicative ad intelligenda verba anteriora positus ;* notat Osualdus *dist. cap. 17. lit. L. Cuiacius in paratir. ad titulum , Cod. ubi de hereditate agi, &c.*

5 Tertio prædictis obstat text. in *leg. unica, C. ubi de possessione agi oporteat* , ubi constat, quod licet actio restitutoria pro re competat , & realis sit ; tamen adversus spoliatorem proponi potest extra locum , quo res sita est. Sed huius textus difficultas explicata manebit, si attendamus textum illum procedere in actione personali, cum actio illa principaliter in personam spoliantis dirigatur, ut ad eius rei spoliatae traditionem seu restitutionem compellatur ; at verò text. noster procedit in actione merè reali, qualis est rei vindicatio, iuxta text. in *l. 1. in rem, ff. de rei vindicatione* : Donellus ubi sup. *dist. cap. 17. in princip.*

Quarto, obstat text. in *l. unica, C. ubi de hereditate agi oporteat*, ubi constat hereditatis petitionem fieri debere, ubi domicilium habet is qui convenitur, vel ubi res hereditariae sunt, si fortè ibi Reus Conventus degit : & tamen constat hereditatis petitionem, actionem in rem esse, iuxta text. in *l. sed etsi, §. petitio, ff. de petitione hereditatis* : ergo si universalis petitione id observatur similiter etiam observari debet in particulari rei petitione. Quem ut dissolvam nodum, observandum est, quod quamvis petitio universalis, & particularis in rem actio sit, tamen quoad nostri text. sententiam dissimiles sunt: nam actio in rem particularem, moveri debet in loco ubi res sita est, *dist. l. fin. C. ubi in rem actio* : quia singulae res corporales locum certum habent, in quo consistunt, ubi actio etiam exerceri potest; at verò petitio hereditatis nullum locum certum habere potest; ac idè ibi moveri non iubetur; sed ubi Conventus domicilium habet, quia hereditatis incorporalis est, in iure consistens, *l. hereditas, ff. de acquir. rer. dominio*, & ea quae solo intellectu percipiuntur, nullibi sunt, *l. Mev. in §. duorum, ff. de leg. 2.* idè quae eam hereditas sit res incorporalis, & nullum locum certum habeat, iuxta de causa non iubetur peti in loco ubi est, sed in loco ubi Conventus domicilium habet. Neque obstat dicere, quod in petitione hereditatis, etiam agitur de rebus corporalibus, argum. text. in *l. regulis, l. licet, ff. de petitione hereditatis*, quia hoc fit per consequentiam, notat Osualdus ad Donellum *d. cap. 17. lit. N.* Neque prædictis obstat text. in *dist. l. unica, C. ubi de hereditate, &c.* Vbi constat hereditatis quaestionem terminandam esse, aut ubi Reus domicilium habet, vel si ibi res sitae sunt, quia hæc ultima adiectio solum significat hereditatis quaestionem esse terminandam, ubi reus domicilium habet, vel eo in loco, ubi res hereditariae constitutae sunt, ea adiecta conditione, si, & ibi Reus degit, hoc est si ibi domicilium habet : ita ut sensus sit, quod nunquam alibi de hereditatis petitione agi possit, quam ubi Reus domicilium habet, notat Donellus, ubi supra, apud finem. Sed hæc sententia Donel. ex eo displicet, quia verius est etiam ibi terminari posse, ubi Reus degit si ibi res hereditariae sitae sunt, etiam si ibidem domicilium hæret non habeat, iuxta text. in *dist. l. fin. C. ubi in rem*, ita ut illius textus sensus sit, quod in petitione hereditatis non solum forum sit, ubi reus domicilium habet; sed etiam ubi res hereditariae sunt, si ibi Reus degit, de qua re plura contigerit Osualdus ad Donellum *dist. cap. 17. lit. N.*

7 Quinto obstat text. in *l. si res mobilis 10. cum sequent. ff. de rei vindicatione*, ubi rei vindicatio fieri, & proponi potest, etiam si res alibi sit : & tamen constat nostri text. decisionem etiam procedere in rebus mobilibus, iuxta text. in *l. quod legatur, ff. de iudiciis* : notat Donellus *dist. cap. 17. versic. Sed hoc nobis.* Sed huic dubio responderi valet, quod quamvis sit verum, quod in actione in rem, ubi res sita est, ab initio sit agendum; tamen tribus modis fieri potest, ut alibi res petatur, quam ubi est : Primo si ab initio de ea actum est, ubi iam erat, & pendente iudicio possessio al. d. transferatur : Secundo, si possessio

re consentiente alibi, de illa quam ubi est, actum fuerit, argumento text. in *l. 1. §. de iudiciis* : Tertio si possessor dolo malo aliò transulerit, quam ubi erat: nam tunc cum pro possessore habeatur, poterit conveniri in loco domicilij, *l. parem 1, 0. & l. qui dolo, ff. de regulis iuris.*

Ad textum in *cap. Si quis contra Clericum, 4. hoc titulo, de foro competenti.*

DE huius text. sententia videre oportet ea, quae inferius dicemus in *c. cum speciali, 61. de appellat.*

Ad textum in *cap. si Clericus laicum, 5. huius tit.*

S V M M A R I V M.

- 1 Laicus coram Ecclesiastico Iudice convenitur super rebus Ecclesiae, vel Clerici, nisi ad Ecclesiam, vel Clericum pertinere negaverit.
- 2 Ratio assignatur, & num. 3.
- 3 Clerici non tantum gaudent privilegio fori quoad personas, sed etiam quoad bona, & num. 6.
- 4 Ratio ubi eadem militat, idem ius statui debet.
- 5 Per affirmationem, vel negationem non mutatur rei qualitas, vel substantia : & ibi declaratur.
- 6 Ecclesiastica & temporalis iurisdictio distincta sunt.
- 7 Laici detinentes, vel usurpantes res Ecclesiae, vel Clericorum, apud Iudicem Ecclesiasticum conveniendi sunt.

C O N C L U S I O.

Super rebus Ecclesiae, vel Clerici, laicus coram Ecclesiastico iudice convenitur, nisi neget probabiliter ad Clericum, vel Ecclesiam pertinere : nam tunc coram seculari conveniendus est : si contraria consuetudo non obstiterit. Prima conclusionis pars comprobari poterit ex his, quae supra retulimus in *cap. 2. & 3. de iudiciis*. Secunda exornari debet ex his, quae inferius dicemus in *cap. cum sit generale, 8 hoc titulo*. Tertia comprobatur ex textu in *cap. cum contingat, 13. hoc titulo, cap. auditis 15. de praescriptioibus, cap. final. de officio Archidiaconi, cap. irrefragabili, de officio Ordinarii, l. 1. ff. de albo scribendo, l. 1. in fin. ff. de emancipationibus liberorum*, illustrant Cardoso in *praxi*, verbo : *Iurisdictio, num. 6. Valenzuela consilio 26. num. 17. Paulus de Castro in leg. imperium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, cum aliis, infra referendis.*

Ratio primae partis est, quia bona temporalia Ecclesiae, vel Clerici privilegio fori Ecclesiastici gaudent : ita ut coram Ecclesiastico iudice de illis laicus conveniri possit : siquidem privilegium fori non solum competit Clericis, quoad eorum personas; sed quoad bona, & quoad illa, quae Ecclesiae sunt, docet Glossa in *cap. fin. de vita, & honestate Clericorum*, Glossa in *cap. Episcopus 4. de praebeatis*, in Concilio Tridentino *Sess. 21. cap. 2. de reformatione, dist. cap. 2. & 3. de iudiciis, Martia 2. part. de iurisdictione, Centuria 1. casu 49. & Centuria 2. casu 125. Suarez lib. 4. de immunitate Ecclesiarum, cap. 14. num. 1. Barbosa plures refert, in remissionibus ad Concilium Tridentinum, *dist. cap. 2. Covarruvias lib. 1. variarum, num. 3. Gutierrez lib. 1. Canoniarum quaestionum, cap. 34. num. 11. & lib. 3. practicarum, quaest. 27.* Ideoque cum in illis rebus ratione privilegij deficiat Regula, quae Actor tenetur sequi*

sequi forum rei, quia alias privilegium frustratorium redderetur, iusta de causa propter accessionem, cum ea, quæ Religiosis habent, eodem privilegio gaudent, l. qua Religiosi, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum: res Ecclesiæ, vel Clerici coram Ecclesiastico iudice tractari debent.

Ratio secundæ partis est, nam cum laicus Convencus negat rem esse Ecclesiæ, vel Clerici; tunc necessario laicus Iudex adiri debet, quia ex negatione illa: iam deficit qualitas, quæ tribuit iurisdictionem iudici Ecclesiastico: siquidem negatione illa res efficitur dubia, & incerta, ex quo liquidò non apparet bona illa Ecclesiastica esse; & cum ut temporalia habeantur, locum habebit regula illa, quod Actor forum rei sequatur, ac per consequens, cum Reus in presenti pulsatus laicus sit, iusta de causa coram laico Iudice conveniri debet.

Tertiæ partis decidendi ratio est, videlicet consuetudine fieri posse, quod laici super rebus Clericorum coram Ecclesiastico iudice conveniantur, etiam si neget quod ad unius, vel alterius dominium bona spectent; quia in iurisdictione, in qua incapacitas non impedit; sed incompetencia tantum, regulariter standum est consuetudini; cum per consuetudinem iurisdictione adquiri possit, dist. cap. cum contingat, 3. hoc tit.

4 Primò ad versus nostrum text. dum statuit, tunc laicum coram suo Iudice conveniendum esse, cum negat rem esse Ecclesiæ, vel Clerici; ratio redditur, quia Actor debet sequi forum rei. Obstabit dicere, quod hæc ratio æqualiter procedit casu, in quo non adest negatio, cum manifestè constat Clericum, vel Ecclesiæ dominium habere in re à laico detenta: ergo cum eadem ratio militet, idem ius constitui debet, iuxta l. illud 32. ff. ad legem Aquiliam, l. a Titio 108. de verborum obligationibus: ac per consequens quamvis laicus non neget, eius iudex, non verò Ecclesiasticus adendus est. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, quia negandum est, æqualem esse rationem inter casum quo manifestè constat, bona esse Ecclesiæ, vel Clerici; & inter illum in quo Reus negat: quia in primo pro bonis ipsis adest qualitas privilegij, ex qua iurisdictione iudicis Ecclesiastici fundatur, ut de causa, etiam contra Reum laicum cognoscat: secus in secundo, ut in ratione decidendi retulimus. Neque obstabit si dixeris: quod ex illa Rei affirmatione, vel negatione non imatur actus rei qualitas, vel substantia, argumento text. in l. assumpo 6. ff. ad municipalem. Quia id intelligitur, quoties affirmatio, vel negatio est simplex, absque vlla probabili ratione: nam tunc nihil operatur, iuxta regul. text. in l. 1. in principio, ff. si cui plusquam per legem Falcidiam. Secus verò dicendum est, cum negatio sit debita cum ratione, iuxta veritatis factum: nam ea qualitate concurrente, manet res dubia, & ita procedit nostri text. decisio: notat Guttierrez lib. 3. practicarum, quæst. 9. num. 10.

6 Secundò obstat text. in cap. novit, de iudicio, c. duo sunt, 96. dist. In quibus iuribus constat Ecclesiasticam, & temporalem iurisdictionem, adeò distinctam esse, ut neque laicus de Clerico, neque Ecclesiasticus de laico cognoscat: ergo etiam si laicus non neget rem paritam Ecclesiæ, vel Clerici esse, apud secularem trahi debet. Cui difficultati occurritur ex eo, quia maximum extat discrimen inter Ecclesiasticum, & secularem Iudicem: nam secularis omnino incapax est, quoad Clericorum causas, Ecclesiasticus vero incompetens, quoad laicorum causas; sed eius incompetencia tollitur, & competens efficitur cum adest iusta causa, qualis est, quæ datur cum bona Clericorum, vel Ecclesiæ ab ipsis laicis detinentur, ut in specie nostri textus. Secus vero est dicendum, cum laicus negat; quia tunc adhuc extat Ecclesiastici iudicis incapacitas, ex rationibus supra adductis. Neque obstat si istes, quod adhuc negatione existente, Ecclesiasticus debet de rebus illis cognoscere, quia cum principaliter de personis Ecclesiasticis ei cognitio competat, consequenter etiam de eorum rebus, tanquam accessoriis debet

competere, arg. text. in cap. eos, 32. dist. l. 2. c. de Episcopis, & Clericis, cap. de prudentia 3. de donat. inter: Si quidem bona Ecclesiæ, & patrimonialia Clerici gaudent fori privilegio, cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitutionibus, c. non minus, c. adversus, de immunitate Ecclesiarum, cap. quamquam de censibus, lib. 6. Quia respond. facile, quod etsi ut verum, quod cognitio iudici Ecclesiastico competat, etiam quoad bona Clericorum, vel Ecclesiæ, tanquam illis accessoria, cum apud ipsum Clericum remanent; tamen cum à reo Convento negatur bona illa ad Clericum, vel Ecclesiam pertinere, sed sua esse probabiliter affirmat, id iam remanet sub dubio; ac perinde habentur, ac si secularia fuissent; & cum privilegium Ecclesiasticum cesset, iusta de causa eorum cognitio, negatione adhibita, ad laicum spectat, ut supra in decidendi ratione retulimus.

Tertiò obstat text. in cap. cum sit generale, cap. conquestus 18. hoc titulo, cap. si quis de potestibus, 24. quæst. 3. ubi constat, quod si laicus rem Ecclesiæ, vel Clerici detinet, etiam nulla obstante excusatione, apud Ecclesiasticum iudicem de rebus illis conveniri debet. Sed huius dubij, facilis est solutio, si dixeris, prædicta iura procedere in diversa specie, videlicet cum laici detinent per usurpationem, vel sacrilegium bona Ecclesiæ; cuius delicti causa eis nihil prodest negare, bona illa esse Ecclesiæ, vel Clerici; ac verò text. non ster procedit, cum non adest prædicta usurpatio; sed cum ob aliam quamlibet causam bona ad laicum pervenerunt: notat Doctor Balboa in commentariis ad hunc text. num. 13.

Ad textum in cap. Ex transmissa, 6. cap. verum, 7. hoc tit.

DE horum iurium sententiis (suprà diximus) in cap. de iuribus 5. de iudiciis.

Ad text. in cap. Cum sit generale, 8. cap. Conquestus, 16. hoc tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri possunt.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Unius Iudicis negligentia non sufficit, ut alius de extranea iurisdictione possit de causa cognoscere.
- 4 Data Iudicis secularis negligentia, devolvitur iurisdictione ad Ecclesiam.
- 5 Cognitio super sacrilegij crimine ad iudicem Ecclesiasticum pertinet privative.
- 6 Conciliatur hic textus cum cap. si Clericus laicum, isto tit.

C O N C L U S I O.

Malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri possunt. Idem probat text. in c. fin. de penis, lib. 6. c. ut Inquisitionis, 18. §. prohibemus, de hereticis, eodem lib. 6. cap. sunt quidam 39. 23. quæst. 5. cap. nulli cura segg. 12. quæst. 2. cap. sunt qui opes, 27. quæst. 4. cap. in canonibus, 16. quæst. 1. l. placet, l. si quis hoc genus, 10. c. de Episcopis, & Clericis, l. 2. & 4. §. mandatis, l. sacrilegij 6. & 9. ff. ad legem Iuliam Peculatus, l. 10. tit. 16. part. 3. l. 7. tit. 5. lib. 1. fori, exornant Petrus Gregorius lib. 33. Syntagmatum, cap. 14. Tibertius Decianus in praxi criminali, lib. 14. cap. 14. Olascus in Pedemontana decis. 103. numero 7. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. final. quæst. 37.

Menochius de arbitriis, casu 382. Bernard. Diaz in praxi, cap. 83. Navarrus in Adversariis, cap. 17. num. 95. plura, & plures refert Antonius Pichardus in manducationibus ad praxim, 2. part. precepto 4. num. 1.

Ratio est, quia quamvis iuris regula sit, Actorem forum rei sequi debere, dict. cap. si Clericum laicum, hoc tit. Et ea attentata laici malefactores coram seculari Iudice conveniri debent; tamen quia non ita recte Ecclesia remaneret, cum seculares Iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis essent negligentes, iusta de causa in favorem Ecclesiae introductum est, ut malefactores ipsi, qui sacrilegi sunt, à Rectoribus Ecclesiarum conveniri possent, quod ob Ecclesiae favorem fuit introductum, ut ei commodius satisfieri possit.

Primo adversus hanc nostri text. decidendi rationem deductam, ex versic. Quoniam seculares iudices, &c. Ex quo constat, idè Ecclesiasticum iudicem contra laicos malefactores posse procedere, quia seculares Iudices in exhibenda iustitia pro Ecclesiis solent esse negligentes. Obstat text. in cap. qualiter, & quando 17. de iudiciis. Vbi vnus iudicis negligentia non sufficit, ut alius de extranea iurisdictione possit recognoscere. Cui dubio, ut satisfaciamus adnotare necesse est, de decisionem textus in dict. cap. qualiter, & quando, procedere in iudice laico incapaci, quoad cognitionem rerum, & personarum Ecclesiasticarum; at verò textum nostrum in iudice Ecclesiastico, in quo deficientem incapacitate, sola illa Iudicis laici negligentia sufficiens est, ut quamvis aliàs non esset iudex legitimus, sed incompetens; legitimus, & competens deinceps, propter Ecclesiae favorem efficiatur, iuxta text. in cap. ceterum 5. de iudiciis, & cap. ex transmissa 6. hoc tit.

Secundò, obstat textus in cap. licet ex suspecto 10. cap. ex tenore 11. hoc titulo. In quibus iuribus constat, quod data iudicis secularis negligentia, poterit Ecclesia in omnibus causis procedere, etiam si causa non sit de sacrilegio; nec merè Ecclesiastica: ergo male in praesenti specialiter id est constitutum contra malefactores Ecclesiae tantum. Pro qua difficultate dissolvenda, adnotandum est, verissimum esse data Iudicis secularis negligentia iurisdictionem ad Ecclesiasticum iudicem devolui, dict. cap. licet ex transmissa, cap. ex tenore, hoc tit. Nam Ecclesia iurisdictionem, quam in habitu habet, ex iusta causa poterit ad actum reducere; & iusta causa dicitur, laici negligentia, ex dictis iuribus; at verò textus noster procedit in criminibus mixti fori. In quibus antequam Iudex secularis sit negligens, poterit Ecclesiasticus praevencionis iure cognoscere, ex textu nostro, cum similibus supra adductis.

Tertio, solutioni obstat text. in l. placet, l. si quis hoc genus, C. de Episcopis, & Clericis, cap. canonibus, 16. quest. 1. cap. nulli, cap. quacunque 12. quest. 2. cap. 1. & per totam 17. quest. 4. In quibus iuribus constat, quod etiam multo ante nostri text. decisionem, vterque Iudex de illis criminibus ad praevencionem cognoscere poterat. Sed huic difficultati resp. quod licet sacrilegij crimen olim etiam fuerit legibus civilibus punitum; cum tamen eius cognitio, & punitio ad Ecclesiam privatim pertinuerit, d. c. nulli, cum similibus supra adductis, & Ius Canonicum nunquam illis legibus consentiret, maxime ex defectu potestatis, nihil obstant, iuxta text. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, cap. qua in Ecclesiis, de constitut. & hac de causa necesse fuit, ut noviter in textu nostro eandem iurisdictionem laicis cumulativè concederet.

Quarto, obstat text. in cap. si Clericus laicum, hoc tit. Vbi constat, quod cum demum Iudex secularis admittitur, ut cognoscat de lite, in qua convenitur laicus super re Ecclesiae, videlicet cum negatur, quod res ipsa sit Ecclesiae, vel Clerici: ergo cum in praesenti non adsit haec negatio, sed constet rem esse Ecclesiae, nullo modo potuit Iudex secularis de illa cognoscere. Sed huius dubij facilis est solutio, si dixeris nostri text.

tu sententiam diversam esse ab illa, quae refertur in dict. cap. si Clericus 5. Nam ibi agitur de actione civili reali; in praesenti verò de criminali ob malefictum, vel violentiam, vel sacrilegium in Ecclesiam commissum, ut delinquentes puniantur; ac idè cum diversa sint, nihil contrarium statuisse videtur.

Ad textum in cap. Quod Clericis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 *Causa Clericorum secundum Iura Canonica, & non secundum consuetudines laicorum terminantur.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *Index Ecclesiasticus tenetur iudicare secundum laicorum consuetudines inter eos receptas, cum Canonice sanctionibus non sunt contrariae.*
Interpretantur text. in cap. cum venissent, 3. & cap. cum dilectus, 9. de fide instrumentorum, & cap. constitutus 8. de in integrum restitutione.
- 4 *Clerici ac Laici unum Corpus in Rep. efficiunt.*
- 5 *Iudex Ecclesiasticus legibus secularibus in defectum Ecclesiasticarum iudicare debet.*
- 6 *Domicilium non acquiritur ex sola commoratione in aliquo loco: sed spatium decem annorum aedificatur.*
- 7 *Explicatur textus in cap. super specula, 28. de privileg.*
- 8 *Causa feudales secundum feudorum consuetudines etiam inter Clericos decidenda sunt.*

CONCLUSIO.

CAUSA Clericorum secundum iura Canonica, non secundum consuetudines laicorum terminantur. Quae conclusio comprobari potest, ex textu in cap. decernimus, cap. novit, de iudiciis, cum iuribus ibidem traditis, cap. Ecclesia Sanctae Mariae, cum aliis, de constitutionibus, cap. consuetudo, 1. distinctione, cap. 1. cum ibi allegatis, de novi operis nuntiatione, cap. significasti, cap. si diligenti, cum aliis, hoc titulo, cap. Romana 3. 5. debet, de appellationibus, lib. 6. Glossa fin. in cap. 2. de delictis puerorum, & in cap. 2. verb. Lex, de arbitris, lib. 6. l. cum Clericis, C. de Episcopis, & Clericis, exornat Butrius in rubrica, de consuetudine, num. 3. & 12. Franckis decision. 283. & 411. Capicius decisione 98. Ducñas regul. 183. Menochius consil. 93. num. 29. Burgos de Paz in leg. 1. Tauri, num. 611. Christophorus de Anguiano in tractatum de legibus, lib. 2. controverfiar. 17. num. 101. Marta de iurisdictione, 4. part. Centuria 1. casu 19.

Ratio est, quia sicut laici non possunt leges condere circa Clericos, & Ecclesias, cum super illis nullam habeant iurisdictionem; sed maneat eos obsequendi necessitas, non imperandi autoritas, dict. cap. Ecclesia Sanctae Mariae; ita similiter non possunt circa illos consuetudinem introducere vim legis habentem, cap. consuetudo, 1. distinctione. Ne exinde videatur, quod id quod vna via prohibetur, altera admittatur, cap. tua, & ibi Glossa de Procuratoribus: idèque cum constitutiones Iuris Canonici, sint leges generales Clericorum, iusta de causa eorum causae debent secundum ius Canonicum terminari, dict. l. cum Clericis, C. de Episcopis, & Clericis.

Primo, obstat text. in cap. cum dilectus 9. de fide instrumentorum, ubi cavetur, quod iudex Ecclesiasticus tenetur iudicare secundum laici consuetudinem inter laicos receptam. Cuius textus difficultas, ex eo dissolvitur, quia consuetudo illa nihil repugnat Canonicis sanctionibus; neque personis Ecclesiasticis; idèque admittitur; cum neque in specie nostri textus excludatur alia similis, sed tantum asseritur iudicandum esse secun-

secundum Ius Canonicum; non verò secundum Consuetudinem laicorum, quæ Iuri Canonico contraria est: ita similiter est interpretandus *textus in cap. cum venissent 1. de eo qui mittitur in possess.* nam idem ibi in foro Ecclesiastico admittitur terræ consuetudo, quia nihil obstat Iuri Canonico, cum iusta & laudabilis fuerit, ut constat ex verbis illius *textus*, ibi: *Hoc etiam decernentes, ut consuetudinem, quam allegas, laudabilem esse constiterit*: Similiter etiam est interpretandus *textus in cap. constitutum 8. de in integrum restitutione*, versic. *Iuxta municipij Parrosinensis consuetudinem approbatam, &c.* Ex cuius decisione constat Iudicem Ecclesiasticum posse iudicium ferre in causis Clericorum secundum laicorum consuetudinem: nam consuetudo illa, ut *Retractus* admittatur in proximioribus consanguineis, in re extraneis vendita, æquitatem, & favorem circa omnes ipsius Reipublicæ cives utilitatem continet; neque Iuri Canonico est contraria; idem nihil mirum, quod secundum eam Clericorum causæ terminentur, & *Retractus* Clericis competat: nam Clerici quemadmodum, & laici, vnum Corpus in Republica indicantur, ut sic pariformiter gaudeant indulgentiis in communem utilitatem ipsi Reipublicæ concessis, notat *Menochius consil. 1000. Surdus 301. n. 7. Alvarus Velascus consultatione centesima, num. 1. Maria de iurisdictione 4. part. Centuria 1. casu 30. numero 8. cum sequentibus.*

Secundò prædictis obstat *textus in cap. 1. & 2. de novi operis nuntiatione, cap. si in adiutorium, 1. distinctione, cap. de causa possessionis, & proprietatis.* In quibus iuribus constat, iudicem Ecclesiasticum uti posse legibus secularibus, in defectum Ecclesiasticarum constitutionum: ergo & similiter consuetudine uti poterit, cum lex, & consuetudo pari passu ambulant, iuxta *textum in leg. de quibus, cum vulgaris, ff. de legibus.* Cui difficultati occurritur ex eo, quia etsi fateamur in defectum Iuris Canonici posse Iudicem Ecclesiasticum causas Clericorum iudicare secundum legem, vel consuetudinem laicorum à iure comprobata; tamen ex hoc nulla oritur repugnantia: siquidem *suprà* diximus *textum nostrum* accipi debere in casu, in quo adest Canonica lex, iuxta quam, non verò secundum laicorum consuetudinem terminari debet.

Terridè, adversus nostrum *textum* in versic. *Clerici commorantes, &c.* Ex quo constat, quod Clerici Parisienses ibi studiorum causa commorantes etiam in causis pecuniariis non subijciuntur iurisdictioni laicorum illius loci, sed Episcopi; & sic constat, quod ex sola illa studiorum habitatione domicilium contrahitur, ut illius Episcopi forum sortiantur. Obstat *textus in cap. dilecti filij 17. versic. Cum ibi, & ubi domicilium habet, &c. cap. fin. hoc titul. cap. Romana, §. nec etiam, hoc titulo. lib. 6. l. hares absens, ff. de iudiciis.* In quibus iuribus constat solam commorationem effectum non sortiri, ut quis domiciliarius dicatur, & in studiorum commoratione expresse docet *text. in l. lex Cornelia, §. domum, ff. de iniuriis*: siquidem spatium decem annorum desideratur, l. 2. *Codice de incolis lib. 10. cum sola habitatione quis non fiat incola, l. L. verus, §. sola, ff. ad municipalem*: ergo cum in Parisiensi Civitate scholaris Clericus ex sola domicilij habitatione, illud non contraxerit, non erit cogendus ibidem respondere: nisi ad hoc sui proprii Episcopi accedat licentia, *dist. cap. 1. hoc titul.* Sed huius difficultatis nodus ex eo dissolvitur, quia *textus noster* specialiter debet accipi in Clericis Parisiis commorantibus, ut possent conveniri, & convenire coram Episcopo Parisiensi, etiam laicos, quia ibi Episcopus habet temporalem iurisdictionem: siquidem gerit vicem Comitum; ac idem prædictorum Clericorum causæ, non secundum laicorum consuetudinem, sed secundum Canonicas sanctiones terminari debent.

Quartò, prædictis obstat *text. in c. super specula 18. de privilegiis*, ubi extat, quod in Parisiensi Provincia, de qua nos loquimur, ut ex eius integra constat,

causæ omnes non expediuntur secundum Ius Canonicum: siquidem supponit quod rarè causæ Ecclesiasticæ occurrunt, quæ non valeant Canonicis statutis diffiniri; & sic insinuat, quod si temporales fuerint, secundum leges Regni debeant terminari; & etiam quod inter Ecclesiasticas sunt plures, quæ aliter quam Iure Canonico decidi possunt, ponderando verbum illud, *Rarè*, quæ dictio, plerumque, & non semper significat; notat *Calvin. Lexicon. iuris, litt. R. verb. Rarè.* Sed huius *textus* difficultas explicata manebit, si attendamus verba illa: *Et occurrunt rarè Ecclesiastica causa tales, quæ non possint statutis canonicis expediri, &c.* nullatenus indicare, quod aliquando causæ contra Canonica Statuta terminentur; sed solum quod rarè poterit casus contingere, qui ex eisdem statutis terminari non possit, quasi dixerit, quod cum Ius Canonicum aded generale sit: ut iuxta illud quodlibet iudicium expediatur, non erit opus, leges Imperatorum in illis causis, & præcipuè Parisiis, exercere, tamen enim fateamur causas occurrere posse, quæ secundum leges diffiniri valeant; id accipiendum est subsidiariè, in defectum Iuris Canonici, non verò contra illud (ut *suprà* diximus) nam Canonico Iure deficiente, causa decidenda est, iuxta Consuetudinem loci ubi contractus est celebratus, l. si fundus 6. ff. de evictio. l. 3. *Cod. ad officium privatis*: secus verò cum Ius Pontificium extat, ut in specie nostri *textus*: nam tunc laicorum Consuetudo non admittitur.

Quintò obstat *textus in cap. ex transmissa, 6. hoc tit. cap. ceterum, §. ne iudicium.* In quibus iuribus constat, quod cum Clericus agit contra laicum, vel laicus contra Clericum super feudo causa illa, non secundum Ius Canonicum; sed iuxta feudorum consuetudinem decidenda est. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur, quia quamvis in causis feudalibus etiam contra Clericum, iuxta consuetudines feudorum procedi valeat; tamen ex eo non infertur, quod in illis non fiat iudicium secundum Ius Canonicum; cum satis Ius ipsum observetur in eo, quod iuxta eandem consuetudinem causæ illæ decidentur, cum ab eodem Iure Canonico peculiari ratione id fuerit introductum, *dist. cap. ceterum §. de iudicio.*

Ad *textum* in cap. Ex suscepto, 10. cap. ex tenore, 11. hoc tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Ob negligentiam Iudicis secularis in administranda iustitia adiri potest index Ecclesiasticus.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Laicus ob negligentiam Iudicis Ecclesiastici Index competens esse non potest.
- 4 Metropolitanano negligente in exhibenda iustitia, extrajudicialiter suppleri potest eius negligentia per Regem secularem.
- 5 Explicatur *text.* in cap. 2. de Regularibus, & cap. si quis cum Clerico 11. quæst. 1. authent. de Sanctissimis Episc. §. si quis autem.
- 6 Appellatio ad proximum Iudicem immediatum interponi debet.
- 7 Appellatio gradatim, & non omisso medio interponenda est, nisi respectu Summi Pontificis.
- 8 Index Ordinarius, si recusatur non removetur in totum, sed ei datur adiunctus, & ibi explicatur.

C O N C L U S I O.

Propter negligentiam Iudicis secularis, si parsibus iustitiam succere distuleris, poteris adiri index Ecclesiasticus. Idem probat *text. in cap. ex transmissa 6. cap. cum contingat 13. hoc titul. cap. Romana*, cum aliis de sup-

plenda negligentia Prælatorum, lib. 6. c. Romana, de appellat. eodem lib. c. quia non est verisimile, de præsumptionibus, c. deputat, de appell. Glof. verb. Pacifica, & Glof. verb. Pater, in c. final. de officio Ar. biniacomi, c. ment. na. pastoralis, in fin. verf. Nos autem: de sententia, & re iudicata, Extravagans unica, Joannis XXI. verf. Sane sede vacante, l. 1. ff. de albo sericendo, l. 1. & final. Cod. de emancipationibus liberorum, si defunctus, ar. iur. aut. l. cum de indebito, ff. de probationibus, illustant Covar. in practici, c. 6. n. 1. Barbosa in leg. 1. ff. soluto matrimonio, num. 49. Bobad. in po. 1. lib. 2. c. 17. n. 106. Augustin. Barbosa in c. pastorali, part. tit. 3. c. 20. num. 34. Roderic. de Acuña in cap. quisquis, 3. 83. distin. Menoch de recuperanda reme. 4. 9. 5. & retinenda, remed. 3. num. 356.

2 Ratio est, quia Iudici Ecclesiastico, etiam temporalis potestas competit, inter seculares Iudices data eorum negligentia: nam ad evitandum peccatum, Iudex Ecclesiasticus iurisdictionem, quam in habitu erga laicos habet, poterit iusta interveniente peccati causa ad actum reducere, c. novit. de iudicis; ac ideo cum laicus remissus in iustitiæ administrationem, peccatum committat, iusta de causa poterit in defectum Iudicis secularis, laicus eorum Ecclesiastico conveniri; cum novum non sit, quod propter Iudicis negligentiam amittatur iurisdictione notant omnes in cap. per tua, de sententia excommunicationis, Abbas in cap. ex transmissa, hoc titulo num. 7.

3 Primò, obstat, dicere, quod si ratio supra adducta, esset vera, sequeretur quoddammodo converso propter Iudicis Ecclesiastici negligentiam posset secularis inter Clericos iustitiam exercere ne pereat, ut in decidendi ratione retulimus, cum utroque in casu de publica utilitate agatur, cui expedit ne lites differantur, & jus suum unicuique tribuatur, l. præperandum, l. 1. §. fin. autem, cum vulgatis, c. de iudicis; sed laicus Iudex non potest Ecclesiastici negligentiam supplere; ergo nec Ecclesiasticus secularis. Sed huic difficultati ut satisfaciamus, meminisse oportebit discrimen versari inter Ecclesiasticum, & secularem Iudicem: nam secularis omnino est incapax respectu laicorum, qui tantum incompetens est; & iusta subsistente causa, hoc est peccati, competens efficitur, dist. cap. novit, de iudicis, & licet iurisdictiones illæ distinctæ, & separatæ sint, c. verum 6. cap. duo, 10. & 11. 96. distin. cap. si ita, de maiestate & obedientia, tamen ex rationibus supra adductis, negligentia secularis poterit per Ecclesiasticum suppleri: non verò è converso: siquidem laicos manet obsequendi necessitas: non vero auctoritas impetandi, c. bene quidem, 96. distin. c. laicus, 16. quæst. fin.

4 Secundò, prædictis obstat text. in c. filijs, vel neposibus, 16. q. 7. verf. Si autem. Ex cuius decisione constat, quod si Metropolitano fuerit negligens in exhibenda iustitia, poterit Rex seu secularis Iudex supplere. In cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus, traditis à Turretemato, ibid. Marta de iurisdictione, 2. part. c. 14. verissime est dicendum, textus illum procedere non in cognitione iudiciali, qualis est illa, quæ Regibus competit per viam violentiæ, ut sup. diximus in c. 2. de iudicis. Neque solutioni obstat text. in cap. 2. de Regularibus, ubi non tantum extrajudicialiter, sed iudicialiter etiam ad Principem recurritur, quia recursus ibi, non ad Principem, sed ad Pontificem datur: nam Pontifex, Princeps etiam appellatur; notat Glossa verbo: Ad Principem, in dist. cap. 2. Neque similiter obstat text. in cap. si quis cum Clerico, 11. q. 1. Authentico, de sanctissimis Episcopis, §. si quis autem. Ex quibus iuribus constat, quod si Episcopus inter Clericos noluerit litem dirimere; tunc illius causæ disceptatio ad civilem Iudicem devolvitur; quia text. ille est desumptus ex corpore Authenticorum titulo. Vt Clerici apud proprios Episcopos, dist. paragra. pho, si quis autem, quæ omnia iura ex defectu iurisdictionis non litigant Ecclesiasticos, dist. c. Ecclesia Sancta Maria.

6 Tertio adversus nostrum textum verf. Liceat tamen, quatenus ibi constat, quod etiam si secularis Iudicis non

detur negligentia poterit laicus ab eo gravatus ad Episcopum, vel Pontificem appellare. Obstat principium illud quo docemur, quod appellatio præcisè interponi debet ad proximum, & immediate Iudicem superiorem hoc est, si à Iudice seculari, ad immediate Iudicem secularem, l. 1. & per totum tit. ff. quis & à quo appellatur. Quod adeo verum est, quod etiam si temporalis iurisdictione Archiepiscopo à Rege sit concessa, ab eius sententia non ad Archiepiscopum, sed ad ipsum Regem appellandum est, c. Romana 3. §. debet, de appellationibus, lib. 6. Cuius dubio occurritur ex eo, quod etiam fateamur iura in argumento adducta, & eorum sententiam verissimam esse; tamen cessat in specie nostri textus; quia procedit in casu, quo negligentia secularis extet, præcipue cum vacante impetio, recto ordine Episcopus, vel Pontifex superior dicitur: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: Hoc præsertim tempore, quo vacante imperio ad Iudicem secularem recurrere nequeunt, &c.

Quarto, adversus nostrum textum verf. Ad nostram si mulierem Audientiam appellare, &c. Ex quo constat posse partem gravatam, ad eius libitum, ad Pontificem appellare. Obstat text. in l. Imperatores 12. ff. de appellationibus c. dilectis 60. eodem tit. cap. Romana, cum suis §. §. eodem tit. lib. 6. in quibus iuribus constat, quod appellatio gradatim, non omissis medio debet fieri. Quæ difficultas parum obest si dixeris, quod quamvis sit verum, quod appellatio gradatim debeat fieri, tamen id cessat respectu Summi Pontificis, qui cum totius orbis ordinarius sit Iudex, ægitimè poterit de quacunque appellatione, omissis medio cognoscere, ut inferius dicemus in c. siebus 7. de appellationibus.

Quinto, adversus nostrum textum in verf. Si verò, quatenus Innocentius asserit, quod cum recusatur secularis Iudex, ad Episcopum, vel Iudicem, pro administratione iustitiæ recurrendum est. Obstat text. in authentico, si vero, Cod. de iudicis. Vbi habetur, quod cum Iudex ordinarius recusatur, non removeretur in totum à causæ cognitione; sed ei datur pro Adiuncto Archiepiscopus, vel Episcopus ipsius loci, ut simul cum eo iudicium expediat. Cuius dubio verissime dicendum est, quod text. noster loquitur specialiter in casu quo concurrunt requisita supra adducta, hoc est, vel cum datur defectus iustitiæ in seculari Iudice, vel cum impetium vacat: nam aliàs obsecrari debet jus commune, ut infra dicemus in c. cum speciali 61. de appell. quæ interpretatio deducitur ex text. nostro, in verf. Licet, in princ. & in fin. ibi: Sicut superius est expressum, &c.

Ad textum in capit. Ex tenore, 1. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Vidua laicum convenire potest super causa Ecclesiastica, vel in defectum Iudicis secularis, coram Iudice Ecclesiastico.
- 2 Ratio assignatur. Præ iudicium semper intelligitur concessum absque Tertij præiudicio ibi.
- 3 Explicatur textus in capit. nupes, 6. de donatione inter.
- 4 Mulier an dotem exigere possit apud Iudicem Ecclesiasticum. Explicatur text. in c. in literis, 5. de pignoribus.
- 5 Vidua an possit trahere laicum ad forum Ecclesiasticum, & num. 6. Explicatur text. in c. ex parte 15. hoc tit. & c. super quibusdam, 26. §. fin. de verbor. sign.
- 6 Explicatur text. in cap. 1. §. 7. dist.

CONCLUSIO.

Vidua laicum coram iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum iudicis secularis. Quae conclusio comprobari potest ex omnibus iuribus, & rationibus in precedenti c. adductis, & ex text. in cap. nuper, 6. de donat. inter, c. ex literis, 5. de pignoribus, c. ex parte, 15. hoc tit. c. super quibusdam, 16. §. fin. de verb. signific. cap. 1. 87. distinctio. cap. causam qua, 7. qui filii sine legitimi, cap. Regum officium, 23. q. 5. serem. cap. 7. l. mulum 142. §. viduam, ff. de verb. signific. l. 1. C. quando Imperator inter pupillum, & viduam, l. 20. tit. 23. part. 3. l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. Recopil. illustrant Covar. in practica, c. 6. num. 2. Menoch. de arbitrariis, lib. 1. casu 66. Marta de iurisdictione 1. part. cap. 21. Doctor Ioannes del Castillo lib. 3. controversiar. cap. 23. Franchis decisio. 178. num. 8. Trentacing. libr. secundo, resolution. 2. Schifor tracta. in quarto, quassio. 3. Osualdus ad Donellum libro 17. littera X.

Ratio est, quia quamvis vidua reputatur miserabilis persona: ita ut habeat fori electionem; tamen id non ita regulariter procedit, ut possit iudicem Ecclesiasticum adire in casu quo negotium mere temporale, & profanum est, nec adest negligentia in iudice seculari: nam aliàs privilegium illud esset damnosum adversario, ut constat ex text. nostro verbi. Nos igitur, si quidem privilegium semper concessum intelligitur, absque Tertij præiudicio l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. 2. Cod. de precibus Imperat. & cum laicorum intersit, quod non extrahantur à iurisdictione seculari cui subiecti sunt, & laicus iudicis etiam iniuria afficiatur, cap. novit 13. de iudicis, cap. cum sit generale, hoc titul. idè electio fori viduis non competit, licet eis subveniatur, ut omisso medio, etiam in prima instantia Principem adeant.

Primò obstat text. in cap. nuper. 6. de donacionibus inter, ubi mulier in iudicio Ecclesiastico pro petitione dotis admittitur, & tamen constat ibidem causam esse mere temporalem; neque iudicem secularem negligentem in exercenda iustitia fuisse. In cuius textus difficultate interim, dum alia occurrant, dicendum arbitror, quod dum textus supponit viduam posse pro illa dotis petitione iudicem Ecclesiasticum adire, intelligi debet servatis servandis, & terminis habilibus suppositis: id est, concurrentibus qualitatibus nostri text. quod fieri omnino necesse est, ne detur iurium contrarietas, & correctio, argum. text. in cap. cum expediat de election. lib. 6. siquidem in omni dispositione verba quantumcunque generalia ad causas habiles reducenda sunt, l. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesia: nam alias confunderentur iurisdictione Ecclesiastica, & seculari, quod admitti non debet, notat Roland. à Valle conf. 59. vol. 4.

Secundò, obstat text. ex c. ex literis 5. de pignoribus, ubi mulier, cuius maritus absens est; ac idè pro vidua reputatur, eius dotem coram Ecclesiastico Iudice exigere potest. Sed huius dubij solutio in promptu est, & deducitur ex mente, eiusdem text. nam idè ibi mulier pro dote coram Ecclesiastico iudice agere poterat, quia ei nullum remedium coram iudice seculari supererat, ut posset dotem recuperare; cum à Rege iustitiaro capta, & spoliata minus iuste esset: ut constat in principio textus; siquidem bona omnia, ex quibus dotem haberet, de mandato eiusdem iustitiaro penes fratrem sui mariti, & alios extiterant, & cum non posset aliter iustitiam consequi, nihil mirum, quod ad Ecclesiasticum Iudicem eam, quo in casu ob defectum iustitiae Iudicis secularis, temporalis iurisdictione Ecclesiastica etiam circa temporalia competit, ut constat ex text. nostro, & ex his quae supra retulimus.

Tertio obstat text. in cap. ex parte 16. hoc tit. cap. super quibusdam, 16. §. fin. de verb. signific. ubi expressè cavetur, quod eo ipso, mulier vidua sit, poterit trahere laicum ad Ecclesiae forum, etiam si causa mere temporalis sit. In quorum iurium difficultate verissimè est dicendum, idè

in illis iuribus id admissum fuisse, quia vidua illa similiter oppressa, & spoliata fuerat, qua de causa rectè potuit remedium ab Ecclesiastico iudice petere, ut restitutionem consequeretur: locus verò esset, si qualitas ipsa deficeret; quia tunc decisio: nostri text. observari deberet notat Glossa in presenti verbo in iustitia: nam quamvis verba text. in d. c. 16. §. fin. generalia sint, ita quod non videantur limitati ad oppressionem; illa tamen referuntur ad alia iura similiter statuta; siquidem juxta eorum sententiam interpretari, & intelligi debet omnis commissio delegata, circa viduarum causas: notat Covar. in pract. cap. 6. num. 1. Marta de iurisdictione, 2. part. cap. 21. num. 1.

Quartò obstat text. in cap. 1. 87. distinctio. ubi expressè cavetur, quod omnes causae ad viduas spectantes Episcoporum iudicio exequi possunt. Sed huius dubij solutio facilis erit, si dixeris, quod dum iura illa insinuant causas viduarum exequendas esse per Episcoporum iudicium, intelligi debent, non quoad iurisdictionem, de qua text. noster loquitur; sed tantum quoad protectionem, si ve patrocinium, quod Ecclesia velut pia mater affectuose præstat omnibus miserabilibus personis, in quibus viduae comprehenduntur: notat Glossa in presenti, verb. In iustitia: & Glossa verb. Pauperem, in capit. significantibus de offic. delegati. & de cæteris dubiis parum obstantibus videndum est Abbas in presenti, num. 6.

Ad textum in cap. Si diligenti, 12. hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus non potest sibi constituere iudicem laicum etiam cum iuramento, & de consensu alterius partis.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Privilegio pro se introducto quilibet renuntiare potest. Explicatur ibi, text. in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, §. n. 4.
- 4 Renuntiare an possit privilegio cap. Odoardus, de solut.
- 5 Maritus renuntiare non potest privilegio ne conveniatur ultra quam facere potest.
- 6 Explicatur text. in l. si quis creditor 90. ff. de pact. & l. quamvis 21. ff. de in ius vocand.
- 7 Mater non potest renuntiare privilegio, ne à filiis conveniatur ultra quam facere potest.
- 8 Explicatur text. in Auth. ut sine prohibitione matres, §. quia verò, collat. 7.
- 9 Beneficium Senat. Consulti Velleiani mulieribus est concessum ob earum fragilitatem; & an renuntiare possit? Et quid in beneficio S. C. Macedonian. & quid in Edicto Adilitio? numer. 10. & in prescriptione? ibi remissivè.
- 11 Explicatur text. in c. cum contingat, de iureiur. & c. quamvis pactum, de pact. in 6. & auth. Sactamenta puberum, C. si adversus vend.

CONCLUSIO.

Clericus non potest constituere sibi Iudicem laicum, etiam si proprium iuramentum, & adversarij consensus accedat. Comprobat text. in l. 2. cap. novit, de iudicis, cum ibi traditis: cap. 2. cap. si quis contra Clericum, 4. cap. significasti, cum aliis, hoc tit. c. contingit, 36. de sententia excommunicati, c. inolita 42. c. placuit 43. 11. quass. 1. l. generaliter, autben. statuimus, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. gravem, de excessibus Pralatorum, cap. 1. hoc titul. libr. 6. l. nullus, et primero, & el segundo, 9. quass. 2. l. sanctimus,

imus, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, l. si quis 34. C. de Decurionibus, lib. 1. c. l. vestigalia, C. de vestigialibus l. ius publicum, l. iurisdictionum 7. §. si paciscar, ff. de pactis, l. 12. tit. 22. part. 3. l. 57. tit. 6. part. 1. l. 27. tit. 34. part. 6. illustrant Covarr. in cap. quamvis, 2. part. in princip. num. 3. Anastasius Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 13. Guttierrez de iuramento, 1. part. cap. 16. num. 50. Gironda de privilegiis, quest. 38. num. 127. Scaccia de iudicio, lib. 10. cap. 11. num. 33. Bonacina de contractibus, disputation. 3. quest. 1. puncto 1. num. 1. Villalobos in summa 2. part. tractatu 19. difficult. 12. num. 5. Anton. Faber in Rationali, ad text. in l. ius publicum ff. de pactis, cum traditis à D. Balboa, in commentariis ad hunc text. quest. 1. cum seqq. Osualdo ad Donel. lib. 17. cap. 20. list. X. & T.

Ratio est, quia hoc privilegium ab eius origine ab ipso Christo concessum videtur omni statui Clericali quatenus specialis familia Christi censetur; & sive sit eadem mediata à iure divino, sive sit immediata à iure divino, mediata à Iure Canonico; adeo perpetuum & immutabile est, quod neque ab ipsis Clericis renuntiari possit; & sicut inviri ad secularia tribunalia trahi non possunt, ita neque volentes, quia renuntiatio ipsa esset iniusta, & sacrilega statui Religioso, & Ecclesiastico contraria, cum potius ob Christi honorem, & publicam utilitatem, quam hominum commodum sit indultum, ne Clerici, qui divina tractant secularia iudicia subeant, cum ignominia, & dedecore totius ordinis Clericalis, argum. text. in cap. 1. ne Clerici, vel Monachi, ideoque cum privilegium illud sit immutabile, & ob publicam utilitatem toti Collegio Ecclesiastico concessum, nihil mirum, quod privatorum conventionem renuntiari non possit, dict. l. ius publicum, ff. de pactis.

Primo obstat vulgare illud axioma quo docemur, quod quilibet privilegium pro se introductum ad libitum renuntiari potest, l. si quis in conscribendo, C. de pactis, cap. ad Apostolicam, de Regularibus, cap. quem periculosum, 7. quest. 1. Sed hoc exemptionis privilegium concessum est in Clericorum favorem, cap. 2. de iudiciis: ergo ab illis ad libitum renuntiari poterit, d. l. si quis in conscribendo, siquidem beneficium invito non conceditur, l. index, ff. de minoribus, l. invito 69. ff. de rebus iuris. Sed huic dubio responderi debet; quod argumentum illud rectè procedit, si privilegium illud tantum fuisset concessum Clericis ut singulis, ob privatum eorum favorem; sed cum in specie nostri text. constet, Clericis non fuisse concessum; sed eorum statui ob publicam utilitatem, ut in decidendi ratione diximus; nihil mirum, quod ab eis renuntiari non possit. Neque obstat simile, in d. l. fin. C. de pactis, & in l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis & Clericis, ubi agitur de eadem specie, de qua in textu nostro, & tamen Clericis permissum est privilegium illud renuntiare. Quia dupliciter responderi potest: Primo, quod iura illa procedunt non in privilegio generali toti Collegio Ecclesiastico concessio; sed in particulari aliquibus in certa Provincia existentibus, arg. text. in c. allesti 17. hoc tit. Vel aliter dici poterit, prædictas leges Cæsareas esse, ac ideo respectu Clericorum ex defectu potestatis non valere, ac penitus abrogatas esse per Pontificias constitutiones ut in specie nostri text. expressè cavetur; similiter est interpretandus text. in c. omnis, §. hac si quis 11. quest. 1. l. si quis, cum aliis, C. de Episcopis, & Clericis: nam licet ibi proponatur Imperatorem quoddam privilegium Ecclesiasticum revocasse, id supponitur de facto, non de iure à Principe fuisse factum; nam cum privilegia illa nondum à Pontifice fuissent comprobata; sed solum permissa: rectè per contrarium usum, vel contrariam voluntatem ab eodem Principe mutari poterunt.

Secundo obstat dicere, quod privilegium traditum in cap. Odoardus, de solutionibus, videlicet, quod Clerici conveniantur in id, quod facere possunt, est concessum toti Collegio Clericali propter publicam

utilitatem, ne mendicare cogantur in opprobrium totius status Clericalis, ad exemplum armatæ militiæ, notat Glos. in l. miles, ff. de re iudicata, sed miles poterit hoc privilegium renuntiare, l. penultima, C. de pactis, vel. Propter cingulum militiæ; ergo similiter Clericus poterit privilegium iurisdictionis, & text. d. c. Odoardus; cum utrunque toti Collegio Clericali sit concessum. Sed huic difficultati satisfieri poterit ex rationibus supra adductis. Neque repugnat text. in d. l. penultima, C. de pactis, quia licet sit verum, quod miles armatæ militiæ renuntiare possit privilegio illi, ut non conveniatur nisi in quantum facere possit: non inde sequitur, Clericum, id etiam posse; quia ratio discriminis est; nam in privilegio militis ius publicum principaliter non attenditur; sed solum in consequentiam: At verò privilegium, nostri text. & illius cap. Odoardus, principaliter respicit ius publicum; ac ideo à Clericis renuntiari non poterit.

Tertio prædictis obstat dicere, quod privilegium ne maritus conveniatur, nisi in id, quod facere potest: generaliter omnibus maritis ob publicam utilitatem, & maritalem reverentiam, & societatem est concessum, l. alia, §. eleganter, ff. soluto matrim. sed hoc privilegium renuntiari poterit, l. si quis creditur, 50. ff. de pactis: ergo & similiter illud Clericorum. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur, quia verissime est dicendum, maritum privilegio illi renuntiare non posse, d. §. eleganter: nam licet privilegium illud privatum mariti utilitatem respiciat; tamen fundatur in reverentia mariti, tanquam Capiti debita, & renuntiatio illa si admitteretur, esset contra bonos mores, cum exinde pietas naturalis, & capitalis reverentia everteretur; ideoque tanquam bonis moribus contraria non admittitur, arg. text. in l. pacta: C. de pactis: nam iuri reverentiæ nemo renuntiare potest, l. fin. C. de bonis libertorum. Neque obstat text. in d. l. creditor, 60. quia non loquitur de societate maritali, sed de alia sociorum: quo in casu, cum ad speciale socij commodum privilegium illud spectet, nihil mirum, quod renuntiare possit, arg. text. in l. sunt qui 61. ff. de re iudicata. Neque prædictis obstat text. in l. quamvis 11. ff. de in ius vocando, ubi constat, quod si Patronus, sine venia in ius fuerit vocatus, & sponte compareat in iudicio nulla pena imponitur liberto: ex cuius decisione constat, Patronum privilegium, quod sibi ob naturalem reverentiam est concessum, l. 2. C. de in ius vocando, renuntiare posse; ergo cum eadem reverentiæ ratio in marito, extent, dicendum videtur renuntiare posse. Quia omiſſa interpretatione, quam refert Alciatus in d. l. fin. C. de in ius vocando, num. 4. Decius in d. l. 2. C. eodem, num. 10. Barboſ. in d. l. alia, §. eleganter, ff. soluto matrimonio, num. 18. Verius dicendum est, quod in d. l. quamvis, non probatur; quod si libertus Patronum in ius sine venia vocaverit, & postea pœnituerit, & actionem non remiserit, evitat pœnam: nam etsi regulariter semel vocato patrono sine venia, delictum, sit commissum, & post consummationem delicti pœnitentia nihil proſit ad evitandam pœnam, l. 1. §. si quis rem, ff. depositi, l. si ea mente, ff. de furtis, tamen hoc speciale est in specie text. in d. l. quamvis, ut propter pœnitentiam liberti, liberetur Patronus à molestiis iudicis, propter quas prædicta pœna fuit imposita, notat Bart. in dict. l. quamvis, num. 1. Alexander in l. ubi pactum numero, C. de transaction. Alciatus in l. fin. num. 4. C. de in ius vocando, de qua re videndus est Decius in l. 2. C. de in ius vocando, num. 10.

Quarto prædictis obstat text. in Authent. vi sine prohibitione matres, §. quia verò, collation. 7. ubi matri permittitur renuntiare omni legum auxilio: ergo ei licet renuntiare privilegio, ne conveniatur à filiis ultra quam facere possit, quod ob reverentiæ rationem ei est indultum, l. Patronus, ff. de re iudicata. Sed huic dubio responderetur facile, videlicet; nam cum hoc privilegium detur ob reverentiam, quam filij præstare debent parentibus, l. veluti, ff. de instituta, & iure, non poterit

poterit à matre renuntiari, argument. *text. in dict. l. alia, §. eleganter ff. soluto matrimonio.* Neque obstat *dict. §. quia veto, collat. 7.* quia sub illa clausula generali, omni le-
 8 *gum auxilio, &c.* non continetur privilegium reveren-
 tiae ob publicam utilitatem indultum; notat Covar-
 ruias libro secundo, variarum, capit. 1. numer. 3. & in
 cap. quatuordecim, 2. part. in principio, numer. 7. Matien-
 go, in l. 10. titul. 3. libr. 5. Compilationis, gloss. 1. num. 3.
 & de interpretatione ad *text. in l. ad egregias 15. ff. de in-
 reudando, & capit. 2. de iudicijs lib. 6.* plura dicemus in ti-
 tul. de testibus cogendis: & pro interpretatione ad tex-
 tum in *l. Medicos, C. de professoribus, lib. 10. & l. 4. titul. 2.
 lib. 6. Ordinamenti,* videndus est Tiraquellus de Nobili-
 tate, cap. 20. num. 30. Gutierrez de iuramento, 1. part.
 cap. 16. num. 12. Garcia de nobilitate, gloss. 6. in principio,
 num. 18. Covarruias in *dict. cap. quatuordecim, 2. part. in prin-
 cip. numer. 8.* Doctor Balboa in commentarijs ad hunc
text. quast. 5. per totam.

9 Quintò obstat dicere, quod beneficium Senatus Con-
 sulti Velleiani mulieribus est concessum propter pu-
 blicam utilitatem, & earum fragilitatem, leg. 1. & per
 totum tit. ff. ad Senatus Consultum Velleianum, sed huic
 privilegio renuntiari potest, *libemus 21. Cod. ad Sena-
 tus Consultum Velleianum, dict. Authent. ut sine prohibi-
 tione, §. prater a igitur, collation. 7.* ergo similiter il-
 lud exemptionis Clericorum renuntiari poterit. Sed
 hæc difficultas similiter dissolvitur ex supra traditis in
 decidendi ratione: nam Velleiani privilegium diversa
 ratione mulieribus, quam privilegium Clericorum eis-
 dem conceditur: nam illud specialiter propter earum
 favorem est concessum, secundariò tamen vertitur in
 publicam utilitatem: ideòque poterit ab illis renuntia-
 ri: secus hoc Clericorum, nam præcipue, & principaliter
 ob publicam utilitatem toti Collegio est concessum, ut
 sæpe supra retulimus.

An filiusfamilias possit renuntiare beneficio Senatus
 Consulti Macedoniani, videndus est Gomezius de con-
 tractibus, c. 6. num. 2. Menacha de successorum creatione,
 lib. 3. §. 18. num. 51. Gutierrez de iuramento confirmatorio,
 lib. 3. §. 18. num. 51. Fachineus lib. 2. controversiarum, cap. 62.
 1. part. cap. 43. Doctor Balboa in commentarijs ad *text. in cap. 1. hoc titul.
 quast. 1.* Et similiter an valeat pactum, ne de Adilitio
 10 Edicto agi possit videndus est Antonius Faber in Ra-
 tionali ad *textum dict. l. pacifici, ff. de pactis,* & Cujacius
*ibidem, Bartolus in l. quod si nolit, §. si quid ius, ff. de Adi-
 licio Edicto,* & an præscriptioni renuntiari possit? vi-
 dendus est Doctor Balboa in *dict. cap. 1. hoc titul. quast. 2.
 Et similiter, an pactum contra publicam utilitatem
 admittatur? videndus est text. in l. Imperatores, ff. de pa-
 ctis. Cui obstat text. in l. 5. Cod. de usuris. Et similiter est
 videndus text. in Linter 42. ff. de pactis: cui obstat *l. Epi-
 stola, §. pactum, ff. eodem, & l. si unus 27. cum l. iurisgen-
 tium 7. §. 17. ff. eiusdem titul. Et similiter adversus deci-
 sionem text. in dict. l. si unus 27. §. 48. obstat text. in l. 17.
 in princ. eiusdem tit. & l. ius adgnationis 34. eiusdem tit. ff. de
 pactis, videndus est etiam text. in l. ut in iurandis, ff. de ope-
 ris libertorum, & text. in l. 5. §. Julian. ff. de administratione tu-
 torum: cui obstat text. in l. 9. & 10. ff. de liberatione legata, l.
 Campanus l. Cerdonem, ff. de operis libertorum, quæ omnia
 iura omitto, ne hoc opus fastidiosum videatur.**

11 Sextò adversus ultimam nostræ conclusionis partem,
 quatenus asserit renuntiationem illam non valere,
 quatenus iuramentum intetveniat: obstat text. in c.
 cum contingat 28. de iurciurando, cap. quatuordecim, de
 pactis lib. 6. Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vendi-
 tionem. In quibus iuribus constat, quod etiam si actus
 re se sit prohibitus, & invalidus; tamen iuramento ad-
 hibito efficitur validus: ergo quamvis renuntiatio fori
 simpliciter facta non valeat, tamen adhibito iura-
 mento valere debet. Cui difficultati occurritur ex eo,
 quod iura in argumento adducta procedunt, quando
 actus sunt prohibiti, præcipue & principaliter ob pri-
 vatam utilitatem; secundariò tamen in favorem Rei-
 publicæ: quo in casu actus illi renuntiabiles sunt; &
 iuramento confirmari possunt: At verd *text. noster pro-*

cedit in renuntiatione fori Ecclesiastici, quæ admitti non
 potest, etiam adhibito iuramento; quia ob publicam vei-
 litatem toti Collegio Clericali est concessum: nam aliàs
 iuramentum illud esset contra iustitiam, & bonos mo-
 res, cum exinde tota Ecclesiastici iurisdictio laderetur:
 de qua re plura dicemus in *cap. cum contingat, de iurciurando.*

Ad textum in capit. Cum contingat, hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici coram suo Episcopo conveniri debent, & non co-
ram ijs quibus serviunt, nisi consuetudo, vel privilegium
aliud inducat.
- 2 Ratio assignatur.
Privatorum iurisdictio non datur ei, qui nulli præest iu-
dicio.
- 3 Magistris habent iurisdictionem in suos scholares.
Expenditur text. in auth. habita, Cod. ne filius pro
patre.
- 4 Explicatur text. in c. fin. de offic. Archid.
- 5 Delicta ibi puniendæ sunt ubi committuntur.
- 6 Iurisdictio exerceri non potest in eos, qui sunt de propria
familia.
- 7 Iurisdictio consuetudine introduci potest etiam in dimi-
nutionem dignitatis.

C O N C L U S I O.

Clerici coram suo Episcopo conveniri debent non co-
 ram ijs quibus serviunt, nisi consuetudo, vel privi-
 legium aliud inducat. Idem probat text. in cap. 1. de offi-
 cio Ordinarij, cap. conquerente, 16. c. dilectus 18. eodem tit. c.
 omnes Basilica, 10. 16. quast. 7. cap. cum Episcopus, 7. de offi-
 cio Ordinarij, lib. 6. cap. cum ex iniuncto 12. in fin. de hereti-
 cis, cap. Episcopus in synodo, cum seqq. 35. quastion. 6. cap.
 excommunicamus, 13. §. ad iudicium, de hereticis, cap. at si Cle-
 rici, §. de adulteris, de iudicijs, argum. text. in l. plures 3.
 & 13. ff. de officio Prasidis. l. 58. & 59. titul. 6. part. 3. &
 quod consuetudine iurisdictio adquiri possit, probat
 text. in cap. irrefragabili 13. §. excessus de officio Ordinarij,
 cap. fin. de officio Archidiaconi, cap. auditis 15. de prescri-
 ptionibus, cap. Romana, §. debent autem, de appellationi-
 bus l. 6. Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 3. versic. Vi-
 sitatores, & Sess. 25. cap. 63. de reformatione, versic. Cateris,
 l. 1. ff. de albo scribendo, l. 1. & fin. Cod. de emancipationi-
 bus, l. 6. quia 6. ff. de iurisdict. omni. jud. exornant Cardoso
 in praxi, verb. iurisdictio, num. 6. Valen. cons. 16. n. 7. Paul
 de Castro in l. imperium 3. ff. de iurisdict. omni. num. 7.
 Gregor. Lop. in l. 13. tit. 13. part. 2. gloss. 4. cum alijs infra
 referendis.

Ratio est, quia licet familiares sint, qui Capitulo ser-
 viunt, non tamen exinde sequitur, quod si Capitulum
 non habuerit aliunde iurisditionem, eam adquirat ob
 solam rationem servitij: siquidem modus ille adquiren-
 d iurisditionem in iure, scriptus non reperitur, &
 privatorum consensu iurisdictio non datur ei, qui nulli
 præest iudicio, *l. privatorum, Cod. de iurisdict. omni. iud. l. 2. C.
 communis utriusque iudicij, cap. ut nostrum, 56. de appella-
 tionib. cap. si hoc tempore, de electione, lib. 6.* Siquidem iurif-
 dictio publici juris est, *l. 1. ff. de iurisdictione omnium iu-
 dic. l. 1. l. iudex, ff. de iudicijs:* merito si Capitulo, neque
 per privilegium, vel consuetudinem iurisdictio compe-
 tat, nullo modo poterit se intromittere in puniendis
 Clericorum excessibus, cum id spectet ad propriam Epi-
 scopum, cujus iurisdictio à iure communi ratione di-
 gnitatis semper comprobata, & concessa censetur, *dict. ca-
 pit. 1. de officio Ordinarij, cum supra traditis:* poterit ta-
 men Capitulum ratione privilegij, vel consuetudinis,
 de personis sibi servantibus, seu de eorum excessibus
 E cognoscere

cognoscere; quia per consuetudinem, seu privilegium iurisdictionis adquiri potest, d. c. 1. c. *irrefragabili*, §. *excessus de officio Ordinarij*, c. *cum persona*, de privilegijs, l. 6. cum supra traditis.

Primò obstat text. in *authent. habita*, Cod. ne filius pro patre, versic. *Huius rei optioe data scholaribus, quos coram Domino, vel Magistro suo, &c.* ubi constat, quod eo ipso quod quis sit alteri subiectus ratione domicilij, vel aliam ob causam, dicitur esse iurisdictionis illius, cui servit. Augetur difficultas ex text. in cap. *fin. de officio Archidiaconi*, versicul. *Ac familia sua*, ubi notant D. omnes, præcipue Archidiaconus, & Zabarella in *praxi*, 2. p. verb. *Episcopus*, §. 24. Zavallos in *tractatu de cognitione per viam violentia*, 2. part. *questione 58. in principio*, videlicet quod laicus serviens Episcopo, etiam si non sit domiciliarius; sed de ejus familia tantum, coram eo, & non coram laico est conveniendus: ergo etiam cessante privilegio, vel consuetudine poterunt Clerici delinquentes conveniri coram ijs quibus serviunt. Sed hac difficultate non obstante, attentius te perpensa, verissimè dicendum esse iudico, quod licet ob rationem servitij inducatur jus subiectionis in eos, qui serviunt; tamen ex eo non acquiritur iurisdictionis judicialis, vt formaliter adversus servientes cognosci possit; sed tantum simplex potestas corrigendi, & emendandi eo rum excessus. Neque obstat textus in *diēt. authent. habita*, Codice ne filius pro patre. Quia procedit ex alia causa, quam subiectionis, videlicet ex vi iurisdictionis: siquidem in constitutione illa, Magistris iurisdictione erga discipulos est concessa, vt habeant æqualem cum Prælato, ob studiorum favorem, vt sic eorum causæ facilius expediri valeant; quod privilegium est concessum, ne ab studijs discipuli divertantur, argument. text. in cap. *super specula 5. de Magistris*. Neque obstat text. in *diēt. cap. fin. de officio Archidiaconi*. quia procedit in alia specie, videlicet quando ipse Episcopus iurisdictionem habet, cui ex vi servitij potestas ipsa introduci potest: textus verò noster procedit in Capitulo cuius nulla iurisdictione vivente Episcopo in eos qui serviunt extat; hodie tamen in praxi aliter observatur, videlicet laicum iudicem de laico ita serviente posse cognoscere; nisi primam tonsuram, & habitum clericalem exerceant, notat Franciscus Suarez in *tractatu de defensione fidei Catholica*, lib. 4. c. 29. n. 10. sed expressè constat, in Concilio Tridentino *Session. 23. capit. 6. de reformatione*, & latè refert Zavallos in *tractatu de cognitione per viam violentia*, 2. part. *quest. 58. num. 9.*

Secundò adversus ea, quæ textus noster generaliter refert, videlicet, quod quando Clericus delinquit, omnino apud proprium Episcopum puniri debet; ac idè excludere videtur Episcopum loci, vbi delictum commissum est. Obstat text. in cap. *fin. hoc tit. l. 3. ff. de officio Præsidis*, l. *solent 7. ff. de custodia rerum*, l. 2. Cod. *ubi de crimine agi oportet capite placuit*, 6. *quest. 3.* In quibus iuribus constat delictum ibi puniendum, vbi commissum est. Sed huic difficultati ex eo occurritur, quia et si in conclusione supra adducta habeatur, quod ad proprium Episcopum Clericorum cognitio spectet, non ex eo inferitur, quod puniatio ipsa ad Episcopum, in cuius Diocesi delictum sit commissum, non possit competere; quia etiam ab eo, vbi delictum commissum est, puniri potest; cum etiam competens iudex dicatur, d. c. *fin. hoc tit.* Neque etiam consideratio illa, quæ ex text. nostro, versic. *Maxime super his*, deduci solet, quia licet ex eo nonnulli deducant, quod et si delictum alibi committatur, proprius Episcopus adiri debeat; tamen vera illius versiculæ interpretatio est, vt intelligatur suppositis terminis habilibus, hoc est cum ex parte alterius Episcopi non fuerit petitum, quod sibi fiat remissio, vt de delicto ipso cognoscat: nam si petitio ita fieret tunc delinquens remittendus est Episcopo, vbi delictum fuerit commissum. Si verò petitio ab eo fuerit omissa, tunc ab Episcopo domiciliario puniendus est, cum ei subditus sit, & ordinariam iurisdictionem re-

lineat, *diēt. capit. primo de offic. Ordinarij*, cum supra traditis.

Tertiò adversus nostram text. in *vers. Nisi forte*, dum statuit, quod si consuetudine, vel indulgentia, Capitulo id fuerit permissum, poterit servientes punire: Obstat text. in l. *qui iurisdictioni*, 10. ff. *de iurisd. omn. iud. l. unic. Cod. ne quis in sua causa*. in quibus iuribus constat neminem posse adversus eos, qui sunt de propria familia iurisdictionem exercere, c. *postremo 36. de appell.* Ergo cum ex iis constet illam nostri text. consuetudinem irrationabilem, & inhonestam esse, admitti non poterat; argum. text. in c. *dilecti*, 8. 10. & *fin. de consuetudine*, l. *quod non ratione*: 39. ff. *de leg.* Sed hujus dubij facilis erit interpretatio ex iis, quæ refert Gloss. in *presenti*, verb. *Vel consuetudine*: dum asserit consuetudinem illam, videlicet vt quis adquirat iurisdictionem in causis suæ familiæ, non fuisse irrationabilem: siquidem Episcopus, si adversæ parti fuerit suspectus, rectè poterit recusari: nam si consentiret, impedimentum non est quominus iurisdictione illa exerceri possit: siquidem suspicio, quæ oritur ex familiaritate, tollitur tacito litigantium consensu, arg. text. *si quis in conscribendo 39. C. de Episcopis, & Clericis*. Neque obstat si dixeris, quod quando causa ad ipsum Iudicem spectat, tunc absque villa iuris recusatone adeo impeditus reputatur, quod nulla ei iurisdictione competat, d. l. *unica, C. nequis in sua causa*, cap. 10. & c. 2. 4. *quest. 4.* Quia id procedit, quando causa specialiter spectat ad personam ipsius Iudicis, at verò text. noster procedit, quando ad familiares tantum, non vero ad Iudicem spectat: & tunc interim dum non intervenerit recusatio non præsumitur interdicta iurisdictione.

Quartò obstat dicere, quod iurisdictione omnium causarum ratione dignitatis ad Episcopum spectat, *diēt. cap. omnes Basili 2. 16. quest. 7. cap. conquerevie 6.* cum alijs de officio Ordinarij; sed quoties consuetudo introducit ad tollendam id, quod proprium alicujus dignitatis est, non admittitur; l. *omnes*, 33. C. *de decurionib.* ergo similiter nec in *presenti* admitti debet. Sed hæc difficultas parum obest si dixeris, quod tunc demum consuetudo non debet admitti ad tollendum id quod proprium dignitatis est, cum absque ratione, vel causa legitima fuerit admissa: secus verò & e contra, vt constat ex eadem *Lomnes 33. versicul. A consuetudine temeraria, usurpationis obtineant*, l. *de quibus*, 32. cum vulgatis, ff. *de legibus*; At verò in specie nostri textus non est introducta contra rationem: siquidem servitij causa admittitur, vt constat ex iuribus, & rationibus supra adductis, cum ex eo non lædatur ordinaria Episcopi iurisdictione, cum unicuique locus præventioni sit: siquidem quoties specialis titulo alicui iurisdictione competit semper intelligitur, quod sit accumulativè cum ordinaria iurisdictione, l. *fin. C. de iurisdictione omn. iudicum*, l. *fin. Cod. ubi causa fiscalis*, l. 1. *Codice de offic. Præfetti urbis*, notat Covarruvias in *practicis*; cap. 4. num. 12. *Poz in praxi*, 2. *tomopra lud. 1. num. 9.* *Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum*, cap. 1. num. 13.

Ad textum in cap. Postulasti, 14. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus loci, vbi delictum commissum est, punit Clericum delinquentem, etiam beneficij privatione.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Clericus apud iudicem domicilij sui conveniendus est. Domicilia plura quis habere potest, & utrobique conveniri.
- 4 Clerico delinquenti penitentia iniungenda est ab eo episcopo in cuius iurisdictione commoratur.
- 5 Rei delinquentes ubicunque inventi fuerint, ibi puniri possunt.

- possunt. Sed qualiter id intelligendum & ibi explicatur, & l. 1. C. vbi de crimin. agi oporteat.
- 6 Explicatur text. in l. non est, 11. §. fin. ff. de custod. reorum.
- 7 Sententia vnius Iudicis non producit effectum, contra existentes in alieno territorio; & ibi explicatur. Falcem in messem alienam nemo immittere potest, ibi.
- 8 Executio sententia remittenda est ad Episcopum loci, vbi Clericus beneficium habet cum litteris requisitoriis, & num. 9.
- 10 Clausula illa, servatis servandis, semper debet praesupponi.

CONCLUSIO.

Episcopus loci vbi delictum commissum est, condemnat Clericum delinquentem, & potest eum privare beneficio alibi sito, sed executio realis fieri debet ab Episcopo ipsius beneficii. Idem probat textus in cap. final. hoc tit. cap. 1. §. 1. de privilegijs, lib. 6. cap. placuit, 6. quest. 3. cap. 1. de raptoribus, cap. si peccaverit, 19. 2. quest. 1. cap. si illic, 29. 23. quest. 4. Clementina, Pastoralis, §. verum, de sententia, & re iudicata, l. solent, ff. de custodia reorum, l. si cui, §. penultimo, l. fin. ff. de accusationibus, l. final. ff. de noxalibus actionibus, l. 3. ff. de officio Praesidis, l. 1. & 2. iuncta Authent. qua in Provincia, C. vbi de criminibus agi oporteat, Authentico, vbi nulli iudicium, §. si quis vero comprehensorum, collation. 9. Authentica, si vero, C. de ad l. Iuliam de adulteriis, l. 1. tit. 29. part. 7. exornat Iulius Clatus in praxi, quest. 38. & 39. Tiberius Decianus lib. 4. tractatu crimina. cap. 38. Gomecius 3. tom. de delictis, cap. 1. Farinacius de Inquisitione, quest. 7. num. 19. Franckius decis. 57. Boetius decis. 19. Thesaurus in Pedemontan. decis. 90. num. 2. Fachineus lib. 9. controversiarum, cap. 20. Osualdus ad Donellum lib. 17. commentariorum, cap. 16. littera C. Covarr. in practica, cap. 2. & 11. num. 6.

Ratio quare Iudex, vbi delictum perpetratum est, competens quoad eius punitionem dicitur, etiam si Reus ibi domiciliarius non sit, ea est, quia ex delicto ipso Respublica simul, & Magistratus leditur, cum Respublicae expediat delicta in eo loco puniri, vel fuere perpetrata, vt bonis, & quietis hominibus qui quodammodo pessimo facto, & exemplo laesi sunt, satisfiat, & mali a criminibus abstineant delinquentium punitione terri, l. capitulum, §. fumosus, ff. de officio Praesid. & ne offensus impensis deteritus cogatur in alieno foro litigare: nam alias accusationem omittet; Tum etiam, quia expeditior sit probatio, cum facilius reperiantur testes in loco, vbi delictum commissum est, vt scandalum cesset, & offensa Respublicae, Iudici, & parti interrogata debito modo purgetur; & vt eorum exemplo alij se abstineant: recte in praesenti est decisum, quod delicti ratione, Episcopus loci, vbi commissum est, sit competens, etiam si alibi Reus domicilium, vel beneficium habuerit: executio tamen competit ei, vbi beneficium est situm; neque Episcopo, vbi delictum est commissum, conceditur, quia Episcoporum fines, & territoria vnicuique sunt observanda, cap. 1. 9. quest. 2. cap. 2. de constitution. lib. 6. & sic merito; ne detur confusio, & discordiae orientur, illa executio poenae Episcopo domicilij seu loci in quo beneficium situm est competit, licet alibi delictum fuerit commissum.

Primo obstat text. in cap. Sanctorum, 2. 70. distinction. 3. vbi dicitur, quod Clericus vbi domicilium habet, ad eum ibi domiciliarius est, vt nullum alium superiorem cognoscat, quam illum cui Ecclesia ipsa subest: nam cum Clericus ad residentiam teneatur, cap. 1. & per totum, de Clericis non residentibus, ne residentia illa impediatur, iustum videtur, ne apud Iudicem, vbi delictum commissum est, sed apud proprium Episcopum domicilium conveniatur; argumento text. in cap. nullus 3. de Paroch. Sed huius dubij facilis erit explicatio, si dixeris, quod

quamvis verum sit, quod ratione beneficii, quis sortiatu domicilium, tamen non ex eo deducitur domicilium ita praesum esse, quod excludat aliud, quod per delictum contrahitur, cum pluribus in locis domicilium existere possit, notat Gloss. verbo, Domicilia, in cap. 2. de sepulchris, lib. 6. Cum non solum ratione originis, patrimonij, contractus, beneficii; sed etiam delicti ratione, domicilium quoad punitionem adquiratur, notat Doctor Balboa plures referens in commentariis ad textum in cap. fin. hoc tit. §. 3. num. 14. Neque implicat beneficii residentia: quia haec ratio tantum operari potest in eo, quod ob eius respectum domicilium adquiratur: non vero vt exinde aliud in altero loco competens tollatur; neque residentia impedit: siquidem pro eo tempore quo de delicto agitur, etiam in ipsamet propria Ecclesia residentia haberi non possit, donec delictum per poenam satisfactionem fuerit purgatum.

Secundo obstat textus in cap. 1. 16. quest. 1. vbi pro crimine commissio poenitentia est imponenda ab eo Praelato, in cuius iurisdictione delinquens commoratur. Cuius textus difficultatem effugies, si dixeris textum illum tantum accipi debere in specie, de qua loquitur, hoc est in foro conscientiae; cum quis confitetur Sacerdoti, vt ab eo absolutionem Sacramentalem recipiat: nam tunc non attenditur locus delicti, cum deficiat considerationes supra in ratione decidendi adductae: nam Sacerdos vice Dei fungitur, & vbi que ei iurisdictione illa competit, notat Bonacina in tract. de Sacramentis, disput. 5. quest. 7. punct. 2. num. 10. circa finem, Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 34. num. 2.

Tertio, obstat text. leg. 1. Cod. vbi de criminibus agi oporteat, in cuius specie docemur, quod rei delinquentes, vbi que reperti fuerint, ibi puniri possunt. In cuius textus difficultate: omitta Osualdi interpretatione, lib. 17. commentariorum, cap. 16. littera E. dum asserit illud esse admissam propter publicam utilitatem, ad quam spectat ne delicta maneat impunita, cap. vt fama, de sententia excommunicationis, l. ita vulneratus, 51. ff. ad legem Aquiliam, quam sequitur Doctor Balboa in cap. final. hoc tit. §. 3. num. 156. Verius iudicio criminis Reos in loco delicti, vel domicilij puniendos. Neque obstant illius textus verba, ibi: Vbi que. Quia non sunt generaliter accipienda: ita vt vbi que reperiantur, puniantur etiam; sed particulariter, vbi que reperiantur domicilium habere: nam alias frustra cautum esset, vt in criminali causa Actor forum rei sequeretur, l. in criminali 5. C. de iurisdictione omnium iudicum, sicque constat Reum pro delicto accusari posse in loco, vbi delictum commissum est, & domicilij, vel originis, si ibi reperiat: nam tunc etiam ibi domicilium haberi praesumitur, notat Panormitanus in praesenti, num. 48.

Quarto praedictis obstat text. in l. non est 11. §. fin. ff. de custodia reorum, vbi constat, quod etiam si Reus sit captus, vbi delictum commisit, remitti debet ad domicilium Iudicem, vnde Reus est. Sed huius dubij vera interpretatio pendet ex eiusdem textus verbis, ibi: Quod ex iusta causa faciendum, &c. Siquidem text. ille procedit quando iusta remissionis causa extat, & iusta dicitur cum Reus privilegiatus in foro est; nam tunc propter militiae privilegium, petente Iudice competente, ei remitti oportet, l. solent, 7. l. de militibus, 9. ff. eiusdem tituli, notat Osualdus ad Donellum lib. 17. cap. 16. littera M. & de interpretatione ad text. in l. 4. §. Reus capitalis, ff. de re militari, infra dicemus in cap. proposuisti, 19. hoc tit.

Quinto praedictis obstat dicere, in iure non esse permissum, sententiam vnius Iudicis effectum producere circa res existentes in alieno territorio, l. cum vnus, 12. §. is qui, de bonis authoritat. iud. possidendis; siquidem mandatum Iudicis extra territorium non admittitur. l. pupillus 239. §. territorium, ff. de verborum obligationibus, l. vnica, C. vbi petam. tutores, vel curatores, cum nemo falcem in messem alienam mittere pos-

lit, c. venerabilem 34. in princ. de electione; ac ideo extra territorium ius dicenti impunè non pareatur, l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. 2. de constitutionibus lib. 6. ergo sententia privationis beneficii ab Episcopo in presenti lata, sustineri non potuit ex eo quod beneficium extra territorium sit situm. Sed in hac difficultate, ommissa Glossæ interpretatione in presenti, verbo Delinquit & in fin. Verius respondei posse arbitror, quod qua mvis ita sit, quod nullus Iudex possit se intromittere in alterius iurisdictione; hoc tamen non implicat, ne Episcopus possit Clericum beneficium in alterius Diocesi sito privare: nam cum jus ipsius beneficii coheret personæ Clerici delinquentis, tanquam quid accessorium ad personam, & circa ipsam delicti rationem fundata sit iurisdictione: mirum non est, personam ipsam considerari: ut extensio ad ipsum beneficium fiat, cum accessorium naturam sui principalis sequatur, cap. accessorium 42. de regulis iurum lib. 6. l. etiam 8. Codic. de iure dotium, notat Abbas in presenti, num. 7.

8 Sextò adversus secundæ conclusionis partem, quatenus in ea docemur, executionem sententiæ ad Episcopum loci, ubi beneficium situm est, remittendam esse, iuxta text. in leg. à Divo Pio, §. sententiam Romanæ, ff. de re iudicata: Obstat text. in capit. 1. de raptivis, Authentico ut nulli iudicum, §. si quis vero comprehensorum, collation. 9. l. 2. digestis, de iurisdictione omnium iudicum, capit. præterea, 5. cap. significasti, 17. de officio Delegati, in quibus iuribus constat ad Iudicem Rei condemnatorem ipsius sententiæ executionem spectare, ne alias eius iurisdictione frustratoria reddatur, juxta textum in capit. cum venissent, 3. de eo qui mittitur in possessionem, l. final. Cod. de iudicis. Sed hujus dubij solutio pendet ex eo, quia quamvis fateamur Iudicem delegatum suam sententiam exequi, id debet intelligi in legato Pontificis, & ita sunt interpretanda iura supra adducta, & quatenus supponimus iudices posse suam sententiam exequi, id debet intelligi suppositis terminis habilibus, hoc est casu, in quo executio ipsa facienda est intra terminos iurisdictionis, non alias, ne detur repugnantia, & ne Iudex se intromittat in alterius territorio ex iuribus, & rationibus supra adductis.

9 Septimò adversus eandem secundam nostræ text. partem, quatenus supponit executionem simpliciter per Iudicem beneficii fieri debere, nulla facta mentione de litterarum requisitione: Obstat text. in l. 1. ff. de officio Consulis l. properandum, 11. §. si autem reus, Codic. de iudicis, cap. 1. §. courabentes, hoc tit. lib. sexto. In quibus iuribus constat alterius Iudicis litteras desiderari, ut sententia eius ab extraneo Iudice exequi possit. Sed hæc difficultas parum obest ex eo, quod etsi in specie nostræ text. simpliciter sit assertum, executionem privationis beneficii ad Episcopum ipsius beneficii spectare, non tamen ex eo excluditur, quod non possit fieri præcedentibus litteris requisitoris, cum in quacunque dispositione subintelligatur clausula illa: *Servatis servandis*, iuxta text. in l. 1. Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis: quam doctrinam veriotem esse iudico, etsi aliter senserit Abbas in presenti numer. fin. de qua re plura congerit Antonius Richardus omnino videndus in manualionibus ad praxim, 2. part. præcepto 4. n. 39. cum seqq.

Ad textum in capit. Ex parte, 15.
hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1 Misericabilis persona potest laicum Interdicto, Vnde vi, coram Iudice Ecclesiastico convenire, etiamsi res sit feudalis.

- 2 Ratio assignatur. Interdictum, Vnde vi, habet locum cum quis à possessione fundi, vel ædium per vim deicitur, ibid.
- 3 Actor forum rei sequi debet. Limitatur ibid. hac regula.
- 4 Dosexigi, & post debet in domicilio viri.
- 5 Expenditur text. in leg. exigere dotem, digestis de iudicis.
- 6 Feudales causa etiam inter Clericos apud dominum feudis tractari debent.
- 7 Delegatus iudex intra duas dietas tantum cognoscere potest secundum hunc textum. Explicantur tex. in c. statutum, 11. §. cum verò, de script. lib. 6. & c. fi. §. Conservatores, de offic. deleg. eodem lib.

C O N C L U S I O.

Misericabilis persona potest laicum Interdicto, Vnde vi, coram Iudice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta feudaliter dicatur Idem probat textus in cap. super quibusdam, 26. in fine, de verborum significatione, cap. 1. & 2. cum aliis, 87. distinct. cap. Regum, cap. administratores, cap. Principes, 23. quæstion. 1. cap. viduam, 34. distinct. cap. si quis, 24. quæst. 3. Exodi 12. Itaiæ 1. Zachariæ 7. l. 1. Cod. quando Imperator inter pupillum, & viduam, l. 5. sit. 3. par. 3. illustant Guido Papa quæst. 466. Covarruvias in practico, cap. 6. Afflictis decis. 257. Fulgofius in dist. leg. unica, Cod. quando Imperator, Palacius Rubius in cap. inter vestras, de donationibus inter: numer. 12. Menochius de arbitrariis, casu 66. Vvesembecius in rubrica, Cod. quando Imperator inter pupillum, Trentacinquies in practico, lib. 2. resolut. 2. de citatione, num. 26. Gaillius lib. 1. observatio. 1. num. 42. Franchis decis. 178. num. 8. & decision. 194. & 599. Schifordextius ad Fabrum tractatu 4. quæst. 4. Marra de iurisdictione 2. part. cap. 21. Maranta in praxi, 4. part. distinctio. 9. principali, num. 194. Doctor Balboa, plures referens in presenti, Oualdus lib. 8. cap. 32. littera K, & lib. 17. cap. 20. litt. B.

Ratio est, quia ubi agitur de iniuria, aut violentia miserabilibus illata, causa, & defensio ad Ecclesiam spectat, juxta textum in cap. si quis, el segundo: 24. quæstion. 3. & cum Interdictum, Vnde vi, locum habeat, cum quis à possessione fundi, vel ædium per vim, vel injuriam deiectus est, l. 1. Cod. unde vi, §. recuperanda, Instum. de Interdictis: ideo in presenti vidua, tanquam miserabilis persona, potuit Interdicto illo adversus Nobilem etiam laicum coram Iudice Ecclesiastico uti, iuxta textum in dist. cap. super quibusdam de verborum significatione. Quod etiam procedit si causa feudaliter sit: nam licet leges feudorum generaliter tribuant iurisdictionem Domino feudi, dist. cap. æternum 5. de iudicis; tamen cum miserabiles personæ favorabiles sint, dist. cap. defensione, 87. distinctio. in feudalibus legibus specialiter non sit prohibitum, ut coram Ecclesiastico Iudice conveniant suos debitores: ideo admittuntur ex eo, quod etiam si de illis prohibitionis mentio fuit habita, non admitteretur, tanquam contra Ecclesiæ immunitatem.

Primò obstat text. in cap. cum sit generalis 8. hoc tit. ubi generali regula traditur; quod Actor forum Rei sequi debet, at in presenti, tam Regina spoliata, quam nobilis Reus spoliator, Rei sunt: ergo nobilis tanquam Reus coram laico, tanquam coram proprio iudice non verò Ecclesiastico conveniri poterat. Sed prædicta regula parum obest: nam quamvis verum sit, quod Actor forum Rei sequi debeat; tamen id cessat quoties adest aliqua specialis ratio, quæ contrarium suadet, qualis est, quæ in presenti conturrit, favor miserabilis personæ cum opprimitur, & spoliatur rebus suis; præcipuè, quia non infringitur regula illa: siquidem in specie proposita laici ipsi ita de foro Ecclesiæ efficiuntur, ut in illo, tanquam in proprio foro conveniantur, quemadmodum conveniri possunt in seculari, quod admissum est ob mitigationem, & favorem debitum viduis, & miserabilibus personis.

Neque obstat si dixeris, favorem illum non esse admittendum in damnum Tertij, vt in eadem specie inter viduam, & laicum Ecclesiastica iurisdictio denegatur in *cap. ex tenore 11. hoc tit.* Quia responderi debet, quod in *diēt. cap. ex tenore*, agitur de diuersa civili personali, vel reali actione: in *presenti* verò de criminali spoliationis causa disceptatur, vbi dispar est ratio: nam cum aduersarius Nobilis spoliationis delictum commisisset, nulla iniuria ei irrogatur, cum sua sponte, & voluntate propter delictum se subdidit Ecclesiasticæ iurisdictioni, arg. *text. l. Imperatores 34. versic. Ipse te huic pena subdidisti, ff. de verbor. significat.* & quemadmodum scienti, & consentienti nulla fit iniuria, sic & in *presenti*, nec ea attendi debet, cum spolum sponte commisisset, & Regina spoliata vidua, & miserabilis persona reputetur.

Neque obstat si in istis, quod non est minor ratio, vt laicus conveniatur in foro Ecclesiæ super Interdicto, *Vnde vi*, quam super alia actione, cum si à vidua conveniatur, semper extat miserationis causa, vt utroque in casu apud Ecclesiasticum conveniatur, *diēt. c. super quibusdam 26. in fin. de verb. significat. d. cap. 1. & 2. 87. distinct.* Quia negandum est, eandem miserationem esse in actione reali, vel personali, quæ extat in Interdicto. *Vnde vi*: nam in hoc notoria miserationis causa est, cum statim quod spoliatio ipsa viduæ fit, maxima ei irrogatur iniuria, ac ideo tanquam oppressæ, & miserabili, iudicio Ecclesiastico ei succurritur, ex rationibus *suprà* adductis, quæ ratio in cæteris actionibus cessat, cum à principio non constet de iniuria, neque de iniusta oppressionem Rei conventi, quæ omnia in spoliatione extant.

Secundò obstat *text. in l. exigere dotem, 6. ff. de iudiciis*, vbi constat, quod dos exigi, & peti debet in domicilio detentoris; sed in *presenti* Regina Angliæ agit de dotis exactione, vt ex litera constat: ergo nullo modo pro exactione illa adire potuit Ecclesiasticum iudicem. Qua in difficultate dicendum est, textum in *diēt. l. exigere dotem*, procedere, quando dos ipsa à principio civiliter petitur, quo in casu vidua, etiam forum rei sequi debet: secus verò, quando agit de dote criminaliter in vim spoliationis: nam tunc laicus de Interdicto illo coram Ecclesiastico conveniri poterit, præsertim cum in *presenti* agatur de dotalitio: non verò de dote, vt in *diēt. l. exigere*, de qua re videndus est Anton. Faber, in *rationali ad text. in d. l. exigere 65. ff. de iudiciis*.

Tertiò aduersus secundam nostri textus partem quatenus asserit, quod etiam si dotalitia res feudalis fuerit, poterit vidua Ecclesiasticum iudicem adire. Obstat *text. in cap. ceterum 5. de iudiciis, cap. ex transmissa 6. cap. verum 7. hoc tit.* in quibus iuribus constat, quod si causa feudalis fuerit, etiam inter Clericos nullus alius, quam feudalis Dominus iudex erit. Cui difficultati respondit *Glof. in presenti*, verb. *Exceptionibus aliis*, scilicet dum affirmat, iura in argumento adducta procedere, quando quæstio feudi est in petitorio iudicio: nam tunc etiam si vidua agat debet petere coram Domino feudi: secus verò cum de possessorio spoliij iudicio agitur, vt in *presenti*: nam tunc coram Ecclesiastico iudice poterit agere: quæ interpretatio deducitur ex *textu nostro*, ibi: *Non obstantibus exceptionibus aliis, qua in petitorio potius, quam in possessorio (quod Regina contra eundem nobilem intentabat) locum habere videntur.* Ratio differentiæ est, nam quando tantum agitur de iudicio possessorio spoliij, extraordinariè restitutio conceditur, omissis feudalibus, in tantum vt ius commune observetur, & spoliatus ante omnia restituitur, *cap. in literis, cum aliis, de restitutione spoliatorum*: præcipuè in *presenti*, cum spoliata miserabilis persona esset, cui Ecclesia succurrit, ex rationibus *suprà* adductis, legibus feudalibus comprehendi non poterit, notat Abbas, Buttrius, & D. Balboa in *presenti, num. 1.*

Quartò aduersus nostrum *text. vers. Et ipsam diæce-*

sim, ultra duas dietas, &c. Ex quo constat delegatum in causa sibi commissa posse intra duas dietas procedere, iuxta *text. in cap. nulli, 18. cum vulgatis, de rescriptis.* Obstat *text. in cap. statutum, 11. §. cum vero, versic. Nullus, de rescriptis lib. 6. cap. fin. §. Conservatores, de officio Delegati, eodem lib. 6.* in quibus iuribus constat, unicam tantum dietam delegato Iudici competere. Sed huic dubio dicendum est, textum nostrum, & textum in *diēt. cap. nulli*, procedere de iure antiquo, & sic iura illa correctæ censeri, per textum in *diēt. cap. statutum, §. cum vero, & diēt. cap. final.* Et ita sensit Abbas in *presenti à num. 10.* Cardinalis Zabarella *cons. 71. in princip.*

Ad textum in cap. Conquestus, 16. hoc tit.

DE huius textus materia *suprà* diximus in *cap. si diligenti, 12. hoc tit.*

Ad textum in cap. Dilecti filij, 17. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegiatus vt non teneatur respondere, nisi in certo loco; si in alio respondere, vel solvere promissas, ibi poterit conveniri, vel vbi domicilium habet.
- 2 Ratio assignatur.
Promittens certo loco solvere, ibi contraxisse censetur.
Domicilium, præcipua iurisdictiois causa dicitur.
- 3 Clericus suo arbitrio non potest sui iudicis iurisdictio- nem declinare.
- 4 Tacitum non debet plus operari quam expressum.
Privilegium alicui communitati concessum, irrenun- tiabile est.
- 5 Expenditur *text. in l. si convenerit, ff. de iurisdict. omn. iud.*
- 6 Delegata iurisdictio ultra res, vel personas in Rescri- pto contentas extendi non potest.
- 7 Explicatur *textus in l. exigere dotem, 56. ff. de iudic.*
- 8 Contrahentes conveniri non possunt in loco contractus, nisi ibi inveniuntur.
Explicatur *text. in cap. 1. §. contrahentes, de foro compet. lib. 6.*
- 9 Contractus & distractus eiusdem iuris sunt.
Explicatur *text. in l. contract. §. in omni, C. de non num. pecun. l. 2. C. vbi & apud quem, ibid.*
- 10 Forum sortitur quis non tantum ratione contractus, sed etiam quasi contractus.
Hæres conveniri debet, vbi defunctus debuit, vel contra- xit, & num. seqq.
- 11 Hæres vbi à fideicommissariis, vel legatariis convenire potest, & num. seqq.
- 12 Domicilium ex habitatione, & animo acquiruntur.
Explicatur *text. in l. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. ibid.*
- 13 Explicatur *text. in l. hæres absens, 19. in princ. ff. de iudic.*
- 14 Explicatur *text. in d. l. hæres absens, §. fin.*
- 15 Explicatur *text. in l. si is qui Romæ 34. ff. de iudic.*
- 16 Iudicium compromissarium cum defuncto captum ad heredem non transit.

CONCLUSIO.

Prius legatus, ut non teneatur respondere, nisi in certo loco, si in alio respondere, vel solvere promisit, ibi poterit conveniri, & etiam ubi domicilium habet. Prima conclusio pars comprobatur, ex text. in cap. fin. hoc tit. cap. 1. §. neque etiam, eodem tit. lib. 6. l. 3. ff. de bonis auctoritate iudicis possidendis, l. quare 100. ff. de solut. l. 1. ff. de eo quod certo loco, l. contraxisse, 20. ff. de action. & obligat. l. Tertium 47. §. tutor verum, ff. de administr. tutor. l. argentarium 45. ff. de iud. l. 1. Cod. ubi conven. deb. qui certo loco dare promisit, l. 8. tit. 9. part. 1. l. 32. tit. 2. part. 3. l. 1. & 2. tit. 16. lib. 8. Recop. l. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. exornant Covarr. in practico, cap. 10. num. 5. Barbof. in commentariis ad text. in l. haeres absens 19. §. fin. ff. de iudicis, Guttierrez de iuram. 3. part. cap. 16. n. 4. Idem in quaestionibus Canonis, cap. 34. num. 9. Antonius Pichardus in manu dictionibus ad praxim, 2. part. practico 4. num. 3. 39. & 40.

Secunda vero conclusionis pars, videlicet quod reus habens privilegium, ut certo loco conveniatur, conveniri etiam possit in loco domicilij, comprobari potest ex text. in d. c. fin. hoc tit. cap. penultimo, de temporibus ordinat. lib. 6. l. 2. ff. de bonis auctoritate iudicis possidendis, l. incola 29. ff. ad municip. lem, l. haeres absens 19. §. 1. & fin. l. fideicommissum 50. §. ultimo, ff. de iudicis, l. 1. C. de municipibus, & originariis, lib. 10. l. 2. C. de iurisdic. omni. iudic. Clemen. Praetorialis, verlic. Denique, de re iudicata, Glos. verbo. Si alterius, in c. de dominicis, de Parochis, Glos. in cap. 15. qui, de sepulchris, lib. 6. l. sola domus, l. domicilium, l. libertus, 9. sola, ff. ad municipalem, exornant Barbof. in d. l. haeres absens, §. proinde, & final. ff. de iudicis, Duatenus ad titulum, de iudicis, cap. de foro competentis, Menochius lib. 6. de praesumptionibus, praesumption. 42. num. 5. Tiraq. de retract. §. 9. glos. 2. num. 21. & seqq. Gaillius lib. 2. observationum, observat 36. num. 11. Cuiacius lib. 14. observationum, cap. 14. & lib. 14. cap. 33. Ouald. lib. 17. commentarior. cap. 12. littera A. & B. plures quos refert D. Balboa in c. fin. hoc tit. §. 1. num. 38.

Ratio primae partis conclusionis est, quia cum quis certo loco solvere promisit, ibidem etiam contraxisse videtur, d. l. 3. de bonis auctoritate iudicis possid. l. contraxisse, 20. ff. de actionibus, & obligationibus: nam tunc domicilij foro renunciassse videtur, notat Covarr. in practico, cap. 10. num. 5. Guttierrez de iuramento, 3. part. cap. 16. num. 4. & quamvis ratione domicilij, vel contractus quis possit conveniri, vel ubi domicilium habet, dicit. cap. fin. cum supra traditis, tamen quando solutio in alium locum destinata est, ibi tantum, non ubi contractus fuit celebratus, nec ubi domicilium habet, conveniendus est, dicit. l. 3. ff. de bonis auctoritate iudicis, l. quare 100. ff. de solutionibus, & ratione contractus quis convenitur, ubi contraxit. Tum quia ex contractu tacite fit, ut ubi obligatio est celebrata, ibi etiam dissolvatur, l. argentarium, 45. §. 1. ff. de iudicis, cum natura ipsius obligationis sit, ut eodem modo quo fuit contracta, eodem etiam dissolvatur, l. nihil tam naturale 35. ff. de regulis iuris. Tum etiam, quia iis in locis, in quibus negotia gesta sunt, facilius probationes possunt inveniri, & veriora documenta praestari, l. ultima, in fin. C. ubi de ratiociniis, tam publicis, quam privatis, Barbof. in dicit. l. haeres absens, §. 1. Cuiacius lib. 11. observationum, cap. 14. Ratio enim quare quis ubi domicilium habet conveniri potest, etiam si privilegium habeat ut certo loco conveniatur, ea est, quia domicilium praecipue iurisdictionis causa dicitur, cum naturalis, & potentior ille forus alio quocunque dicatur: siquidem vniuersisque eius territorij iudici suppositus est, in quo domicilium habet: dicit. l. haeres absens, §. 1. & final. dicit. l. si fideicommissum, 50. §. ultimo, ff. de iudicis: nam ut territorium ipsum, sic & omnes qui ex territorio sunt, ei subiciuntur, l. pupil. l. 239. §. territorium, ff. de verbor. signification. Barbof.

in dicit. §. fin. num. 32. Donel. dicit. cap. 12. nam etsi regulariter in foro contractus, vel solutionis destinatae, necesse sit, quod ibi respondeat, tamen id non observatur in domicilij foro: siquidem in eo conveniri potest, & si alibi existat; notat Paulus de Castro in d. l. haeres absens, ff. de iudicis.

Primo obstabit text. in cap. significasti 18. ubi constat Clericum suo arbitrio non posse iudicis iurisdictionem declinare: idem docet text. in l. 12. tit. 22. part. 3. ergo quamvis Clericus promittat debitam quantitatem certo in loco solvere, ex eo non poterit ibidem conveniri, cum illa iudicis prorogatio Clericis prohibita sit. Cui dubio verissime est dicendum, quod quamvis certum sit, Clericum alterius, quam proprii Episcopi non posse iurisdictionem prorogare, tamen id locum habet, quando expressè pacto explicito est factum: se-cus vero cum implicite iusta subsistente causa, ob publicam utilitatem iurisdictione illa prorogatur, ut facilius commercia, & contractus inter omnes celebrentur, ut considerat Pontifex in praesenti: praecipue cum iurisdictione illa ab ipsa lege sit inventa ex rationibus supra adductis: & idèd ratione contractus, non pender à litigantium voluntate; sed à lege ipsa, cum adversus invitos ratione contractus exerceri possit: quod in proroganda iurisdictione locum non habet: siquidem ex litigantium consensu extendatur, l. si convenerit, ff. de iurisdic. omni. iud.

Neque obstabit si dixeris, quod neque per pactum tacitum id fieri potest, cum maior virtus taciti, quam expressi, non possit esse; l. qui ad certum, 5. ff. locati. Quia regula illa cessat, quando circa actum tacitum contingit aliquod iuris fomentum, quod deficit in expresse. Nam tunc tacitus ut in praesenti maiorem vim habere praesumitur, quam expresse; notat Panormit. in praesenti num. 4. Neque similiter obstabit si dixeris, privilegium in praesenti generaliter concessum fuisse omnibus Anglicis, ut ex littera constat: ac idèd irrenunciabile esse, arg. text. in cap. si diligenti 12. hoc tit. Quia etsi privilegium Communitati indultam irrenunciabile sit, tamen in praesenti renunciabile est, quia non fuit concessum Communitati, vel Collegio, sed singulis Angliae personis, respectu eorum singularem commoditatem independentem à iure publico; notat Butrius in praesenti, num. 27. Ancharranus 7. & 13.

Secundo obstat text. in l. si convenerit 18. ff. de iurisdic. omni. iudicium. Ex cuius decisione deducitur, quod etiam si quis promittat coram vno iudice respondere, adhuc compelli non potest, ut ibi subeat iudicium, cum pœnitere possit: ergo & in praesenti Episcopus, qui promittit extra propriam locum respondere, rectè potuit iurisdictionem illam declinare. In cuius textus difficultate omisa Ioannis Andreae, Ancharrani, & Butrij interpretatione in praesenti, num. 23. Verius dicendum est, quod in praesenti non agitur de hoc casu, quod dubium extat an ex simpliciter promissione de respondendo coram vno iudice pœnitentia admittatur; sed an per ipsam solemnem promissionem inducatur privilegij renuntiatio, ut quis non teneatur in certo loco respondere: ac idèd cum illa species diversa sit ab ea, quae in praesenti traditur, nullum dubium extat: praecipue cum plura de interpretatione textus dicit. l. si convenerit, diximus in cap. 1. de iudicis.

Tertio obstabit dicere, quod quamvis sit verum, quod privilegiatus qui certo loco solvere promisit, ibi sit conveniendus; tamen in praesenti id admitti non potest: siquidem iudex, coram quo fuit conventus Episcopus Durmensis, Delegatus, & non Ordinarius erat, ut ex eius contextura constat, cuius respectu promissio illa nihil potuit operari: siquidem delegata iurisdictione adèd stricta est, ut neque ultra res, vel personas in rescripto comprehensas extendi possit, cap. P. & G. 40. de officio Delegati, cap. Sedes Apostolica 5. de rescriptis: ergo male in praesenti ob solam simplicem promissionem compellitur Episcopus coram Delegato iudice respondere. Sed huius dubij solutio pender ex his, quae supra

supra retulimus in cap. 1. hoc titulo, dubio ultimo, quæ omnia in presenti repetenda sunt.

Quarto obstat textus in l. exigere dotem § 6. ff. de iudiciis. In cuius specie mulier dotem exigere non potest, ubi dotalis contractus fuit celebratus, sed ubi maritus domicilium habuit. In cuius textus difficultate omnia interpretatione Cuiacii ibidem, Donel. lib. 17. cap. 14. dicendum est, dotis restitutionem & solutionem ex tacita contrahentium voluntate destinatum videri in locum domicilij mariti, in quem ipsa vxor, & eius fortuna ex vi matrimonij transferuntur, l. penult. ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. filij 22. §. 1. l. ultima. §. item rescripserunt, ff. ad municipalem, quare cum locus contractus sit, in quem solatio confertur, dict. l. 1. ff. de rebus auctoritate iudicis, &c. dict. l. contraxisse, iusta de causa Iurisconsultus asserit dotis exactionem fieri debere in domicilio mariti; notat Antonius Faber in Rationali, ad textum dict. l. exigere dotem.

Quinto obstat textus in cap. 1. §. contrahentes, hoc tit. lib. 6. ubi constat, contrahentem non esse conveniendum coram Iudice contractus, nisi ibi inveniat, aut bona habuerit; igitur ratione contractus quis non sortitur forum. In cuius textus difficultate, omnia Castrensis interpretatione in l. 1. num. 3. ff. de eo quod certo loco, respondendum est, textum in dict. §. contrahentes, intelligi debere, quando celebrantes nulla habent bona, ubi contraxerunt; & quamvis Iudex ratione contractus non possit ibidem cognoscere ob defectum bonorum; tamen poterit declarare missionem ex primo decreto, & super eius executione Iudicem, ubi sunt bona, requirere, ut actorem in bonorum possessionem mittat: At verò textus noster loquitur, quando contrahentes ibidem bona reperiuntur habere: quæ interpretatio deducitur, ex dicto §. contrahentes, 2. part. ubi constat in loco contractus Reum esse conveniendum si ibi bona habuerit, notat Covarruias in practiis cap. 1. num. 4. Donellus lib. 17. cap. 14. versic. Sequitur, Duaren. de iudiciis, cap. de foro competenti.

Sexto adversus ea quæ in presenti, notant omnes, videlicet quod quemadmodum ratione contractus quis conveniri potest ubi contraxit, sic etiam ubi distraxit, iuxta textum in dict. l. exigere dotem, l. hæres absens, §. perinde, versic. Distraxit, ff. de iudiciis: nam contractus, & distractus à pari procedunt, l. Pomponius, §. præterea, ff. de acquirenda possess. Socin. regul. 106. Tiraq. lib. 1. de retractu, §. 8. glof. 5. num. 2. Gutierrez in questionibus Canonis, cap. 34. num. 9. Obstat textus in l. in contractibus, §. in omni, C. de non numerata pecunia, ubi is qui confessus est mutuum pecuniam recepisse, potest in loco contractus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, et si exceptio illa non numeratæ pecuniæ ad rescissionem contractus tendat. Augetur difficultas ex text. in l. 2. C. ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis, ubi conventio distractus fieri debet, ubi Reus domicilium habet. Sed licet horum iurium nodus indissolubilis videatur; tamen omnia interpretatione, quam refert Covarr. lib. 1. variar. cap. 4. num. 1. Beronius in cap. 1. de in integrum restitutione, num. 162. verissimè dicendum arbitrator, multum interesse an rescissio contractus petatur iure actionis, an verò exceptionis; nam in primo casu, in domicilio Rei peti debet, iuxta regulam text. in l. 2. C. de iurisdictione omnium iudicum, & de iure actionis, interpretandus est textus in d. l. 2. C. ubi & apud quem: si verò exceptionis iure rescissio petatur, tunc proponi poterit coram Iudice excipientis: nam cum excipientis vicem Rei gerat, & Actor illum debeat convenire coram suo Iudice, nulla iniuria Actori fit, si exceptio tendens ad rescissionem contractus coram Rei Iudice proponatur: & ita est interpretandus text. in d. l. in contractibus, §. in omni, Cod. de non numerata pecunia.

Septimò adversus ea, quæ in presenti notant DD. omnes; videlicet quod non solum ratione contractus quis forum sortitur, verum etiam quasi contractus, ve-

luti ex aditione hæreditatis, cum ex aditione illa hæres creditoribus hæreditariis, ex quasi contractu, teneatur, §. hæres, Instit. de obligat. qua quasi ex contractu nascuntur: ac idèd legatum ac fideicommissum peti oportere, ubi hæres contraxit, hoc est hæreditatem adivit, dict. §. hæres, l. si quis absentis, §. hæres, ff. de actionib. & oblig. l. qui cum alio, ff. de regul. iur. Obstat text. in l. fideicommissum 30. ff. de iudic. ubi constat fideicommissum petendum esse eo in loco, ubi maior pars hæreditatis est. Augetur difficultas ex text. in d. l. hæres absens, in princip. ubi constat hæredem conveniendum esse, ubi defunctus debuit, vel contraxit, non tamen ubi maior hæreditatis pars extat: Quæ omnia iura ex eo ad concordiam reducenda sunt, si attendamus text. in d. l. fideicommissum 30. ff. de iudiciis, nihil novi statuisse, quod regulis supra adductis repugnet: siquidem in specie illius textus, idem in legatis, & fideicommissis, quod in cæteris obligationibus, & contractibus statuitur: siquidem duo sunt loca, ubi Reus hæres conveniri potest, vel ubi domicilium habet, vel ubi contraxit, seu contraxisse præsumitur; notat Donel. lib. 17. commentariorum, cap. 15. nam fideicommissum rectè peti potest, ubi hæres domicilium habet, sive ibi sit hæreditas, sive nulla pars hæreditatis extet, d. l. si fideicommissum 30. §. sed & rescriptum, ff. de iudiciis, poterit etiam extra domicilium cum hærede agi, ubi hæres cum fideicommissariis contraxisse videtur, & tunc quoad fori privilegium non attenditur, ut hæres conveniatur, ubi contraxit; sed ubi pecunia, seu res legata solvenda est, arg. text. in d. l. 3. ff. de reb. auct. iudicis possidendis, d. l. contraxisse, ff. de action. & obligat. nam legatum, vel fideicommissum præstari debet, ubi testator voluit, & sicuti in contractibus voluntas contrahentium spectanda est; sic & in legatis, vel fideicommissis, testatoris voluntas attenditur, l. ex facto, §. rerum, ff. de heredib. instit. l. verbis legis, ff. de condition. & demonstrat. idèdque ubi testator fideicommissum solvi voluit, ibi etiam præsumitur hæres contraxisse, sive ibi sit maior hæreditatis pars, sive minor, sive nulla, si verò testator de loco præstationis fideicommissi non cavuit; tunc id sequendum, quod verosimile est, & verosimile creditur, testatorem solvere velle, ubi facilius, & commodius hæres præstare possit, l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. l. pater 101. §. 1. ff. de condition. & demonstrat. cum testatorum voluntas potius sit in sublevandis, quam in onerandis hæredibus, idèdque si res certa, vel quantitas relicta sit, ibi dari debet, ubi res est, quamvis alibi petatur, l. quod legatur, ff. de iudiciis, l. cum res, in princip. ff. de leg. 1. cum ex mente testatoris ibi præsumatur præstationem fieri, ubi commoditas hæredis extat, & ibi contraxisse videatur: ac idèd ex rationibus supra adductis solum etiam ibi tenetur, d. l. contraxisse, ff. de action. & obligat. merito cum legatum rei certæ sit solvendum, ubi res legata est; ibi etiam contractus, vel quasi aditionis gestus videtur, ut fideicommissum ibi petatur: l. 30. & 32. §. fin. ff. de iudiciis.

Octavo obstat text. in l. cum res, in princip. ff. de leg. 1. l. quod legatur, ff. de iudiciis, ubi legatum, vel fideicommissum rei certæ alibi peti potest, quam ubi res est, quamvis si ibi petatur, ibi dari debeat. Cui dubio verissimè respondendum arbitrator, quod etiam ubi hæres domicilium habet, res certa legata peti poterit, & similiter etiam ubi maior hæreditatis pars extat, licet alibi res sit, l. etsi susceptis, §. final. ff. de iudiciis: Nam cum res certa legata ibi peti possit, ubi testator creditur voluisse: tunc præsumitur voluisse, ubi maior hæreditatis pars est, vel domicilium hæredis extat, cum semper præsumatur testator voluisse hæredi consulere; notat Osuald. ad Donel. lib. 17. commentar. cap. 15. littera C. Si verò res incerta legata est, cum nullo certo loco fideicommissum extet; tunc ibi peti debet, ubi hæreditas relicta est, vel ubi maior eius pars extat, l. unica, C. ubi fideicommissum, &c. l. si fideicommissum, in principio, ff. de iudiciis, cum simili-

ter de coniecturata testatoris voluntate appareat voluisse heredem præstare in locis illis, ubi facilius posset, cum ibi contraxisse videatur, *dist. l. 3. cum supra traditis*, & pro interpretatione textus in *l. sed etsi, §. si libertus, ff. de iudiciis*, videndus est Osualdus ad Donellum *lib. 17. commentar. cap. 15. lit. D. apud finem*. Hæc ratione contractus sufficiant: nunc de domicilij foro agendum est.

12 Nonò adversus secundam nostri textus partem, & ea, quæ supra retulimus, videlicet domicilij causâ forum sortiri; ac domicilium ex habitatione, & animo constare: Et si quis sedes transtulerit, vetus amittere, & novum, ubi extat, constituere, *l. si quis postea 7. ff. de iudiciis, l. penultima, ff. de iurisdictione omnium iudicum, dist. l. hæres absens, §. 1. ff. de iudiciis*. Obstat textus in *l. 2. Cod. de iurisdictione omnium iudicum*, ubi constat, Reum ibi conveniri oportere, ubi domicilium habet, vel tempore contractus habuit, licet illud postea transtulerit. Sed huic dubio respondendum est, domicilium, quod olim Reus habuit, non esse causam fori sortiendi, sed contractus tantum, ubi celebratus est, *l. hæres absens 19. §. 1. ff. de iudiciis, dist. l. contraxisse, ff. de obligation. & actionib. dist. l. 3. ff. de rebus authoritate iudicis*: ac idè nihil videtur ob stare text. in *d. l. 2. C. de iurisdictione omnium iudicum*, uti latè disputat Donellus *lib. 17. commentar. cap. 12*.

13 Decimò obstat text. in *l. hæres absens 19. in principio, ff. de iurisdictione*, ubi constat heredem non esse conveniendam, ubi domicilium habet; sed ubi defunctus habuit. Sed huic difficultati, ex eo occurritur; quia multum interest, an quis ex propria persona an verò ex persona alterius conveniatur: nam si non proprio nomine, sed defuncti, seu alterius, tunc ibi se defendere cogendus est ubi conveniri potuit ille, ex cuius persona convenitur: ac idè potius est inspiciendum domicilium defuncti, quam hæredis; & ita obtinet text. in *d. l. hæres absens, in princ. secus verò dicendum, si proprio nomine conveniatur, ut in specie nostri textus*.

14 Undecimo prædictis obstat sequens consideratio, videlicet si hoc esset verum, sequeretur, quod hæres conveniretur in domicilio defuncti, etiam si ab eo esset absens, quemadmodum defunctus conveniretur etiam si ibi non vixisset, & in domicilio non extaret iuxta text. in *d. l. hæres absens, §. fin.* Sed hoc repugnat verbis eiusdem text. versic. *Si ibi reperitur*, quæ verba denotant aliter heredem in domicilio defuncti posse conveniri, quam si ibi reperitur. Sed hac difficultate non obstante, verissimè est dicendum, heredem conveniri posse in domicilio defuncti, etiam si ibi non reperitur, quemadmodum ipse defunctus posset, *d. l. hæres, §. fin.* siquidem hæres, & defunctus vna eademque persona reputantur, *Aurb. de iurisdictione à moriente præfatio, collat. 5.*

Neque obstat verba text. *d. l. hæres absens, versic. Si ibi reperitur*, quæ prioribus repugnare videntur. Quia aliis omissis, dicendum existimo, Vlpianum in *d. l. hæres, in principio*, significare heredem etiam absentem à loco, ubi defunctus debuit, esse conveniendum, statimque affirmare, similiter in eodem defuncti loco esse conveniendum heredem, si ibi reperitur; quæ omnia scripsit ad denotandum heredem absentem, sive præsentem conveniendum esse, eo in loco ubi defunctus debuit: quæ interpretatio deducitur, ex verbo illo, *Defendendus*, quod verbum propriè refertur ad absentem à loco, ubi iudicium disceptatur, arg. text. in *l. solutionem, ff. de solutionib.* & ex alio verb. *Conveniendus*, quod ad præsentem in loco iudicij refertur, meritò, cum utrumque contineat text. ille, nulla superest repugnantia. Neque obstat illud verbum, *absens*, ex quo diversos casus Vlpian. fecisse nonnulli deducunt. Quia resp. cum Donel. *lib. 17. commentar. cap. 11.* dum asserit idè Vlpian. de absente heredem in principio locutum fuisse; quia discrimen constituere voluit inter heredem absentem, & præsentem, non ad hoc ut con-

veniri non possit; sed quod attinet ad conveniendi facultatem, voluit enim significare, quod si hæres absens sit, possit etiam defendi ubi defunctus debuit, non tamen conveniri, quia nec naturâ abens propriè conveniri dicatur; sed si ibi reperitur præsens, ibi etiam conveniendus simul, & defendendus est; atque ita verba illa: *Si ibi reperitur*, non ad defendendum, sed ad conveniendum heredem referuntur: siquidem verbo, *convenitur*, de Reo præsentem propriè agitur, cum propria sermonis proprietate, *Præsens conveniri, absens verò defendi* dicatur: notat Vlpian. in *litem ait 21. §. hac autem, ff. ex quib. causis maiores*, cum traditis à Donel. ubi supra, siquidem hæres absens aded defendi debet, ubi defunctus erat, ut si latet, aut non defendatur, mittatur adversarius in possessionem bonorum, *l. satis, ff. de in ius vocand. l. item ait, §. hac autem, ff. ex quib. causis maiores*: nam quamvis revera domicilium defuncti ad heredem non transeat, cum in factò consistat; & ea quæ facti sunt ad hæredes non transeant, arg. text. in *l. cum heredes, ff. de edquir. possess.* tamen quoad effectum sortiendi forum, transire videtur; nam cum hæres non ex sua, sed ex defuncti persona conveniatur, ibi conveniri debuit, ubi defunctus domicilium habuit, non tamen ubi ipse habet, ut constat ex iuribus, & rationibus, supra adductis.

Duodecimo prædictis obstat text. in *l. si is qui Romæ 34. ff. de iudic.* ubi constat, quod ut hæres in domicilio conveniatur, si alibi habitet, desideratur, quod prius defunctus ibidem iudicium suscepisset, hoc est, cum eo ceptum fuisset. Quia in difficultate opinor dicendum, quod ut hæres ibidem, hoc est Romæ conveniatur, vel se defendere debeat, non est necesse iudicium prius cum defuncto Romæ ceptum esse, ex his quæ supra retulimus, notat Rom. *conf. 30. num. 2. Ancharr. 244. num. 2.* Neque contrarium refert text. in *d. l. si is qui Romæ*, quia idè requiritur iudicium ibi cum defuncto ceptum fuisse non ad hoc, ut id sit necesse, ut ibi hæres conveniri possit; sed ad hoc ut eadem instantia in heredem transeat: ita ut non sit necesse novam cum heredem litem inchoare, *l. tam ex contractibus, ff. de iudic.* notat Barbol. in *d. l. hæres absens, num. 21. Covarr. in practic. cap. 8. num. 3. Gail. observat. 57. num. 9.*

Decimotertio prædictis obstat dicere, quod si hoc esset verum, sequeretur, quod id etiam in compromisso esset observandum, hoc est iudicium compromissarium cum defuncto ceptum ad heredem transire, siquidem arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de receptis arbitris*; sed hoc iudicium non transit iuxta text. in *l. diem proferre, ff. de receptis arbitris, cap. fin. de arbitris*: Ergo nec illud transire debet. Quem ut dissolvam nodum, observandum cenfeo discrimen esse inter iudicia ordinaria, & arbitraria: nam arbitraria non transeunt ad hæredes, nisi id expressè fuerit actum in compromisso, *cap. fin. de arbitris*, ordinaria verò in heredem transeunt etiam si nihil dictum fuerit, *cap. presentia, de testibus, l. oratio, ff. de feriis, l. unica, C. ne ex delictis defunctorum*. Ratio diversitatis est, quia Arbitri communiter amici eliguntur, siquidem litigatores ab ordinario Iudice recedunt, propter confidentiam, quam in Arbitrum habent; quæ ratio in heredem cessat: & idè ad eum non transit, *l. non distinguemus, §. quæsitum, ff. de receptis arbitris*. Notat Panormitan. in *dist. cap. fin. num. 4.* Dueñas *reg. 128.* & quoad cætera nostri text. verba, videlicet an rescriptum contra antecessorem impetratum comprehendat etiam successorem, & an successor adimplere teneatur contractum prædecessoris? videre oportet ea quæ, supra retulimus in *cap. quia V. undecimo, de iudicis*.

Ad textum in cap. Significasti, 18. hoc titulo, de foro competenti.

DE materia huius textus plura diximus in cap. 1. cap. si diligenti, 12. hoc tit. quæ omnia in presenti re-
petenda cenſeo.

Ad textum in cap. Propofuiſti, 19. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatus tenetur coram iudice citante cauſam proſequi, non obſtante, quod poſtea mutaverit forum.
- 2 Ratio aſſignatur.
- 3 Dominium adquiritur in rebus corporalibus per traditionem, in incorporalibus verò per uſum, & exercitium.
- 4 Iudicium ubi captum eſt, ibi finem accipere debet.
- 5 Explicatur text. in l. cum quadam puella, ff. de iurisd. omn. iud.
- 6 Ex facti narrativa non reſte ſumitur argumentum ad iuris diſpoſitionem.
- 7 Pupillus non obſtante citatione poteſt declinare forum, & iuriſdictionem.
- 8 Explicatur text. in l. contra pupillum, ff. de re iudicat.
- 9 Explicatur text. in l. qui autem, ff. ſi quis cautionibus.
- 10 Reus capitalis criminis ſi poſtea miles factus fuerit, non remittitur ad iudicem, apud quem fuerat accuſatus, & num. 9.
- 11 Per citationem præuenitur iuriſdictione, nec novo privilegio tollitur. ibid.
- 12 Explicatur text. in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. & l. 4. §. Reus capitalis, ff. de re milit.
- 13 Apud Romanos ad militarem diſciplinam ſolum honeſti, ac divites aſpirabant.
- 14 Intelligitur text. in l. qui cum vno, §. ſi Reus, ff. de re milit. & in l. hos accuſare, §. hoc beneficio, ff. de accuſat. ibid.

C O N C L U S I O.

Legitimè citatus tenetur coram iudice citante cauſam proſequi, non obſtante, quod poſt citationem mutaverit forum. Idem probat text. in cap. plures 8. de officio Deleg. lib. 6. cap. 1. cap. præterea 5. cap. prudentiam 21. cap. gratum, cap. relatum, de offic. Deleg. cap. 1. de litiſ conſteſtatione, ubi plura retulimus, cap. ut debitis honor 59. de appellat. l. ſi quis poſtea quam 7. l. ubi captum, ff. de iudiciis, l. vniſa, ff. de officio Conſulis, l. cum quadam puella, ff. de iuriſdiction. omnium iudic. l. lite, ff. de uſuris, l. tutor petitus, 28. ff. de excuſationibus tutorum, l. 1. C. de iudiciis l. 12. tit. 7. part. 3. l. 10. tit. 13. lib. 8. Re. cop. illuſtrant præter ordinarios in præſenti, Gaillius lib. 1. obſervation. 11. Tiberius Decianus lib. 4. tractatum crim. cap. 20. 21. & 23; Barboſa in diſt. l. ſi quis poſtea quam, Anton. Faber. in Rationali ibidem, & in diſt. l. ubi captum, Marra de iuriſdictione, 2. part. cap. 2. & 3. Antonius Gomez tom. 3. de delictis, cap. 10. num. 5. Guttierrez in præctis, lib. 1. quaſt. 5. num. 1. Lancellorus de Accuſatis, cap. de lite pendente, limitation. 2. num. 16. Donellus lib. 17. comment. cap. 12. Azcved. in l. 1. tit. 4. lib. 1. Compilationis.

- 1 Ratio eſt, quia quemadmodum ut quis plenum ius adquirat, necesse eſt, ut dominium adquirat in rebus corporalibus per traditionem, in incorporalibus per

uſum, & exercitium, l. traditionibus, C. de pactis, l. ſi partem, ff. quemadmodum ſervitutes amittuntur: ita ſimiliter cum iuriſdictione ſit incorporalis, & ad eius acquisitionem uſus iuriſdictionis deſideretur, qui traditionis locum habet, l. 1. & 2. l. ſi congenerit, ff. de iudiciis, iuſta de cauſa expreſſe non cenſetur iuriſdictione prorogata ante uſum illius; ſed tunc demum perfecte iudici adquiſita dicitur, cum Reus in ius vocatus eſt, ex eo, quod (ut ſupra retulimus) uſus iuriſdictionis, traditionis locum habere videtur, ac ita quali præventa, nihil prodeſt, ſi poſtea fori mutatio fiat; cum ubi captum eſt iudicium, ibi finem accipere debeat, ne lites nimium protrahantur, Iudex, & adverteſtius il' udantur, l. ubi captum, ff. de iudiciis, & cum per per onæ in ius vocationem, ſeu citationem, negotium deſinat eſſe integrum, d. e. gratum, & iuriſdictione præventa dicatur, cap. Capitulum ſancta Crucis, de reſcriptis, cum citatio iudicij fundamentum ſit, §. omnium, Inſtituta de pœna temere litigantium, iuſta de cauſa is qui coram Iudice competente conventus eſt, necesse habet uſque ad finem perſiſtere, etiam ſi novo privilegio mutaverit forum: ſi quidem eo vti non poterit, d. l. ſi quis poſteaquam, ff. de iudiciis. Quod etiam in criminalibus cauſis locum habet, cum valeat argumentum de civili ad criminalem cauſam, l. hoc accuſare, §. hoc beneficio, ff. de accuſationibus, argument. text. in l. abſentem, ff. de pœnis.

Primo obſtat text. in l. cum quadam puella, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, verò. Poſt ſuſceptum iudicium, ubi conſtat, ad præventionem iuriſdictionis ſolam citationem non ſufficere, ſed omnino deſiderari integram cauſe cognitionem, hoc eſt litiſ conſteſtationem. In cuius text. difficultate reſponderi poſſe arbitror, quod ibi tantum reſertur caſus, ut ipſe evenerat, videlicet lata fuiſſe ſententiam antequam puella nuberet, & conſequenter antequam forum mutaret; & reſpondit iuriſdictione conſultus, quod non obſtante fori mutatione, Iudex debet ad finem cauſe pervenire: quod ſi lata non eſſet ſententia, ſed ſuſceptum iudicium tantum, non obſtante fori mutatione debet idem Iudex de cauſa cognoscere: nam ex illius text. verbis, facti contingentiam referentibus, non ſit argumentum ad iuris diſpoſitionem, ac ided ſupra traditis nihil obſtare videtur; notat Decius in diſt. l. cum quadam puella, num. 2. Curtius Iun. num. 14. videndus Oſwald. ad Donell. lib. 17. cap. 1. §. lit. F. & Anton. Faber in Rationali, ad text. in l. cum quadam puella.

Secundo obſtat text. in l. contra pupillum, ff. de re iudicata: ubi Iuriſconſultus docet pupillum coram vno Iudice citatum, poſſe coram alio ad litigandum venire, ita ut impune poſſit litem ſeuvel inchoatam deſerere. Augetur difficultas ex eo, quod etiam ſi poſt citationem à minore Iudice factam, à maiore fuerit cauſa recepta, poterit inferior adverſus ſuperiorem, etſi non per modum incompetentiæ, tamen per modum præventionis agere, notat Gaillius lib. 1. præctiarum obſervation. 29. num. 3. Cui dubio dupliciter reſponderi poteſt. Primo, quod vel text. ille intelligatur, quando idem à diverſis Iudicibus pro diverſis cauſis citatus fuit, ac ita locum non habebit præventio, vel eo in caſu pro eadem cauſa à duobus iudicibus eodem tempore citatus eſt: nam tunc præfertur citatio illius Iudicis, qui maiori præeſt tribunali: nam præventio in re dubia pro maiori Tribunali præſumitur, notat Bald. in l. Senatus, num. 3. C. qui accuſare non poſſunt, Alexand. in diſt. l. contra pupillum, Barboſ. in d. l. ſi quis poſteaquam, num. 12. ff. de iudiciis, ſecus dicendum, ſi conſtat Iudicem minoris Tribunalis præoccupalle: nam ratione præventionis ſemper cognoscet; neque tenetur cauſam remittere ad iudicem maioris Tribunalis, argum. text. in diſt. cap. cum ſatis, cap. final. de officio Archidiaconi.

Tertio prædictis obſtat text. in l. qui autem, ff. ſi quis cautionibus, ubi is qui novo privilegio utitur, non videtur in eadem cauſa & liſti: certum eſt illius textus verba intelligenda eſſe de eo, qui in ius vocatus eſt, & ſimul cautionem iudicio liſti præſtiterat, & nihilominus Conſultus aſſerit, quod ſi ſe ita ſtiterit, novo privilegio

Ad textum in cap. Licet, final. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quilibet potest conveniri Roma, nisi alias habeat ius revocandi domum.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *Sententia a non suo iudice lata, nulla est.*
- 4 *Legatus Roma, neque pro contractibus antea ibi contractis potest, & num. seqq.*
- 5 *Explicatur text. in cap. dilecti, hoc tit. & cap. 1. de privileg. lib. 6.*
- 6 *Constituti natura est, ut sequatur originem primi contractus.*
Explicatur text. in l. si quis in legatione, 8. ff. de iudic. & l. cum qui, §. Iulianus, ff. de constit. pecun. ibid. & num. 7.
- 8 *Legatus fideicommissarius durante delegatione ius revocandi domum non habet.*
Explicatur l. si legatus, 30. ff. de Trebell.
- 9 *Vxor maritum durante legatione convenire potest pro dote.*
Explicatur l. si vxor, 42. ff. de iudic.
- 10 *Legatus post susceptam legationem si hereditatem adierit Roma, a creditoribus hereditariis conveniri non potest.*
Expenditur text. in l. de eo 26. ff. de iudic.
- 11 *Privilegium revocandi domum, non tantum Legatis, sed omnibus iustis, ac necessariam causam habentibus, Roma competit.*

C O N C L U S I O.

Quilibet potest conveniri Roma, nisi alias habeat ius revocandi domum. Quamvis ex nostri text. verbis plura deduci possint, videlicet quod ratione delicti contractus, aut domicilij, sive rei sitæ, regulariter forum sortitur; tamen ea omnia omitto, quia ratione debiti sup. diximus in cap. postulasti 14. ratione contractus, vel domicilij, in cap. dilecti 17. & ratione rei sitæ, in cap. sane, hoc nostro titulo; idcirco de foro Curie Romanæ tantum nobis agendum est: ac ideo conclusio supra adducta, quoad primam eius partem comprobari potest, ex textu in cap. per principalem, 9. quæst. 1. cap. cuncta per mundum eadem causa, & quæstione, cap. fundamentum, de electione lib. 6. cap. ego enim, de iurciurando, cap. 2. cap. dudum, de probendis, lib. 6. cap. 1. de officio delegati, eodem lib. 6. l. 2. §. omnes, & §. item si extraneus, ff. de iudicibus, l. non alias 24. l. in orbe 17. ff. de statu hominum, l. Roma, ff. ad municipalem, l. cuius, Cod. de incolis lib. 10. l. 4. & §. titul. 3. part. 3. Illustrant Covarruias in practico, cap. 5. Socinus, Paulus, Alexand. Iaf. & Antonius Faber dict. leg. 2. §. legatis, ff. de iudicibus, Brissonius lib. 3. Selectarum, cap. 6. Cuiacius in leg. 6. ff. de excusationibus tutorum, & in l. unica, Cod. de evulsionibus, Fornerius lib. 1. selectarum, cap. 13. Cortasius in l. 1. ff. de origine iuris, Osualdus ad Donel. plures referens lib. 17. commentariorum, cap. 13. littera A. cum sequentibus.

Secunda nostræ conclusionis pars, in versic. Habet tamen, comprobatur ex textu in l. 2. §. in Legatis, cum sequentibus, leg. non alias §. 1. l. de eo, ff. de iudicibus, l. si Legatus 3. in principio, ff. ad Senatusconsultum Trebellianum, Authent. de Sanctissimis Episcopis, §. si quis Episcopus, aut Clericus, v. sic. Si vero, collation. 9. l. 4. tit. 3. part. 3. exortant Covarruias in practico, cap. 5. per totum, Barbof. & Anton. Faber in d. l. §. Legatis, Cuiacius in l. unica, C. de evulsionibus, Idem lib. 3. observationum, cap. 17. Brisson. lib. 3. Selectarum, cap. 6. Pacius centuria 3. quæst. 21. Duaren. ad tit. de constituta pecunia, cap. ultimo, Rebuff. de privilegiis scholasticorum, privil. 176.

vtatur, non videtur in eadem causa sisti: ergo significat illum novo privilegio vti posse, ita vt non videatur, in eadem causa sisti, vt apud primum iudicem defendi compellatur. Cui dubio respondendum est, Paulum in d. l. qui autem, non adversari superius traditis, cum non doceat, eum qui in ius vocatus est, omni privilegio novo adversus priorem iudicem semper vti posse; sed solum aliquando, veluti si Actor patiat, vt Reus privilegio suo vltus aliud iudicium revocet, cum Actori liceat iuri suo renuntiare, iuxta text. in l. si quis, C. de palli; ac idem ex diffinitione Pauli deducitur, ex privilegio aliud iudicium revocante non videri stitisse in eadem causa: ac idem adversus illum committi stipulationem iudicio sisti in id quod Actoris interest, notat Donellus dict. lib. 17. cap. 18.

Quarto obstat text. in l. 4. §. Reus capitalis, ff. de re militari, vbi Reus capitalis criminis, si postea miles fuerit factus, non est ad eum iudicem remittendus, apud quem accusatus fuerat, sed per militarem iudicem puniri debet. Augetur difficultas ex eo, quod statim quo quis citatus est, aded præcepta iurisdictionis dicitur, vt neque ex novo privilegio superveniente tollatur, d. l. si quis postea, ff. de iudicibus. In cuius textus difficultate, omnia emendatione Cuiacij & Antonij Fabri interpretatione in d. l. si quis postea. Verius dicendum existimo, militem in d. §. Reus capitalis, ex ea ratione ad civilem, & priorem iudicem non remitti, quia novum crimen admisit, eo ipso, quod militæ se dedit, cum antea capitalis criminis Reus esset factus: siquidem in stricta illa populi Romani militari disciplina, non cuiuslibet permittebatur ad militiam aspirare, sed honestis solum, & diuitibus, vt ex Aulo Gellio lib. 16. cap. 9. Iusto ipso de militia Romana lib. 1. Dia g. 2. & ita ad bestias damnatus, vel deportatus, si militem se eligi passus fuerit, capite punienus est, d. l. 4. §. 1. ff. de re militari: quam eandem penam patitur, qui Reus capitalis criminis voluntarius miles factus fuerit: quod etiam in Magistratus electione admittitur, l. unica, C. de Reis postulatis lib. 10. l. si Reus delator, ff. de muneribus, & honoribus, cap. omnipotens, de accusationibus; neque requiritur iam de priori crimine; sed posterius hoc quasi militare acriter vindicatur; & hac de causa non remittitur ad civilem iudicem, coram quo fuerat accusatus; sed à militari Perfecto iudicandus, & condemnandus est; & ita obtinet text. in d. §. Reus capitalis, iuxta text. quoque eiusdem legis, notat Barbof. in d. l. si quis postea, quam, num. 164. cum sequentibus, Osualdus ad Donellum lib. 17. cap. 18. littera B. Ita similiter est interpretandus textus in leg. qui cum vno, §. si Reus, ff. de re militari, notat Guido Papa decis. 202.

Neque prædictis obstat text. in l. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accusationibus, vbi supponitur alicuius nomen inter Reos reatum esse, & deinde magistratum creatum fuisse, ac electionem valuisse, quia respondendum est textum illum, non præsupponere valuisse electionem illius, cuius nomen inter Reos fuerat receptum, sed solum illum admitti ad privilegium Magistratus, quando supervenit absolutio criminis antea commissi, id est quando accusatio, & crimen omnino perimitur, & nomen Rei accusati de Reis eximitur, l. 3. §. 2. ff. de accusationibus, l. 1. §. accusatus, ff. ad Senatusconsultum Turpilianum, sicque delinquens ibi contendit, iam pro illo crimine ad accusationem repeti non posse, quo casu cessante crimine ad magistratus dignitatem eligi potest. Plura etiam de materia huius textus diximus in tit. de litis contestatione, quæ omnia in præsentis sunt repetenda, Interim tamen pro interpretatione ad text. in l. Reus 12. ff. indicatum solui, videndus est Barbof. in d. l. si quis postea, quam, num. 144. & similiter pro interpretatione ad text. in l. idem Plipian. §. sunt & aliis, de accusationibus tutorum, videndus est idem Barbof. vbi supra, num. 124.

Ratio primæ partis versicul. *Curia Romana*, &c. ea est, quia Summus Pontifex generalis, & ordinarius Iudex totius orbis dicitur, *cap. cuncta 9. quest. 3.* cum Ecclesia Romana omnium sit mater, & Magistra, *cap. aliorum, 9. quest. 3.* & Romana civitas omnium communis patria dicatur, *l. Roma, ff. ad municipalem*: merito, cum cuiuslibet Ecclesiæ Clericus, sit Pontifici suppositus, iusta de causa poterit apud Sedem Apostolicam conveniri, *d. c. per principalem, 9. quest. 3.*

Secundæ conclusionis decidendi ratio est, videlicet iusta de causa ius revocandi domum competere, quia æquitas iusta, & necessaria causa semper attendi debet, *l. in omnibus 91. ff. de regulis iuris*, cum æquitas, & necessitas faciat permissum, quod aliàs esset prohibitum, *cap. quod non est, de regulis iuris, lib. 6.* idem procedit in Legatis Romæ, & illis omnibus qui testimonij dicendi causa Romam veniunt, seu à Principe vocati sunt: quod admittum est, ne ab officio legationis contra Reipublicæ utilitatem divertantur, *l. non aliàs, §. 1. l. de eo, ff. de iudic.*

Primo obstat text. in *cap. dilecti 17. hoc nostro tit.* vbi nullus nisi ratione contractus, domicilij, vel delicti, conveniri potest, cum tunc Iudex competens dicatur: aliàs sententia ab extraneo lata, nulla erit: *l. fin. C. si à non competenti iudice*: ergo cum Clericus, neque in Curia contraxerit, neque ibi domicilium habuerit, non erit ibi conveniendus. Sed respon. facile, quod quamvis vera sint, quæ supra retulimus, non implicant quin Reus in Curia repertus conveniatur, ex eo, quod in ea existens, quasi verus domiciliarius reputetur; & Iudex Curie competens dicatur, nisi ex iusta causa ius revocandi domum habuerit.

Secundò adversus ea, quæ in præsentis notant omnes, videlicet Legatum Romæ compertum, neque pro contractibus antea celebratis conveniri posse, *d. l. 2. §. legatio*, cum similib. Obstat text. in *c. dilecti, hoc tit. c. 1. de privilegiis, lib. 6.* vbi constat quod etiam si quis privilegium habuerit, quod non conveniatur, nisi coram certo iudice, vel loco, si tamen in alio contraxerit, poterit non obstante privilegio in loco contractus conveniri: ergo & similiter Legatus Romæ, non obstante privilegio, &c.

Qua in difficultate verissimè est dicendum, text. in *d. cap. dilecti*, procedere eo in casu, quo quis tempore contractus privilegium illud habebat: ac idèd ibi conveniri potest, quia contrahendo tacitè videtur privilegio illi renuntiasse, quoad illum effectum: At verò text. noster loquitur in diversa specie, hoc est, quando contractus tempore, nondum erat Legatus: ac idèd non possunt dicere, privilegium revocandi domum remisisse, cum adhuc nullum haberet, arg. text. in *l. mater decedens, ff. de iur. test.* iecus verò dicendum, si post legationem Romæ contraxerit, cum tunc privilegium renuntiasse videatur, *l. si quis in legatione, ff. de iudic.* Neque obstat si dixeris Legatum privilegio illi, tanquam ob publicam utilitatem concessio non posse renuntiare, ne ab officio divertatur: ac idèd omnia negotia extra legationem tractare prohibetur, *l. Paulus, l. 2. §. fin. l. Legatus antequam, ff. de Legat. merito*, cum contractus durante legatione facti, nulli sint, non poterit Legatus virtute eorum conveniri; quia iura omnia in quibus constat Legatum Romæ contraxisse, intelligi debent interveniente prius indulgentia Principis, *l. i. qui, 15. ff. de legation.* nam Princeps ex indulgentia videtur cum illo dispensare in prohibitione legis, arg. text. in *l. quidam, ff. de re iudic.* ita est interpretandus text. in *l. cum furiosus, §. fin. ff. de iud. l. non distinguemus, §. item si quis Roma, ff. de arbitrariis*, notat Cuiac. *lib. 3. observationum, cap. 17.* Donel. *lib. 17. cap. 3.*

Tertiò prædictis obstat text. in *l. si quis in legatione, §. ff. de iud.* vbi constat, Legatum ex contractu Constituti, durante legatione celebrato, Romæ conveniri non posse. Sed idèd ibi non convenitur; quia de natura Constituti est, vt sequatur originem primi contractus, *l. 1. §. cum qui, ff. de constituta pecunia, l. id quod, ff. de donation.* & cum Legatus, durante legatione, non possit conveniri ex contractu ante legationem habito: ita similiter ne-

que ex Constituto, in *dist. 18.* cum sequatur naturam prioris contractus, notat Donel. *lib. 17. cap. 14. in fin.* Cuiac. *lib. 3. observationum, cap. 17.* Neque obstat text. in *l. cum qui, §. Julia, ff. de constit. pecunia*, vbi in eadem simili Constituti specie, originem sumptis ex contractu in Provincia celebrato, Legatus ratione Constituti Romæ conveniri potest. Quia ommissa Accusij interpretatione in *d. l. 8. & Pacij centur. 3. quest. 21. & centur. 4. 9. 34.* vetiorem esse existimo, quam refert Cuiac. *lib. 13. observationum, cap. 17.* asserens multum referre, an Legatus constituat se expressè Romæ soluturum, quod in Provincia acceperat, adiecto illo certo, & destinato Romæ loco: an verò simpliciter constituit soluturum quod in Provincia acceperat, non adiecto loco: nam in primo casu, etiam durante legatione Romæ conveniri potest, quia ibi se constituit soluturum, & ibi contraxisse videtur, *dist. 1. 3. ff. de legation.* & ita obtinet text. in *d. l. 5. §. Iulianus*, quæ interpretatio deducitur ex eiusdem verbis, ibi: *Legatum Roma constituentem, &c.* Secundo verò casu, quando generaliter se constituit soluturum, quod in Provincia acceperat, nullo destinato loco, tunc Legatus durante legatione ius revocandi domum habebit, quia non Romæ, sed in Provincia contraxit, & Constitutum originem contractus sequitur: & ita obtinet text. in *d. l. 8.* notat Cuiac. *lib. 13. observ. cap. 17.* Anton. Fab. in *Ration. ad text. in d. l. 5. §. Iulianus.* Idem de erroribus, *decad. 90. errore 7.*

Quartò prædictis obstant verba eiusdem §. Iulianus, 7 versicul. *Sed & si cum non Roma esset, sed in Provincia adhuc, constituit se Roma soluturum, denegabitur in eum actio de constituta, &c.* vbi Iulianus sequentes casus cum præcedente copulavit, vt constat ex dictione illa: *Sed & si*, quæ statim post primum legitur, & similiter tractat de Legato, qui adiecto certo loco, hoc est Romæ se constituit soluturum: & nihilominus adversus Legatum actionem de Constituta denegandam esse asserit. Sed licet hæc difficultas indissolubilis videatur; tamen dicendum iudico, hanc Iuliani sententiam diversam esse à prima, quia in hac secunda Iulianus non loquitur de Legato, qui Constitutum contraxit Romæ, sed in Provincia antequam Romæ pervenisset: ac idèd est Romæ contraxisse videatur, quia solutionem ibi fieri destinavit, tamen cum vere, & realiter Legatus Romæ non contraxisset, neque Constitutum ibi celebrasset; sed in Provincia, iusta de causa ius revocandi domum habebit, & actio de Constituto adversus eum denegatur. Neque obstant verba illa: *Sed & si*, quia non copulativè, sed disiunctivè interpretari debent, quasi Consultus adversativè doceat, non ita dicendum si se constituit in Provincia; soluturum Romæ, quod in eadem Provincia acceperat, notat Cuiac. *d. cap. 17. Ant. Fab. d. l. 5. §. Iulian. vers. Sed & si, ff. de constit. pecunia.*


Quintò his omnibus obstat text. in *l. si Legatus, 30. §. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum*, vbi Legatus fideicommissarius durante legatione ius revocandi domum non habet: siquidem compelleret iudicium accipere, hæreditatem adire, & restituere. Cui dubio dicendum est, idèd ibi durante legatione Legatum compelli adire, & restituere, quia ex aditione illa, non amittitur Legati privilegium, neque vlla modestia ei fit quo minus possit legationis officium exercere; nam si Legatus sit hæres institutus, & gravatus hæreditatem restituere, dixerit suspectam esse, nulla afficitur iniuria, si cogatur actum momentaneum aditionis facere, quæ interpretatio deducitur, ex eiusdem text. verbis, ibi: *Quia non multum officium occupatur, &c.* Ita etiam interpretandus est text. in *l. quod enim, ff. de iudicis*, vbi Legatus durante legatione compellitur Legatarius cautionem præstare rationem reddit Consultus, quia ex eo nullum Legato fit impedimentum, cum cautionis actus momentaneus sit, notat Anton. Faber in *Rationali ad eundem textum.* Et similiter pro interpretatione ad textum difficilem, & extraordinarium in *l. non distinguemus, 32. §. Sacerdotio 4. & 5. ff. de receptis arbitris*, videndus est idem Anton. Faber in *dictis iuribus.*

9 Sextò obstat text. in l. si vxor 42. ff. de iudiciis, ubi vxor maritum durante eius legatione poterit Romæ convenire pro dotis contracta ante legationem celebrato. In cuius textus difficultate, omnia interpretatione Glossæ, & Baroli *ibidem*, verissimè est dicendum, idè ibi maritum Romæ, & pro dote durante legatione conveniri posse, quia matrimonium de consensu mariti Romæ fuit dissolutum: meritò, cum factum illud durante legatione fuisset celebratum: nihil mirum, quod ea durante pro dote conveniri posset arg. text. in l. 2. §. ceterum, ff. de iudiciis. Et patet ex eo, quia si vxor à marito, sine iusta causa, & eo invito diverteret, dotem amitteret, l. consensu, ff. de repudiis, ac idè necesse est vt intelligatur Papinianum in d. l. si vxor, procedere eo in casu, quo divortium factum est de communi utriusque consensu, vel saltem propter culpam mariti: nam alias frustra de restitutione dotis quæreretur, maritus durante legatione, de ea convenitur: siquidem eodem modo quo quis ratione contractus sortitur forum; ita etiam ratione distractus, d. l. qui certo loco, ff. de eo quod certo loco, l. 2. C. ubi, & apud quem, videndus est Don. lib. 17. cap. 13. versic. Et ad hoc postremum

10 Septimò prædictis obstat text. in l. de eo 26. ff. de iudic. ubi si Legatus post susceptam legationem Romæ hereditatem adierit: tunc à creditoribus hereditariis conveniri non potest; & tamen verum est aditione facta, cum legatariis, & creditoribus, quasi contraxisse, d. §. heres, Institut. de obligationibus qua ex quasi: & Legatus privilegium amittit, tam ex contractu, quam ex quasi contractu durante legatione facta, l. interdum, 36. ff. de iudiciis. Pro quo dubio dissolvendo adnotandum est, verius esse Legatum ex aditione hereditatis conveniri non posse, ne impediatur legationis officium, quod ob publicam utilitatem est receptum: ac idè quamvis ex alio privato contractu conveniri possit durante legatione facta, cum proprio iuri renuntiare possit: nam quamvis possit adire, non tamen poterit à creditoribus hereditariis conveniri, quia ex aditione multa onera, & lites oriuntur, propter quas facile impediretur legatio, l. si hereditatem, ff. mandati, ac idè habito respectu non ad Legatum; sed ad communem utilitatem, rectè in d. l. de eo, statutum est legatum hereditatem adveniens à creditoribus hereditariis conveniri non posse, l. sed etsi, ff. de iudic. l. fin. C. ad Senatusconsultum Trebellianum, Donell. lib. 12. cap. 13. Barbol. in dicit. l. 2. §. Legatus, num. 178. & an Legatus durante legatione si conveniri, reconveniri possit? plura retulimus in tit. de mutuis petitionibus: & pro interpretatione ad text. in l. 2. §. penultimo, ff. de iudiciis, cum leg. sed etsi, 28. §. sed etsi dies, ff. eodem, videndus est Anton. Faber in Rationali, in dicitis iuribus.

11 Octavò adversus ea, quæ in presenti notant omnes, videlicet privilegium revocandi domum, non solum Legatus, sed etiam omnibus illis competere, qui propter iustam, & necessariam causam Romæ extant, veluti, cum quis Romæ per Superiorem, testimonij, vel iudicandi causa vocatus est, appellationis prosequenda, vel tutelæ reddendæ causa, l. si quando, C. de testibus, d. l. 2. §. Legatus, in fin. ff. de iudiciis, l. sed etsi, §. fin. ff. ex quibus causis maiores, vt constat ex nostri text. verbis, ibi: Nisi pro aliqua necessaria iusta causa venissent Ex quibus constat iustam, & necessariam causam esse, vt ius revocandi domum competat. Obstat text. in l. necnon, ff. ex quibus causis maiores, ubi tantum iusta, & probabilis causa sufficit, nec necessaria desideratur: notat etiam Glos. in d. l. 2. §. Legatus, Osualdus ad Donellum d. cap. 13. littera F. Sed huic dubio verissimè est dicendum, idè in specie nostri text. duo copulativè desiderari, vt hoc privilegium competat, videlicet vt causa sit necessaria simul, & iusta, quia textus noster procedit in Episcopo, & personis Ecclesiasticis, qui ex dispositione Iuris Canonici à suis beneficiis absque iusta, & necessaria causa abesse

nequeunt: cap. inter quatuor, cum aliis, de Clericis non residentibus: ac idè vt revocandi domum privilegio fruantur, necesse est, quod ex iusta simul & necessaria causa Romæ extant: quod diversum est in secularibus, in quibus sola necessaria causa sufficit, iuxta text. in d. l. necnon, ff. ex quibus causis maiores, notat Barbol. in d. l. 2. §. Legatus, num. 318. ff. de iudic. Osuald. d. lib. 17. cap. 13. lit. F.



DE LIBELLI OBLATIONE, Tit. III.

Ad textum in cap. Ignarus, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Actor absque libello contendens à iudicio repellitur, cum illum in scriptis porrigere debeat.
- 2 Ratio assignatur. Sententia debet esse conformis libello.
- 3 Iure antiquo causa civiles Clericorum, sine scriptura terminabantur. Explicatur text. in cap. si quis cum Clerico 45. 11. quæst. 1.
- 4 Causa commissa simpliciter sine strepitu & figura iudicij, potest omitti libelli oblatio. Explicatur text. in Clem. dispendiosam, de iudic. & cap. ad petitionem 22. de accusat.
- 5 Solutio legitime facta non revocatur ob iuris ordinem non servatum. Explicatur l. fin. §. ult. ff. quod met. caus.
- 6 Explicatur text. in l. 1. §. edere, ff. de edendo.
- 7 Ordo iuris in publicis iudiciis non desideratur, & quomodo id procedat. Explicatur text. in l. ordo, §. ff. de public. iudic.
- 8 In causis summaris, & exiguis non requiritur libelli oblatio, & scriptura. Explicatur authent. nisi breves, C. de sent. ex peric. recit. & l. omnia, ff. de regul. iur.
- 9 An in causis magis apud Arbitrum, vel arbitratorem requiratur libelli oblatio? Explicatur text. in l. si quis rem, 30. ff. de recept. arbitr.

CONCLUSIO.

Actor absque libello contendens à iudicio repellitur, cum illum in scriptis porrigere debeat. Consonat text. in cap. fin. hoc tit. cap. iudicia, §. offeratur, 3. quæst. 3. cap. legum Ecclesiasticarum, 2. quæst. 1. cap. significantibus, 45. de appellationibus, cap. quoniam contra, de probationibus, cap. licet Heli de Simonia, cap. cum ad Sedem, de restitutione spoliatorum, cap. inter dilectos, de donation. Clem. sape, §. 1. de verb. signific. l. 1. §. fin. de appellation. l. cum quaritur, 22. l. ad eadem, 14. §. actione, ff. de exceptione rei iudic. l. fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo, l. fin. C. de Codicill. l. 1. ff. de edendo, l. edita, C. eod. Auth. offeratur, C. de litis contestat. l. 4. tit. 2. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. exornant Azved. in d. l. 4. cum similibus d. lib. 4. Recop. Parlad. lib. 4. verum quotid. cap. fin. 5. part. §. 1. Maranta de ordin. iudiciorum 4. p. dist. 9. Didacus Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordin. Cardoso in praxi Iudicium, & Advocat. verb. Libellus, num. 6. Paz in praxi 1. p. tom. 1. tempore 4. num. 4. Surdus de alimentis, tit. 3. quæst. 9. Scaccia de iudiciis, lib. 1. cap. 50. Odofredus de libellis formandis, 1. p. cap. 1. Maranta de ordine iudiciorum, p. 6. tit. de libelli oblatione, Donel. in l. 3. Cod. de edendo, Osuald. ad eundem lib. 23. comment. cap. 4. litter. B. C. D. & N. Anton. Pichardus in manuallium, ad praxim, 1. part. paragraph. 2.

paraph. 2. num. 9. Doctor Balboa in commen. ad hunc tit. num. 8.

Ratio est, quia cum sententia debeat esse conformis libello, l. ut fundus ff. communi dividendo, cap. licet Helii, de Simonia, §. curare, Instit. de actionibus, & quemadmodum sententia in scriptis profertur est, cap. fin. de re iudicata, lib. 6. eodem modo libellus in scriptis est offerendus, ut sic reus viso libello melius deliberare possit an cedere, vel contendere debeat, & Iudex cognoscat super quo debeat ferre sententiam: Præterea, quia omnia iudicii acta, propter falsitatis periculum in scriptis sunt redigenda, & inter acta iudicii libellus desideratur, cap. quoniam contra, de probationibus, rursus quia per scripturam libelli eius forma mutari non potest, & si emendatio contingerit facilius per scripturam, quam sine ea apparebit, Glossa in cap. quoniam iure, §. distinet. l. 4. versicul. Otro si, titulo decimo sexto, part. 7.

Primò obstat text. in cap. si quis cum Clerico, 45. 11. quest. 1. ex quo constat Clericum conveniri posse apud proprium Episcopum, & causam, absque vlla scriptura terminari debere; ergo si absque scriptura terminari potest, libelli inscriptio non desideratur. Sed in hac difficultate omiſſa Glossæ interpretatione ibidem, verb. Sine scriptura: Panorm. in presenti num. 8. Butrij num. 9. verissime dicendum est decisionem text. in dict. cap. si quis cum Clerico, procedere de iure antiquo; quo in tempore causæ civiles, & pecuniariæ Clericorum, sine scriptura terminabantur; quod admissum erat ne Clerici à servitio Ecclesiæ diverterentur, ut refertur in Authentico, ut Clerici apud proprios Episcopos, collation. 6. vers. Ex non scripto Gothofredus in notis ad eundem text. littera F, itaque apparet, constitutionem illam nullius esse momenti. Tum ex defectu potestatis c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. Tum etiam, quia sacris Canonibus repugnat: quare nec admittitur à Beato Gregorio in cap. in primis, 2. questione 1. refert Balboa in presenti, numer. 42. Maranta de ordine iudicior. 4. parte distinet. 9. numer. primo, Osualdus ad Donell. dist. capit. 4. littera B.

Secundò obstat text. in Clem. dispensatio, de iudicijs, vbi in causis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, & vsurarum, non solum libelli inscriptio; sed nec eius oblatio desideratur. Quam difficultatem ut tollamus adnotandum est, decisionem nostri text. limitari, quotiescunque causa alicui committitur, ut simpliciter & de plano, absque strepitu, & sine figura iudicii procedatur, quæ quidem clausula remittit libelli oblationem, & omnem iuris ordinem, præcipue in illis quatuor causis, in quibus libellus, nec ordo iuris desideratur ob evitanda temporalia pericula, quæ ex libelli oblatione, & ex dispendiosa litium prorogatione proveniret, quas notant omnes ordinarij ad Clem. 2. de iudicijs, D. Balboa in presenti, num. 56. Neque solutioni obstat text. in ead. petitionem, 22. de accusationibus, ex cujus decisione secundum eum veram interpretationem, quam refert Valaf. in praxi, c. 39. num. 74. constat quod in electione beneficiorum procedi debet libello oblato, & iuris ordine servato quod adeò verum est, ut aliter electio facta nullius sit momenti, c. dudum, el segundo, de elect. quia verissime est dicendum, text. in dict. cap. ad petitionem, & text. in d. dudum, procedere iure antiquo Decretalium ante novam Clementis decisionem, notat Glossa, in d. Clem. 2. de iud. Imol. num. 3. Card. num. 9. Nec obstat si istes, etiam iure antiquo in causis beneficialibus, & matrimonialibus procedi absque litis contestatione, libelli oblatione, vel iuris solemnitate, ut constat ex text. in cap. quoniam frequenter, §. porro, cum alijs, ut lre contestata c. unico, de dolo, & contumacia, lib. 6. Quia iura illa procedunt, quando agitur adversus absentes, & contumaces, adversus quos ex nimia contumacia absque litis contestatione, vsque ad exitum procedi potest: at verò textus noster loquitur quando inter presentes disceptatur iudicium: sicuti & dista Clement. 2. de iud.

Tertiò prædictis obstat text. difficilis in l. fin. §. ultim. ff. quod met. caus. vbi debiti exactio facta extra solum iudicij ordinem, hoc est, absque citatione, & libelli oblatione, iuris ordine non servato, non revocatur. Augeturque difficultas, quòd idem Iuris Consultus asserit, executionem civiliter iuris ordine servato fieri debere. Pro cuius dubij interpretatione distinctio adhibenda est, videlicet multum interesse, an propter omissum ordinem iudicium agatur, ad irritanda quæ per Iudicem gesta sunt: an verò ad revocandam solutionem legitime debitam; nam in primo casu, acta iudicialia revocantur; in secundo verò, cum debiti solutio iuris ordine non servato, ex sola Iudicis iussione est facta, cum quis verè debebat, non repetit, cum suæ facilitati imputare debeat si iuris ordinem non expectavit, cum nulla sit repetitio contra eum, qui suum recepit, l. repetitio, ff. de cond. indebiti, notat Anton. Fab. in Ration. ad text. in dist. l. fin. §. ult. ff. quod metus causa, Covarr. in practico, cap. 11. num. 5.

Quartò his omnibus obstat text. in l. 1. §. edere, vers. 6. Vel id dicendo quo vti velis, &c. Ex quo constat permissum esse actionem in libello scribere, vel verbis dicere, seu dictare. In cuius text. difficultate omiſſa Alciati emendatione lib. 2. c. ult. & lib. 8. Parergon, c. 7. verissime dicendum est, quod verba illa: Vel id dicendo quo vti velis, &c. non significant scripturam in libello non esse necessariam; sed tantum Ius antiquum demonstrant, quo iure observatur, ut acta rerum ad Album Prætoris producerentur, in quo actionum formulæ scriptæ erant, juxta text. in l. si quis 7. l. si familia 9. digestis, de iuris d. omn. iud. & eo producto, digito demonstrat, qua ex parte Edicti acturus sit, vel Edictum indicando, quo vti velit, notat Cujac. lib. 8. observat. cap. 15. Duaren. lib. 1. dist. cap. 13. Anton. Fab. in Rationali, ad eundem text. late Doctor Balboa in commen. ad hunc tit. num. 20. cum seqq.

Quintò obstat text. in l. ordo, §. ff. de publicis iudicijs, in 7. illis verbis: Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desit, &c. Ex quibus constat, quod ordo iuris in publicis iudicijs non desideratur: ergo nec libelli in scriptis oblatio ad ordinem publicorum iudiciorum necessaria erit. Augeturque difficultas ex eo, quod præcipue in causis criminalibus ordo iuris, & libelli inscriptio propter calumniam, & Talionis pœnam desideratur, c. fraternitatis, de testib. c. licet 14. cap. super his, 16. c. qualiter & quando, 24. de accusationibus. Qua in difficultate alijs omiſſis verissime est dicendum, Consultum Paulum in d. l. 8. non abstulisse omnem iudiciorum ordinem, hoc est libelli oblationem, & similia; sed tantum abstulisse rectissimum iuris Romani ordinem, qui observabatur in inquirendis, & coercendis publicis criminibus, ut sic ritu illo, maturo consilio, in illis criminibus ageretur; quam antiquam formulam refert Brissonius lib. 2. de iudicijs, cap. 1. vsque ad 12. Rosinus lib. 9. antiquis, cap. septimo, vsque ad 14. sicque in dist. l. 8. tantum illa antiqua formula sublata fuit; non tamen libelli oblatio, illiusque inscriptio, & rationabilis iudiciorum ordo; uti constat ex textu in leg. hodie, ff. de panis.

Sexto obstat textus in Authentica nisi breves, Cod. de sententijs ex breviculo recitandis, vbi scriptura, libelli oblatio, neque iuris ordo in iudicijs desideratur. Sed hujus nodi facilis erit solutio, si attendamus textum in dict. Authentica, nisi breves procedere in causis brevibus, & exiguis. In quibus sine scriptura procedendum est, cum in illis procedatur, iuris ordine prætermisso, at verò text. noster procedit in causis, in quibus plena causæ cognitio, & libelli oblatio desideratur, Maran. de ord. iudiciorum 4. p. c. 9. n. 12. D. Balboa in commen. ad hunc tit. num. 33. Nec huic solutioni obstat text. in l. omnia, 72. ff. de reg. iur. cujus hæc sunt verba: Omnia quæ causa cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. Quia verba illa non denotant in causis, in quibus plenaria cognitio desideratur libellum non esse necessarium, sed tantum Vlpianus ibi refert antiquam rescripti formulam, quam

quam Principes observabant, videlicet cum rescriptum per libellum scriptum impetrabatur, quod etiam Præsides observabant: l. 25. ff. de in ius vocando; & rescriptum illud per illam libelli rescriptionem impetratum, quo Princeps, vel Præsides iubere, vel restitui iubebat, si cognitio causæ non desiderabatur, per libellum, absque scriptura expediri poterat; & hæc est vera Vlpiani mens, quam refert Revardus ad l. omnia, 72. digestis de reg. iur.

- 9 Septimò adversus ea, quæ in præsentì notant omnes, videlicet nostri text. sententiam limitari in iudice Arbitro, vel arbitratore, apud quos asserunt libellum, nec litis contestationem desiderari, vti refert D. Balboa in comm. ad hunc tit. num. 59. Menochius de arbitrarijs, libr. 1. quaest. 18. Valde obstat text. in l. si quis rem, 30. ff. de receptis arbitris, ibi: *Lite apud iudicem suo ordine peragenda, &c.* Ex quibus verbis constat etiam apud arbitros juris ordinem observari debere. Quo in dubio, ommissa Ant. Fabri emendatione in Rationali, ad eundem text. asserentis verba illa non Pauli, sed Triboniani esse; vetiorem esse existimo, quam refert Cujac. lib. 13. Pauli ad edictum, in d. l. si quis rem, 30. ff. de receptis arbitris dum asserit verba illa non demonstrare in iudicio arbitrario juris ordinem observari debere, sed tantum verba illa: *Lite apud iudicem suo ordine peragenda*, idem significare, ac si Consultus dixisset, quod lis suo ordine peragatur, quasi sensus sit, servato ordine temporis, quo causa in iudicium fuit deducta, valgo, *Por sa antiquidad*; vt sic quæ prior venit, prius expediatur: exemplo l. penult. Cod. si pendente appellatione mors intervenierit, Et an libelli oblatio, & juris ordo in notorijs desideretur disputant Doctores in capit. nostram vigesimo primo, de iurjurando.

Ad text. in cap. Significantib. 2. & cap. Dilecti, 3. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Obscuritas in libello evitanda est: & agens reali actione rem exprimere, & personali, causam petendi exponere debet.*
- 2 *Ratio assignatur. Obscuritas, & incertitudo in iure, reprobat, ibidem.*
- 3 *Explicatur text. in capite 2. de ordin. cognit.*
- 4 *Conciliantur textus in leg. 1. paragrapho si quis 40. ff. de positi; & leg. actione furti, 19. ff. de furtis, & num. 5.*
- 5 *Res deposita, reddita non videtur, si deterior reddatur. Species auri, vel argenti simul, & pondus in libello exprimi necesse est, ibi.*
- 6 *Sententia debet esse conformis libello.*
- 7 *Sententia incerta, & sine certa quantitate prolata, non valet.*
- 8 *Libellus an in vindicatione incerte partis admittatur. Explicatur textus in leg. quæ de tota, §. incertæ partis, ff. de rei vind. & l. si non omnes, §. 2. ff. comm. divid.*
- 9 *Prescriptio interrumpitur per libellum generalem; interpretata l. 1. C. de annali except.*
- 10 *Pars hereditatis incerta peti potest, si ad id iusta, ac necessaria causa. Explicatur textus in leg. 1. §. interdum, ff. si pars hæred. per.*
- 11 *Libellus alternativus an valeat, & quando.*
- 12 *Causam generalem in actione reali exprimere sufficit; in actione vero personali specialem exponere necessarium est. Explicatur text. in cap. Abbate, 3. §. secus autem, de re iud. lib. 6.*

13 *Actionis nomen in libello exprimere, an sit necessarium.*

Explicatur textus in cap. dilecti, 6. de iud. & l. edita actio, Cod. de edendo, l. 1. §. 1. & 2. ff. eod. & l. 2. §. ex iis ff. de orig. iur.

14 *Ius & causa petendi in libello exprimi debet.*

15 *Nullitatis causam, & ius videlicet ex qua parte subsistat allegari oportet.*

Explicatur text. in c. constitutis 47. de elect.

C O N C L U S I O.

Obscuritas in libello evitanda est; ita vt si reali actione agatur res petita exprimenda sit: & si personali, causa petendi exponatur. Consonat text. in c. dilecti, 6. capis. examinata, de iudicijs, cap. significantibus, de appellationibus, cap. Abbate sane, 3. de re iudic. lib. 6. & curare. Instit. de actionibus, l. in actione 19. ff. de furtis, l. 1. §. si quis 40. ff. de positi, l. 1. ff. de edendo, l. edita actio, C. eodem, l. 2. C. de formulis subtilibus, l. in tradendis, ff. communia pradiorum, l. prator edixit, §. quod autem, ff. de iniurijs, l. vti autem, §. qui illud, aut illud, ff. de verborum obligation. exornat Rebuff. in tractatu de reprobatione testium, num. 3. Part. in praxi, part. 1. tom. 1. tempore 4. num. 16. Azcvedo in l. 4. num. 1. cum sequentibus, tit. 2. lib. 4. Recopilationis, Cardoso in praxi Iudicum, & Advocat. verb. Libellus, numer. 3. Duarenus libro 2. disputation. capit. 23. Gaillius libro primo, observat. cap. 62. & 66. O. Sahagun in comm. ad tit. de sequestratione possessionis, & fructuum, cap. 2. num. 23. & sequentibus, Ouald. ad Donel. lib. 13. comment. cap. 4. lit. K. Boëtius lib. 6. declarationum, cap. 88. Pinellus in l. 2. C. de rescindenda venditione, 4. var. c. 3. n. 19. D. Balboa in comm. ad hunc tit. cap. 2. & fin. Felice de la Vega in comm. ad text. in c. dilecti 6. de iudic.

Ratio est, quia in iudicijs, omnis cura, & sollicitudo haberi debet, vt constet quo iure quavè de causa Actor agat adversus Reum conventum: siquidem quælibet petitio in iudicio debet esse clara, certa, & concludens, vt sic sententia certa possit profecti: siquidem incertitudo, & obscuritas in iure repellitur, l. in tradendis, ff. communia pradiorum, cum, vt perfectus sit libellus, tria continere debeat, vt refert Donel. dist. lib. 23. cap. 4. Primum, rem petitam; Secundum, causam petendi; Tertium, iure Civili, erat genus actionis. Rem petitam exprimere necesse est, quia sine re quæ petatur, nulla potest esse rei persecutio; nec Reus possit deliberare cum ignoret, quid ab eo petatur, l. si rem 6. ff. de rei vindic. l. in actione 13. ff. de furtis, l. forma 4. ff. de censibus, Oualdus ad Don. lib. 20. comment. cap. 4. littera S. Gilchenius in l. 3. num. 64. Cod. de edendo. Donel. ibidem, Doctor Balboa in commentar. ad hunc titulum, num. 92. Felicianus de la Vega in dist. cap. dilecti, num. 7. Causa etiam desideratur, quia cum petitio supponat actionem, & actio obligationem, & in iudicijs personalibus nulla possit esse actio, nisi ex certis causis, §. 1. Instit. de actionibus, idè causam exprimere necesse est, cum fieri possit, vt Actor eam causam dicat, ex qua Reus debeat, & idè cedere deliberet; & è converso esse poterit, vt Actor causam dicat ex qua Reus non debeat, ac idè contendere deliberet. Iure etiam Digestorum nomen Actionis desideratur, quia vt refert Donel. vbi supra, nomina, & actionum formulæ diverse erant, l. edita actio, Cod. de edendo, l. 2. versic. Ex his legibus, ff. de origine iuris, l. 1. §. 1. & 2. ff. de edendo, Doctor Balboa in præsentì, num. 114. & præcipuè in d. c. dilecti, 6. num. 11.

Primò obstat text. in c. 2. de ordine cognitionum, vers. De quibus iustitiam fieri postulabat, &c. Ex quo constat libelli oblationem valere, etiam si rei petita designata non sit: quem vt dissolvam nodum, observandum censeo, quod ibi Abbas Florentinus, omnia damna Monasterio à Nobilibus illa aperte complexus fuit in libello, sed brevitas causa nonnulla fuerant summarie proposita, vt constat ex Decretali integra, in 3. collect. Decretalium lib. 2. tit. 4. cap. 1. vbi eruditè animadvertit eruditissimus Prim. & communis Præcept. D. D. Ildeson. Guillem de la Carrera, in præfatione ad sextum in dist. cap. 2. de

de ordine cognitionum, vers. De Nobilibus viris, Maran. lib. 6. 3. memb. num. 15. Paz in praxi, 1. part. 4. tempore, num. 55.

Secundo obstat text. difficilis in l. 1. § si quis 40. ff. de posui, ibi. In rei petitione, non sufficit in libello specialis rei petitio, sed utrumque necesse est ut exprimat, hoc est speciem ipsam & pondus argenti. Cui ex diametro obstat text. in l. in actione furti, 19. ff. de furtis, ubi cum aliqua res petitur, sufficit ita rem demonstrari, ut possit intelligi quæ res furata sit. Sed licet horum iurium nodus in extricabilis omnibus visus sit; tamen pro illorum interpretatione supponendum est, quod non videretur reddi depositum, quod deterius redditur, §. si res deposita, 16. eiusdem l. 1. ff. de posui, & cum in d. l. §. si quis argentum, non possit sciri, an species auti, vel argenti reddatur deterior, nisi in libello etiam pondus exprimat; necessarium desideratur, ut non solum species in libello, sed etiam pondus exprimat: & in hoc separanda est actio depositi ab actione in rem, quia in hac sufficit speciem exprimi, etiam non adjecto pondere, l. si in rem, 6. ff. de rei vindic. at. secus in illa: rationem differentie refert Ant. Faber in Rationali ad d. l. 1. §. si quis 40. quem vide. Neque obstat text. in d. l. in actione furti, 19. ff. de furtis: quia loquitur in furti actione, in qua furti actio datur ad pœnam dupli, vel quadrupli, ubi res furtiva tanti æstimatur quanti Actor in litem iuraverit, l. in actione, 50. ff. de furtis, idem pondus in libello exprimi necesse non est; sed sufficit rem ita demonstrari, ut quæ sit possit intelligi. Ant. Fab. in Rationali ad text. in d. l. 1. §. si quis 40. Idem in l. qua de tota, 76. §. 1. ff. de rei vind.

Tertio obstat dicere, quod sententia vs supra retulimus. libello conformis esse debet, l. ut fundus, ff. communi divid. cap. licet Felix de Simonia, sed sententia incerta, ac sine certa quantitate prolata valet, l. 1. & 2. C. de sententia qua sine certa quantitate: ergo similiter libellus incertus & dubius valere debet: In qua difficultate verissime est dicendum, quod quemadmodum libellus incertus ex supra traditis non admittitur, aded quod si sententia lata fuerit super libello incerto, nulla sit, c. examinata, de iud. c. cum dilecti, de emption. & vend. sic similiter, nec sententia incerta valere debet, nec transit in rem iudicatam, l. 3. Cod. de sententia qua sine certa quantitate, Mynsing. in d. §. curare, Inst. de action. n. 3. Neque obstat text. in d. l. 1. & 2. C. de sentent. qua sine certa quantitate: Quia procedunt, quando sententia: in usuris condemnatoria est: quæ usurarum pœna, etsi indefinitè profertur, tamen certa est; siquidem usuræ illæ ex ipso iure publico legitimæ intelliguntur, hoc est centesimæ, ut in l. 1. & per totum tit. ff. de usur. & sic certa sententia dicitur, quoties eius certitudo aliquo modo demonstrari potest; notat Gothofredus in notis ad text. in d. l. C. de sententia qua sine certa quantitate, & in l. 3. lit. Q. videndus est etiam Mynsin. in d. §. curare, n. 3. usque ad 11. Ant. Pichard. ibid. n. 2. & 15.

Quarto obstat text. in l. qua de tota, 16. §. incerta partis, 3. ff. de rei vindic. ubi libellus in vindicatione incertæ partis admittitur. In cuius tex. difficultate dicendam est, quod etsi verissimum sit in singulari rei petitione incertæ partis vindicationem non admitti, aliquando tamen accidit, ut id nullo modo possit fieri, propter incertitudinem quæ subest ex parte rei, cum possit iusta causa interveniente, ob quam in certa illa rei vindicatio admittatur, ut in exemplo quod Cajus refert in d. l. 76. §. incerta partis, ff. de rei vindic. veluti cum actor ignorat probabiliter quota, & quanta sit portio, quam habet in re petita? ut puta si hominem legatum petat legatarius, & certum sit falcidiam intervenire; siquidem d. §. incerta, necessitas ipsa facit licitum, quod aliàs esset illicitum ita similiter est interpretandus text. in l. si non omnes, §. 2. ff. communi di. d. & de hac re iura refert Ant. Fab. in Rationali ad text. in l. qua de tota, 76. §. incerta, ff. de rei vind. & eodem modo ad quod ex pluribus corporibus constat, communi nomine vindicari potest, etiam non designatis capitibus, ut est grex, §. 1. ff. de rei vind. Cuiac. lib. 1. §. observation. cap. 33. Idem lib. 22. Pauli ad edictum, in l. 2. ff.

de rei vind. Doctor Balboa in commentarijs, ad hunc text. num. 109.

Quinto obstat text. in l. si in fin. C. de annali exceptione, ubi generalis libellus, & obscurus admittitur, & effectum sortitur. Sed prædicta difficultas excluditur ex eo, quod text. ille tantum procedit in libello citatorio ad interruptendam præscriptionem, ut inducant eiusdem text. verba ibi: Et si quis generaliter dixerat, &c. nam cum Imperator quætionem proposuisset, de sola interruptione? respondit præscriptionem interrompi per libellum generalem in illis verb. Et libellum conventionis ei transmissis, &c. siquidem per quamlibet citationem generalem interruptitur præscriptio: notat & plures refert D. Balboa in comm. ad hunc text. n. 82.

Sexto obstat text. in l. 1. §. interdum, 1. ff. si pars hæreditatis petatur, ubi incertus libellus, & incerta hæreditatis petitio admittitur. Sed huius difficultatis solutio deducitur ex eiusdem text. verbis: nam quamvis verum sit, quod libellus incertus, seu petitio incerta non admittatur; tamen interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget, idoneis causis intervenientibus; quibus de causis multa permittuntur, quæ aliàs non admitterentur; & nulla causa magis idonea reputatur, quam quæ ex mera facti, & juris necessitate proficiscitur; nam ut sup. diximus necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum, cum casus eveniet, l. 3. C. locati: c. quod non est, de reg. iur. ubi quamvis pars hæreditatis actori competat, dici tamen non potest quota, seu quanta pars sit; ut puta si frater decesserit, præmortuis iam fratribus, sed superstitibus vnus fratris filio iam nato, & vxoribus prædefunctorum fratrum prægnantibus, nam quamvis certum sit fratris filio iam nato partem hæreditatis competere; tamen quanta pars sit incertum est, cum incertum sit, an ederentur fratrum defunctorum filij, cum quibus in capita esset successurus, merito æquissimum, imò & necessarium est, ut incertæ partis libellus admittatur, notat Ant. Faber in Rationali, ad text. in l. 1. §. interdum, ff. si pars hæreditatis petatur, Accurs. in d. §. interdum, verb. Indulget: & an dos incerta peti possit? & pro interpretatione: ad text. in l. si. C. de sententijs que sine certa quantitate videndus est D. Balboa in præsent. n. 110.

Septimo obstat text. in l. 1. §. quia autem, ff. quorum legat. c. Abbate 3. de re iud. in lib. 6. ibi: Libellus alternativus & incertus admittitur. Augetur difficultas ex eo, quod libellus alternativus regulariter non valet. l. Prætor edixit, §. quod autem, ff. de iur. l. ubi autem, §. qui illud, aut illud, ff. de verb. oblig. siquidem dictio alternativa obscuritatem, & incertitudinem affert argum. text. in c. fin. de rescriptis. Sed hæc difficultas dissolvitur ex eo, quod iura in argumento adducta, procedunt in libello alternativè concepto, cuius incertitudo ex alieno facto ad certitudinem reduci potest, veluti, cum illa actio in libello proposita, etsi sit diversa tamen tendit ad eundem finem, scilicet ad rem ipsam vindicandam, d. c. Abbate 3. iuncta eius Glos. de re iud. l. 6. quod secus esset si, contrariæ essent actiones, nam tunc libellus inutilis esset, D. Balboa in præsent. à n. 87. cum seqq. Illigerus ad Donel. lib. 23. Commentarior. c. 4. lit. A, & G.

Octavo adversus ea, quæ sup. retulimus, videlicet specialem causam in libello esse exprimentam, valde obstat text. in c. Abbate, 3. §. secus autem, de sententia, & re iud. lib. 6. ubi sufficit generalem causam exprimere, veluti si quis dixerit: peto rem illam, quia illius dominus sum, & etiam si specialem domini causam quid non allegaverit, videlicet ex donatione, vel emptione incerta illa petitio tenet. Cui difficultati, ut satisfaciamus, meminisse oportebit discrimen versari inter actionem in personam, nam in hac non sufficit causam proximam exprimere, sed necessaria est expressio ex causa remota (verbi gratia) non sufficit dicere. Peto ut mihi solvas censam, quia mihi debes, sed etiam requiritur causa specialis, & remota; videlicet ut dicat, quia mihi debes iustino, ex empto, vel ex alio contractu; & ita obrinet textus in dicto capite finali, hoc titulo, in illa verò sufficit proximam, & generalem

ralem allegare, videlicet *peto talem rem, quia illius dominus sum*, et si specialem dominij causam non allegaveris: & ita obtinet text. in *dict. cap. Abbate, 3. §. secus autem* Nec huic solutioni obstant verba eius text. *ibi: Obnoxium, &c.* quia verba illa potius ad actionem in personam, quam in rem, referri debent; quia verbum illud *Obnoxium* non solum ad actionem personalem, sed plerumque etiam ad actionem in rem adaptari solet, notat Doctor Balboa in *presenti, n. 122.*

13 Nondum adversus id quod Donel. sententia in decidendi ratione, supra retulimus, videlicet Actionis nomen in libello esse exprimendum. Cuius sententia comprobatur ex decision. *textus in l. 2. vetlic. Ex his legibus ff. de origine iuris, l. 1. §. 1. & 2. ff. de edendo, valde obstat text. in cap. dilecti 6. de iudicis, ubi expressè constat non esse necesse actionis nomen in libello exprimere. In qua difficultate, omissa Glossæ interpretatione in *dict. cap. dilecti, verb. Actio*, quam sequitur Donel. *ubi sup.* asserens discrimen versari inter ius Pontificium, & Civile, idem Donel. in *l. edita actio, Cod. de edendo: veteris dicendum est, quod neque de iure Civili neque Canonico, actionis nomine in libello exprimere necesse est; sed tantum sufficere clarè, & purè factum proponere: ita ut ius agendi facillè reperiri possit, ex d. cap. dilecti 6. de iudicis, l. furti actione, ff. de furtis, Hilligerus ad Donel. lib. 23. Comme rarior. cap. 4. lit. K. Antonius Pichardus in §. sic itaque discretis, num. 33. In *tit. de action. Vaconus lib. 6. declarationem, cap. 84.* Neque pro Donelli opinione, quidquam facit text. in *d. l. edita actio 3. C. ad edendo, l. 1. §. 1. & 2. ff. eodem, l. 2. §. ex iis ff. de origine iuris*, quia in dictis iuribus non significatur desiderari proprium Actionis nomen; sed potius demonstratur ius illud antiquum, quo desiderabatur illa verborum formula, qua Actor ius suum Reo dicebat, cujus copiam apud Prætores proferebat; de qua antiqua formula, plura refert Donel. lib. 24. *Commentar. capit. 4.* Antonius Faber in *Rationali, ad text. in dict. l. 1. ff. de edendo, Duar. lib. 1. disputat. cap. 13.* Doctor Balboa in *d. c. dilecti, 6. de iudicis, n. 11. 15. & 25.* qui latè explicat decisionem text. in *d. l. edita actio, C. de edendo, præcipuè ex num. 13. cum seqq.***

14 Decimo prædictis obstat text. in *c. de mutuis petitionibus, c. gravis 1. infra de deposito, c. octava, 62. 11. 9. 2. c. experientia, 15. 11. quasi. 1. c. examinata, 15. de iudic. l. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis.* In quibus iuribus constat actionem esse in iudicio proponendam, aliter autem subsistere non posse: quorum iurium difficultas explicata manebit, si attendamus, quod iura illa non debent accipi pro nomine Actionis: ita ut requirant actionis expressionem, sed tantum debent accipi de iure, & causa petendi, cum causa ipsa est, quæ tantum debet exprimi, *c. au eadem 14. §. actiones, ff. de exception. rei iud. cum ex expressione ipsius causæ satis de actione constare videatur, argument. text. in l. quoties 9. §. si quis nomen, ff. de heredibus instituentis, notat Doctor Felician. de la Vega in commentarijs ad text. in dict. cap. dilecti 6. de iudicis, à num. 28.*

15 Undecimo his omnibus obstat text. in *cap. constitutis, 47. de electione, cum ageretur de annullanda electione inscribitur, Procuratores compellendos esse, demonstrare quo iure, seu qua actione nullitas ipsa subsistat, ac per consequens, etiam de iure Pontificio necesse erit actionis nomen in iudicio exprimere. Sed hæc difficultas similiter ex iuribus supra adductis dissolvitur; quia ibi nequiquam probatur, necesse esse nomen Actionis exprimere, sed tantum ius, sive causam petendi declarare. Neque etiam obstabit principium illud, quo docemur sine actione neminem in iudicio experiri posse, *l. si pupilli, 6. §. videamus, ff. de negotijs gestis, l. quotiens, §. item si temporali, ff. de administratione tutorum: quia in illis iuribus constat actionis nomen esse exprimendum, sed tantum ius, seu ipsam petendi causam, ut supra resolutum est.**



DE MUTUIS PETITIONIBVS Tit. IV.

Ad textum in cap. Ex literis, 1. & cap. prudentiam, 2. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Actor reconventus à Reo apud eundem Iudicem respondere tenetur, etsi delegatus sit.
- 2 Ratio assignatur.
Actor qui iudicem in suo negotio approbat, eundem contra se iudicem habere debet.
Reconventio defensionem continet.
- 3 Actor Rei forum sequi tenetur.
Reus per reconventionem vicem actoris sustinet.
- 4 Mutua petitio an ante litem contestatam proponenda sit.
Explicatur text. in c. 1. vers. In continenti, hoc tit. & cap. dispendia, §. Reus, quoque, de rescr. l. 6. & c. 2. de ordin. cognit.
- 5 Delegata potestas stricta est, idè non extenditur de persona ad personam in rescripto non contentam.
- 6 Explicatur text. in c. cum dilectus, de arbitris: & Inon distinguemus, 42. §. item si quis Romæ, vers. Sed compromissum, ff. de arb.
- 7 Clericus an coram Iudice laico reconveriri possit remissivè.
- 8 Reconventio an in causis summarijs admittatur? remissivè.
- 9 Et an in causis executivis remissivè.
- 10 Et an in causis criminalibus? remissivè.
- 11 Fautore alicuius indultum, in eius odium retorqueri non debet.
Clausula, appellatione remota est stricti iuris, & non extenditur ad alias causas in rescripto non contentas.
Intellige, ut ibi.

C O N C L U S I O.

ACTOR à Reo conventus, apud eundem iudicem respondere tenetur, etiam si delegatus sit, qui utramque causam simul terminabit, iuxta modum procedendi sibi præscriptum. Consonat text. in *cap. 1. vetlic. Nos autem, de ordine cognitionum, cap. 3. vetlic. Reus quoque, de rescriptis lib. 6. cap. accusatores §. cuius in agendo, 3. quasi. 8. l. siquidem, 11. §. sed & si mutua, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. sed & hac persona, ff. de procuratoribus, l. qui non cogitur, 22. l. Lucius, 38. ff. mandati, l. si inter me 15. ff. de exceptione rei iudicata, l. 1. §. fin. qua sententia sine appellatione rescindantur, l. 1. §. fin. ff. de extraordinarijs cognitionibus, l. 2. Cod. rerum amotarum, l. neque 6. C. de compensationibus, cum Papinianus, 14. Authent. & consequenter Codic. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum, exornant Barbosa in l. 2. paragrafo legatis, num. 215. Idem in l. qui Prior 19. ff. de iudicis, Maranta de ordine iudiciorum, 4. part. distinctio. 6. Petrus Gregorius lib. 48. *Syntagmatum, capite sexto Cardoso in praxi Iudicum, verb. Reconventio, num. 5.* Covarruvias in *practico, capit. 31. Duchas regul. 202. Morla in emporio tit. 2. quasi. 35. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. quasi. 44. num. 2. & 3. Tiraquell. de Retractu, tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 11. Parlador, lib. 1. verum quotidianarum, cap. fin. part. 5. §. decimo, num. 19. Cujac. lib. 22. observo. Idem in *Novella 96. Goveanus lib. 2. de iurisdictione induc. ad l. si idem 11. ff. de iurisdictione, n. 2. Anton. Faber in Rationali, ad textum in l. qui non cogitur, 22. ff. de iudicis, Idem***

Idem in l. cum Papinianus, de sententijs, & interlocutionibus omnium iudicum, in suo Codice, & libro contestationum, capite quinto 6. 7. & 8. Donel. lib. 17. Commentariorum, cap. decimo octavo, Illigerus ad eundem, in dicto cap. 18. lit. L.

Ratio assignatur in l. cum Papinianus 14. Cod. de sententijs, & interlocutionibus, in illis verbis: Cuius enim in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur, &c. Nam cum actor Iudicem in suo negotio adierit, & probaverit contra Reum, eundem pro Reo contra se habere debet, l. 1. per totam, ff. quod cuiusque iuris, cap. cum omnes, de constitutionibus, dict. cap. accusatores, paragrapho cuius in agendo 3. quæst. 8. quod etiam Reo actori utilissimum est, ut lites breviori tempore finiantur, l. 1. & 2. digestis quibus ex causis ad eundem Iudicem eatur, l. omnes 5. Cod. arbitrium tutela. Accedit etiam, quia mutua petitio, etsi in modum actionis proponatur, tamen quodammodo defensionem continet, l. neque 6. Cod. de compensationibus l. 1. Cod. de rerum amotarum, & pars ejusdem iudicij efficiatur, ut constat in dicta leg. cum Papinianus, versicul. In eodem negotio, &c. quare cum conventio apud eundem Iudicem debeat examinari, l. ubi acceptum, digestis, de iudicijs, Donellus ubi supra, versic. Tertia, ab ijs: iusta de causa Actor à Reo reconventus apud eundem Iudicem, etiam delegatum, respondere tenetur.

Primo obstat dicere, quod Actor necessario tenetur forum Rei sequi, l. inis ordinem 2. Cod. de iurisdictione omnium iudicum, cap. cum sit generale, de foro competentis, & cum in reconventionem Reus vice Actoris, & Actor vice Rei fungatur, non debet in reconventionem eundem Iudicem contra se incompetentem sortiri; præsertim cum nullas actionem exercendo deteriorem suam conditionem, sed meliorem faciat; leg. aliam 29. digestis de novationibus, leg. non solet, § 6. cum sequenti, digestis, de regulis iuris; ergo iniquum est, quod in causa reconventionis alium Iudicem suscipiat. Cuius dubij solutio pendet ex decidendi ratione supra adducta: nam licet fateamur libenter Actorem sequi teneri forum Rei ex iuribus supra adductis; tamen in reconventionem Iudex, qui Actoris incompetens erat, propter reconventionem efficitur competens, neque ex eo conditionem suam deteriorem facit: siquidem eundem Iudicem, quem in agendo observavit, eundem etiam ex naturali ratione supra adducta, adversus se debet sustinere; præcipue quia ex prorogatione, quæ ex reconventionem fit, Actor nullum damnum patitur, imò potius commodum, cum minori cum detrimento, sumptibus, & expensis, facilius coram vno eodemque Iudice causam experiri possit, merito igitur iusta de causa decisum est, ut Actor coram Iudice, quem elegit, respondere cogatur.

Secundo adversus ea, quæ Alexander III. in cap. 1. hoc titul. versic. In continenti, docet, videlicet mutuam petitionem incontinenti proponendam esse, hoc est ante litem contestatam: quod etiam refertur in cap. ex questione 20. de restitutione spoliatorum, versicul. Ante ipsius causa ingressum, & in Clementina, sape, paragrapho verum, de verborum significatione, versic. In exordio litis, valde obstat text. in cap. dispendia, paragrapho Reus quoque, de rescriptis, lib. 6. in illis verb. Durante iudicio, &c. Ex quibus constat reconventionem, seu mutuam petitionem post litem contestatam proponi posse; hoc est interim, dum iudicium disceptatur. Sed licet horum iurium nodus inextricabilis omnibus videatur; tamen pro illorum interpretatione supponendum est, reconventionem duos effectus producere; vnum simultanei processus, alterum prorogationis iurisdictionis. Primus est, ut statim atque reconventio proponitur, conventionis, & reconventionis causa eodem processu tractetur, & vna eademque sententia terminetur secundus est, ut proposita reconventionem prorogatio iurisdictionis fiat: ita ut Actor iurisdictionem declinare

non possit. Sed hæc duo privilegia resultant ex tempore quo reconventio proponitur: nam licet regulariter reconventio, ex nostro textu, & illis iuribus, ante litem contestatam proponi debeat; tamen privilegia inter se differunt, nam si ante litem contestatam mutua petitio proponitur, privilegium erit, ut reconventionis, & reconventionis causa simul in eodem processu tractentur, eademque sententia terminentur: & ita obtinet textus noster, & similia iura supra adducta: si vero mutua petitio post litem contestatam fuerit proposita: tunc privilegium simultanei processus cessat, & tantum admittitur prorogatio iurisdictionis, ut coram eodem Iudice reconventio tractari debeat, & ita obtinet textus in dicto cap. dispendia, paragrapho Reus quoque, de rescriptis, libro sexto, eodemque modo interpretandus est textus in capitul. secundo de ordine cognitionum, cum sibi ipsi pugnare videatur: siquidem in versicul. Cum ea, demonstrat, quod si Reus Actori objiciat spoliationem, in vim actionis, censentur mutua petitiones; & prius tractari debet, quæ prius in iudicium fuerit adducta. Et versicul. Quamquam, affirmat, quod si idem iudicium petitionis ab utraque parte deducatur, iudicia illa debent vicissim tractari, & vna eademque sententia terminari; cuius interpretatio pendet ex supradictis siquidem versiculus, Cum ea, intelligi debet, quando reconventio proponitur post litem simul contestatam: nam tunc intelliguntur duæ causæ diversæ minimè sese contingentes; ideoque separatim ab eodem Iudice tractari debent: at vero versiculus, Quamquam, loquitur quando reconventio proponitur in exordio litis, hoc est ante contestationem, quia tunc dicuntur actiones sese contingentes; & ideò ex nostri textus decisione vnica sententia terminari debent.

Tertio adversus nostrum textum versiculus, Coram vobis super eisdem questionibus, &c. Ex quibus verbis constat, quod mutua petitio etiam in Iudice delegato admittitur: Obstat dicere, quod delegata potestas, adeò stricta est, ut non possit prorogari de persona ad personam; nec de re ad rem, si in scripto non est comprehensa, iuxta textum in cap. significasti, trigesima sexta, de rescriptis, cap. petitione, de officio Delegati: ergo nec in presenti delegata iurisdictione ex mutua petitionem prorogari poterit. Cui difficultati respondendum est, ideò in presenti ex mutua petitionem delegatam iurisdictionem prorogari posse, quia cum mutua petitio inter easdem personas instituatur, in qua prima conventionem litigabant; nec reconventio sit quid diversum à negotio principali; sed ejus pars censeatur; ideò coram eodem Iudice, etiam delegato mutua petitio admittitur: nam quamvis delegata iurisdictione sit odiosa; tamen illud odium non admittitur in causa reconventionis, cum ex ipsa iuris necessitate naturali ratione permessa censeatur, notat Menochius de arbitrariis, casu quadragesimo quarto, numero sexto, Molina in emporio titulo 2. questio. 21.

Nec obstat textus in cap. cum dilectus sexto, de arbitris, ubi reconventio coram Iudice arbitro non admittitur, quia discrimen stat inter Iudicem arbitrum, & delegatum: nam delegatus iurisdictionem habet, ideòque ex rationibus supra adductis, in reconventionem prorogabilis est; Arbitrarius autem nullam habet iurisdictionem, cum privatotum consensu de his tantum, quæ in compromisso comprehensa sunt, iudicare possit: Menochius de arbitrariis, questione quadragesima quarta, numero secundo, Ita similiter est interpretandus textus difficilis in leg. non distinguemus quadragesimo secundo, paragrapho item si quis Roma, versic. Sed compromissum, digestis de receptis arbitrariis: de qua videndus est Antonius Faber in Rationali ad eundem textum, in versicul. Sed compromissum, Cuiacius libro vigesimo secundo observationum, cap. 21. & an Procurator teneatur reum in reconventionem defendere? disputat Glof. verbo, Respondendum, in capitul. Accedens 10. de procuratoribus, leg. servum, trigesimo tertio, cum suis §§. leg. si quis in rem,

- rem, *trigesimo quarto leg. mutus quadragesimo quinto, paragrapho penultima, & textus difficilis in leg. pater, septuagesimo, digestis de Procuratoribus, videndus est Antonius Faber in Rationali, in dictis iuribus. Idem libro vigesimo secundo, coniecturarum, capit. decimo Donellus libro decimo octavo, Commentariorum, capit. 13. & similiter an Legatus Romae durante legatione reconveniri possit? videndus est Antonius Faber in Rationali, ad textum in l. 2. §. sed si agant, ff. de iudicijs, littera A. Cujacius libr. 20. observationum, capitul. 22. & an Clericus coram iudice laico reconveniri possit? Iarè disputat Morla in emporio titulo secundo question. 13. Covarruvias in practica questionibus, capitul. 31. Felicianus de la Vega in capit. decernimus, de iudicijs, ex numer. 104. Idem in capitul. at si Clericus à numer. 38. & in capit. final. de iudicijs, numer. 42. Marta de iurisdictione, part. 4. Centuria secunda, cap. 167. Antonius Faber libr. 20. coniecturarum, capit. 7. Hilligerus ad Donellum libr. 17. capit. 18. littera C. Et similiter an reconventio in causis summarijs admittatur? disputat Gaillius libr. 1. observationum, capitul. 46. numer. 5. Menochius de arbitrarijs, libro primo, question. 44. numer. 14. & libro secundo casu 184. numero secundo, & an in causis executivis reconventio locum habeat? videndus est Parladorius libr. 1. rerum quotidianarum, 5. part. capit. final. §. 11. numer. 31. Gutierrez libr. 2. practicarum questionum, question. 22. Maranta dict. 6. part. num. 30. cum sequentibus, & similiter an in criminalibus causis reconventio locum habeat? videndus est Barbosa in l. viro, num. 3. ff. soluto matrimonio, Thomas Sanchez de matrimonio, libr. 10. disputatione 12. Pacius Centuria 7. questione 62. de qua re plura dicemus in cap. cum dilectus, de ordine cognitionum, 16. dub.*

- 11 Quartò adversus decisionem traditam in cap. final. hoc titulo, obstat dicere, quod rescriptum illud, cum clausula, *appellatione remota*, fuit concessum in favorem Actoris, qui causam in iudicium deduxit: ergo clausula illa non debuit in eius odium retorqueri; & ad mutam rei petitionem extendi; juxta regulam textus in leg. quod favore, 6. Codice de legibus, libr. 25. digesto eodem, capitul. quod ob gratiam, 61. de regulis iuris in sexto. Præcipuè, quia nec in duabus causis, simul in eodem rescripto commissis, clausula illa de vna ad aliam protogatur, capitul. Inquisitioni 71. de appellationibus. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quia etsi in dicto capite finali hoc titulo, rescriptum sit impetratum in favorem Actoris, cum clausula, *appellatione remota*; tamen Reo reconveniente Actorem, idem ius erit servandum. Tum quia id suadet æquitas, ut insinuat Pontifex ibidem; tum quia clausula, *appellatione remota*, ad vnum negotium impetrata fuit, cuius negotij pars reconventio est; & cum idem iudicium sit rectè respondit Pontifex extendi ad eam; nec juvantur ex impetratione rescripti cum clausula, *appellatione remota*; nam cum sint plura negotia, ad omnia non extenditur si in medio rescripti clausula ponatur, ex dicto capite. Inquisitione septuagesima prima, de appellationibus. Cui ex diametro opponitur, textus in capite. Secundo requirit quadragesimo primo, in principio, eodem titulo, de appellatione. Quia distinguendum est inter plura negotia minimè inter se contingentia, & inter vnicam causam plures articulos connexos habentem; quia in primo casu fieri debet distinctio, de qua mentio habetur in dicto capite. Inquisitioni: in secundo verò extenditur rescriptum, cui apponitur clausula *appellatione remota*, quia etsi sint plures articuli connexi, non sunt plures causæ, sed vnicæ tantum, ut capite secundo, hoc titulo, siquidem ut supra retulimus, reconventio, & causa principalis, vna & eadem causa censetur.



DE LITIS CONTESTATIONE

Tit. V.

Ad textum in capit. Olim, hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Litis contestatio fit per petitionem, & responsionem sequentem, non vero per positiones, & responsiones.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Contestatio est fundamentum, & lapis angularis iudicij.
- 4 Per solam citationem iudicium dicitur captum, & iurisdictio delata perpetuatur. Et an id verum sit ubi & num. 5. & 6.
- 5 Explicantur, & conciliantur text. in c. relatum, 19. & c. gratum, 20. de offic. deleg.
- 6 Explicatur textus in §. ultimo, Instit. de pœna temerè litig. l. si defensor, l. voluit, ff. de interrogator. actionib.
- 7 Prescriptio 30. annorum interrumpitur per solam citationem.
- 8 Citatio operatur liti pendenti.
- 9 Presentatio rescripti non operatur liti contestationem. Explicatur textus in capite præterea, in fin. de dilatione.
- 10 Explicatur textus in leg. vnica, Codic. de liti contestat.
- 11 Explicatur littera text. in Authentica, qui semel, C. quomodo, & quando iudex.

C O N C L U S I O.

NON per positiones, & responsiones, sed per petitionem in iure prepositam, & responsionem sequentem fit liti contestatio, qua omisa nullus est processus. Consonat text. in cap. 1. & 2. hoc tit. libr. 6. capit. proxi de dolo & contumacia, capit. quoniam contra falsam, versicul. Petitiones, de probationibus, capit. quinquagesimo quarto, versicul. Licet autem, de electione, capit. cum causam, 62. de appellationibus, capit. super questionum, §. 1. & 2. cap. gratum 20. de officio Delegati, capit. ex parte, 30. capit. foras, de verborum significatione, capit. offeratur: 3. question. 3. l. 2. authentica, libellam, Authentica offeratur, Codice hoc titul. l. 12. §. patroni, Codice de iudicijs, l. his qui 25. ff. de rei vindicatione, l. cum fundus, 31. in fin. digestis si certum petatur, amplius non peti, 15. in princip. ff. rem ratam haberi, l. si Reus 73. ff. de Procuratoribus, l. 1. §. 1. ff. de interrogatorij actionibus l. 3. titul. 20. partita 3. libr. 1. & 2. titul. 4. libr. 4. Recopilationis, Illustrant hanc conclusionem Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. membro 10. de liti contestatione, Menochius de presumptionibus, libr. 2. presumptione 30. Mascardus de probationibus, conclusiones 434. numer. 1. Cevallos communium contra communes, question. 442. Ludovicus Miranda de ordine iudiciorum, question. 20. articulo quinto, conclusiones quarta, Cardoso in praxi iudicum, verb. Lis, numero vigesimo, Mynsingerus Centuria prima, observatione 1. Gutierrez libr. 1. practicarum questionum, question. 46. Parladorius libr. 1. rerum quotidianarum, cap. 19. Gilquenijs in dict. leg. vnica, Cod. hoc titul. Covarruvias libr. 2. variarum, cap. 2. numer. 1. Gayllius libr. 2. observationum, observation. 74. Fachineus libr. 11. controversiarum cap. 82. Revardus pro tribunali: capit. undecimo, Duar. ad titulum, ff. de iudicijs, cap. 2. Antonius Pichardus in §. omnium autem, Instit. de pœna temere litigantium num. quarto, & sequentibus,

bus, Idem in manducationibus ad praxim, part. 1. precepto 3. num. 6. Anastasius Germonius lib. 2. animadversio, cap. 5. Donellus lib. 24. Commentariorum, cap. 1. & lib. 19. cap. 8. Hilligerus ad eundem, lib. 23. cap. 8. lit. Z. Cuiacius lib. 9. observationum, cap. 21. Paz in praxi, tom. 2. 7 part. cap. unico, num. 59. Felicianus de la Vega in rub. ad tit. de iudiciis numero tertio, cum sequentibus, Doctor Balboa in cap. proposuisti 18. de foro competenti numero secundo, & sequentibus à me traditis in cap. proposuisti, 19. de foro competenti.

Ratio est, quia cum controversia, quæ inter Actorem, & Reum vertitur, per Iudicis sententiam definienda sit, meritò ut eius animus in ea instruat, omnino desideratur, ut lis contestetur petitione Actoris, & Rei responsione, ut sic Iudex in causa melius instrui possit, l. fin. Cod. si per vim, vel alio modo, l. 2. Cod. de officio civil. Iudic. nam aliàs litigantes in incerto vagarentur nescientes quid probare deberent, & quò sua tela dirigerent, & Iudices cognitionem ad finem litibus imponendam adhibere non possent: quare Patres prius per litis contestationem accedere oportet, argument. textus in cap. 2. de causa possession. & proprietatis, l. de unoquoque, 47. ff. de re iudicata, quæ omnia Iudex providere non potest, nisi lite legitimè contestata, Donellus lib. 24. capite primo, versic. Non enim, Gilquenus in dict. l. unica, Cod. hoc titul. numero septimo. Nec per positiones, & responsiones lis contestatur, quia qui ponit dictum, vel factum nihil adversario petit, nec qui respondet negans, contradicendi animum habet, præsertim, cum verbis enuntiativis positiones fiant, & idè non debent operari effectum petitionis, vel contradictionis, argumento textus in cap. significasti, de appellationibus: quibus de causis Iudex, absque litis contestatione procedere non potest, aliàs (ex nostri textus decisione) quidquid fecerit nullius erit momenti, dicto cap. dudum 54. versicul. Licet autem, de electione: siquidem contestatio est fundamentum, & lapis angularis iudicij, l. qui se obrulit, ff. de rei vindication. cap. relatum 10. de officio Delegati, & ubi fundamentum deficit, nihil superædificari potest, cap. Paulus, 1. questione secunda, & de hac re plura retulimus in cap. proposuisti, 19. de foro competenti.

Primo obstat textus in cap. gratum, 20. de officio Delegati, ubi per solam citationem iudicium dicitur ceptum: siquidem per eam solam perpetuatur delegata iurisdictio Augetur difficultas ex textu in cap. relatum, 19. eiusdem tituli, ubi in eadem specie, ex sola citatione iudicium non dicitur ceptum, nec iurisdictio perpetuatur, nisi solemniter præcedat litis contestatio. Sed licet horum iurium nodus omnibus indissolubilis videatur, tamen pro illorum interpretatione supponendum est, quod si re integra decesserit is, qui mandavit iurisditionem, omnino extinguitur iudicis delegati potestas, cap. licet undique, cum aliis, de officio Delegati, & res integra dicitur, quando lis non contestata fuit: siquidem ex sola litis contestatione perpetuatur iurisdictio: non verò ex sola simplici citatione, dict. cap. relatum, de officio Delegati. Neque obstat textus in dict. cap. gratum, 20. eiusdem tituli, nam ibi ex sola citatione perpetuatur iurisdictio, quia Urbanus Pontifex non loquitur de simplici; sed de peremptoria citatione: de qua etiam mentio habetur in cap. ex eius de Clericis non residentibus, quæ solemniter citatio quoad effectum perpetuandæ iurisditionis æquiparatur litis contestationi, l. post editum, 73. ff. de iudiciis, l. consentaneum, cum Authentica, qui semel, Cod. quomodo, & quando index: siquidem ubi ceptum est iudicium, ibi finem debet accipere, l. ubi ceptum, ff. de iudiciis, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: Citationis edito, & ibi: Quod in casu priori citatione facta negotium sit quasi cap. um. De qua litis contestatione, etiam intelligendus est textus in cap. quoniam frequenter, §. Porro, ut lite non contestata, quæ iura ita ad concordiam reduxit Ana-

stasius Germonius libro primo, animadversio, capite quinto.

Secundò prædictis obstat textus in §. ultimo, Institut. de pæna temere litigantium, ubi tantum acceptatione ipsa iudicium dicitur ceptum, cum actiones omnes acceptatione ipsa initium assumere videantur. Cui difficultati ut occurramus adnotandum est, citationem esse principium instituendarum actionum, & ita procedit textus in dict. §. ultimo, Institut. de pæna temere litigantium, non autem iudicium ipsum; quia iudicium incipit à litis contestatione, & ita procedit textus in capite primo, hoc titulo. Nec obstat si instes, quod actio est ius persequendi in iudicio, iuxta textum in §. 1. Institut. de actionibus, quia ibi iudicium accipitur pro loco, in quo actiones proponuntur, notat Fachineus libro undecimo, controversiarum, iuris capite 81. ita similiter est interpretandus textus in l. si defensor, l. vultis, ff. de interrogatoriis actionibus, ibi: Interrogationes dicuntur fieri in iudicio, & tamen fiunt ante litem contestatam, ut ex litera nostri textus constat, quia verba illa: In iudicio fieri, idem significant, ac si textus diceret in loco fieri, ubi ius redditur; cum verbum illud, iudicium, plerumque pro loco iudicij accipiat, c. quanto, de iudiciis, Fachineus dicto lib. 1. controversiarum, cap. 5.


Tertiò obstat textus in l. cum notissimi, Cod. de præscriptionibus, ubi præscriptio triginta annorum interruptitur per solam citationem: ergo citatio iudiciale effectum producit, ac per consequens ex ea sola lis contestari videtur. Sed huius dubij facilis erit explicatio, si attendamus ex prædictis non inferri litem contestari ex sola citatione, siquidem ad interruptendam præscriptionem, non desideratur iudicium solenne, & formale, per litis contestationem, cum præscriptio illa, etiam si non sequatur alia petitio, interrupta manebit. Nec similiter obstat textus in Clementina 2. ut lite pendente; ubi sola citatio operatur litis pendentiam ad effectum, ut nihil debeat innovari. Quia non ex eo inferitur, quod ex citatione iudicium initium accipiat; sed ex eo quia post citationem, iam pendere dicatur, quo pendente nihil est innovandum, capite primo, ut lite pendente: meritò textus ille tantum debet intelligi, quoad Iudicis iurisditionem: non vero quoad initium & litis contestationem, Fachineus lib. 1. controversiarum iuris, cap. 81. apud finem.

Quartò obstat textus in cap. prætoris, in fin. de dilationibus, ubi sola Rescripti ex parte Actoris præsentatio sufficit ut lis contestata dicatur: cum textus ille affirmet post Rescripti præsentationem, ad examinationem causæ procedi posse, quod non admitteretur, nisi ipsa sola Rescripti præsentatio sufficeret. Quæ difficultas aliter servari non potest, nisi dicamus in dict. capite secundo, post Rescripti præsentationem statim antequam in causa procederetur, eam præcessisse solemnem litis contestationem, libelli oblationem, iuramentum calumniæ, uti novissimè refert Augustinus Barbosa in collectionis ad eundem textum, versicul. Sed procedendum potius est, à num. 5.

Quinto adversus ea, quæ refert textus noster in versic. Responsionem sequentem, & c. & ibi notant omnes videlicet ad litis contestationem non esse necessarium, ut vno eodemque tempore Partes adsint, & incontinenti controversiam statim proponant: quod etiam docet textus in dict. cap. dudum, el segundo, de electione, versic. Licet autem, ubi tantum pro forma contestationis desideratur ut præcedat petitio Actoris, ad quam subsequatur Rei responsio, quod intervallum etiam expressè constitutum est in Auth. offeratur, Cod. hoc titul. & in l. 2. titul. 3. lib. 4. Recopilationis. Valde obstat textus in l. unica, Cod. hoc titul. ubi ad contestationem desiderari videtur, quod facti narratio simul ab utraque parte viva voce coram Iudice fiat: siquidem Iudex simul ab omnibus partibus iam audire debet. Cui difficultati occurritur si dixeris tantum

in *dist. l. 2.* procedere iuxta antiquiorem iudiciorum ordinem, cum apud Prætores diceptabatur, & simultanea illa propositio ad impetrandam iudicij formulam desiderabatur, quam Prætor iudici dato præscribat, ut refert Revardus *pro tribunali, cap. 11.* Duatenus ad *titulum de iudiciis, cap. 1.* Pettus Faber *lib. 1. semestrium, cap. 24.* Petrus Gregorius *lib. 48. syngramatum, cap. 6. num. 2.* Helligerus ad Donellum *lib. 24. Commentariorum, cap. 1. litt. A. & D.* & sic de hac antiqua contestationis formula intelligendum esse textum in *dist. l. 2. C. hoc titul.* demonstrat Cuiacius *lib. 9. observationum, cap. 21.* Parladorius *libro primo, rerum quotidianarum, cap. 14.*

- 11 Sexto prædictis omnibus valde obstabit textus in *Authent. qui semel, versic. Etsi lis capta non sit, C. quomodo, & quando index, ex quo (si principium illius textus attendamus) constat litis contestationem non effici, etiam postquam Actor recessit, & Reus in iudicio respondeat. Quam difficultatem dissolves si dixeris verba illa: Etsi lis non sit contestata, &c. referenda esse ad tempus, quo Reus nondum responderat, sed tantum postulaverat, ut adversarius Edictis vocaretur, post quæ suas allegationes proponens litem contestatur, & sententia per Iudicem profertur, quæ sine litis contestatione locum non habet, l. *properandum, §. sui autem Reus, C. de iudiciis, cap. quoniam frequenter, ut lite non contestata:* Reliqua vide apud Glossam in *presenti, verb. Responsonis.* Et de litis contestatione quoad exceptionem, videndus est text. in l. *siquidem, Cod. de exceptionibus, & textus in l. peremptorias, C. sententiam rescindi non posse:* de quorum iurium interpretatione, disputat Doctor Balboa in *cap. 1. de ordine cognitionum, num. 12.* Helligerus ad Donellum *lib. 22. cap. 8. littera F.* de materia huius text. plura retulimus in *cap. significasti, 18. de foro competenti, quæ omnia in presentis referenda sunt.**



VT LITE NON contestata, Tit. VI.

Ad textum in *cap. Ad hæc, 2. cap. Accidens, 4. cap. Quoniam frequenter, 5. cum aliis, hoc titulo.*

SVMMARIVM.

- 1 Testes lite non contestata recipi non possunt, nec causa per sententiam diffiniri.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Lis non dicitur, nisi post contestationem.
- 4 Probationum facultas restringenda non est, sed potius extendenda.
- 5 Reo per contumaciam absente, admittitur Actor ad probationem, & mittitur in possessionem, & num. 10.
- 6 Missus in possessionem non possidet, sed rem custodia causa detinet.
- 7 Nemo ex malitia sua commodum reportare debet.
- 8 Testes ante litem contestatam recipi possunt cum ex mora periculum imminet: & ibi referuntur exempla, & num. 9.
- 9 Explicatur textus in *cap. cum olim, 34. de testibus.*
- 10 Adversus absentem, & contumacem recipiuntur testes, & ad sententiam devenitur.
Explicatur text. in *cap. veritatis 8. de dolo, & contum. & cap. provt 4. eodem tit. & cap. 2. de litis contest. lib. 6. & num. seq.*
- 11 Excipiens non respondet.

12 Explicatur text. in *cap. cum dilectus, de consuetud. & cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & cap. cum venissent, de constit.*

13 *Causa ad superiorem per appellationem delata, non est opus nova litis contestatione.*

Explicatur text. in *cap. interposita, §. fin. de appellat.*

14 Actore contumace existente, proceditur usque ad sententiam diffinitivam.

Explicatur text. in *cap. causam, 3. de dolo, & cont. & Auth. qui semel, C. de litis contest.*

15 In causa naufragij proceditur ad testium receptionem citra litis contestationem.

Explicatur l. 2. C. de naufr. lib. 11.

CONCLUSIO,

Totius Tituli, hæc est.

LITE non contestata, non est procedendum ad testium exceptionem, vel ad sententiam diffinitivam. Consonat text. in *cap. dudum, 54. versic. Partibus, de electione, cap. unico de litis contestatione, cap. provt, de dolo, & contumacia, cap. cum causam, 62. versic. Iudices, de appellationibus, cap. in nostra, 4. versic. Sed idem, de Procuratoribus, cap. exhibita 19. de iudiciis, cap. cum Ioannes 22. de sententia & re iudicata, l. properandum, 13. versic. Post litem contestatam, C. de iudiciis, l. consentaneum, 8. §. fin. C. quomodo, & quando iudex, Authent. sed & si quis, C. de testibus, Authent. de exhibendis Reis, §. si vero, l. 2. titul. 16. part. 3. l. fin. titul. 10. eiusdem part. exornant nostram conclusionem, Crotus de testibus, num. 258. Menochius de arbitrariis casu 61. Idem de presumptionibus lib. 2. presumptione 54. Mascardus de probationibus, conclus. 683. & 1367. Socin. regul. 242. 243. & 406. & 404. & 499. Farinac. in praxi criminali, 9. 76. num. 2. Maranta de ordine iudiciorum, part. 4. distinct. 9. num. 70. Antonius Gomez tom. 3. variarum, cap. 1. n. 19. Petrus Gregorius lib. 48. syngram. cap. 6. in fin. Gilqueus in l. unica, C. de litis contestatione, num. 50. & 141. Cuiacius in presentis, & parasitis ad tit. C. quomodo, & quando iudex, Matienço in dialogo relatorum 3. part. cap. 44. Duatenus in Authent. sed si quis, C. de testibus, Farinac. de testib. quest. 79. Anton. Faber in Rationali, ad text. in l. in lege Aquilia 40. ff. ad legem Aquiliam, Gothofredus in notis ad pandect. ibidem litt. H. Hilligerus ad Donellum libro secundo. Commentariorum, capite 1. litt. E.*

Ratio huius tituli vt facilius, & clarius illucescat, in memoriam revocanda sunt, quæ ad titulum de litis contestatione observavimus; nam cum controversia, seu causa status per litis contestationem constituatur, vt inde iudicium incipiat, l. *is qui se obtulit, ff. de rei vindicatione, cum supra traditis: iuxta de causa, antequam lis fuerit contestata, in causa principali testes non sunt recipiendi: nam testes in pecuniariis litibus, & criminalibus causis adhibentur, l. 1. §. adhiberi, ff. de testibus, & lis non dicitur; nisi cum post contestationem discutitur, cap. forus, de verborum significatione, & tunc temporis Actor ad intentionem suam probandam, & Reus ad exceptionem admittuntur, l. siquidem, 9. ff. de exceptionibus, scilicet post iuramentum calumnie præstitum, ante quod in iudicio progredi non licet, cap. cum causam, de iuramento calumnie, l. 2. C. de iurando propter calumniam, textus elegans in cap. quoniam contra falsam, de probationibus, vbi cum actus iudiciales suo ordine referantur, depositiones testium non solum post petitiones, & responsiones, sed etiam post interrogationes, & responsiones partium ponuntur, quæ rationes multo fortius locum habent.*

Quoad secundam conclusionis partem, qua probatur, non posse ad sententiam diffinitivam procedi, nisi lis contestata fuerit: nam si testes non recipiantur multo minus iudex poterit sententiam proferte, cum

de causa nondum cognoverit, argumento text. in l. de quare, 74. ff. de iudiciis, l. 1. Cod. de executione rei iudicatae.

Primò obstat dicere, quod probationum facultas restringenda non est, sed potius extendenda, l. quoniam, 22. C. de Hæreticis, & Manichæis, l. carent, 22. ff. de testibus: ergo quocumque tempore, etiam ante litis contestationem permittendum est tam Actori, quam Reo, testes adducere, quibus iuri suo prospiciant, ut videre licet in cap. Consultationibus, 10. de officio Delegati, cap. cum olim, 33. cap. significavit, 41. cap. Albericus, 43. de testibus, cap. cum dilecti, versic. Nos igitur, de confirmatione utilis, vel inutili. Cui dubio occurritur si dixeris, quod facultas probationum post litem contestatam non amittitur: siquidem post eam unicuique liberum est ius suum testibus adhibitis tueri, ut ex iuribus, & rationibus à me perpenſis colligere licet.

Secundò obstat textus summè difficilis in cap. Consultationibus, 10. de officio Delegati, ubi si Reus per contumaciam absens sit, Actori permittitur testibus idoneis possessionem, & deiectionem suam probare, quod nostræ conclusioni repugnat: & præcipuè textui in cap. 2. hoc titulo, ubi in restitutionis causa contrarium responderetur. Qua difficultate oppressi Interpretes varios congerunt intellectus. Ex quibus post Glosam ibi, Abb. num. 7. Bellameram num. 2. Cardinalem num. 2. Decium num. 17. frequentiori calculo recepta videtur interpretatio, videlicet verba illa: Nisi is qui possidet se per contumaciam absentasset: non continere exceptionem in eadem specie, scilicet ut possit Actor consequi possessionem per Interdictum Vnde vi, quo utendum erat; sed in genere, ut alio remedio possessionem nanciscatur, scilicet per missionem in possessionem ob adversarij contumaciam, iuxta regulam textus in cap. quoniam frequenter, §. in aliis, hoc titulo, cap. fin. de eo qui mittitur in possessionem, cap. 1. de dolo, & contumacia. Sed hæc solutio manifestam vim, verbis textus infert, in quibus constat Actorem non posse restitutionem habere per Interdictum Vnde vi, nisi is qui possidet se per contumaciam absentasset; quæ verba ad eandem speciem sunt referenda, præcipuè cum per missionem in possessionem Actor non consequeretur possessionem, siquidem missus non possidet; sed tantummodo causâ custodiæ rem detinet, cap. primo, de eo, qui mittitur in possessionem, ubi latè agemus, l. 3. §. fin. ff. de acquirenda possessione. Quare hæc, & aliis omisſis, novam interpretationem adducendam esse existimo, quæ omnino pendet ex integra illius textus in prima collectione, lib. 1. tit. 21. cap. 15. Videlicet cum ibi spoliatus litteras ad iudicem impetrasset, ut intra certum tempus possessionem sibi restitueret si spoliū legitime constitisset, & is qui rem violenter occupavit, ita absit, ut intra præfixum terminum iudici non posset suam præsentiam exhibere; quærebatur, an elapso termino Iudex posset cognoscere, & possessionem restituere? quod negat Pontifex, quia tunc Iudex iam nullam habebat iurisdictionem, cap. de causis, 4. de officio Delegati, cum nec eam posset prorogare absque partium consensu, dicto cap. 4. l. 1. & 2. & §. si & index, ff. de iudiciis: sed si non ex probabili causa Reus se absenter, sed dolose, & per contumaciam, ut tempus elabatur, & Delegati iurisdictione expiret: tunc poterit iudex procedere, etiam post terminum in Rescripto præscriptum, ne alioquin ex malitia sua commodum reportet, cap. intelleximus, de iudiciis, cap. coningit, de dolo, & contumacia, l. non fraudantur, §. 1. ff. de regulis iuris: itaque quoad Delegati iurisdictionem tantum sunt intelligenda verba illa, nisi is qui possidet, se per contumaciam absentasset; sed non inde tollitur iudiciorum ordo, nam solitus debet observari: ita ut nec testes possit recipere, neque sententiam proferre, nisi post litis contestationem iuxta regulam supra adductam.

Tertio obstat textus in cap. quoniam frequenter, hoc

titulo, cap. cum dilecti, versic. Nos igitur, de confirmatione, utilis, vel inutili, Authentico, de testibus, §. penultimo, cap. significavit, cap. Albericus miles, de testibus, l. 2. tit. 16. part. 3. In quibus iuribus constat testes posse recipi, etiam lite contestata. Quæ difficultas ex eo excluditur, quod in illis iuribus plures limitationes referuntur, quæ in contrarium magis regulam nostri textus firmam reddunt: & in primis procedunt, quando ex mora periculum imminet, ne pereat copia probationum, veluti cum timetur de testium morte, cum senes, vel valetudinarij sunt, aut diuturna, vel longinqua absentia timetur: tunc enim ante litis contestationem recipi possunt, cap. quoniam subsequenter, hoc titul. argumento textus in cap. fin. de testibus cogendis, cum Magistratus curare debeant, ut unicuique sit salva rerum probatio, l. carent, 22. ff. de testibus, ex qua traditione interpretandum est textus in l. in lege Aquilia 40. ff. ad legem Aquilianam, l. quidam, 37. ff. de furtis, ubi cum sub conditione pecuniæ debitæ forent, & Chirographum deletum esset, interim, hoc est lite nondum contestata, & conditione pendente, recipiuntur testes qui in eo tempore, quo conditio existeret, fortasse non erunt, aut temporis intervallo mutabunt consilium, vel tandem fidem non habebunt, ut inquit Iuriconsultus in l. 3. ff. de Carboniano Edicto, notat Antonius Faber in Rationali ad text. in l. lege Aquilia 40. in fin. ff. ad legem Aquilianam, Gothofredus ad eundem textum, lit. H.

Quartò prædictis obstat text. in cap. cum olim, 34. de testibus. In cuius textus specie non solum senes, & valetudinarij, verum & aliqui testes recipiuntur ante litis contestationem; ut constat ex illis verbis: Vos testes, & maxime senes, valetudinarios, quos Archidiaconum duxerit producendos, sublato appellationis articulo admittatis, &c. In cuius textus difficultate dici potest, verbum illud, Maxime, abundare: cum non habeatur in integra illius, in 3. Compilation. lib. 2. tit. 12. cap. septimo, quo dempto, omnis cessat difficultas, cum tantummodo caveatur cum his quæ diximus: vel potius respondendum existimo ob favorem causæ admisſum fuisse, ut lite non contestata, propter adversæ partis contumaciam ibi testes recipiantur, & ad sententiam definitivam procedatur: nam ibi questio vertebatur super statu, & libertate Monensis Ecclesiæ, ut ex littera constat, in qua specie, & libertatis, & animarum ratio habenda est, ut in dist. cap. quoniam frequenter, §. porro, Clementin. dispendiosam, de iudiciis, l. libertas, 122. ff. de regulis iuris. Abbas in presenti, num. 8. Farinac. de testibus, dict. quest. 76. à num. 49.

Quintò obstat text. in cap. veritatis, §. de dolo, & contumacia, ubi adversus absentem lite nondum contestata non solum testes recipiuntur, verum etiam usque ad diffinitivam sententiam proceditur. In cuius textus difficultate dicendum est, quod ibi adversus absentem testes recipiuntur, & usque ad sententiam proceditur, non solum ex eo, quia id fuit factum speciali Pontificis mandato, propter nimiam rei contumaciam; verum etiam præcipuè quia Prælati ille dilapidabat bona Ecclesiæ, in cuius dilapidatione publica commoda periclitantur, propter quam publicam utilitatem contra iuris ordinem ibi fuit processum; notat Barboſ. in collectionis ad textum in d. cap. veritatis, n. 2. in fin. Vnde ex eodem filo infertur interpretatio ad textum in cap. prout, 4. de dolo, & contumacia, in cuius facti specie proponitur, quendam contumacem petitioni Actoris respondere solita malitia recusasse, ac tandem Actore instante respondiſſe, quod quadraginta annis decimas, de quibus contentio erat percepterat & postea iterum contumaciter recessit: Summus Pontifex mandat, quod si venite contempserit, causa diffinitiva sententia terminetur: cuius decisio ex eo difficilis apparet, quia ibi lis contestata dici non potuit, quia quoties ab Actore ex parte Rei peremptoria exceptio opponitur, neutiquam per illam responsionem lis contestata intelligitur, iuxta textum in cap. 1.

de litiis contestatione, lib. 6. Præcipue, quia per litiis contestationem ordinatur iudicium, ut supra diximus, sed per peremptoriam exceptionem destruitur. Tum etiam, quia excipiens non respondet, l. *eleganter*, §. *si quis*. ff. de conditionibus indebiti. Ergo in dict. cap. *provt*, 4. litiis contestata non fuit, cum contestatio litiis ex interrogacione, & legitima responsione in iure facta fiat, ac per consequens non potuit ibi, vsque ad sententiam definitivam procedi. In qua difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Ostiensis in *summa ad tit. de exceptionibus*, versic. *Quis sit effectus*, quæ improbat ex sententia Glossæ in dict. cap. *provt*, verb. *Vipote*, verius dicendum est per illam Rei responsionem litem contestatam fuisse, ut constat ex verbis illius textus ibi: *Vipote litiis, qua ingeritur, contestata*. Nec obstant, quæ supra diximus, ex quibus Reum non respondisse probavimus, quia plurimum differt, an Reus respondeat directè libello dicens se non teneri, ut puta, quia perpetua exceptione se tueri potest, veluti præscriptione, an verò excipit simpliciter de præscriptione, vel alia peremptoria exceptione: nam in hoc secundo casu non intelligitur facta litiis contestatio, & ita obtinet textus in dict. cap. 2. de litiis contestatione, lib. 6. Secus in illo, quia sic loquendo Reus non stat in finibus exceptionis, sed ultra procedit, & ita est intelligendus textus in dict. cap. *provt*, 4. de dolo & contumacia; nam ibi per responsionem illam, Pontifex iubet ad sententiam definitivam pervenire, ut potè iam per petitionem Actoris, & Rei responsionem, verè litiis contestata, cum dictio illa, *Vipote*, & dictio, *Quasi*, aliquando veritatem expressissimam, denotet, Menochius de *arbitrariis*, casu 362. numero 28. Augustinus Barbosa in *remissionibus ad textum in dict. cap. provt*, numero tertio. Idem de *distinctionibus*, & *clausulis*, distictione 261. numero tertio.

Sextò obstat textus in cap. *cum dilectus*, 8. de consuetudine, cap. *cum Ecclesia Sutrina*, de causa possessionis, cap. *cum venissent*, de constitutionibus. In quibus iuribus absque vlla litiis contestatione, vsque ad sententiam definitivam proceditur. Cui dubio satisfieri solet dicendo, quod ibi actum fuit coram Romano Pontifice, & ita quamvis contestationis solemnitas servata non fuisset, per Pontificis presentiam suppletur, argumentum tenens in l. *omnium*, C. de testamentis, l. 1. ff. de transactionibus, ita sentit Abbas in *presenti*, num. 10. Felinus, & Cardinalis in cap. *unico*, de litiis contestatione. Sed hæc interpretatio mihi placere non potest, quia nullibi magis observandus est iudiciarius ordo, quam apud Romanum Pontificem, qui ut conditor legum, ita & custos esse debet, ut aliis iudicibus exemplum præbeat, cap. *in causis*, 19. de re iudicata. Quare verius respondendum esse existimo in specie horum iurium, litiis contestationem intercessisse, quæ etsi non posset ex illis iuribus deprehendi; tamen cum de contraria non constet, termini habiles supponendi sunt; & ita cum constet prius litigatum esse, & postea sententiam subsequutam fuisse, necessariò fatendum est ante omnia fuisse litem contestatam.

Septimo obstat textus in cap. *interposita*, 70. §. *fin.* de appellationibus, cap. *ei qui*, 41. §. 1. 2. quest. 6. ibi: *Absque litiis contestatione, etiam vsque ad sententiam definitivam proceditur*. Sed huic dubio facillimè responderetur, si animadvertemus iura illa procedere, quando causa per appellationem ad Superiorem defertur: tunc enim cum iam litiis contestata in prima instantia, si alter ex litigatoribus contumaciter absit, iudex sententiam proferre poterit; nam quamvis appellatio prius iudicium rescindat, l. *fursi*, ff. de his qui notantur infamia, adhuc tamen durat contestatio litiis, & eius effectus, l. *ita demum*, C. de procuratoribus. Nec prædictis obstat text. in d. cap. *interposita*, §. *fin.* vbi quamvis in negotio principali litiis contestatio facta non fuerit, in casu proceditur. Quia intelligendus est, de articulo appellationis interpositæ ab interlocutoria, iuxta formam text. in cap. *ut debitus honor*, de appellationibus,

ibi: *Non agitur de meritis causa principalis, sed de gravamine per iniquitatem iudicis illato, ut ibi considerat Romanus Pontifex, & post Glossam. Interpretes communiter sequuntur.*

Octavo obstat text. in cap. *causam qua*, 3. de dolo, & contumacia, *Authent. qui semel*, C. *quemodo*, & *quando index*, vbi etiam lite non contestata, vsque ad definitivam sententiam proceditur. In qua iurium difficultate, cum communi omnium sententia responderi poterit, iura illa tantummodo procedere, quando Actor contumaciter iudicio adesse recusat; cuius contumaciam maior censetur, cum propria voluntate, & non coactus ipse controversiam moverit, l. *unica*, C. *ut nemo inuitus agere, vel accusare compellatur*, meritò, Conclusio nostra in hoc casu limitatur, præsertim cum ius certum sit, quod Actore non probante Reus absolvitur, l. *fin.* C. de rei vindicatione, l. *nimis grave*, C. de testibus: vel, hac interpretatione ommissa, verius dicendum iudico, litiis contestationem in illis iuribus fuisse, cum actoris petitio præcesserit, & postea subsequuta fuisset rei contestatio, absente iam Actore, cum necessarium non sit, ut supra totulimus, in titulo de litiis contestatione, ut vno eodemque tempore concurrant Actor & Reus ad litem contestandam.

Nonò obstat text. in l. 2. C. de naufragijs, lib. 11. vbi vna tantum parte præsentem, absque vlla litiis contestatione testes recipiuntur, & in causa proceditur. Pro qua difficultate sciendum est, quod textus ille nititur singulari ratione, quia procedit in causis nauticarum, vbi aiunt Imperatores nauticularios, dum publicas species vehunt, naufragij casum non præstare, si modum illum contestentur apud Præsidentem Provinciae intra annum, ex constitutione illa, vel intra biennium ex noviori sanctione, de qua in l. *ultima eiusdem tituli*. Desideratur enim duorum, vel trium nauticarum testimonium, qui recipiuntur vna parte præsentem. Ratio est, quia in his controversiis iuris ordo servari non debet, siquidem levato velo, sine strepitu, & figura iudicij terminari debent, l. *penultima*, & *ultima*, C. eodem, notat Hieronymus Magius lib. 2. *Miscellaneorum*, cap. 13. Cuiacius in *dictis iuribus*. Omitto plures limitationes, quas refert Glossa in dict. cap. *quoniam frequenter*, verbo, *Regulariter*, Socinus in *regulis supra citatis*, Barbosa, in *collectaneis ad textum in cap. 1. de causa possessionis*, & *proprietas*, & nos inferius in cap. 2. de testibus, & de cæteris nostri tituli partibus, hoc est, de contumacia, & de missione in possessionem ex primo, vel secundo decreto, & plura agemus in titulo, de dolo, & contumacia, & in titulo, de eo qui mittitur in possessionem.



AD TIT. DE IVRAMENTO calumnie. VII.

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum calumnie prius ab Actore, & posteriùs à Reo, quamvis Clerici fiat, præstari debet.
2. Ratio assignatur.
Reipubl. maxime interest lites amputare ob gravia damna qua ab illis proveniunt.
3. Iuramentum calumnie, an in exordio litiis exigendum sit, sufficiatque postmodum præstari.
Explicatur text. in cap. 1. hoc tit. lib. 6. l. 1. §. sed quia, C. eodem tit.
4. Iuramentum calumnie, an à partibus remitti possit.
5. Iuramentum calumnie an sit veritatis, vel creditatis.
Explicatur text. in l. 2. §. 2. C. de iureiurand. propt. calum.

- 6 *Iuramentum non facile adhibendum ob periculum perjurij.*
Explicatur text. in l. quæ sub conditione 8. ff. de condit. instit.
- 7 *Clerici antiquitus iurare prohibiti erant.*
Expenditur l. cum Clericis. 25 §. 1. in fin. Cod. de Episcop. & Cler. cap. nullus. 22. quæst. 5.
- 8 *Clerici non tenentur iurare talis Evangelij, & quando ibi.*
Explicatur text. in cap. testimonium, §. Episcopus, 11. quæstione 1. cum alijs.
- 9 *Iuramentum calumniæ remittitur personis quibus honor, & reverentia debetur.*
Explicatur text. in l. iusiurandum 34. §. qui iusiurandum, & l. quoties. 14. ff. de iure iurand.
- 10 *Explicatur text. in l. qui iurasse 26. §. si pater. 2. ff. de iure iurand.*
- 11 *Procurator non compellitur de calumniâ iurare. Intelligitur nisi ad id habeat speciale mandatum.*
Intelligitur text. in cap. fin. de iuram. calum. lib. 6.

CONCLUSIO.

Totius Tituli est.

Iuramentum calumniæ prius ab Aetere, & posterius à Reo, quamvis Clerici sint, præstari debet. Comprobat textus in cap. 1. cum sequentibus, hoc titul. capit. 2. hoc titul. lib. 6. capit. 1. de confessis, lib. 6. cap. ex litteris, de iure iurando, cap. dudum, el secundo, cap. cum dilectus, cap. cum à nobis. 32. versicul. Nos verò, de electione, l. 1. iuncta Authentica, hoc Sacramentum, cum alijs, C. de iure iurando propter calumniam, l. inter cohæredes, 44. §. qui familia, ff. familia eriscunde, l. iusiurandum 34. §. qui iusiurandum, l. si non fuerit, 37. ff. de iure iurando, l. damni infecti 7. in principio, l. qui bona. 13. §. damni, ff. de damno infecto, l. rem non novam, Cod. de iudicijs, l. 8. §. iubetur, ff. qui satiare cogantur, in principio Instit. de pœna temerè litigantium, l. 8. titul. 10. l. 23. titul. 11. pariter 3. l. 1. titul. 6. lib. 4. Recopilationis, illustant Arzvedo in dict. l. 1. titul. 6. Didacus Perez in l. 1. titul. 4. lib. 2. Ordinationum, verb. Iuramento de calumniâ. Gregorius Lopez, & ordinarij omnes in dictis iuribus, Raz in praxi, 1. tomo, 4. tempore, numer. 39. Maranta de ordine iudiciorum 6. part. membro 10. Petrus Gregorius lib. 48. synagmaticum cap. 7. numer. 41. Gaillius lib. 1. observatione 84. Menchaca lib. 2. controversiarum usufrequentium, cap. 25. Marta de iurisdictione, 4. part. centuria 2. casu 65. Scaccia lib. 2. de iudicijs, cap. 1. Gifanius in l. 2. de iure iurando propter calumniam, Menochius de presumptionibus, lib. 1. quæstione 89. Couarruuias lib. 1. variarum, cap. 6. num. 6. Idem in cap. quamvis pactum, 1. part. §. 5. num. 20. in practi. cap. 27. nu. 1. Antonius Pichardus in principio Instit. de pœna temerè litigantium, num. 1. cum sequentibus, Idem in manu dictionibus ad praxim in 1. part. præcepto 7. per totum, Cuiacius in Novella 49. idem lib. 7. observationum, cap. 5. & lib. 1. observationum, cap. 21. Hilligerus ad Donellum, lib. 24. commentariorum, cap. 3. lit. E.

Ratio est, quia cum Reipublicæ inter sit lites coerceri, & earum occasione amputare, si final. ff. pro suo, & eam concordia societatis humanæ in litium fine, & brevi exitu consistat, cap. finem litibus, de dolo, & contumacia l. properandum, C. de iudicijs, iusta de causa, non solum iuristurandi religio ad lites semel ceptas finiendas, fuit introducta, quod iuramentum litis decisivum appellatur, l. 1. ff. de iure iurando, verum etiam ne temerariè incipiantur calumniæ iuramentum in nostro titulo, & in leg. 1. Cod. eodem, fuit institutum: cum non minor vitilitas sit, imò magis Reipublicæ inter sit litium causas rescindere, & obviare, quam iam ceptas, diffinire, leg. 1. ff. pro suo. Præcipuè ad compescendas, & reprimendas nonnullorum litigantium malitias, qui litigia student, alienis malis gaudent, Reipublicam evertunt, concordiam extinguunt, & probos, ac simplices homines, etiam bonam

causam habentes fallunt, qui debiles, & impediti, licium incommoda, & adversarij malitiam timentes, à sui iuris prosecutione facile desistunt; improbi vero dolo, & malitia lucrum, & alienas divitias consequantur, quod omnino contra naturam est, leg. 1. ff. de dolo, leg. nam hoc natura, ff. de conditione indebiti, meritò ad evitanda omnia hæc damna, & vt litibus obvièntur, ac simpliciter bona fide omnes se gerant, prouidè cautum est, vt in ipso litis exordio calumniæ iuramentum præbeatur, cap. 1. per totum, hoc titulo, leg. 2. in principio, Codic. cod. leg. rem non novam. 14. §. patroni, Cod. de iudicijs, quod adeo secundum Donelli sententiam lib. 24. commentariorum, cap. 3. versicul. Videtur autem mihi, verum est, vt si à principio hoc iuramentum fuerit ommissum, quidquid in iudicio actum fuerit nullius sit momenti cuius Donelli sententia comprobatur ex text. in leg. 2. in principio, versiculo, Nisi prius Cod. hoc titulo, Novella 50. §. penultimo, leg. rem, 14. versiculo, Et generaliter, Cod. de iudicijs, ibi: Et generaliter omnes omnino iudices Romani iuris receptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante Sedem iudicalem Sacrosancta deponantur scriptura, &c.

Primo aduersus prædictam decidendi rationem, & Donelli sententiam obstat textus in cap. 1. hoc titulo l. 6. in illis verbis: Si de calumniâ seu de veritate dicenda in primo litis exordio non iuretur, vt debet, poterit postmodum in qualibet parte litis iurari, cum huiusmodi iuramenta præstari ab initio de substantia ordinis iudicarij non existat, &c. Ex quibus verbis apertè constat non esse de substantia, vt iuramentum calumniæ in exordio litis exigatur, quia si esset, postmodum in nulla litis parte suppleri posset, argumento text. in leg. hæres, digesto, de testament. In cuius textus difficultate præcipuè Donellus ubi supra, existimant differentiam versari inter Ius Cæsareum, & Pontificium: & sic de iure Cæsareo obtinere textum in dicto cap. 1. hoc titulo, cuius interpretatio ex infra dicendis conuincetur: quare Dominicus in dicto capite primo, hoc titulo, asserit discrimen versari inter iuramentum calumniæ, & iuramentum de veritate dicenda, illud ab initio litis, ex dicta leg. secunda, proponi debere: hoc post litem contestatam, sed similiter conuincitur ex dicto cap. 1. versiculo, Si de calumniâ seu de veritate dicenda: cum ibi vtrumque Bonifacius copulasset, alij autem affirmant textum in dicto cap. 1. non procedere in iuramento calumniæ generali; quod in exordio litis apponi solet, sed in speciali, quod non à parte, sed à Iudice in qualibet litis parte quoties viderit expedire desertur, videlicet nova suspicione calumniæ suborta, quod malitia potius quàm calumniâ appellatur, iuxta Cuiacij sententiam in posthumis ad textum in cap. penultimo, hoc titulo, Gaillij lib. 1. observatione 84. n. 6. quorum interpretatio suadet ex textu in cap. 2. §. fin. hoc titulo, lib. 6. in illis verbis: In omnibus autem causis nedum ante, sed etiam postquam litis fuerit contestata, siue de veritate, siue de calumniâ sit iurandum, in ipsis, potest index à partibus exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire, &c. Pluresque alias interpretationes refert Hilligerus ad Donellum lib. 24. commentariorum, cap. 3. litera H. Sed his & alijs omissis verissime dicendum esse existimo, tam de iure Cæsareo, quam Pontificio calumniæ iuramentum etiã post litis contestationem apponi posse, neque ex eo iudicium annullari, vt constat ex dicto cap. 1. hoc titulo, lib. 6. constat etiam in cap. ex litteris 32. de iure iurando, cap. præsentium 31. de testibus, cap. cum Ioannes, versiculo, Verum, de fide instrumentorum, præcipuè ex ratione decidendi supra adducta: nam si ad faciliorem litium expeditionem calumniæ iuramentum fuit inventum, absurdum esset, vt eius prætextu, finitæ iam lites retractarentur, cum tunc ex litibus maiores lites orientur, quod durum esset, vt culpa iudicis noceret litigantibus: notat Hilligerus ad Donellum dicto lib. 24. cap. 3. litera B. Vuesembecius in paratijs ad titul. Codic. de iure iurando propter calumniam, num. 6.

Nec obstant iura pro Donelli sententia supra adducta quia ex illis non constat, quod de substantia iudicij sit, vt calumniæ iuramentum à principio proponatur, & si ommissum

omissū sit iudiciū annulletur, sed tātū ibi consiliū iudicibus datur ad faciōrē litiū exitum, videlicet vt prius à litigatoribus calumniæ iuramentum exigant; sed si exactū non fuerit, exinde iudicium pervertatur, sed tantum asserunt periculosum esse non exigere, vt docet textus in *diēt. l. 14. varsculo fin. Codic. de iudiciis*, Hilligerus ad Donellum *diēt. lib. 24. capite tertio, & littera B. & H. in principio*, Nec obstat textus in *leg. 2. §. sed quia veremur, Cod. hoc titulo*, vbi expresse constitutum est, quod nec à partibus hoc iuramentum remitti possit: quia procedit in expressa partium conventionē, quæ cum directō contraria sit publicæ vtilitati nullam vim habere poterit, argumento *textus in l. ius publicum ff. de pactis, leg. nec ex Prætorio, ff. de regulis iuris*: sed si tacitè à partibus per in curiam iudicis fuerit omissum, non annullatur iudicium & eo omissio valet, cum tunc non tam de publica: quam de priuata vtilitate agatur, & ideo nil mirum, quod iudicium sustineatur: siquidem expressa noceant, non expressa non noceant, *l. expressa, ff. de regulis iuris, filius familias, §. veterani, ff. de procuratoribus*, notat Menchaca *diēt. cap. 2. n. 22*. Hilligerus ad Donellum *diēt. lib. 24. c. 2. littera P*. Menochius *de arbitrarijs, libro secundo, quæstion. 20. numer. 5.*

Secundo aduersus ea, quæ in presenti notant omnes, & docet textus in *l. 1. C. hoc tit.* videlicet hoc iuramentum calumniæ non esse veritatis, seu scientiæ, sed credulitatis & facti tantum: siquidem Actor iurat se non calumpniam animo, se litem monisse, existimans iustam, & bonam causam habere: & Reus se bona fide defendere: valde obstat textus in *l. 2. §. 2. C. eiusdem tituli de iureiurando propter calumpniam*, in illis verbis: *Iurare debent ex animi sui sententia*. Ex quibus constat hoc calumniæ iuramentum non esse opinionis, seu credulitatis, sed potius veritatis & scientiæ. Sed in hac iurium contrarietate omissa Cuiacij emendatione *lib. 2. obseruation. cap. 21.* quam improbat Hilligerus *diēt. lib. 24. capite tertio, littera F.* veriorē esse existimo, quam refert Antonius Pichardus *diēt. principio Institut. de pœna temerè litigantium, à numero trigésimo tertio*, dum asserit in *diēt. leg. 2.* legendum esse non vti Cuiacius legit, *in animi sui conscientia* sed vti in *uulgatis*, legitur, hoc est: *in animi sui scientia*, quasi diceret non quod verbum illud, *Scientia*, debeat referri ad certam scientiam finis causæ, seu ipsius rei factum; sed tantum ad excludendum dolum, seu conscientiæ periculum, quasi sensus esset, quod Actor iuret, sua scientia, absque dolo litigare, & iustam causam habere putare, sciens se, sine dolo agere quæ interpretatione admissa, nulla superest difficultas.

Tertio obstat dicere, quod iuramentum non faciliè adhiberi debet propter periculum periurij cum nonnulli homines contempta religione faciles sint ad iurandum, alij verò adeo timidi, vt metu diuini numinis res suas admittant, potiusquam iuramentum subeant, *l. qua sub conditione §. ff. de conditionibus instis*. quod apud Christianos fortius obseruatur, cum in nouo Testamento dictum sit, ne omnino iuremus, *Matthæi 5. §. ibi: Ego autem dico vobis nolite iurare omnino, sit autem sermo vester, est, est, non, non, & in nouo Testamento. 21. quæst. 5. c. & si Christus, de iure iurando*. Ergo litigatores non tam præcisè sunt compellendi ad præstandum calumniæ iuramentum. Quæ difficultas primo excluditur ex eo, quia textus in *diēt. l. qua sub conditione*, loquitur quando legatum relictum est sub conditione, si legatarius iurauerit quæ conditio pro impleta habetur, & in vltimis voluntatibus à Prætorē reijcitur, propter periculum periurij ex rationibus supra adductis, notat Hilligerus ad Donellum *libro octauo, Commentariorum, cap. 32. littera M. N. O.* Nec obstat secundum ex illa *Matthæi auctoritate, c. cum similibus*. Quia Christus Dominus noster non prohibet iurare, cum necessarium est vti in iudiciis, propter calumpniam, sed tantum demonstrat, non esse iurandum, cum opus non fuerit hoc est, absque necessitate, vel frequenter, propter periculum periurij: sed tunc sermo noster erit, *est, est, non, non*; latè refert Doctor Balboa in *diēt. capit. & si Christus, de iureiurando à*

numer. 18. & 19. vbi nos plura dicemus.

Quarto obstat dicere, quod Clerici ex Can. antiquitus instituto iurare prohibentur, iuxta textum in *l. cum Clericus. 25. §. 1. in fine, C. de Episcopis, & Cl. nullus 22. §. 5.* cum turpe sit, eos in falsitatis calumniæ suspicionem vocari, qui ob Religionis professionem ab vtraque abesse putantur: qua de causa à iuramento calumniæ, ab Honorio Secundo in *cap. 1. hoc titulo*, omnino eximuntur: Ergo conclusio supra tradita sustineri non potest. Sed in hac difficultate dicendum arbitror, quod in *diēt. 25. §. 1. in fine*, refertur à Martiano, Henrici Secundi privilegium Clericis concessum, videlicet, vt iurare non compellantur, quod etsi tantum Orientalibus competere tamen Honorius II. Pont. Max. in *d. c. 1. tam ad Clericos quàm ad Monachos Occidentales extendit*, ita vt nullus per se quidquam iurare compellatur, sed per alium iurare possit, hoc est, per Procuratorem, vel æconomum sed hoc tantum cum causas iuræ Ecclesiæ agunt, vel defendunt nam tunc etsi compelli non possint, tamen si iurauerint sponte admittuntur, *c. ultimo, hoc titulo*, & ita est intelligendus textus in *diēt. cap. 1. hoc titulo*, videlicet cum clericus causam suæ Ecclesiæ prosequitur, & patet ex *littera sextus ibi: Si Ecclesia sua noverit expediri &c.* Sed si non Ecclesiæ, sed propriam causam Clerici prosequantur, semper compelluntur personaliter iuramentum calumniæ subire iuxta textum in *c. ceterum §. hoc tit. Authentica, principales, Cod. hoc tit.* rationem refert Donellus *diēt. lib. 24. cap. 3. in fine*. Quia nihil fiat aduersus honorem Clericalem, siquidem qui Ecclesiæ præsent, iubeatur pari studio, litibus obviare Religione iuramenti: nam verbo Dei iurare, iusta de causa interuentione, priusquam non prohibetur, quam interpretationem, sequitur Glossa in *cap. 1. hoc titulo verbo, Criminali, in fine Abbas ibidem, num. 16. & 19.* Cuiacius in *postumis ad eundem textum, Idem in Nouella 49. in fin.* Hilligerus ad Donellum in *diēt. cap. 3. littera M.* nec similiter obstat textus in *diēt. cap. nullus, 22. quæst. 5.* quia textus ille procedit quando Clericus propriam causam temporalem apud iudicem laicum prosequitur; quia nec tunc poterit absque Episcopi consensu in propria causa calumniæ iuramentum subire, cum alias potestati seculari submitti videretur; notat Barbosa in *remissionibus ad sextum, in e. 1. hoc tit. num. fin.* Torretremata in *diēt. cap. nullus*. Est tamen animadvertendum, quod quamvis Clericus à iuramento calumniæ non excusetur; tamen non tenetur iurare tactis Evangelij, sed satis esse proptio pectore tacto iurare, *cap. fin. hoc titulo: Glossa in capit. vt circa, de electione, lib. 6. cap. si quis Presbyter, 2. quæstione quinta*, Nec obstat textus in *cap. testimonium, §. Episcopus: 11. quæst. 1. Authentica de sanctissimis Episcopis, §. nulli. cap. ego enim de iureiurando, cap. quoties. 1. quæstione septima, capit. quoties §. porro, de purgatione canonica*, quia iura illa procedunt in causis gravibus in quibus sacra Evangelia tangere necesse est notat Abbas in *diēt. cap. fin. hoc titulo*, Doctor Balboa in *commentarijs ad sextum in cap. nullus §. de iureiurando. num. 10 & 11.* Cuiacius in *posthumis ad textum in cap. 1. hoc tit.* Similiter adnotandum est, quod olim à neutra parte laico, vel Clerico (quoties de rebus spiritualibus agebatur) exigi poterat calumniæ iuramentum, cum illius calumniæ præsumptio cessaret, vt non ex legum districtione, sed ex Canonum æquitate disceptaretur; *cap. 2. hoc tit. Clem. dispendiosam, 2. de iudiciis*, hodie tamen crescente hominum malitia etiam in causis spiritualibus calumniæ iuramentum desideratur, cum in illis maior, quam in alijs cautio adhibenda sit; vt expresse docet Bonifacius in *cap. 1. §. fin. hoc titulo, l. 6.* Cuiacius in *posthumis ad textum in diēt. cap. 2.* Anastasius Germonius in *paratilis ad hunc titulum*.

Quintò aduersus ea, quæ communiter in presenti notant omnes, videlicet quod iuramentum remittitur plurimis personis, præcipuè Patrono, & parentibus, quia filius patri, & libertus Patrono omnem honorem, & reuerentiam in iudiciis, & extra iudicium præstare tenentur, *l. licet §. 7. neque deserentes. ff. de obsequijs, parentibus & Patronis præstandis, l. si Patronus, ff. de iureiurando*.

l. de die §. ultimo. ff. qui satisfacere cogantur, Donellus lib. 24. cap. 13. Hilligerus ad eundem, lib. 24. cap. 21. littera D, valde obstat textus in l. i. iurandum 34. §. qui iurandum. ff. de iurando, cuius hæc sunt verba: Hoc iurandum de calumnia, nec Patrono, nec parentibus remittitur. Ex quibus constat hoc iuramentum, nec Patrono, nec parentibus remitti, in qua iurium pugnantia omitta Accursij interpretatione in d. l. qui iurandum, & in l. quoties 14. ff. de iurando: Fornerij lib. 2. selectarum, cap. 4. verissimè est dicendum, illud Vlpiani responsum in d. §. 4. in Pandectis Florentinis mendosum esse: siquidem legendum non est cum negatione illa: Nec Patrono, nec parentibus remittitur; sed affirmativè, æque Patrono, atque parentibus remittitur. Quæ verissima lectio in Basilica inscriptione scripta reperitur, lib. 22. tit. 5. cap. 32. & sic multoties in aliis Codicibus legitur. Æque Patrono, in aliis verd, Patrono parentibusque, & in nonnullis absque illa dictione, æque, aut que, sed simpliciter: Patrono parentibus remittitur, & sic ex quacunq; affirmativa lectione, constat hoc calumniæ iuramentum Patronis, & parentibus remitti, notat Cuiacius lib. 9. observationum, cap. 37. apud medium, Idem lib. 3. questionum Pauli, in dict. leg. quoties 14. ff. de iurando, Duarenus in postum, ad titulum, ff. de iurando, cap. 3. Iulius Pacius centuria 3. quæst. 83. Antonius Faber in Rationali, ad textum in dicta l. iurandum, §. 4. Idem in Iurisprudentia, tit. 5. principio 2. dilutione 9. Hilligerus ad Donellum d. lib. 24. cap. 21. littera B. Nec solutioni obstat textus in l. quoties 14. ff. de iurando, vbi hoc iurandum patri non remittitur: quia ibi pater non iurat propter calumniam, sed propter rem in iudicium deductam: nam tunc non remittitur, cum non iaretur propter personam, seu propter calumniam patris, sed propter rem ipsam, quo in casu non læditur reverentia patris; nec conqueti potest, siquidem propter iurandum à filio efficitur iudex, & testis, notat Antonius Faber in Rationali ad eundem textum, Cuiacius lib. 3. Pauli ad edictum, in dict. l. 14. ff. de iurando, Donellus lib. 14. Commentariorum, cap. 13. num. 2. vbi latè disputat, an etiam hoc iuramentum liberto, & filio remittatur

Sextò prædictis obstat text. in l. qui iurasse 26. §. si pater 2. ff. de iurando, vbi pater iurat de peculio, hoc est, in causa peculiari ipsius filij, & illud patris iuramentum prodest filio. Augetur difficultas ex eo, quod iuramentum illud remittitur patri, hæredi, procuratori, & tutori, cum iniquum sit quemquam de alieno facto iurare, leg. 11. §. iurare, ff. rerum amotarum, l. videamus, ff. de in litem iurando, l. procurator, ff. de iurando. Sed huic dubio occurrat si dixeris textum in dict. l. qui iurasse 26. §. si pater 1. ff. de iurando, non procedere in iuramento calumniæ, sed in iudiciali, quod à parte parti à iudice defertur, & quamvis nec in eo, in causa peculiij, pater compelli possit iurare, tanquam de alieno facto, tamen si iuraverit, prodest filio, cum sibi imputare debet is, qui defert iuramentum, præstari ab eo, à quo exigi non poterat; & sic cum eo solo contentus sit, iuxta textum ita intelligendum in l. qui iurasse 26. ff. de iurando, Antonius Faber in Rationali ad textum, in l. iurandum 17. §. pupillus, ff. de iurando. Nec solutioni obstat textus in §. si pater 2. eiusdem legis, vbi illud patris iuramentum non prodest filio, quo minus in solidum conveniri possit: quia malum interest, an pater iuret super obligatione filij principaliter se dare non oportere; an verd tantum super actione de peculio: nam in primo casu, obtinet text. in dict. §. si pater 1. In secundò verd, textus in dict. §. 2. eiusdem legis, cum tunc pater, nihil exprimat de obligatione principali ipsius filij, quare cum res salva maneat, poterit filius conveniri, ac si pater non iurasset; & quamvis quoad peculium antea obtentum prosit iuramentum illud; non tamen prodest quoad noviter adquisitum, cum in eo pater possit conveniri, Antonius Faber in Rationali ad textum in d. l. qui iurasse, §. qui pater 1. & 2. ff. de iurando. Nec prædictis obstat text. in l. §. C. de iurando, vbi tutor de alieno facto iurare cogitur, quia textus ille loquitur, quan-

do tutor de proprio facto vti testis iurat, scilicet, se legisse testamentum, nec cognovisse, id quod petitur relatum esse, Donellus lib. 24. Commentariorum, cap. 1. Hilligerus ibi littera H. & T. Antonius Faber in Rationali ad textum in d. l. videamus, ff. de in litem iurando.

Septimò adversus ea, quæ in presenti notant omnes, videlicet, quod procurator non compellitur de calumnia iurare; nec etiam si velit admittatur, cum id sit iurare de alieno facto, iuxta textum in l. iurandi, §. procurator, ff. de iurando, authenticæ principales, §. sed si parte. C. de iurando propter calumniam, obstat textus in cap. final. de iuramento calumnia, lib. 6. vbi procurator nomine Domini, de calumnia iurare potest. In cuius text. difficultate dicendum est, quod Bonifacius ibi loquitur, quando procuratori speciale mandatum est concessum ad iurandum de calumnia, ex certa, nominata, & destinata causa, quia tunc admittitur, ac si ipse dominus iurasset, cuius animam obligat: ita similiter est interpretandus textus in l. qui bona, 13. §. si alieno nomine, ff. de damno infecto, quia ibi etiam mandatum speciale præcessit, notat Gaillius lib. 2. observationum, cap. 83. videri oportet ea, quæ inferius dicemus, in cap. cum interest, de exceptionibus, in sexto dubio.



A D T I T V L V M de dilutionibus. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Dilaciones iudiciales Iudicis arbitrariae sunt, qui secundum causa qualitatem eas concedet, vel restringet.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Dilatio ad deliberandum ante litem contestationem Reo conceditur, utrum cedere, vel contendere debeat?
- 4 Iudex existente causa plures dilaciones concedere poterit, ut in exemplis ibi positis.
- 5 Reipub. imò, & partium interest, litibus finem celerius imponi. Intellige, ut ibi.
- 6 Oratione Divi Marci ad coercendas Iudicum, & litigantium moras, unica tantum dilatio permisa erat. Intellige, ut ibi.
- 7 Interpretatur text. in l. final. ff. de fectis, & in l. oratione 7. ff. eodem.
- 8 Explicatur text. in cap. literas 3. hoc tit.
- 9 In causis capitalibus gravioribus, plures dilaciones concedi Iudicibus permissum est ex ratione de qua ibi.
- 10 An in crimine adulterij superior doctrina procedat. Explicatur text. in l. crimine, 41. ff. ad leg. Iuliam de adulter.
- 11 Iudex iusta subsistente causa, iuris terminos ampliare, vel restringere poterit, & num. 10.
- 12 Explicatur text. in l. 2. versic. Sed peccatò, ff. de re iudic.
- 13 Si iudex minorem terminum, quam legitimum statuerit, suppletur à lege. Explicatur text. in l. 4. §. si quis, versic. Sed siquidem, & §. si quis condemnatus, ff. de re iudic.

C O N C L U S I O

Totius Tituli.

DILATIONES Iudiciales ad deliberandum, excipiendum, seu ad reliqua iudiciorum acta, à Iudice, prout causa postulaverit, concedi, vel minui debent. Constat textus in cap. 1. per totum, hoc tit. cap. 1. cap. inducia, §. offeratur, 3. quæst. 3. cap. 1. & ult. §. quæst. 3. cap. ultra certiam §. 3. de testibus, cap. cum sit Romana, versic. Nisi iudex, cap. personas, cap. reprehensibilis, cap. significante, 69. de appellationibus, c. Pastor alie, de exceptionibus, leg. oratio, 7.

in fine, ff. de feriis, l. interdum, 26 l. argentarium, 45 ff. de iudiciis, l. 2. per totum, C. de dilationibus, l. de bonis 6. ff. de Carboniano Edicto, l. ultima, §. 1. ff. de appellationibus, recip. l. notissimum, 99. §. fin. ff. de verborum significatione, leg. 33. & 34 tit. 16. part. 3. leg. 25. tit. 8. lib. 2. foris, l. 1. & 3. tit. 6. lib. 4. Recopilationis, d. sponant Paz in praxi, 1. como 1. part. 8. tempore, num. 22. G. Ichemus, & Duarenus ad tit. C. de dilationibus, Vvelembeckus, & Cuiacius in paratitulis ad eundem titulum. Rebuffus 3. tom. in consilium. Regias, tractat. de dilationibus, Scaccia de iudiciis lib. 2. cap. 3. & 4. Menchaca controversiarum usus frequentium, lib. 2. cap. 27. Parladorius lib. 2. rerum quosdaminarum c. fin. part. 5. §. 10. Petrus Gregorius lib. 48. synagmatum, cap. 18. Covarruvias lib. 2. variarum, cap. 2. num. 5. Tiraquellus in l. si inquam, verbo, omnia, num. 53. C. de revocandis donationibus, Menochius de arbitrariis, casu 52. num. 3. Morla in emporio titulo 11 num. 15. Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. titulo de dilationibus, Mascardus de probationibus, conclusio 516. num. 6. Cardoso in praxi Iudicum, & Advocatorum, verbo, Dilatio, num. 8. Guttierrez in practica lib. 2. quaest. 32. num. 2. Antonius Faber in Rationali, ad textum in l. interdum, 36 ff. de iudiciis, & in dicta Oratione, 7. & sine ff. de feriis, & dilationibus Antonius Pichardus in manductionibus ad praxim, parte 1. p. a. p. 5. n. 3. pluresque alios refert Hilligerus ad Donellum, lib. 19. Commentariorum, cap. 6. litera A.

2 Ratio est, quia cum in iudicio inter Actorem, & Reum controversia extet, quae per Iudicem praemissa causae cognitione diffinienda est, l. negantes 9. C. de obligationibus, & actionibus, l. iudices 9. Cod. de iudiciis, ipsa aequitas suadet, & necessitas exigit, ut ante litem contestationem Reo dilatio datur ad deliberandum, utrum cedere, an contendere debeat, l. sine idoneo, sub. offeratur, C. de litem contestatione, cap. inducia. §. offeratur, 3. quaest. 3. cum enim Reus non paratus, & inivus in iudicio trahatur, l. inter sit, ulantem 83. §. 1. de verborum obligationibus cap. intelleximus de iudiciis. post litem vero contestatam ad proferenda instrumenta, & testes producendos, quibus Actor id, quod in actionem deduxit, probare possit ut similiter Reus exceptiones suas probet, eadem aequitate, & necessitate suadente, dilationes admitti debent, l. argentarium, 45 ff. de iudiciis, l. notionem 29. §. fin. ff. de verborum significatione: quia alias probationum facultas deficeret, contra regulam textus in l. quoniam multi 21. in fine, C. de hereticis, qua de causa etiam suggerente necessitate, interdum Iudex poterit plures dilationes tribuere, veluti si pater litigator filium, vel vxor virum, vel filius parentem amisit, iuxta textum in l. interdum, 36 ff. de iudiciis, l. 1. Cod. de dilationibus, nam alioquin si nulla necessitas cogat dilationes, v. p. te quae producant lites, amputanda sunt, leg. 2. C. de temporibus appellationum, maxime in causis summaris, quae cito debent expediri, Clementina 2. de verborum significatione, ad quae sint reducenda, quae refert Donellus lib. 24. Commentariorum, cap. 6. Antonius Faber in Rationali ad textum in dict. l. interdum ff. de iudiciis.

4 Primo obstabit dicere, quod Reipublicae, & litigatorum, & iam condemnati interest, ut quam citò fieri possit, finis litibus imponatur, ut sic civilis concordiae retineatur vinculum, quod per lites magna ex parte dissolvitur, cap. finem litibus, de dolo, & consummatia, leg. pro suo l. fratres 10 l. causas 16. C. de transactionibus, l. propter, C. de iudiciis: Ergo cum dilationes finem litem impediant, & per eas lites immortales efficiantur, iusta de causa, tanquam odiosa reici debent. Sed huic dubio, cum ratione decidendi facile satisfacies, praecipue si animadvertas, dilationes, de quibus agimus, non impedire causarum exitum, sed potius eas dirigere, ut quanto citius fieri potest finem accipiant: nam si ad deliberandum fuerint indultae, Reus advertentio cedit, si petitionem eius iustam esse cognoscat: & ita nulla controversia remanet: vel si iuste contendendum putet, re perpensa commodè respondebit, & Iudex statum controversiae facilius poterit cognoscere. Quod etiam locum habet in probatorum dilationibus, cum nisi testes, &

instrumenta adhiberentur, nulla ratione Iudex merito causae posset cognoscere; nec sententiam proferte: quod utique partibus expedit, iuxta textum in leg. iudices, 9. C. de iudiciis. Nec obstant iura in argumento adducta, nam quod dicitur finem litibus imponendum esse, non absolute accipiendum est, sed quo modo fieri potest, habita litigantium ratione, ne alioquin in eorum iniuriam fiat, & proprium ius detrahatur, l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni inru: principio, Instit. eodem, qua de causa dilationem ad maturam rei cognitionem adhibere necessarium est, cap. 1. per totum, hoc titulo, l. 1. C. de exceptione rei iudicatae, l. ex stipulatione, 7. C. de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicium, Donellus lib. 24. Commentar. cap. 5.

Secundò obstat textus in l. final. ff. de feriis, & dilationibus, ubi constat, quod in causis pecuniariis dilatio, plusquam semel tribui non potest: Ergo etiam si necessitas urgeat, Iudex iterum eam tribuere non poterit. Pro cuius dubij solutione, adnotandum est, Oratione D. Marci dilationibus fuisse impositum modum, videlicet ut singulis causis pecuniariis, semel tantum in rumentorum, & testium proferendorum gratia dilatio daretur, quod admissum fuit ad coercendas iudicum, & litigantium moras, iuxta textum in l. oratione, 7. ff. de feriis, & dilationibus: & ita est interpretandus textus in dict. l. final. ff. eodem.

Nec huic sententiae obstat textus in d. l. oratione, 7. ubi idem Vlpianus, iterum dilationem concedendam esse utilitatis gratia demonstrat: nam omnia Antonij Fabri emendatione in Rationalibus, ad textum in d. l. oratione, 7. dum eximat, verba illa: Sed utilitatis litigantium gratia, &c. Triboniano vix addita, asserens, id ex nova Imperatorum Constitutione fuisse inductum in l. 2. C. hoc titulo. Verius dicendum est, in d. l. 7. in principio, propositam fuisse Orationem Antonij, quae regulariter locum habet: statim vero ipse Antoninus exceptionem illi proposuit hoc est, quod si iusta, & necessaria causa urgeat, maxime propter inopinatum aliquem casum, possit Iudex iterum dilationem in partem, veluti si peritentem non steterit quominus id perageret, tempore prioris dilationis, argumento textus in leg. 2. §. si quis iudicio ff. si quis cautionibus, l. si quid §. ult. mo. cum l. sequenti, ff. de evendo, l. interdum, 36 ff. de iudiciis, vel si prima dilatio fuit data à defuncto; nam tunc alia etiam debet dari successoribus, tanquam litem ignato, d. leg. oratione, 7. in fine, siquidem haeredibus ignorantia imputari non debet, leg. 9. leg. qui in alterius, 77 ff. de regulis, cap. cum quis, eodem tit. lib. 6.

Tertio praedictis obstat textus in l. si ter, a. 3. hoc titulo, ubi quamvis ex nova declaratione necessarium videretur, ut Reo dilatio prorogaretur ad deliberandum, ei nova dilatio denegatur, in cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus, quas refert Abbas ibidem, num. 20. verissime est dicendum, quod in specie illius textus quaestio vertebatur super quibusdam possessionibus, quae in emphyteusi fuerant concessae, eisque Presbyter Ecclesiae nomine petebat ex eo, quod in commissum incidissent ob non solutam pensionem per triennium, & ultra, ut ex integra constat: cum itaque postea ad pensionem Nobilium, contra quos actio dirigebatur, Presbyter declarasset verbis illis: Et ultra, alios quatuor annos intelligendos esse significat, ut sic per integrum septennium in solutionem pensionis fuisset cessatum, quare nil mirum si novae induciae ad deliberandum denegentur: nam quamvis per illam adiectionem minutula summa significetur, l. hac adiectio, 192 de verborum significatione; tamen cum in rebus Ecclesiasticis emphyteuta ius proprium amittat, si per biennium pensionem non solverit, cap. 2. §. qui rem, 10. quaest. 2. cap. penultimo, & ultimo de locato, Authentica qui rem, C. de sacrosancta Ecclesia, in aliis vero rebus si per triennium cessaverit, leg. secunda, Cod. de iure emphyteutico, Donellus libro nouo Commentariorum, capite decimoquinto, & cum supra dictae Presbyteri declarationi Nobiles nil respondissent, iusta de causa nova dilatio Nobilibus denegatur, cum Nobiles perpensis debuissent,

debuissent antea emphyteuticum ob cessationem amissis-
sent: notat Glossa *ibidem*, Innocent. Ostiens. & Panorm.
num. 13.

7 Quarto obstat textus in *dilt. leg. sine, ff. de ferijs, & di-
lationibus*: ubi dilatio non semel, sed iterum, ac ite-
rum tribui debet. Cui difficultati, ut occurras adnotare
debes, text. illum non procedere in causis pecuniarijs,
sed in capitalibus criminibus, in quibus alia forma
erat præscripta, cum Reo tres dilationes, accusatori
duas dare licebat in quibus causis latior potestas Iudici
erat tributa: nam licet criminales quaestiones non mi-
nus, quam civiles citò terminari publicè interfit, *l. vlti-
ma, C. ut intra certum tempus criminalis quaestio termine-
tur*, tamen cura gravioris momenti sunt, ut pote in qui-
bus de capite, de fama, seu de æstimatione agitur, *l. 1.
capitalium, 18. ff. de poenis, l. penult. ff. de varijs, & extraordi-
narijs cognitionibus, l. licet 103. ff. de verborum significatio-
ne*; tamen major in his ratio dandæ dilationis versatur,
ne alioquin ob non datam dilationem possit Reus con-
quæri laesam esse suam innocentiam, *capit. ut fama, de
sententia excommunicationis, l. eum qui nocentem, ff. de in-
iurijs, vel Actor deficere in probatione criminis, quod
probari probaturque puniri, maxime interfit Reipubli-
cæ, l. ita vulneratus, 51. §. vlt. ff. ad legem Aquiliam, l. per
omnes, 6. C. de defensoribus civitatum*, plurisque dilationes
in causis illis Reo indulgentur: quia in criminalibus
causis fatius est nocentem absolvere, quam innocentem
condemnare, *l. absentem, 5. ff. de poenis, cum hi potius,
quam Actores favorabiliores sint, non debet, 41. l. favo-
rabiliores, 12. §. ff. de regulis iuris, videndus est Ant. Faber
in Rationali ad textum in d. l. fin. Donel. & Hiligerus locis
supra citatis.*

8 Quinto prædictis obstat text. in *l. in crimine, 41. ff. ad
legem Iuliam de adulterijs*, ubi in adulterij crimine quod
capitale est, *l. castitati 9. l. quavis 30. ad finem, C. ad l. Iu-
liam de adulterijs, §. item lex Iulia, Instit. de publicis iudicijs*,
Paulus demonstrat nullam dilationem dari debere. Cui
difficultati, ut satisfaciant Donellus, & alij, ubi supra
existimant, crimen adulterij excipiendum esse à præ-
dicta regula, cum in eo celeritè procedendum sit
propter communem utilitatem, ob quam singularia
locum habent, *l. transigere, Cod. de transactionibus*; sed
cum nulla ratio specialis occurrat, idem ius in hoc cri-
mine, quod in alijs statuendum videtur; ex regula
text. in *l. illud, ff. ad legem Aquiliam*. Quare hac, & alijs
omissis, verius respondendum censeo in *dilt. l. in crimine*,
procius non negari dilationem, sed ita demum, nisi aut
personæ exhibeantur, aut iudex ex qualitate negotij
motus, hoc causâ cognita permiserit; quod optimè
convenit cum regula textus in *dilt. l. fin. ff. de ferijs*, ubi
non minus necessaria est causæ cognitio ad tribuen-
das dilationes in capitalibus negotijs, quam in pecuni-
arijs (ut supra diximus) in decidendi ratione, de qua re
videndus Pacius *centuria 1. quaest. 83. Duclias reg. 100.*
Gilchenus *in rubricat. Cod. de dilationibus, numer. 4. &
seqq.*

Sexto adversus id, quod in *praesenti* notant omnes,
videlicet Iudicem posse dilationem, seu terminum juris
iusta subsistente causa restringere: vel ampliare, quod
etiam insinuat textus in *Clementina 2. ad finem, de appel-
lationibus, cap. cum sit Romana, 5. versiculo, Nisi iudex,
cap. personæ, cap. reprehensibilis, de appellationibus*, val-
de obstat text. in *l. 2. versiculo, Sed perrarò, ff. de re iudi-
cata*, ubi constat iudicem rarò, aut nunquam posse ter-
minum à iure concessum minuere; duas tantum *Vlpia-
nus* causas excipit, videlicet alimentorum, vel si minori
subveniatur. Cujus textus difficultas augetur ex prima
illius *Vlpiani* sententia, dum in ea affirmat posse Iudi-
cem pro qualitate, & quantitate causæ, vel persona-
rum obsequio terminum coarctare, vel prorogare. In
cujus textus difficultate, ommissa Bartoli interpretatio-
ne, Antonij Fabri *lib. 12. consuetudinum, capit. 17. Duareni
in dilt. l. 2. verissimè est dicendum, Iudicem posse, etiam
juris terminum, iusta subsistente causa minuere, ut
constat ex iuribus supra adductis. Nec obstant textus*

verba in *dilt. l. 2. versicul. Sed perrarò, Quia versiculus il-
le nihil contrarium præstat primæ, vel secundæ illius
textus parti: nam in principio illius legis, & in secunda
eius parte, est statutum, Iudicem posse iuris terminum,
iusta subsistente causa minuere; & statim prosequitur,
quod etsi perrarò, idest non possit id sine causa fieri,
tamen ab hac regula excipiuntur duæ causæ, quæ favo-
rabiles sunt, videlicet alimentorum, & restitutionis; in
quibus absque causæ comprobatione poterit Iudex ter-
minum minuere, vel augere; quia in illis sufficit pro cau-
sa earum favor.*

Septimo prædictis obstat text. in *leg. 4. §. si quis 7. ver-
sicul. Sed siquidem minorem, ff. de re iudicata*, ubi constat,
quod si iudex minorem dilationem, seu terminum, quam
legitimum statuerit, repletur à lege, quod à Iudice defi-
cit. Augetur difficultas, quia Iudex causa cognita, mi-
norem terminum ibi præfigit, siquidem res iudicata di-
citur, quando cognitio causæ intercessit, *leg. iudices, ff.
de iudicijs*: ergo neutiquam poterit iudex dilationem le-
galem auferre. In qua iurium contrarietate, ommissa Glo-
sæ interpretatione, verbo, *Sed siquidem minorem, in
dilt. §. siquis, & Glossa verbo, arcta, in dilt. l. 2. Bartoli,
& Duareni, ibidem*, verissimè est dicendum, Iudicem,
interveniente iusta causa, non solum posse ampliare,
sed etiam minuere iuris dilationem. Nec contrarium
docet textus in *dilt. leg. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re
iudicata*. Quia tempus illud in sententia expressum, non
est dilatio, seu tempus, quod miserationis gratia in
executione condemnatis à iure conceditur, sed est quæ-
dam pars ipsius sententiæ, quæ non à iure sed ab ho-
mine confertur, *leg. cum multi, 8. versic. Aliud, ff. de com-
pensationibus*. Nec etiam ibi fuit dubitatum an ampliatio,
vel limitatio temporis valeret, necne; sed tantum
fuit quaestio, à quo die computanda esset dilatio illa à
Iudice in sententia constituta? & Consultus respondit,
quod si amplior terminus in sententia fuerit concessus
computatur in eo terminus legalis, & sic utrumque ha-
bebit, hoc est tam legitimum, quam in sententia ex-
pressum; sed si minorem Iudex terminum præfixisset,
supplebitur à lege: ratio est, quia Iudex dilationem
in sententia dando, etiam si minorem constituat, non
ideo legitimum condemnato adimit: meritò, licet ex
sententia Iudicis ampliosem non habeat, habebit tam-
en ex lege, cuius beneficium integrum manet: siqui-
dem Iudex nominatim reum constituto à lege termino
uti non vetuit; & ita, etsi tempus repleatur, nihil fit con-
tra Iudicis sententiam, siquidem Iudex aliquod tempus
dando, legitimum non adimit: notat Donellus *dilt. lib.
27. commentariorum, c. 4. pro interpretatione ad textum in
dilt. l. 2. l. 4. §. 5. ff. de re iudicata*, Hilligerus ad eundem,
in *dilt. c. 4. littera F. & an impedito plures dilationes den-
tur? videre oportet ea, quæ inferius dicemus, in c. cum sit
Romana, 5. de appellationibus, & in titul. de dolo, & contum-
acia, in prima tituli parte, & in c. cum venisset, 25. de testi-
bus 18. & 19. dubio, & in cap. Pastoralis 4. de exceptionibus.*
Videre etiam oportet ea quæ inferius dicemus in c. 2. de
exceptionibus, apud finem.



AD TITVLVM DE Ferijs, IX.

SVMMARIVM.

Totius Tituli.

- 1 Diebus Dominicis, & alijs Dei, & Sanctorum reve-
rentia dicatis, ab omni opere illicito, ita abstinendum,
ut nec etiam de partium consensu iudicium exerceri
possit.
- 2 Ratio assignatur,
Deo, honor, & veneratio in re divino, & naturali
debetur

- debetur ideoque certi dies ab Ecclesia assignati sunt, ut illis specialiter cultus exterior exhibeatur.
- 3 Veteris legis Sabbata ex praecepto ceremoniali observabantur, in quorum locum dies Dominici successerunt, ex ratione, de qua ibi, & n. 9.
- 4 Mercata, nundinae, contractus & negotiationes, in diebus Dominicis, & alijs Dei & Sanctorum cultui dicatis, fieri possunt.
- 5 Strepitus iudiciales in praedictis diebus omnino cessare debent, ex ratione de qua ibi, & n. 14.
- 6 Ius publicum privatorum pacto tolli non potest.
- 7 Feria rustica, veluti messium, & vindemiarum ex consensu partium renunciari potest.
- 8 Oratio genu flexo quo tempore fieri debeat, refertur antiqua consuetudo.
- 9 Praeceptum de observandis ferijs, partim est morale, partim vero ceremoniale.
- 10 Explicatur text. in cap. licet tam veteris, 3. hoc tit.
- 11 Explicatur cap. 8. sextae synodi, & cap. sextam synodum, 16. distinct.
- 12 Explicatur Canon 65. Apostolorum, & c. placuit 9. de consecratione, distinct. 3.
- 13 Die Dominico ieiunare non licet, & n. 13.
- 14 Explicatur, & emendatur Canon 04. Martini Braccharensis.
- 15 Ieiunium in die Dominico non est simpliciter prohibitum nisi superstitiose, aut ex scandalo fiat.
- 16 Explicatur text. in c. vltimam, 66. distinct. & cap. si quis Presbyter, & cap. si quis tanquam, 30. dist.
- 17 Actus iudiciales, licet in diebus festinis tractari non debent.
- 18 Citatio in diebus feriatis, vel ad diem feriatum facta, non valet.
- 19 Explicatur text. in cap. veniens, de accusatione.
- 20 Libellus ad interruptendam praescriptionem continui temporis, etiam diebus feriatis porrigi potest.
- 21 Explicatur text. in l. miles 11 §. sexaginta, ff. ad l. Juliam de adult. & l. 1. C. hoc tit. & in l. 2. §. die septimo, ff. quanto appell. lit.
- 22 Custodia cognitio de plano, & sine strepitu iudicij fiat.
- 23 Explicatur text. in l. custodias, 12. ff. de public. iud. & in l. Provinciarum 10. C. de ferijs.
- 24 Feria publica, & rustica, an a iudice constitui possint, & num. 20.
- 25 Conciliantur text. in l. a nullo, C. de ferijs, & in l. Praesides 4. ff. eodem.
- 26 Feriarum tempus an Praesides coangustare, vel prorogare possint ibi, & num. seqq.
- 27 Explicatur text. in l. 2. C. hoc tit.
- 28 Explicatur text. in l. sed etsi 16. §. si feriae vers. Quia per Praetorem, ff. ex quibus causis maior.
- 29 Existente causa pietatis, vel necessitatis, de ferijs non habenda est ratio.
- 30 Explicatur text. in cap. fin. de iudicij.
- 31 Arbitri an in diebus feriatis sententiam dicere possint.
- 32 Explicatur text. in l. si feriatas 36. ff. de recept. arbit.
- 33 Calendarum tempus olim erat feriatum.
- 34 Explicatur text. in l. Kalendis Ianuarij, ff. de recept. arbit. & l. omnes, C. de ferijs.
- 35 Index diebus feriatis, de causis beneficialibus, electionis, postulationis, & similibus, an cognoscere possint.
- 36 Explicatur Clement. 2. de verb. significat.

CONCLUSIO

Totius Tituli.

1 **D**E BVS Dominicis, & in alijs Dei, & Sanctorum reverentia dicatis, ab omni opere illicito ita abstinendum est, ut nec ex consensu partium iudicium exerceri pos-

set, alijs vero ferijs in favorem hominum inducitis, litigantes renuntiare poterunt. Quae conclusio quoad primam eius partem comprobatur ex cap. 1. 2. & fin. hoc titulo, cap. 1. cum sequentibus, 15. quastion. 2. cap. de decretis 17. 22. quast. 5. cap. Missas 64. cap. qui die solemni 66. de consecratione, distinct. 1. cap. 1. & 2. cum alijs de consecratione, distinct. 3. cap. 2. de immunitat. Ecclesiarum, cap. fin. de iudicij Concilium Nicen. cap. 10. Concil. Agaten. cap. 47. Concil. Tridentin. Ses. 25. decreto ultimo, l. vel omnes iudices. 3. l. fin. C. hoc titulo, l. Dominica, C. de spectaculis, l. 3. 4. cum sequentibus, tit. 2. part. 3.

Secunda vero nostri textus pars probatur ex textu in l. 1. 2. & 3. l. si feriatas diebus 6. ff. de ferijs, l. 2. l. omnes dies 7. Cod. eodem, l. 37. cum sequentibus, tit. 22. parte tertia, exornant Gregorius Lopez in dictis legibus Partiarum Franciscus Suarez 1. tom. de legibus, libro secundo, cap. 30. Bellarm. 2. tom. controversiar. lib. 3. de Sanctis, cap. 10. & sequentibus, Reginaldus in praxi fori penitentiarij 2. tom. lib. 19. cap. 3. Azorius 2. tom. instit. moral. lib. 2. cap. 27. Petrus Gregorius lib. 2. synagoga, cap. 16. libro primo repetitionum iuris Canonici, tit. 9. Caelar Baron. 1. tom. Annalium, anno Christi 58. num. 81. Anastasius Germonius de Sacrorum immunitatibus lib. 1. cap. 19. & lib. 3. cap. 10. Thomas Sanchez lib. 2. ad praecip. Decalogi, cap. 37. num. 12. Covarruvias lib. 4. variarum, cap. 14. Gurtierrez lib. 1. Canoniarum quastionum, cap. 31. Menochius lib. 3. de arbitrarijs, quastion. 30. Spino in speculo testamentorum, glos. 16. principalis, numer. 10. Nauart. in Manuali, cap. 13. & in cap. cum contingat, de rescriptis, 12. causa nullitatis, Scaccia de iudicij, lib. 2. cap. 3. Brissonius in l. Dominica, C. de spectaculis, eruditissimus communis Praeceptor Franciscus Sanchez Randoli in repetitione ad textum in c. conquestus fin. hoc titulo, Duarenus ad tit. de arbitris, fol. ultimo, in fine, Donell. lib. 2. commentariorum, capite septimo Ouald. ad eundem in dict. cap. 7. littera A. sum seqq.

Ratio primae conclusionis partis est, quia feriae sacrae solennes, seu festi dies fuerunt introducti ab ipso iure naturali, & divino, ex eo, quod omnes homines debeant etiam per actus externos Deum venerari, ut constat ex iuribus supra adductis, l. veluti 2. ff. de instit. & iure, Suarez de Religione, 1. tom. tract. 2. lib. 1. cap. 1. & 2. cum homines tempus aliquod debeant secernere ab actibus profanis, in quo debitum honorem, & cultum illi exhibeant iuxta illud Psalmi 45. ibi: Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Vt sic homines, qui corpore, & anima constas, aliquo etiam destinato, tempore corpore, & animo, laudibus & contemplationi omnipotentis Dei omnino vacent, a quo tot tantaque beneficia acceperunt. Quod etiam ad convenientem hominum gubernationem summè necessarium est, cum fragiles sint natura, & laboribus corporis facile distraherentur, merito consentaneum naturae videtur, ut interdum a laboribus quiescant, tradit Plato l. 2. de legibus. Seneca l. 2. de tranquillitate vitae: sed cum dies non essent certi, in quibus cultus exterior Deo exhiberetur, exemplo veteris Synagogae, in qua Sabbata ex praecipito ceremoniali observabantur Deuteronomij c. 5. Exod. 12. Ezech. 20. in eorum locum Ecclesiastica constitutione primus Hebdomadae dies successit, hoc est, dies Dominicus, c. 1. & 2. hoc tit. qui quidem Sabbati dies feriatas, tanquam eo praecipito ceremoniali instituti, iam cessarunt, c. translato, de constit. unic. de purific. post partum & in eorum locum successit dies ille Dominicus, cum eo die Dominus noster resurrexisset, Apostolisque apparuit, & in eodem die Spiritus Sanctus Apostolis fuit datus Ioannes Apocalypsis cap. 5. Paulus ad Corinthios, c. 16. & ideo in illis diebus servilia opera prohibita sunt non ex eo, quod per se sint illicita, alioquin enim, nec alio tempore fieri possent, sed ob reverentiam Deo debitam, ne ab eius cultu, & contemplatione animus avocetur. Similiter, & eadem ratione mercatum, nundinas, negotiationes, mercimonia, & similes contractus fieri prohibetur capite primo, hoc titulo, capite Religione glossa 2. de consecratione, distinctione 3. Deinde, quia inter ementes, & vendentes, peccatum frequenter

quenter committitur, capit. qualitas, 2. de penitentia, distinction. quinta, cum naturaliter sint homines percipendi ad se mutuo decipiendos, leg. in causa, 16. paragrapho idem Pomponius, ff. de minoribus, leg. 22. §. final. ff. locati.

Similiter strepitus iudiciales prohibentur, quia nihil magis observationi festorum repugnare potest, quam lites, & controversiæ, quæ in iudicijs exercentur, cum ex illis livores, inimicitia, & calumniæ nascantur, ex quibus animus hominum inquietus redditur, cap. 1. de Synodico, in fin. cap. 1. de restitutione spoliatorum, lib. 6. Nec interest, an iudicium sit civile, vel criminale, c. 2. & fin. hoc tit. cap. 1. cap. placita, 15. quest. 4. l. 1. §. 1. si feriatas 6. ff. de feriis, l. 2. in fine, l. ultima, Cod. eodem, quæ quidem solennes feriæ, nec consensu partium remitti poterunt, cap. fin. hoc titulo. Quia earum prohibitio non respicit privatum litigantium favorem, sed potius Reipub. hoc est, Dei Optimi Maximi cultum, & ius publicum, quod pacto privatorum non remittitur, cap. si diligenti, de foro competentis, l. ius publicum, 38. ff. de pactis. Quod etiam dicendum est, in alijs ferijs repentinis, quæ à Principe ex publica causa indicuntur, veluti si ob honorem Principis, vel verbis statuuntur; notat Osualdus ad Donellum lib. 29. commentariorum, cap. 7. lit. T. Feriæ autem rusticæ, quæ propter melle, & vindemias indicuntur, consensu partium renuntiari possunt, & sententia in illis data valebit, cum principaliter favore litigantium sint introductæ, licet secundariò, & per consequentiam ad favorem publicum respiciant, c. final. in fine, hoc tit. l. 1. §. 1. si feriatas 6. ff. eodem.

Primò adversus hanc decidendi rationem, & illam solemnem Dominici diei festivitatem, obstat textus in cap. 2. hoc tit. Vbi constat in diebus Dominicis, & alijs festivitibus Paschatis, & Pentecostes, neminem posse genua flectere, nisi secreto cum devotione, id facere velit; & tamen verum est genua flectere, esse signum devotionis, venerationis, & humilitatis; quæ genuflexio interponitur, ut facilius oratio nostra acceptabilis Deo sit: quemadmodum Dominus noster in terra positus genibus Patrem orabat, Luca 23. Ergo dies Dominicus, non est dies feriatas: nam si esset, in illis genuflexio non admitteretur. Sed pro illius textus interpretatione adnotandum est, olim duplicem modum orationis fuisse, unus erat luctus, & tristitiæ, vbi miseriam nostram in memoriam reducimus, Christumque Dominum, passionem, & mortem pro humana salute pendisse recolimus, in quo tempore genua flectere debemus: erat etiam aliud tempus, & aliud orationis modus, propter lætitiæ, videlicet Resurrectionis, quam recolimus in die Dominica, propter æternæ felicitatis statum, & gloriæ, quam expectamus; quo tempore genuflexio fieri non solebat, sed recto vultu, stando oratio celebrabatur; de quo antiquo lætitiæ tempore est interpretandus textus in dicto cap. 2. hoc titulo, quæ interpretatio deducitur ex Divo Ambrosio sermone sexto, in illis verbis: Diebus quibus libertas Spiritus Sancti nobis data recolitur, etiam genua non flectemus, sed stantes oramus, libertatis gratias nobis collatas, & conferendam gloriam conficentes. Divo Hieronymus ad Ephesios in proœmio Epistolarum, ibi: Permissis Paulus, usque ad Pentecostes tempus, quo non flectimus genua; sed Domino resurgentes ad alta sustollimur. Constat etiam in Concilio Nicæno Canone vigesimo, relato in cap. quoniam quinquagesimo quinto, de consecratione, dist. 3. c. ultim. 30. dist. notat Bellarm. lib. 3. de cultu Sanctorum, c. 11. Brisson. in l. Dominica, Cod. de spectaculis, quæ antiqua consuetudo fuit introducta contra aliam ludæorum consuetudinem ex eo, quod Manichæi, & Iudæi, inter alia quæ pertinaciter negabant, erat vnum videlicet Christum à mortuis die Dominico non resurrexisse, & in die illo absque necessitate jejunabant, & genua flectere solebant, juxta textum in cap. si quis presbyter, final. 30. dist. notat Baron. anno Christi 372. circa finem, qua de causa in Concilio Nicæno, cap. 10. fuit statutum, ut in illis diebus, neque jejunium, nec afflictio fieret; cum no-

vum non sit, ut aliqua Religionis ceremonia evellatur, dum periculum fidei extat; sed cum iam hodie Resurrectionis fides fortiter, & fideliter sit firmata, illa prior orandi forma infelicitudinem abiit, notat Covarrubias lib. 4. variarum, cap. 19. num. 7. eruditè Doctor Franciscus Sanchez Randoli, in repetitione ad textum in cap. conquisitus in fine, hoc titulo, numero 16. non si veniens.

Secundò adversus ea, quæ similiter in decidendi ratione retulimus, videlicet Sabbati diem in veteri Testamento, ut feriatum observari; & hodie, ex nova lege in diem Dominicum translatum fuisse. Obstat text. in c. licet tam veteri, 3. hoc tit. vbi constat, quod Sabbati dies, tam veteris, quàm novi Testamenti, pagina, ut solemnis dies feriatas observari debet. Quod dubium ut dissoluamus adnotandum est, præceptum de observandis ferijs, partim esse ceremoniale, partim morale; ceremoniale dicitur, quatenus specialiter Sabbati dies in veteri lege observabatur: morale quatenus natura ipsa suadet Deum colere: quo supposito dicendum est, quod etsi dies Sabbati ex præcepto ceremoniali per novam legem cessaverit; non tamen cessat, quoad morale præceptum, ut Deum colere debeamus, non ad hoc, ut dies Sabbati, omninò specialiter debeat observari; sed ut sub nomine diei Sabbati sit aliquod tempus feriatum, in quo Deum colere debeamus, hoc est, dies Dominicus: & ita est interpretandus text. in dist. cap. 3. hoc tit. Nam dum docet tam veteris, quàm Novi Testamenti pagina, Sabbati diem observari debere, intelligi debet, cum distinctione supra adducta, hoc est, ex vi morali, & naturali ratione dictante, quod sit aliquod tempus feriatum, in quo Deum colere debeamus: notat Covar. lib. 4. variarum, c. 19. n. 4.

Tertiò etiam prædictis obstat cap. 8. sexta Synodi, verfic. Conveniendum est. Ex quo constat hodie, etiam in lege nova gratiæ, Sabbati diem esse solemnem, & feriatum, cum in eo die omnes Christiani, cum luminariis, & oblationibus ad Missam solemniter accedere debeant. Quem ut dissoluamus nodum, observandum censeo sextam Synodum bis fuisse congregatam, primò sub Constantino Imperatore: secundò, sub Constantiano eius filio, in qua sexta Synodo nulli Canones fuerunt edicti, sed tantum ei accumulatur centum & duo Canones, inter quos fuit ille octavus Canon; & cum sexta illa Synodus in Trullo Regio Palatio, absque villo Pontificis Legato, & sine eius autoritate fuisse congregata, minime universalis dici potest, juxta textum in cap. quoniam, 16. distinctione, quare Canones qui Romanæ Ecclesiæ contrarij fuerant, non sunt admissi, inter quos fuit text. in d. Canone 8. Canone 52. illius sextæ Synodi.

Nec obstat text. in c. sextam Synodum, 16. dist. vbi Adriani autoritate, sexta Synodus cum omnibus suis capitibus accipitur. Quia pro illo verbo, Sextam Synodum, legendum est, septimam Synodum; & ita similiter est interpretandus text. in c. sextam Synodum, c. omnes, de consecr. dist. 3.

Quartò solutioni obstat text. in Canone 65. Apostolorum: Cujus hæc sunt verba: Si quis Dominicum diem, aut Sabbatum, vno solo dempto jejunare deprehendatur, deponatur; si laicus, à communione eicitur. Ex quibus Apostolorum verbis constat diem Dominicum diei Sabbati æquiparari, & in parte illa, in qua vetat in die Dominica jejunare, Textus ille facile procedit: siquidem dies ille est dies feriatas, & solemnis lætitiæ, & Resurrectionis, non verò penitentia: siquidem in eo jejunijs penitentia prohibetur, quando concutit aliqua vigilia in Sanctorum honorem ab ecclesia statuta, capite primo, de observatione ieiuniorum, nec Quadragesima admittitur, c. Quadragesima, de consecratione, dist. 3. cap. placet, c. jejunium, cap. ne quis, de consecratione, dist. 3. Sed Canon ille Apostolorum difficillimus redditur in parte illa, in qua etiam jejunium in die Sabbati, quasi in die lætitiæ, & feriato prohibetur. Augetur difficultas ex eo, quod Sancta Romana Ecclesia jejunium propter tristitiam, & Passionem Domini in die Sabbati suscepit, cap. Sabbato, de consecratione, dist. 3. quod etiam refertur in Concilio Illiberitano, Canone 26.

Agatenſe, *Canone 12. Arelatenſe Quarto, cap. 2.* nam Sanctam Romanam Eccleſiam contra Apoſtolorum prohibitionem id feciſſe, neutiquam cogitari poteſt; quæ authoritas, licet ſuſpectam faciat illam Apoſtolorum authoritatem; tamen pro Apoſtolorum Canone facit authoritas ſancti Ignatii, *epiſtol. 8. ad Philippenſes*, dum ſcribit, Canone Apoſtolorum cautum eſſe, quod ſi quis Dominicam diem, aut Sabbatum jejuna-verit, iſ Chriſti interfectoꝝ ſit: ad quod etiam confert Clemens Papa *lib. 7. Conſtitutionum Apoſtolorum, cap. 24.* & Patres Trullani *in ſexta Synodo, Canon 55.* & Concilium Agatenſe, *cap. 12. relatum in cap. placuit, de conſecratione, diſtinct. 3.* Cujus hæc ſunt verba: *Placuit ut omnes Eccleſia filijs, exceptis diebus Dominicis, in Quadrageſima, etiam die Sabbati, Sacerdotali oratione, & diſcretionis communionem, jejunent.* Ex quibus verbis conſtat Sabbati diem, quoad orationem, & celebrationem, diei Dominico æquiparari. Quo in dubio nuculeando diu ſuperſedi, circa quod mallem alium docentem audire, quam docere; ſed conſiderata Conciliorum ſerie, ea inter ſe pugnancia, hoc modo ad concordiam reducenda eſſe exiſtimo, præcipuè ex authoritate Baronij, *anno Chriſti 102. num. 15.* Severini *in notis ad Canones Apoſtolorum, Canon 65.* Bellarm. *rom. 5. controverſ. lib. 2. de bonis operibus, cap. 8.* qui omnes aſſerunt Canonem illum, quoad Sabbati jejunium, non fuiſſe Apoſtolorum, & aſſerunt, verba illa, *in diſt. Canon 65* ibi: *Vel Sabbato*, ſuppoſita, inſerta fuiſſe à Græcis poſterioribus; tum quia Canon ille in illa parte à Epiphania citatur. Tum etiam, quia ſancta Romana Eccleſia ex authoritate Petri, & Pauli jejunium Sabbati ſuſcepit, ut conſtat ex Auguſt. *in Episto-la 119. ad Iannarium, cap. 13.* & *in Episto-la 85. ad Caſſellanum, & Divus Iſidorus lib. 1. de officijs, cap. 24.* Thomas Vvaldenſis *de Sacramentalibus, tit. 19. cap. 140* qui conatur probare feſtivitatem diei Dominicæ, ab Apoſtoliſ fuiſſe inſtitutam: ita Tertullianus *ad verſus gentes, cap. 16.* & alij plurimi, quos citat Covar. *lib. 4. c. 19. n. 6.* Innocent. Primus *epiſtola 11. cap. 9. epiſt. 1. cap. 4.* ut conſtat *in diſt. cap. Sabbato de conſecratione, diſtinct. 3.*

Alia verò loca invicem contraria concilianda eſſe exiſtimo, iuxta diverſas conſuetudines Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ: nam Orientalis Eccleſia obſervantiam conſuetudinem, Sabbato non jejunabat, vno excepto Paſchali; quæ conſuetudo fuit recepta in odium, & deteſtationem hæreticorum Simonis Magi, Menandri, & Saturnini, & aliorum aſſerentium Deum, Authorem mundi, cum omnibus à ſe creatis malum eſſe; atque ideo à carnis eſu, & propagatione matrimonij in Sabbati die ſe abſtinebant, ac die illo jejunabant, ne exinde Creator mundi, qui in die ſeptima requievit, honorari, videretur, notat Giphanius *oratione 21 cum ſequentibus*, merito Orientalis Eccleſia, ut injuriam Deo illatam vendicaret, communi conſenſu iuſſit, ne quis die Sabbati jejunaret; ſed potius diem illum magna, cum hilaritate tranſiret, atque inſtat diei Dominici, juſſit celebrari; & in hoc ſenſu Ignatius dixit: *ſi quis Sabbato jejuna-verit, Chriſti interfectoꝝ eſt;* & *in diſt. Concilio Agatenſi, cap. 12. relato in diſt. cap. placuit, de conſecratione, diſtinctio 3.* in illis verbis: *Etiam dies Sabbati Sacerdotali oratione:* Sed Occidentalis Eccleſia, hæreſi iam extincta, non tantum licet, ſed etiam piè Sabbato jejunat, in memoriã Domini, qui ea die mortuus, & in ſepulchro inſeſus fuit: quod omnino contrarium obſervantiam Judæi; ſiquidem die illa valde epulantur, notat Garcia de Loayſa *in notis ad Concilium Illiberitanum, Canon 26.* eruditiffimus D. Fernando de Mendoza *lib. ſecundo de Concilio Illiberitano, cap. 52.* Sed licet authoritate ſupra adducta circa Sabbati jejunium diſſentirent, tamen circa diem Dominicum omnes conſenſerunt præcipientes, ne quis ea die jejunaret, ex eo, quod hæretici, & Manichæi Chriſti Reſurrectionem negantes, die illa, in lætu, & triſtitia jejunabant; notat Baron. *anno Chriſti 58. numer. 6.* Covarruvias *diſt. lib. 4. variarum, cap. decimo nono*, Thomas San-

chez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 17. num. 12.* quæ quidem prohibitio jejunij Dominicæ diei, reſertur in Concilio Caſarauguſtano. *cap. 2. relato in cap. ne quis, de conſecratione, diſtinctio 3. cap. jejunium 14. eadem 3. diſtinctio in Concilio Gangrenſi, cap. 18. relato in cap. ſi quis tanquam, 30. diſtinctio, & in Concilio Carthagiuenſi 4. cap. 34. relato in cap. Sacerdos, 26. quaſt. 7. & Concilio Martini Papæ, relato in cap. ult. diſtinct. 30.*

Quintò, hucusque tradita circa prohibitionem jejunij die Dominica turbati videntur Canone 64. Martini Braccharenſis *in collectione Orientalium*, cuius hæc ſunt verba: *Non licet quemque Clericum die Dominica ab eccleſia abſentem eſſe, ſed Miſſarum ſolemnibus intereſſe, & jejuniò.* In quibus vltimis, & poſterioribus verbis Martinus apertiffimè ſignificat Clericum die Dominica jejuna-re debere. In qua difficultate ſi mihi permiſſum eſt, ut quod ſentio liberè loquat, interim, dum viri doctiſſimi huic loco ſuccurrant, dicenſum arbitror, hunc Canonem in illo verbo, *Jejunio*, ſuſpectum eſſe, additumque fuiſſe ab aliquo imperito: aut hæretico homine; quam coniecturam à viris doctis probandam ſperamus, præfertim ſi conſulant aliam editionem Gaticæ de Loayſa *in notis, ad dictum Concilium Illiberitanum, Canone vigefimo ſexto*, ubi verbum illud, *Jejunio*, jure optimo deeſſe aſſerit; niſi pro illo verbo, *Jejunio*, legere velis, *Jejunus*, quaſi ſenſus verborum ſic, quod Clericus in die Dominica, non debet ab Eccleſia abeſſe, ſed in ea Miſſam celebrare jejunus, hoc eſt, antequam prandeat; ſed mihi probabilior eſt prior ſolutio: nam ſecunda ex ſenſu verborum, nec ex rigore juris deduci poteſt.

Sextò prædictis obſtat text. *in cap. ſi quis tanquam, 30. diſtinctio, & in cap. utinam, 76. diſtinctio*, ubi Sanctus Hieronymus jejunium, tanquam laudabile in die Dominica, comprobat, exemplo Divi Pauli eo die jejunantis. Circa quod dubium dicendum eſt, jejunium in die Dominica, non eſſe ſimpliciter prohibitum, ſed tantum ſi ex ſuperſtitione in contemptum Eccleſiæ, aut cum ſcandalo fiat: merito, ſi ſedandi motus carnalis, aut alterius periculi imminentis vitandi, jejunium die illo fiat, vtile erit; quo in caſu Divi Pauli teſtimonium intelligi debet, ut conſtat ex textu *in cap. ſi quis Prebyter, ibi: Abſque aliqua neceſſitate, & in cap. ſi quis tanquam, 30. diſtinctio, & cap. quoniam omne, de præſcriptionibus*, conſtat ex textu *in cap. jejunium, 14. de conſecratione, diſtinctio 3.* notat Divus Thomas 2. 2. quaſt. 147. artic. 5. ad 3. Sic ſimiliter jejunium, non eſt de neceſſitate poſt Paſcha Reſurrectionis, uſque ad Pentecoſtem, ſed ſi de facto, ex devotione, & voluntate, poenitentia causa in vigilia Pentecoſtes fiat, admittitur, quamvis ex neceſſitate fieri non debeat, iuxta text. *in c. jejunium, 9. non autem, 76. diſtinct. c. provocationis, de conſecratione, diſtinct. 3.*

Nec obſtat textus *in cap. noſte credo, 76. diſtinctio, verſicul. Neceſſe eſt*, quia verba illa non ſunt intelligenda ex neceſſitate, ſed ex conſilio, cum id fuerit conveniens, hoc eſt, interveniente cauſa, notat Gloſſa verbo, *Neceſſe*, & Gloſſa verbo, *Obſervantia*, in 5. antecedenti ejuſdem textus, & Gloſſa verbo, *Jejunio*, in diſt. cap. jejunium, 76. diſtinctio: Archiepiſcopus Braccharenſis *in notis ad primam Decreti partem in diſt. cap. noſte credo, & diſt. cap. jejunium, 76. diſtinctio*. Cuiac. omnino videndum *in poſtremis ad Decretales, in cap. hoc tit. & text. in c. non oportet, de conſecratione, diſtinctio 3. & text. in cap. illa autem, 1. diſtinctio, cap. quaſi ſcit, de verbor. ſignificatione, cap. conſtituimus, cap. ſtatuiſſus, 76. diſtinctio.*

Septimò adverſus ea, quæ extant *in cap. hoc tit. vi. 14* delictet, quod in Dominicis diebus ab omni opere illicito abſtinere neceſſe eſt; obſtabit ſequens conſideratio: ergo in illis diebus ab actibus iudicialibus abſtinere non debemus; cum actus iudiciales exercere, & pertractare ſit licitum, *cap. unico, de Syndico, cap. final. 53. diſt.* Sed huic ſcrupulo dicendum eſt, quod quamvis actus

Actus iudiciales sint liciti, tamen in diebus festivis illicitè tractantur, cum nihil magis observationi festorum repugnet, quam lites, & controversiæ: cum quibus animus Christianorum inquietatur, & à contemplatione spiritualium abstrahitur, notat Ioannes Gurtierrez lib. 1. *Canonicarum questionum, cap. 32. num. 9. Covarruvias diff. cap. 28.*

Nec obstat dicere, quod si in diebus festivis lites non diceptarentur, fierent immortales, cum magis Republicæ, & litigantium, bonorumque suorum, incommotio, argumento textus in *cap. finem libellus*, cum vulgatis, *de dolo*, & *contumacia*, & sic adempta litigandi libertate, patrimonium diminueretur, *l. unica, Cod. ut nemo invidus*. Quia respondendum est, quod ex illa festorum observatione lites non redduntur immortales, cum plures alij dies remaneant, in quibus disceptari, & finem accipere possint, & quamvis aliquo modo prorogentur, Religioni prius est prospiciendum, tanquam medio, quo vitam cœlestem consequimur, *leg. sunt persona, ff. de Religiosis*, & *sumptibus funerum*: nec patrimonium minuitur, siquidem si causa, & necessitas urgeat, rigor illius præcepti relaxatur, in *cap. 2. & fin. hoc titulo*, notat Osualdus ad Donellum, *lib. 24. Commentarior. cap. 7. littera C.*

Octavo adversus id, quod in presenti notant omnes, videlicet citationem, nec in die feriato, nec ad diem feriatum factam valere, iuxta textum in *l. 1. & final. ff. de feriis, l. si ut proponis*, cum *l. 1. & 2. Cod. quomodo iudex, cap. placita, 15. questione quarta*, obstat textus in *cap. veniens, de accusationibus*, vbi si quis fuerit citatus ad diem feriatum, adeò citatio valet, ut quasi contumax condemnari possit. In qua difficultate verissimè est dicendum, quod in specie illius textus, citatio non fuit facta, ut in die feriato Reus respondeat: nam tunc non valeret; sed tantum ut compareat, siquidem terminus ille non fuit datus, ut in eo procedatur; sed ut cognoscatur quo tempore debeat procedi; quasi diceret, immediate post festum, sic citatio facta, ut compareat ad diem feriatum, tenet, non verò respondeat; quemadmodum etiam valet sub hac forma, *si usque ad diem festum compareat*, iuxta sententiam textus ita interpretandi in *cap. cum dilecti, de dolo, & contumacia, cap. final. de dilacionibus, cap. quoniam, de in integrum restitutione*, notat Glossa, verbo, *Propter contumaciam, in dicto cap. veniens, de accusationibus*, Abbas ibidem, numero quinto, Innocentius in *cap. final. de feriis*, & Hostiensis; Speculator in *titulo de citatione, §. 1. numero decimo tertio*. Tuttecremata in *dicto cap. placita, 15. questione nona*. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, libro secundo, capite decimo octavo, & libro tertio, capite vigesimo*, cum alijs ab eis relatis. Vancius *de nullitatib. ex defectu citat. numero quadragesimo sexto, versicul. Idem dicitur de executione, D. Francisc. Salgad. de Regia protectione, part. 2. cap. 13. num. 99. & antea eod. cap.*

Nonò prædictis obstat Papiniani responsum in *l. miles 11. §. sexaginta, ff. ad legem Iuliam de adulterio*, vbi constat, maritum in diebus feriatis, etiam solemnibus, adulterij libellum posse in iudicium deducere, aliàs sexaginta dies viles, quæ ei ad accusandum competunt, in diebus feriatis computantur. In cuius textus difficultate verissimè dicendum est, libelli obligationem diebus feriatis offerri non posse, cum libelli obligatio actus iudicialis sit, & acta iudicialia diebus feriatis fieri prohibeantur, *cap. vit. hoc titulo, de feriis, l. 7. Cod. eodem*. Nec obstat textus in *dict. §. sexaginta*, quia illud sexaginta dierum tempus, adeò continuum est, quod in eo feriatum tempus comprehendatur: ita ut eo in tempore maritus libellum porrigere possit. Ratio est, quia illud libelli porrectio est, non ut accusatio prosequi possit, sed tantummodo operatur, ut interruptat præscriptionem sexaginta dierum, quia aliàs maritus uti extraneus admitteretur, *l. iur.*

mariti, 6. Cod. ad legem Iuliam de adulterio; merito cum vicem actus iudicialis non retinet, misum non est, ut in *dict. §. sexaginta, adulterij libellus in die feriato admittatur*, notat Anastasius Germonius *lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 20. numero vigesimo quarto, cum sequentibus*. Ita similiter est interpretandus textus in *leg. 1. Cod. hoc titulo, de feriis*, vbi appellationis libellus in diebus feriatis, coram Iudice proponi potest, & admittitur, & tamen nemo est, qui ignoret appellationem actum iudicalem esse, cum appellatio sit de minore ad maiorem iudicem provocatio, *cap. non solium, cum alijs, de appellationibus lib. 6.* Ratio est, quia in appellationibus libellus non proponitur, ut in illis feriatis diebus appellatio prosequatur, sed ut dies continui à die sententiæ utiliter computandi interruptantur, ne ab adversario præscribi possent.

Nec obstat textus in *leg. 1. §. die septimo, ff. quando appellandum sit*, vbi dies prædicti non continui, sed vtiliter sunt: Quia dicendum est, quod vtiliter tunc dicuntur, cum facultas adeundi Iudicem est, & ita obtinet textus in *dicta leg. 1. §. die septimo*, continui autem appellantur, si non per iudicem, sed per partem stetit, quo minus appellare non potuisset, quamvis postea restitueretur; & sic textus in *dicto §. die septimo, versiculo, Aliquod esse utile*, debet intelligi cum iudex sui copiam non fecit, ob cuius culpam pars appellare non potuit.

Decimò, obstat textus in *l. custodia, 12. ff. de publicis iudic.* vbi custodia latronum in diebus feriatis etiam solemnibus audiri, & exercei potest. Cui dubio dicendum est, id admissum esse, quia illa custodia cognitio, non solum pro Tribunali, sed etiam simpliciter, & de plano audiri poterat, *l. unus 1. §. final. ff. de questionibus, l. Divus 9. §. final. ff. de feriis*. Nec obstat textus in *leg. Provinciarum 10. Cod. de feriis*, vbi questio latronum, etiam in Paschali tempore fieri potest. Quia textus ille procedit in Piratis, & insignibus latronibus, hoc est, in Saurariis, qui ita appellantur, quia in Sauria Civitate Pirati, & famosi latrones reperiebantur; notat Glossa marginalis, *ibidem, Duarenus lib. 2. disputationum, cap. 2.*

Nec obstat textus in *leg. 3. Cod. de Episcopali Audientia*, vbi ea consuetudine indulgetur, quod in die Paschali nullus in carcere detineatur; quia etiam in *dicta l. 3. Pirati, & famosi latrones excipiuntur, & constat in versicul. illo: sed ab his severnimus*, & notat Glossa, verbo, *Pascha, in dicta l. Provinciarum 10. Cod. de feriis*, notat Osualdus ad Donellum, *lib. 24. Commentariorum, cap. 7. littera T.* Anastasius Germonius *lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 20. num. 42.* hæc hæcque de feriis solemnibus, nunc de rusticis, & repentinis agamus.

Vndecimò adversus ea, quæ in presenti notant omnes, videlicet quod indictiæ, publicæ, & rusticæ feriatæ à nullo iudice, nec nisi à Principe institui possunt: & si à iudice fuerint indictæ, fructu careant, ut docet Constantinus in *leg. à nullo, Cod. de feriis*, valde obstat textus in *leg. Præsides, 4. ff. hoc titulo, de feriis*: cuius hæc sunt verba: *Præsides Provinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis vindemiarumque causa tempus statueret*. Ex quibus Pauli verbis constat, Præsidem Provinciarum ferias rusticas vindemiarum constituere posse. In quorum iurium contrarietate, omiſſa interpretatione, quam refert Vvesembecius in *paratitlis ad tit. ff. de feriis, à numero quarto*, Iulij Pacij Legum Conciliat. *Centuria 1. quest. 82.* verissimè est dicendum, nec à Præside, nec à Prætoro, nec à Pedanco iudice ferias ordinarias, rusticas, vel incidentes, seu repentinis constitui posse; cum solummodo eas constituere Imperiali potestati sit reservatum, in *dict. l. 4. Cod. de feriis*. Nec obstat Pauli responsum in *dicta l. 4. ff. eodem*. Quia respondendum est, aliud esse condere ferias, & de novo ordinarias, vel repentinis indicere. Aliud verò iam à Principe constitutas moderari, vel prorogare: nam de potestate condendi ferias loquitur tantum textus in *dicta l. 4. C. hoc titulo*: at Paulus in *dicta l. 4. ff. eodem*, procedit in feriis rusticis à Principe iam constitutis, quorum tempus

tempus messium, vel vindemiarum, secundum consuetudinem Regionis, à iudice assignari potest; cum in aliquibus locis maturius, in aliquibus vero serius fructus vini, & segetis proveniant, seu percipiuntur, notat Antonius Faber in *Rationali ad textum in dista leg. 4. ff. hoc titul.* Osualdus ad Donellum *lib. 24. Commentariorum, cap. 7. litera E.*

19 Duodecimo solutioni, obstat textus in *leg. 2. Cod. hoc titulo*, ubi constat, quod illud feriatum rusticarum tempus à Theodosio Imperatore, præfixum, & assignatum est ex die octavo Kalendarum Iulij, usque ad Kalendas Augusti, & à Kalendis Augusti, usque ad decimum Kalendarum Septembris, &c. Ergo non rectè in *dist. leg. 4. ff. hoc titul.* Præsidibus ex consuetudine, cuiusque loci coangustare, vel ampliare ferias rusticas permittitur. In qua iurium difficultate enodanda, Cuiacius *tractatu de diversis, & temporalibus præscriptionibus*, existimat decisionem textus in *dist. leg. 2. Cod. hoc titulo, de feriis*, Adulterinam esse; siquidem in *antiquis Codicibus* scripta non reperitur, reddens rationem, quia Theodosius Imperator multo post Constantinum regnavit, & in inscriptione legum, Constantino Imperatori, in *dist. leg. 3. & 4. eiusdem tituli*, anteponi non poterat; & ideo Accursius communis Glossographus eam prætermisit, cum in *Theodosiano, Cod.* scripta non reperitur. Quam sententiam similiter tenent Alciatus *libro sexto Parergon, cap. 9. Vvesembecius in paratilis ad titulum, ff. de feriis, num. 6.* dum asserit, textum illum non à Romanis Imperatoribus, sed à Gothicis Theodosiani, & Hispaniæ Regibus fuisse additum. Sed illa Cuiacij, & hæc Vvesembecij interpretatio, tanquam mendosa, & correctoria, admitti non debet: quare his, & aliis omissis, verissimè est dicendum, Theodosium Imperatorem, legem illam scripsisse ad Præsides Agricultorum Syriæ, & Phœnicæ, cuius Regionis celo, soloque tempus illud feriatum uti aptissimum assignatum erat, cum in eo Regionis temperamento frequenter fructus vini, & messium nascerentur; sed cum in aliis Romæ Regionibus pati ubertate fructus non provenirent, cum aliquando tardius, aliquando citius nascerentur, merito Theodosij Imperatoris designatio, non fuit certa, & generalis omnibus Romæ Regionibus; cum in illis, ex *dist. l. 4. ff. hoc tit.* pro Regionis consuetudine, & terræ temperamento, prout postulat tempus, arbitrio Iudicis relinquitur, notat Osualdus ad Donellum *lib. 24. Commentariorum, cap. 7. litera P.*

20 Decimotertio prædictis obstat textus in *l. sed etsi 26. §. si feria 7. versicul. Quia per Prætores videtur factum, ff. ex quibus causis maiores.* Ex quibus verbis constat, ferias per Prætores fuisse factas; siquidem actiones illæ semel à Maioribus propter ferias amissæ à Prætores restituantur, cum ob causam ipsius Prætoris amissæ fuerint. In qua difficultate dicendum est, quod licet verum sit ferias illas non à Prætores, sed à Principe institutas fuisse; tamen quadam iuris fictione, quasi ab ipso Prætores factæ præsumuntur, non quoad institutionem, sed quoad executionem tantum cum Prætoris officium sit sequi, & exequi Principis voluntatem; ac idèd propter ferias actiones amissas Prætor restituit; nam cum Prætor illo tempore sui copiam non faciat, non debuit Actori imputari quod actiones amiserit non agendo, *l. 1. in fin. ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus*, quod secus in solemnibus feriis observatur, cum ante illas, potuisset maior actiones proponere, Antonius Faber in *Rationali, ad textum in dist. l. sed etsi 26. §. si feria, 6. ff. ex quibus causis maior.* Nec prædictis obstat textus in *l. si aliam 7. in principio, versicul. Dare, ff. de officio Proconsulis*, ubi ferie à Proconsule dari videntur, quia verbum illud, *Dare*, idem significat, ac si Consultus diceret, *datas à Principe observare, & confirmare*, notat Accursius *ibidem*, verbo, *Dare*, argumento textus *l. lege, in fine, ff. de verborum significatione.*

21 Decimoquarto obstat textus in *cap. final. de iudiciis*,

ubi exceptio feriarum vindemiarum, non fuit admittenda; siquidem communitas Castri de *Signa*, sine re-pulla, & executio non omittitur. Cui dubio ex eo succurritur, quia ibi duplex erat causa, propterquam exceptio feriarum non admitteretur, videlicet pietatis, & necessitatis, pietatis ut electus non pateretur damnum, quod sibi inferebatur ex dilatione; siquidem tempus electionis decurreret, ut constat ex *eodem textu, versicul. Ut videlicet causa, &c. Necessitatis*, quia satis aderat necessitas ex eo, quod Rector eligeretur, qui communitatem gubernare deberet, iuxta textum in *cap. final. de defectu de electione*, notat novissimè Felicianus de la Vega in *commentariis ad textum in cap. final. de iudiciis, a num. 47.* & quando pietas, vel necessitas vriget, ferie non admittuntur, iuxta textum in *cap. final. hoc titulo.* Et idèd tutores, & curatores in diebus feriatis dari possunt, cum Republicæ interfit ne pupilli, vel minores, sine curatore, vel tutore remaneant, *l. 2. ff. hoc titulo*, idemque dicendum est, in alimentis, seu in possessionem ventris nomine missione, pluresque alias pias causas, refert Anastasius Germonius *lib. 1. de sacrorum immunitatibus, cap. 20. num. 42.* Osualdus ad Donellum, *lib. 29. Commentariorum, capite septimo, litera E.*

Decimoquinto obstat textus in *l. si feriatis 36. ff. de receptis arbitri*, ubi constat, quod arbiter in die feriato à Prætores compelli potest sententiam dicere; siquidem etiam si exceptio proponatur, videlicet sententiam in die feriato esse prolatam, & idèd pœnam non deberi, exceptio illa non admittitur. Augetur difficultas ex eo, quod nec arbiter in die feriato possit sententiam proferre, *l. omnes dies, Cod. hoc titulo*, & pœnam non deberi, expresse docet text. in *l. si feriatis, 6. ff. de feriis.* Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod text. in *dist. l. si feriatis, 36. ff. de receptis arbitri.* procedit quando dies compromissi exitura est: nam tunc arbiter rectè à Prætores compelli potest sententiam dicere, iuxta textum in *l. si Papinianus 13. §. arbiter, ff. de recept. arbitri.* Nec obstat si dixeris, nihil interesse, exitura esset dies necne, cum satis esset litem contestari, *l. 1. §. fin. ff. de feriis*, cum arbitria sint reducta ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de recept. arbitri.* quia huius dubij solutio ex eo pender, quod iudicis ordinarij iurisdictione post litem contestatam perpetuatur, & similiter in illis incertus est iudicandi dies; & ita obtinet textus in *leg. 1. §. fin. ff. de feriis*, secus verò dicendum est in arbitrato iudicio, cum arbiter à partibus assignatum diem, & terminum retineat, & post diem termini nullam iudicandi potestatem habeat: merito, ne evanescat actio, iusta de causa compellitur in die feriato iudicare, notat Antonius Faber in *Rationali ad textum in dist. l. Pomponius, §. arbiter, ff. de recept. arbitri.* Menochius *de arbitr. lib. 1. quest. 30.* in feriis tamen solemnibus arbiter à Prætores compelli non potest sententiam dicere, iuxta textum in *l. si feriatis, 36. versic. Nisi alia lege, ff. de receptis arbitri.* ubi plura notatu digniora, refert Anton. Fab. in *Rationali ad eundem textum.*

Decimosexto prædictis obstat textus in *l. arbiter, Kalendaris Ianuarij, ff. de recept. arbitri.* ubi constat, quod arbiter in Kalendaris Ianuarij, potest iudicium experiri, & tamen Kalend. Ianuarij sunt dies feriati, iuxta textum in *l. omnes, Cod. de feriis.* Sed huic dubio satisfieri debet ex eo, quod veteres Iurisconsulti in *dist. leg. arbiter, 40.* non potuerunt novam illam Imperatorum constitutionem prospicere, de qua mentio habetur in *dist. l. omnes, Cod. hoc titul.* nam etsi olim Iurisconsultorum tempore Kalendar. dies feriatus esset, id tantum observabatur, quoad Magistratus, & cæteros Iudices, ex eo, quod Magistratus illo tempore initium sui officij sumerent; non tamen quoad arbitros fuit extensum, licet postea nova lege in *dist. l. omnes, C. hoc tit.* Arbitri etiam essent comprehensi; notat Antonius Faber in *Rationali ad textum in dist. l. arbiter 40. ff. de recept. arbitri.*

Decimoseptimo, obstat textus in *Clementina 2. de verbor. significatiō. verficul. Tempore etiam feriarum ob necessitate hominum indultarum à iure procedere valeat. Ex quibus verbis constat Iudicem de causa beneficii, elationis, & postulationis, & in ceteris causis, in quibus simpliciter, & de plano sine strepitu iudicij proceditur, posse in diebus illis feriatis rusticis cognoscere, Cui dubio dicendum est, textum illum procedere in causis illis, in quibus sine strepitu, & figura iudicij, simpliciter, & de plano proceditur, in quibus libelli oblatio in scriptis non desideratur, siquidem verbaliter in die feriato messium, vel vindemiarum, exerceri possint; non tamen in feriis ad honorem Dei introductis: nam cum Clemens V. in *dist. Clem. 2. de verbor. significatiō. statuat in feriis ob hominum necessitatem introductis, causas simpliciter, & de plano commissas disceptari posse; à contrario sensu excludit ferias ob honorem Dei introductas, ad quas nequaquam constitutio illa extendi debet; nec ad repentinas, cum in illis à Clemente V. nulla mentio fuisset facta: discretis decidendi ratio in eo consistit, quia feriarum rusticarum partium conventionem renuntiari possunt, iuxta textum in *cap. fin. hoc titul. Nec obstabit si dixeris, quod feriarum messium, & vindemiarum, etiam propter publicam utilitatem sunt introductæ, ut sic commodius homines fructus ad humanæ vitæ sustentationem colligere possint, l. 1. digesto hoc titul. l. 7. Codic. eod. Ergo cum in illis etiam exterius publicum, partium conventionem renuntiari non poterunt, iuxta textum in *l. ius publicum, ff. de pactis. l. 6. Cod. eod. Quia dicendum est, quod feriarum rusticarum præcipue & principaliter in favorem litigantium sunt introductæ, secundario tamen, & per consequentiam in publici iuris utilitatem: ac idcirco à partibus renuntiari poterunt iuxta textum in *leg. si quis in conscribendo, Codic. de pactis, notat Antonius Faber in Rationali ad textum in *l. 2. ff. hoc titul. Oñald. ad Donel. lib. 24. comment. cap. 7. littera A, & de feriis nundinarum videndus textus in *leg. solet tercia, paragrapho, fin. digestis hoc titulo, & similiter videndus est textus in *l. 2. digestis, ad leg. Iniam de annor. de quibus feriis nundinarum, disputat Cuiacius in rubric. Codic. de nundinis, omitto etiam plura dubia relata ab Abbate in *capite primo, & finali hoc titul. quia parum obstant; sed qui velint, consulant eundem.*********



AD TITULUM X.

De ordine cognitionum.

Ad textum in cap. Intelligimus, 1.

SUMMARIUM.

- 1 *Opposita exceptione consanguinitatis, mulieri potenti aliquem in virum, prius de illa cognoscendum est, quam matrimonij questio terminetur; non tamen super exceptione, sed super matrimonio iudex pronuntiabit.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *Melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere.*
- 4 *Explicatur text. in cap. ex conquestio, 10. de restit. spoliat & c. 1. hoc tit. & n. 5.*
- 5 *Exceptio consanguinitatis suspendit restitutionem, quando in consentienti probatur. Explicatur textus in capite litteras de restitutione spoliat.*
- 6 *Marius propria auctoritate uxorem expellens, non admittitur excipiendo de consanguinitate uxoris sue.*

Explicatur text. in c. potro, & in c. significasti, de divort.

- 7 *Libera persona, nec possideri, nec vindicari potest, & n. 9. Mulier non est domina corporis sui, sed vir; & contra.*
- 8 *Plura remedia quando competunt, potest unum eligi, & aliud renuntiari pro vi utilius fuerit.*
- 9 *Explicatur text. in leg. 1. paragrapho, per hanc, ff. de rei vind. Pater iure Qui iure potest vindicare filium; & an mater?*
- 10 *Explicatur text. in l. sed et si, 55. ff. de fideicommissarijs liberi.*
- 11 *De qua re cognoscit Prætor, tenetur pronuntiare. Explicatur textus, in leg. de qua re, ff. de iudic. & cap. 3. hoc titul. & l. 3. paragrapho 1. ff. de procurat. cum alijs. Iudex pronuntians expresse super principali, tacite super incidenti exceptione censetur pronuntiare.*
- 12 *Ad ordinem iudicij oportet, ut prius cognoscatur, & pronuntietur super legitimatōe; & habilitate personarum. Intelligitur text. in l. 1. C. hoc tit. & l. si quis, 7. in princ. ff. de petitione hered. & in l. liberi, 7. §. fin. ff. de liber. causa.*
- 13 *Explicatur text. in c. ad dissolvendum, 13. de despons. impub.*

CONCLUSIO.

SI mulieri potenti aliquem in virum opponatur exceptio consanguinitatis, prius de illa cognoscendum est, quam matrimonij questio terminetur; non tamen super illa exceptione, sed super matrimonio tenebitur iudex pronuntiare. Consonat textus in *ap. quoniam, 1. 31. distinctione, cap. si quis doenerie, 28. distinctione cap. si qua mulier, 3. quasi. 10. cap. conubia 4. 32. quasi. 2. cap. tuam, 3. hoc tit. cap. exhibitæ, 15. de iudicis, cap. illud, 11. de præsumpti n. cap. lator, qui filij sint legitimi, cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate, cap. non est, de sponsalibus, cap. inter Monasterium de re iudicata, cap. ex parte, 67. de appellationibus, cap. significasti de divortijs, cap. exceptionem, de exceptionibus, cap. 1. & per totam 2. quasi. 2. l. 1. & 2. Cod. de ordine cognitionum, l. 1. Cod. de ordine iudiciorum, l. 8. 9. 11. & fin. titul. 1. part. 3. l. 1. titul. 5. lib. 4. Recopilationis, illustrant Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quasi. 45. Hotoman. lib. 6. observat. observatiō. 6. Garcia de nobilitate, gloss. 1. num. 18. Faquineus lib. 1. controversiarum cap. 41. Robertus lib. 1. sentent. cap. 1. Anton. Faber lib. 1. coniecturarum, cap. 1. & lib. 16. cap. 1. Idem de erroribus, 1. part. decade 18. errore 3. Duaren. ad titul. de exceptionibus Cuiacius libro 9. observat. capit. 33. Donellus libro 18. cap. 12. & cap. 22.*

Ratio deducitur ex ipsiusmet textus verbis: quia cum exceptione peremptoria probata questio principalis perimatur, & illa exceptio recipiat merita causæ principalis, merito prius de ea cognoscendum est, nam si sententia in favorem mulieris esset pronuntiata, & postea probata esset exceptio, necesse esset sententiam retractare, quod absurdum foret, *l. sub specie, C. de re iudicata, l. ubi repugnantia 133. ff. de reg. iuris, siquidem melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere, l. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. Nec est necesse super exceptione pronuntiare, siquidem pronuntiatio super principali, in se tacitam pronuntiationem includit super accessorio, hoc est, super exceptione; cum circuitus in iure semper sit vitandus, argumento text. in *l. 3. §. fin. ff. de donationibus inter. l. singularia, ff. de rebus creditis, Clemens auditor, de rescriptis, Menoch conf. 68. n. 19.**

Primo obstat textus in *cap. ex conquestione 10. de restitutione spoliatorum. ubi exceptio consanguinitatis peremptoria fuit opposita; & tamen non suspendit negotium*

tium principale: Sed respondetur, textum in *dicto capite ex conquisitione* loqui in iudicio possessorio recuperandæ, vbi non de viribus matrimonij, sed de eius possessione tantum agitur, ex eo, quod mulier fuerat spoliata; cùmque spoliatus privilegio fungatur, vt ante omnia restituendus sit, *capit. fin. hoc tit. capit. in literis, de restitu. spoliatorum*: merito, ea exceptione non obstante, vxori ante omnia maritus est restituendus. At vero textus noster loquitur in iudicio petitorio, vt expresse iudicant verba nostri textus ibi: *Peteret quemdam in virum, &c.* siquidem sub illo verbo: *Petitionis*, rei vindicatio continetur, *leg. actio in personam, 27. digestis de actionib. & obligation.* Cujacius *lib. 2. observat. capit. 21.* ibi enim de viribus matrimonij disceptatur, & cum exceptio consanguinitatis peremptoria sit, ac per consequens dirimat matrimonium, ided prius de illa cognoscendum est; Menochius *de recuperanda, rem. 1 n. 114. & num. 212.* Nec solutioni obstat text. in *cap. 2. hoc tit.* vbi agitur de iudicio restitutionis in causa spoliij, & tamen prius disceptatur de petitorio: nam in specie illius *textus* spoliolum non fuit interpositum in vim actionis ad consequendam restitutionem, sed in vim exceptionis ad expellendam actoris intentionem, vt constat ex *eodem textu, versicul. Verum.*

5 Secundo obstat textus in *cap. literas, de restitutione spoliatorum*, quod loci eadem exceptio consanguinitatis fuit proposita, quæ peremptoria est, & similiter agitur de iudicio possessorio recuperandæ, vt in *d. c. ex conquisitione*, & restitutio denegatur, aut exceptio amittitur. Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod ibi restitutio suspenditur, & exceptio admittitur, quia mulier fuit parata exceptionem consanguinitatis in continenti probare, & periculum incestus etiam imminabat: Glossa ibi, verbo: *In continenti*, Abbas *num. quarto*. Sed adhuc obstat dicere, quod si in *dict. capit. literas*, ob incesti periculum restitutio denegatur similiter etiam denegari debuit in *dict. cap. ex conquisitione*, in quo similiter incesti periculum imminabat; & tamen ibi restitutio non suspenditur: qua difficultate non obstante: dicendum est, quod in *d. c. ex conquisitione* non moratur restitutio, nec exceptio admittitur, quia sola partis assertio, cui non erat credendum, Bart. *conf. 90. num. 12.* At vero in *dict. c. literas* vxor non solum asserbat exceptionem esse veram, verum etiam iuris iurandi religione affirmabat illam malitiosè non opponere, & se obtulit incontinenti probare: Men. *de recuperanda, remed. 1. quest. 209.*

6 Tertiò obstat his omnibus text. in *c. porro, de divortijs*, vbi maritus, qui vxorem propria auctoritate dimiserat, illam recipere postea compellitur, non obstante, quod ipse opponebat exceptionem prædictam, nempe cognatam esse vxoris suæ antea defunctæ, cujus cognatio publica, & notoria fuerat: igitur quamvis in hac specie similiter periculum incestus imminet, maritusque in continenti probationem offerat, restitutio non suspenditur, vt in *dict. capit. literas*. Cui difficultati occurritur ex ipsiusmet *textus* sententia: nam ided ibi exceptio affinitatis, et si publica sit, non admittitur; quia maritus iuris ordine non servato, sua propria auctoritate absque iudicio Ecclesiæ vxorem à se dimiserat, quod sibi prohibitum est, *cap. multorum, 35. questio. 6.* Ita similiter est interpretandus textus in *cap. accedens, 4. vt lite non contestata*, Corraus *lib. 2. Miscellanearum iuris, cap. 2. num. 7.* Sanchez *lib. 10. de matrim. n. disput. 12. num. 38.* Nec solutioni obstat text. in *c. significasti, eiusdem tit. de divortijs*, vbi marito permittitur vxorem, propter adulterium, & incesti periculum propria auctoritate à se dimittere, nec vxori restitutio competit: quia ibi non probatur maritum posse, absque iudicio Ecclesiæ vxorem à se dimittere; sed tantum quod et si maritus temere illam dimisisset, tamen restitutio vxori denegatur: quia antequam restitutionem postulasset, publicè in iudicio fuit confessus adulterij crimen commisisse, vt ex verbis illius textus constat, ibi: *Maritum ma-*

teriam adulterandi præbuisse. notat Sanchez, & Corraus vbi supra.

Quartò aduersus nostrum textum in *versicul. Peteret*, 7 ex quo probari videtur, mulierem posse maritum vindicare, siquidem sub illo verbo, *Peteret*, rei vindicatio continetur, *l. actio in personam, ff. de obligat. & actio. nibus*: Obstat dicere, quod libera persona, nec possideri, nec vindicari potest, *l. liberi, 39. l. si in emptione, 34. de contrahenda emptione*: cum ad vindicationem dominium ex parte agentis, & possessio ex parte Rei conventi desideretur, *l. officium, in rem actio ff. de rei vind.* Qua in difficultate dicendum est, iura in argumento adducta locum habere in vindicatione dicta, quæ non cadit in liberam personam: at vero *textum* nostrum continere in vindicatione vtili, quæ vicissim vxori in maritum, & marito in vxorem ratione potestatis competit, quam alter in alterius corpus habet, iuxta Pauli auctoritatem ad *Corinthios, cap. 7.* quæ refertur in *cap. 3. de conversione coniugatorum*. Sed tunc obstat dicere, quod iniuste tribuitur vxori potestas vindicandi virum, exemplo viri vindicantis vxorem: siquidem inter vtrumque multum interest: nam vir vxoris caput est, *cap. hac imago, 13. 3. 9. 5.* merito quoad adulterij pœnam inter se differunt, *cap. nihilominus, 3. quasi. 9. l. g. ultima. Cod. de accusationibus*. Cui dubio respondendum est, quod licet quoad illos effectus dispar sit conditio vtriusque, tamen quoad potestatem vindicandi, causa mutua cohabitationis, æquales sunt: siquidem quilibet ex natura contractus potestatem sui corporis in alium transfert. Sanchez *lib. 9. de matrim. dispensation. 42. num. 12.* Nec obstat, si objicias non esse verisimile credendum mulierem in presenti, iudicio petitorio egisse, cum sibi commo dius esset possessorem intentare, iuxta regulam textus in *l. qui destinavit, ff. de rei vindicatione*: quia omnia interpretatio, quam refert Cujacius in *posthumis, ad nostrum textum* verisimilè dicendum est, non esse novum in iure, quod ei, cui competunt duo remedia, possit si velit possessorem renuntiare, & agere petitorio, *c. 1. de restitutione spoliatorum, Men. de recuperanda, remedio 1. n. 161.* Garcia *de nobilit. glos. 11. n. 17.*

Quinto aduersus id, quod diximus vindicationem directam in liberam personam locum non habere, obstat textus in *leg. 1. § per hanc actionem, digestis de rei vindicatione*, vbi libera persona, hoc est filius à patre, propter patriam potestatem directè vindicatur. Cuius textus difficultas explicata manebit, si attendamus, quod in *dicto, paragra. apud per hanc, clausula illa: Ex lege Quiritium*, proponitur ad temperandum directam rei vindicationem patres liberos homines, quæ parentibus competet: quasi sensus sit, quod non omnino illa directæ rei vindicatio parentibus competit, sed solum adiecta illa clausula, *Ex lege Quiritium*, si apereat eos esse ex iustis nuptijs procreatos, & in patriam potestate existerent, Donellus *lib. 22. commentariorum, capit. 4.* Anton. Faber in *Iurisprudencia, tit. 8. principio 6. illatione 20.* Cui solutioni obstat text. in *l. sed etsi 5. § sed si directo, ff. de fideicommissarijs libertatibus*, vbi mater, quæ filios in potestate non retinet, § *famina, Instit. de adoptionibus*, poterit filios directæ rei vindicatione ad libertatem proclamare. Cui difficultati respondendum est, quod textus ille non loquitur in directæ rei vindicatione, quæ dominium supponit, cum aliquando res vindicetur, propter ipsam rem, absque dominio, *l. si post, 18. digestis de rei vindicatione*; sed ad hoc tantum vt dominus rei declaratur, *leg. ex diverso, 35. ff. eodem*, sic similiter in *dicto §. sed si directo*, mater, cui directo libertas est relicta, poterit filios vindicare, vt præter eos ingenuos esse natos delectet, si ante aditam hæreditatem nati fuerint, Antonius Pichardus in *§. interdum 9. numer. 14. Institutio. de obligationibus, qua ex delicto nascuntur.*

Sexto aduersus id, quod textus noster docet, videlicet de exceptione peremptoria non teneri iudicem pronuntiare, sed tantum cognoscere; obstat textus

textus in l. de qua re, ff. de iudicijs, vbi docemur iudicem teneri de re, quam cognoscit pronunciare. Qua in difficultate dicendum est, textum illum loqui, quando iudex de illa re principaliter cognoscit: secus tamen quando incidenter in modum exceptionis: nam tunc et si expresse non pronunciat, tacite tamen de ea pronunciasse videtur, si super principali expresse pronunciet, Anton. Faber in *Rationali*, ad textum in dict. l. de qua re, ff. de iudicijs, & ita similiter est interpretandus textus in cap. 3. hoc tit. l. 3. §. 1. de Procuratoribus, l. liberi, §. ultimo, ff. de liberali causa. Nec solutioni obstat textus in l. infra velle 39. ff. de minoribus, vbi iudex pronunciat super exceptione peremptoria, videlicet super exceptione maioris ætatis minori opposita: quia dicendum est iudicem omnino non teneri super exceptione peremptoria expresse pronunciare, licet si pronunciasse, pronunciatio teneat, cum multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent: Cuiacius in *remissionibus ad eundem textum*, & Antonius Faber, in *Rationali*, Pacius centuria 3. conciliatione 7. Ita similiter interpretanda sunt iura in cap. dilectus, v. g. primo secundo, de electione, cap. cum Ioannes, de fide in iuramentorum.

Septima his omnibus obstabit dicere non esse in iudicis arbitrio illam exceptionis pronunciationem, sed omnino cogi debere super illis sententiam proferre, l. 1. Cod. hoc tit. pro qua difficultate sciendum est, textum illum procedere in liberalibus causis, quæ causa illo privilegio gaudent, dict. l. 1. §. 3. & 4. Cod. hoc tit. Et ratio est, quia ad ordinandum iudicium necesse est, ut prius cognoscatur, an Reus, vel Actor sit servus, vel liber: nam regulariter servus in iudicio esse non potest, l. vix, ff. de iudicijs: tum etiam, quia si causa criminalis est, aliter servus, & aliter liber punitur; videndus est Anton. Faber in l. si quis, 7. in principio, ff. de petitione hereditatis, Cuiacius in l. quoniam, 46. ff. ad legem Iuliam de adulteris, Hotomanus lib. 6. observationum, cap. 6. Anton. Faber lib. 17. consil. cap. 8. Goveanus lib. 3. variarum cap. 20. Re arduus lib. 3. variarum, cap. 20. Gothofredus in notis ad textum in dict. l. 1. lit. a F. Nec solutioni obstat textus in leg. si quis 7. in principio, ff. de petitione hereditatis, vbi prius de hereditate, quam de libertate cognoscitur: nam id contingit, ne præiudicium fiat Centumvitali iudicio, Anton. Faber in *Rationali* ad eundem textum. Sed nec huic interpretationi obstat textus in leg. liberi, 7. paragrafo final. de liberali causa, vbi necesse est, ut super exceptione incidenti expresse sententia feratur. Quia textus ille procedit quoties exceptio opposita eius nature est, ut nisi super ea pronuncietur, cognosci non possit, quis Actor, quis vero Reus fuerit; merito ut iudicium recte ordinetur, requiritur, ut sententia de ea feratur: juxta textum in leg. inter 62. digestus, de iudicijs, Antonius Faber, in *Rationali* ad dictam legem, Inter.

Octavo obstat textus in cap. ad dissolvendum, 13. de desponsatione impuberum, ex quo constat exceptiones præiudiciales adversus accusationem fuisse propositas, & illis non obstantibus in accusatione Iudices processisse, reservata earum cognitione ad aliud iudicium. Sed dicendum est, textum illum non loquutum fuisse de exceptionibus præiudicialibus; & præterea, quia etiam si constaret de illis actum fuisse, tamen cum multipliciter fuissent discussæ, & non potuissent probari, ut constat ex eiusdem textus specie, non debebant obesse ad impediendum negotium principale, præcipue quia in specie illius textus manifeste apparet iustitia negotij principalis, hoc est, quod matrimonium notorie esset nullum, ex eo, quod contractum fuisset à minore legitimam ætatem non habente.

Ad textum in capit. Cum dilectus, 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Conclusio huius textus.
- 2 Ratio assignatur. Excipiens nihil de principali consequi intendit, sed tantum agentis intentionem excludere, nisi in vim actionis excipiat, & n. 13.
- 3 Conciliantur text. in cap. 1. 2. q. 1. & Clem. 1. de causa possessionis. & cap. ex conquestione, de restitutione spoliati. Exceptio spoliij opposita ante, & post litem contestationem, an, & quando impediat iudicium petitorio.
- 4 Quod Actori permissum est, Reo denegari non debet.
- 5 Explicatur text. in leg. præscriptionem, §. 9. Cod. de except.
- 6 Explicatur textus in leg. bonæ fidei possessor, 49. ff. de petition. hæred. & leg. si post litem 7. ff. de exception.
- 7 Delictum Prælati non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. Ecclesiæ, & pupillus tenetur ex dolo Prælati, & tutoris, quatenus ad eos pervenit.
- 8 Interdictum de vi, & vi armata, de iure civili habet locum contra spoliatorem, & de iure Canonico contra quemcumque possessorem.
- 9 Si res mea ab alio sit possessa, etiam per longiora tempora, si ad me revertatur, iure retentionis vii possum. Explicantur text. in cap. placuit, et secundo, versicul. Quid si, 16. quæstion. 3. & in leg. si quis emptionis, & in l. quod si quis, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.
- 10 Confessio spoliati rem esse spoliantis, excludit restitutionem.
- 11 Explicatur hic textus in versic. Cum ea in modum actionis.
- 12 Agenti super rebus Ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis. Intelligitur text. in cap. 1. §. final. de restitutione. spol. lib. 6.
- 13 Spoliatus ante omnia restituendus. & quomodo hæc regula procedat? Reus in exceptionibus Actor esse dicitur.
- 14 Marius agens de adulterij crimine repellitur ab agenda per exceptionem lenocinij.
- 15 Conciliantur text. in l. 1. §. si publico 5. ff. ad l. Iuliam de adulter. & l. quoniam 26. C. eodem.
- 15 Iterum explicatur text. in dict. §. si publico, & numer. seq.
- 16 Reus semel delatus non nisi purgato crimine accusare potest. Iudex in causis criminatis dupliciter procedit, vel per accusationem, vel per inquisitionem, id est, ex officio.
- 17 Paria delicta mutua compensatione tolluntur. Explicatur text. in l. viro, 3. ff. soluto matr.
- 18 Interdictum unde vi, nullam exceptionem admittit, nisi de alia obijciatur.
- 19 Raptores excommunicati sunt.

CONCLUSIO.

SI contra actorem in vim exceptionis reus spoliationem soppo fuerit, prius de ea cognoscitur; & probata, non tenetur actori respondere, non tamen restituere: si autem in vim actionis spoliationem opponat, utraque causa simul, unica sententia terminatur, & probata, restituatur.

itur. Consonat textus in cap. fin. hoc tit. capite primo, & sequentibus, 2. quæst. 2. cap. 1. & sequentibus, 3. quæst. 1. cap. 1. vers. Cuius in agendo, 3. quæst. 8. cap. 1. & 2. de mutuis petitionibus, l. si idem, §. sed et si, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem, l. 2. §. sed si agit, l. qui cogitur, 22. l. qui prior, ff. de iudiciis, l. cum Papinianus 14. iuxta authenticam, & consequenter, Cod. de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum, l. 20. tit. 4. par. 3. commentantur Menochius de recuperanda, remedio 1. num. 387. Surtus lib. 1. consilio 27. num. 27. Covarruvias lib. 1. variarum, cap. 16. num. 14. Marta de iurisdictione 4. part. disputati. n. 6. casu 107. Cuiac. lib. 9. observat. cap. 21. Donell. lib. 17. cap. 18. & lib. 23. c. 4. D. Martinus de Larreatigui select. iur. lib. 6. c. 7. cum seqq.

Ratio est, quia qui excipit nihil petit, nec aliquid de principali intendit consequi; sed solum agentem excludere: merito restituitur ei non competit, nisi in vim actionis sit proposita, c. 1. de restitutione spoliatorum. Præterea quia iudex officium suum, absque partis petitione impartiri non potest, l. 4. §. hoc autem iudicium, de damno infecto: secus vero cum spoliatio in vim actionis est proposita, quia tunc principaliter id petit, & privilegio fungitur, quod ante omnia restituatur, c. oportet, 2. q. 3. nam quemadmodum de natura exceptionis est agentem tantum excludere, & nihil consequi: ita etiam de natura actionis est aliquid consequi, l. actio in personam de obligat. & actionibus: principio Inst. de acti. omib. merito agenti in presenti restituitur conceditur, excipienti tantum denegatur.

Primo adversus nostrum textum in versic. *Citra litem contestationem, &c.* Ex quo constat spoliatio a Nobilibus in vim exceptionis dilatorie ante litem contestationem esse oppositum, iuxta textum in c. 1. 2. quæst. 2. contrarium vero in peremptoria, quæ si post contestationem opponatur, non admittuntur ad impediendum iudicium petitorium, iuxta textum in cap. 1. hoc tit. Obstat textus in *Clement. unica, de causa possessionis, & proprietatis*, ubi in secunda instantia tam actori, quam reo, permittitur petitorium suspendere, & de spolio agere: ergo similiter & in presenti post contestationem spoliatio opponi poterat ad impediendum petitorium; uti similiter constat ex *cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum*. Pro quorum iurium conciliatione distinctio est adhibenda, videlicet aut exceptio illa spoliij, & alia quævis dilatoria noviter orta est post contestationem, vel non: in primo casu, post contestationem opponi potest: in secundo vero, opponi debet ante contestationem, alias enim renunciata præsumitur: quo modo conciliari debent plura, iura iuxta textum in *cap. pastoralis, de exceptionibus*. Nec obstat textus in *dicta Clement. unica*, ubi etiam spoliatio ante contestationem competat, etiam post contestationem opponi potest: quia textus ille loquitur in casu speciali, hoc est in causa beneficii ad Pontificem per appellationem devoluta. Nec etiam obstat textus in *dist. cap. ex conquestione*: nam ideo ibi mulier post contestationem admittitur, quia ante contestationem sæpius Interdictum illud postulaverat. Nec solutioni obstat dicere, quod id quod Actori permittum est, non debet Reo denegari, *leg. non debet, de reg. juris*. At Actori post contestationem in petitorio est permittum de possessorio agere, & petitorium suspendere, *capit. pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis*: ergo & in presenti, Reo permitti debuerat. Nam dicendum est, quod quoad suspensionem petitorij differunt Reus, & Actor; nam non ita facile suspenditur petitorium ab alio, quam ab ipso Actore, qui illud intentavit, cum principaliter ad ejus, non ad alterius utilitatem id prospiciat; quæ ratio in Reo cessat. Nec obstat dicere, quod etiam proposito semel ab Actore petitorio, jam Reo jus est quæsitum ut non possit Actor de possessorio agere. Quia satis est si dixeris, quod facilius tollitur jus ex facto nostro alteri competens, quam illud, quod quis ex facto suo adquisivit.

Secundò obstat textus in *l. præscriptionem 9. Cod. de exceptionibus*, ubi exceptionem peremptoriam, uti & dilatoriam, ante litem contestationem proponendam, & contestandam esse docemur. Cujus difficultas facile dissolvitur, si animadvertamus, quod text. ille in 1. part. loquitur de jure antiquo, cum Prætores de causis ordinarijs non cognoscebant, sed Pedaneis Iudicibus eas committebant, & tum demum peremptoria exceptio coram Pedaneis Iudicibus proponi poterat, si prius coram Præatore esset contestata, Donell. *lib. 22. cap. 8.* ubi Osuald. *litt. F.* Nec solutioni obstat secunda illius text. pars, versic. *Omissum*, ex quo constat, quod in illo tempore, etiam si omissa fuisset contestatio à Præatore, poterat apud Pedaneum admitti. Quia textus ille in prima parte loquitur de iudicijs stricti juris: At verò in secunda parte de bonæ fidei iudicijs, in quibus Pedaneo Iudici permittum erat exceptiones illas admittere absque vlla contestatione, Anton. Faber *lib. 10. coniecturarum, cap. 1.*

Tertiò obstat textus difficilis in *l. bonæ fidei possessor, 49. de petitione hereditatis*, in cuius specie exceptio illa peremptoria, videlicet non esse hæredem ex legitimo testamento, post contestationem non admittitur, & ea non obstante poterit hæres inter litem moras cum debitoribus hereditarijs experiri. Cuius maxima difficultas ex eo dissolvi poterit, quia Papinianus ibi non affirmat exceptionem non posse admitti post contestationem, sed tantum asserit in specie illius text. pro illa vice non esse admittendam; quia ita causa postulabat, videlicet ne inter litem moras debitores actiones hereditarias præscriberent, vel pauperiores fierent. Cuiac. *lib. 3. quæst. Papinian. ibid. & lib. 20. obs. cap. 36.* D. Martinus de Larreatigui *selectarum iuris lib. 6. cap. 7. cum tribus sequentibus, usque ad cap. 10.* Nec obstat, si obiicias textum in *leg. post litem, 7. ff. de exceptionibus*, ubi post litem contestatam nulla exceptio admittitur. Quia omissa interpretatione, quam refert Donell. *lib. 9. commentar. cap. 15.* ubi Osuald. *litt. C.* veridicem esse existimo, quam refert D. Martinus de Larreatigui *dist. lib. 6. cap. 19.* dum asserit in *d. l. si post litem, 6.* in illis verbis, *Post litem contestatam, addendum seu sup'endum esse, & finitam* quasi sensus sit, post finitam causam, nullam exceptionem esse admittendam à qua non multum distat Donell. *ubi supra* qui pro illo verbo: *Contestatam* legit, *Concertatam*.

Quartò adversus nostrum textum in versic. *Quod per ipsius dolum, & violentiam, &c.* Obstat text. in *regula, delictum, 70. de regul. iuris, lib. 6.* ubi docemur delictum Prælati non debere in detrimentum Ecclesiæ redundare, *cap. si Episcopus, 16. quæst. 6.* Ergo cum in presenti violentia, & dolum ab Abbate fuisset illatus, non debuit Ecclesiæ nocere. Cui dubio occurrit, si dixeris, quod quamvis verum sit, quod pro delicto Prælati Ecclesiæ puniri non possit; tamen in presenti, Ecclesiæ tenetur violentam possessionem à Prælato ablatam restituere, quia ad eam pervenit, & ab ea retinetur, c. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum, ad exemplum pupilli, qui ex delicto tutoris tenetur, quatenus ad eum pervenit, l. si is cui, §. si tutoris iussu, ff. quod vi, aut clam. Nec solutioni obstat, si dixeris interdictum de vi, & vi armata, ex l. cum autem 7. ff. de vi, & vi armata, tantum contra spoliatorem intentari posse. Quia etsi jure Pandectarum, Interdictum unde vi, solummodo competat adversus eum, qui deiecit, vel ratum habuit, l. 1. §. deiecit, dist. l. cum a reff. de vi, & vi armata, tamen iura illa in iure nostro Pontificio non admittuntur, siquidem de iure nostro, hoc Interdictum etiam intentari potest adversus quemcumque tertium possessorem, scientem fundum esse violentè ablatum, c. qui, de iudic. c. sape, de restitutione spoliatorum. Nec obstat textus noster ibi: *Et iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum*, quia illa verba non sunt attendenda, quoad ius Pontificium, sed refenda quoad ius Civile: tum etiam, quia id provenit ex partis assertionem, ex qua ius non oritur, nec ei creditur, c. 2. vers. *Non teneris, de dolo, & consumacia, l. 6.* Men. de recuperanda, remed. 9. n. 104. Abbas in presenti, n. 12.

Quinto his omnibus obstat textus in cap. placuit, el secundo, versu. Quod si mala fide, 16. quasi 3. l. si quis emptio-
 nis, l. quod si quis, Cod. de prescriptione 30. vel 40. annorum
 in quibus scribitur cavetur, quod si res mea, ab alio etiam
 per longiora tempora sit possessa, & ad me revertatur
 iure retentionis uti possum, ergo similiter in presenti,
 etiam si Nobiles in vim actionis spoliati opposuissent,
 cum tamen eorum iam ad Monasterium rediissent,
 iure retentionis uti poterat, ad impediendam Nobili-
 um restitutionem. Sed huius dubij facilius erit expli-
 catio, si dixeris, iura in argumento adducta procedere
 quando res sine vitio ad dominum pervenit: secus in pra-
 senti, ubi per dolum, & violentiam castrum ad Mona-
 sterium pervenit, & ab eo retinetur. Nec obstat dicere
 si iterum insurgas, quod in presenti dolas, culpa nec
 violentia vlla ex parte Monasterij intervenit: quia res-
 pondendum est, quod illa Abbatis violentia, & dolum
 facit, ut Monasterium teneatur in id omne, quod ad eum
 pervenit. l. 1. §. quid ergo, ff. de vi, & vi armata. Nec ob-
 stat si veritas, Nobiles non negare castrum ad Mona-
 sterij proprietate pertinere, ideoque restitutionem ces-
 sare, siquidem in casu, in quo spoliatus fatetur, rem spo-
 liatam esse ipsius spoliantis, restitutio cessat, c. ad decimas
 de restitutione spoliatorum: Quia satisfaciendum est di-
 cendo in presenti, versiculo, Praesertim, id solummodo
 contineri in partis allegatione, quae ex supra traditis fi-
 dem non facit, nec Nobiles id sunt confessi, sed tantum
 illud non negasse, quod est diversum: & ut restitutio
 cesset, expressa confessio desideratur, nec tacita sufficit,
 dist. capis, ad decimas, Gratianus disceptat. forensium ca-
 pit. 142.

Sexto adversus nostram textum in versicul. Cum ea
 in modum actionis, &c. dum docet, quod si ex parte No-
 bilitum in vim actionis spoliati sit propositum, sunt
 duae mutuae petitiones sese tanquam diversae minime
 contingentes, & ideo prius esse tractandam, quae prius
 in iudicium fuisset deducta, l. qui prior, 20. ff. de indic.
 Obstat idem noster textus in versicul. Quamquam, dum
 affirmat quod si in idem iudicium sint de iustis illae mu-
 tuae petitiones, vnica sententia debent terminari. Sed
 si de hunc removebis scrupulum, si consideres textum
 nostrum in versicul. Cum ea, loqui, quando illae mutuae
 petitiones sunt propositae post litem contestatam,
 tunc enim separatim tractari debent, nec vnica senten-
 tia terminantur. Caeterum, si ante litem contestatam, vel
 in contenti proponuntur, tunc vnica sententia ter-
 minari debent: & ita obtinet textus noster in versic. Quam-
 quam de qua re plura diximus supra in tit. de mutuis pe-
 titionibus.

Septimo obstat textus in cap. 1. §. fin. de restitutione
 spoliatorum, lib. 6. ubi agenti super rebus Ecclesiasticis
 non obstat exceptio spoliationis: sed in presenti, Abba-
 tis questio est de Ecclesiae rebus; ergo exceptio spoli-
 ationis non obstat, nisi interposita admitti non poterat. Sed hic
 nodus facile dissolvitur, si attendamus textum in dist.
 cap. 1. §. fin. loqui, quando spoliatum ab alio tanquam a
 privata persona fuit factum, ex quo ad Ecclesiam nihil
 pervenit: At verò textum nostrum loqui quando ipsa Ec-
 clesia & Abbas, Nobiles spoliavit, & res spoliata ad Mo-
 nasterium pervenerat, uti supra resolutum est.

Octavo contra nostrum textum in versic. Nos au-
 tem, obstat regula illa, qua docemur, spoliatum ante om-
 nia esse restituendum, l. si quis ad se fundum, Codic. ad le-
 gem Iuliam de vi, cap. 1. cap. in literis, de restitutione spo-
 liatorum: et o sive agendo sive excipiendo, spoliatum
 proponatur, restitutio in presenti fieri debebat: praeci-
 pue quia Reus in exceptionibus Actor dicitur, l. 1. de
 exceptionibus. Sed ut hanc difficultatem tollamus, scien-
 dum est supradictam regulam plures pari limi-
 tationes, inter quas illa est, ut cesset, quando spolia-
 tus non agit, sed tantum excipit, ut in nostro textu: nam
 qui excipit nihil petit, sed petitionem alterius exclu-
 dere desiderat: excipiens enim restitutionem non po-
 tuit, sed id tantum, videlicet ne Actor audiat: igitur
 non poterit restitui, argumento textus in l. fin. Cod. de fi-

de commissariis libertatibus. Nec obstant verba nostri
 textus, ibi: Sibi petens prius restitui &c. Ex quibus con-
 stat Reos in presenti non in forma exceptionis, sed
 in forma actionis petuisse restitutionem. Quia verba il-
 la sunt intelligenda aliter quam sonant; nam aliud est
 si petant statim ante omnia restitui, aliud vero, si ex-
 cipient, videlicet prius se restitui velle, quam adver-
 sarius audiat: nam hoc secundo casu absolute re-
 stitutio non postulatur, sed tunc demum; si Actor
 voluerit actionem suam persequi: & ita obtinet tex-
 tus noster, secus in illo, ut procedunt iura in argu-
 mento adducta. Nec obstat altera difficultas ex dicta
 lege prima, quia dicendum est, Reum Actoris vicem
 retinere videri in exceptionibus, quoad onus pro-
 bandi, non quoad alia, l. 1. paragrapho deciesse, dige-
 sto, de vi, & vi armata, Imola in presenti, numero
 quarto.

Nono obstat textus in l. 2. paragrapho, si publico,
 quinto, digesto, ad legem Iuliam de adulteriis, ex qua
 constat, quod si maritus accuset uxorem de adulte-
 rij crimine, & ea de lenocinio excipiat, exceptio illa
 non impedit mariti accusationem. Angeturque diffi-
 cultas ex textu in l. quoniam vigesima sexta, Codice de
 adulteriis, ubi maritus repellitur ab accusatione, pro-
 pter lenocinii exceptionem: ergo nec in presenti. Rei
 restitutionis exceptio, Actoris actionem excludere de-
 bebatur. Sed licet horum iurium nodus inextricabilis
 visus sit: tamen pro illorum interpretatione praesup-
 ponendum est, quod exceptio dilatoria, sive in causa
 civili, sive in criminali, semper ante litem conte-
 stationem est opponenda: in criminali, hoc est, an-
 te quam accusatus inter reos sit delatus; alias non ad-
 mittitur, l. si maritus 15. paragrapho, praescriptiones digesto
 ad legem Iuliam de adulteriis, & quod exceptio lenocinii
 sit dilatoria, constat ex eo, quod tantum differt accu-
 sationem & maritum excludit; licet eo excluso, quilibet
 de populo accusare possit, paragrapho item lex Iulia
 de publicis iudiciis: quo supposito dicendum est, quod ideo
 in dist. paragrapho, publico, exceptio lenocinii non impe-
 dit mariti accusationem; quia exceptio illa fuit oppo-
 sita post litem contestatam, hoc est, postquam vxor in-
 ter Reos fuit recepta: quae interpretatio deducitur ex
 verbis ultimis paragraphi praecedentis, ibi: Semel delatus,
 &c. quo themate cetero, prosequitur in paragrapho,
 sequenti, notat Cuiac. libro decimo primo, questio. Pa-
 pui. in l. viro trigesima nona, digesto soluto matrimo-
 nio.

Decimo adversus nuper dicta obstat textus in dicto 15
 paragrapho, si publico versiculo Unde quari, quo loci do-
 cemur lenocinii exceptionem ita oppositam, etsi non
 repellat maritum ab accusatione, tamen admitti, ut ma-
 ritus tanquam leno condemnatur: ergo non recte dixi-
 mus exceptionem illam solummodo impedire accu-
 sationem, non vero sequi debere condemnationem.
 Quae difficultas communiter dissolvitur ex eo, quod
 in dicto versiculo. Unde (ut nonnulli asserunt) illa
 lenocinii exceptio vim accusationis obtinuit speciali
 ratione: quia post iam semel ceptam accusationem
 & reum delatum, non potuit opponi; & cum vale-
 re non posset in vim exceptionis, valuit tamen in
 vim actionis, seu accusationis. Sed haec interpretatio
 convincitur manifeste ex eo, quod reus semel delatus,
 nisi purgato crimine, accusare non potest, l. 1. l. cum
 rationis 16. Codice, qui accusare non possunt, praeterea
 quia textus supponit, maritum sine accusatore fuisse
 damnatum: Quare verius dicendum esse iudico, in
 dicto versiculo Unde, condemnationem fuisse sequutam,
 quia in criminalibus causis iudex duobus modis po-
 test procedere, vel per accusationem, vel per inquisi-
 tionem, hoc est de officio: merito ibi super exceptio-
 ne non fuit iudicatum, siquidem non fuit admitta, sed
 praecipue quia iudex ex proprio officio per inquisi-
 tionem cognovit; quare recte sententia de lenocinio po-
 tuit proferri, notat Gothofredus in notis ad eundem tex-
 tum, Iulius Clarus libro quinto, paragrapho fin. questione
 1 3 tertia,

tertia, Nec solutioni obstat textus in l. 2. paragrapho, extraneus, eiusdem tituli, ibi: Nec maritum poena subicit, &c. quia verba illa debent intelligi ex Rei accusatione: de officio Iudicis recte puniri, & condemnari poterit.

- 17 Undecimo ad verba prædicta, obstat textus in l. viro, §. ff. de iure matrimonii, quo loci Papinianus scribit, quod si vir, & uxor se invicem accusarint, alter de adulterio, alter vero de lenocinio excipiendo, hæc duo delicta mutua compensatione tolluntur: ergo ineptè diximus separatim prosequendas esse prædictas accusationes, nec post eorum rem exceptionem illam uti dilatoriam esse admittendam; siquidem Papinianus affirmat esse peremptoriam, cum petimat adulterij accusationem, & cum eo compensetur. Quem vti dissolvam nodum observandum censeo, olim iure veteri divorcio facti duplex iudicium inter conjuges agitari posse, videlicet unum publicum ex lege Julia ob adulterium: alterum privatum, quod iudicium de moribus appellabatur: Vlpian in fragmento titulo sexto, paragrapho, morum, paragrapho, propter, & paragrapho, mariti, l. 1. & toto titulo Codice de repudijs, & iudicio de moribus sublati: Reuacundus lib. 11 variarum, caput 13. Quo supposito dicendum est Papinianum in d. lege viro, minime loqui in accusatione ex lege Julia de adulterijs, sed tantum in privato iudicio de moribus, meritoque affirmat quod viro, & uxore invicem se accusantibus, si Iudex pronunciet utrumque causam repudiij dedisse, nullus alteri condemnabitur in dote, vel propter nuptias donatione: quia cum uterque legem offenderit, neuter ex lege lucrum capere debet, & ideo illa paria delicta mutua compensatione tolluntur: non tamen quoad publicam vindictam, sed tantum quoad accusationem civilem de moribus: ita similiter est interpretandus textus in lege numer 47. digesti de iure matrimonii. Nec obstat dicere, exceptionem hanc esse dilatoriam, & impedire tantum: quia dicendum est, quod exceptio illa, quoad publicum iudicium legis Juliae, tantum est dilatoria; at vero in iudicio de moribus est peremptoria, Barbof. in dict. l. viro, n. 3. Cuiac. ibidem l. 11. quasi. P. p.

- 18 Duodecimo adhuc obstat text. in capit. item 6. de restitutione spoliatorum, ubi si quis agat contra me interdicto unde vi. non possum eum expellere etiam si obijciam ipsum crimen commississe: ideoque accusare me non posse: igitur nec in presenti potuerunt Rei conventi excludere Abbatem, obiecto crimine, & violentia ipsius Abbatis. Quæ diffinitio parum obest, si dixeris Interdictum unde vi, nullam exceptionem admittere, nisi de alia vi obijciatur, iuxta textum in cap. fin. hoc nostro titulo, sicque textus noster loquitur de exceptione spoliij, & vi illata per Actorem; at vero text. in dict. cap. item 6. non loquitur de spolio, sed de cæteris criminibus præter vim, uti constat ex illius textus verbis, & mente.
- 19 Decimotertio adversus nostrum textum obstat dicere, quod raptores sunt excommunicati: cap. 1. de raptoribus, nec in iudicio esse possunt, nisi excipiendo, cap. in literis de iudicij, cap. cum inter §. de exceptionibus: at sic est, quod in presenti, Nobiles raptores bonorum Monasterij fuerant, ut ex littera patet, ergo ut excommunicati non poterant spoliari in vim actionis opponere. In qua difficultate communiter dici solet in presenti, iam fuisse absolutos, siquidem in iudicio tanquam Actores admissi fuerant, argumento text. in cap. cum inter. paragrapho porro, de exceptionibus; & licet hæc interpretatio idto suspecta videatur, quia ex text. verbis neutiquam constat absolutos fuisse, tamen dicendum esse arbitror. Nobiles in presenti absolutos fuisse ob prædictam rationem, quia omnia quæ in iure fiunt legitime facta intelliguntur, l. qui titul. 20. de testamentaria successione.

Ad text in cap. Tuam 3. hoc tit. de ordine cognitionum.

S V M M A R I V M.

- 1 Petenti hereditatem obstat exceptio natiuitatis qua prius coram iudice Ecclesiastico terminari debet.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Index incompetens ratione incidentia fit competens, secus, si index fuerit incapax.
- 4 Explicatur text. in l. 1. C. de ordin. iudiciorum, l. cum status §. C. eodem tit.
- 5 Index Ecclesiasticus, qui cognovit de causa matrimonij potest cognoscere simul, de dote. Explicatur text. in cap. de prudentia, de don. inter.
- 6 Sententia, que totam causam non determinat, nulla est. Explicatur text. in hoc iudicio, ff. famil. heredit. l. 4. C. de p. sit. l. fin. ff. de eo quod certo loco.
- 7 Index Ecclesiasticus de restitutione dotis cognoscere potest, quoties mulier vidua est, vel maritum inuitem habeat. Explicatur text. in c. ex litteris, de pign.
- 8 Explicatur text. in c. causam quæ 7. qui filij sunt legitimi. Causa natalium spiritualis est, & est præiudicialis ad causam successionis.
- 9 Possessorio, & petitorio iudicio intentato, prius agitur & terminatur possessorium.
- 10 Liberale iudicium proponendum est cæteris omnibus. Explicatur text. in l. fin. Cod. de ordin. cognitionum 9. & 10.
- 11 Viam fundi petens, non impeditur postea eundem fundum petere. Explicatur text. in l. sed si ante 17. ff. de exception. Præposterè agens non impeditur ibid.

C O N C L U S I O

PETENTI hereditatem obstat exceptio natiuitatis qua prius coram Ecclesiastico iudice terminari debet. Consonat text. in cap. 1. §. 3. quasi. 2. cap. multorum, §. 5. quasi. 6. cap. 1. cap. laior. cap. causam qua, qui filij sunt legitimi, cap. 1. in fine, de consanguinitate, & affinitate. cap. de prudentia de donation. inter. cap. audistis §. de prescriptionibus, cap. accedentibus, de excessibus prælatorum Tridentin. sess. 4. canone ultimo & de reformatione; capite vigesimo l. 7. titulo decimo, parte quarta, Covarruvias libro primo, variarum cap. 18. Idem in Quartum Decretal. 2. part. cap. 8. §. 11. disputant Maria de iurisdictione, 2. part. cap. 8. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 14. num. 23. Beilarm. 1. tom. lib. 1. de matr. cap. 31. Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 3. numer. 1. Ioannes Garcia de nobilitate glossa 4. a num. 4. Andreas Gail. lib. 1. observ. cap. 9. Scaccia de iudicij, cap. 34. a num. 32. Olualdus ad Don. libro vigesimo, capite quarto, littera A.

Ratio deducitur ex eo, quia causa Natalis est Ecclesiastica, & spiritualis, utpotè pendens ex vitibus matrimonij, quatenus est unum ex septem Ecclesie Sacramentis, caput, debitum, de bigamia, ideoque non ad laicum, sed ad Ecclesiasticum iudicem pertinere debet, cum secularia ad seculares, Ecclesiastica vero ad Ecclesiasticos pertineant, caput. ita Dominus, 19. distinctione, capite secundo cap. novit de iudicij, & suspenditur successione causa, donec illegitimitatis ab Ecclesiastico diffiniatur: quia alias negotium, & iuris ordo perturbaretur, cum contingere possit, ut Ecclesiasticus super illegitimitate, & secularis super successione diveras sententias profertent meritoque ut hæc omnia damna vitarentur, fuit conveniens, ut causa successione suspenderet, donec illegitimitatis ab Ecclesiastico iudicaretur: quæ decidendi ratio colligitur ex nostro textu ibi: Nihil aliud

aliud esset, &c. & in capite primo, hoc titulo.

Primo adversus nostrum textum obstat *l. quoties*, 2. *Cod. de iudicij* in cuius specie docemur, quod, si iudex incompetens sit ad cognoscendum, ratione tamen incidentiæ sit competens: ergo similiter in nostro textu dicendum videbatur, Iudicem secularem ratione incidentiæ cognoscere potuisse de causa natalium, Cuius textus difficultas facile dissolvitur, si attendamus maximam esse differentiam inter Iudices incompetentes, & incapaces Iudices: nam incompetentes ratione incidentiæ competentes sunt ut in *dist. l. quoties*; non vero Iudices incapaces, quales sunt seculares ratione rerum Ecclesiasticarum, ut in nostro textu.

Ex qua doctrina fuit interpretatio ad textum alias difficile in *l. 1. C. de ordine iudiciorum*, quo loci docemur, Præsidem Provinciæ qui incompetens erat ad cognoscendum de causa status principaliter, ratione tamen incidentiæ de ea potuit cognoscere. Nec tunc obstat textus in *l. cum status*, 5. *C. de ordine iudiciorum*, cum *alys*, in quibus expresse cavetur Præsidi Provincie iudicem esse competentem ad cognoscendum de causa status. Cuius textus difficultas ad hoc torsit Interpretum ingenia ut illos in varias opiniones abire coegerit, quare reiecta opinione Pauli de Castro post Accursium in *dist. l. 1* similiterque reiecta Cuiasij in rubrica ad titulum *C. ubi causa status*, & *lib. 22. question. Pap. in oratio, dig. 10*, si ingenuus esse dicatur: similiterque reiecta Goveani *lib. 1. variarum, cap. 33* quam refutat Anton. Faber, *lib. 17. coniecturarum, c. 8*, vetustem iudicium quam refert Doctor Balboa in *presenti a. n. 13*, cum affirmat Præsidem, in specie *dist. legu. 1*, ideo incompetentem fuisse, quia minor, de eius statu agebatur, domicilium non habebat in eius Provincia, cuius erat Præsides quamvis bona hære litaria in ea Provincia reperirentur, quare etsi competens fuisset iudex ad cognoscendum de hereditate, non tamen erat competens ad cognoscendum de causa status; argumento text. in *l. unica C. ubi de hereditate*, videtur Iulius Pacius, *enturia 3. quest. 7. Ouald. ad Don. lib. 17. c. 9. lit. V.*

Secundo adversus prædicta obstat text. difficilis in *l. de prudentia, de donationibus inter*, in cuius specie probatur Ecclesiasticum iudicem non tantum potuisse cognoscere de causa dotis incidente, verum etiam cognovisse de illa principaliter intentata: nam cum in eius specie matrimonij causa per sententiam fuisset finita, postea dotis causa principaliter venit petenda. Cuius textus difficultas dissolvitur ex eo, quia in illius textus specie matrimonij causa fuit principaliter mota, cui questio dotis incidit: cumque iudex, qui de causa matrimonij cognovit, dotis causam incidenter motam diffinire debuisset, argumento textus in *dist. leg. quoties Romanus consil. 330 numero decimo*, cum dotis causam non determinasset officio suo functus non videtur; si vero matrimonij causa agitata fuisset nulla facta mentione dotis tunc si causa matrimonij finita, de restitutione dotis principaliter ageretur, iudex Ecclesiasticus cognoscere non posset, tanquam incompetens: notat Ancharanus *conf. 1. num. 20*. Nec obstat si obijcias in *dist. cap. de prudentia* sententiam super causa matrimonij latam nullam fuisse, cum certum sit nullam esse sententiam, quæ totam causam non determinat; ac per consequens, cum in *dist. capite, de prudentia*, iudex non determinavit causam dotis, inutilem sententiam reddidisse, argumento textus in *l. in hoc iudicio ff. familia herciscundæ*. Nam dicendum est regulam text. in *dist. l. in hoc iudicio*, procedere, quando vel una tantum est causa, vel duæ sunt ita connexæ, ut separari nequeant; nam quando sunt diversæ causæ, valet sententia, quæ unam tantum determinat, Felinus in *cap. cum inter, num. 15. de re iudicata*, Cuiac *lib. 23. observ. cap. 1*. Sed adhuc solutioni obstant iura in lege quarta, *Cod. de positi*, & in *l. fin. digestus, de eo quod certo loco*, ubi si principalis causa per sententiam est finita, non poterit iudex iterum de accessorijs cognoscere: facile tamen hic scrupulus removeatur si dixeris prædicta iura limitari, quando ac-

cessoria officio iudicis competunt, nam tunc etiam finita causa principali poterit de accessorijs cognoscere, argumento text. in *l. adiles, §. item sciendum ff. de aditio edicto*.

Tertio adversus nuper dicta obstat textus in *cap. ex litteris, de pignoris*, ubi iudex Ecclesiasticus de causa dotis non tantum incidenter, verum etiam principaliter cognoscere potest. Sed huic obijctioni respondetur: quod in specie illius textus, mulier, quæ dotis restitutionem petebat, oppressa proponebatur, quia propria dote fuerat spoliata ob delictum à marito commissum; quare potuit iudex Ecclesiasticus se intromittere ad cognoscendum de illius dotis restitutione, ex eo, quia viduis, & oppressis potest Ecclesia succurrere, *capit. ex parte de foro competens*, ubi notat D.D. Nec admissa hæc interpretatio obstabit, si obijcias, quod in prædicti text. specie in *dist. cap. ex litteris* mulier, quæ dotis restitutionem petebat, vidua non erat cum adhuc eius maritus viveret; & ideo non potuisse habere locum decisionem textus in *disto cap. ex parte*, notat Romanus in *l. 1. numero vigesimo primo, digestus. soluto matrimonio*. Nam respondetur, quod cum in *dist. cap. ex litteris*, maritus propter delictum fugisset, mulier quali vidua reputabatur licet namque est non habere maritum, aut, illum habere inutilem, argumento textus in *cap. inter corporalia*, & ibi Gloss. verbo, *Inutilem de translatione Episcopi*. Et notat in *dist. l. 1. numero sexagesimo quinto, ff. soluto matrimonio*.

Quarto adversus prædicta obstat textus difficilis in *cap. causam qua 7. qui filij sint legitimi*, ex cuius specie constat iudicem Ecclesiasticum, qui de questione natalium cognovit, causam restitutionis bonorum accessoriam, & incidentem iudicio Regis Anglorum reservare teneri. Cui difficultati responderi solet, in eo textu tractari de causa possessoria, de qua tanquam de profana cognoscere potest iudex secularis. pro qua sententia plures allegat Garcia de nobilitate glossa prima numero vigesimo septimo. Quæ tamen interpretatio defendi non potest, tum quia valde dubium est an iudex secularis possit cognoscere de causa possessoria spirituali: tum etiam quia si profana sit, cum tamen incidens esset, tractari debebat eorum iudice Ecclesiastico. Quare ommissa interpretatione, verissime dicendum est, ideo in *disto cap. causam qua*, iudicem Ecclesiasticum non potuisse de causa illa restitutionis cognoscere, quia non incidenter, sed principaliter fuit intentata: nam in ea specie causa spoliæ, & causa natalium fuit principaliter intentata, & à Romano Pontifice Iudicibus delegatis commissa, ut iudicant verba illa ibi: *Anno principalis causa ingressum*: Nam si causa spoliæ ante litis ingressum agitata erat, iuxta textum in *cap. in litteris c. conquerente, de restitutione spoliatorum*, minime poterat incidere in causam principalem.

Nec obstat, si obijcias, quod in prædicta specie causa natalium principalis appellatur: nam respondeatur, principalem non appellari respectu causæ possessoriæ, sed potius respectu successionis ab illa dependentis, ut animadvertit Præpositus *ibidem, notabili quinto*. Nec similiter adversus nostrum textum, dum docet successionis causam suspendendam esse, donec nativitatis causa in iudicio Ecclesiastico disceptetur, obstat *dist. cap. de prudentia*, ubi docemur Regem Anglorum posse cognoscere de restitutionis causa etiam dum causa natalium apud Ecclesiasticum examinabatur: nam respondendum est, causam natalium præiudicalem esse ad causam successionis, & ideo prius de illa erat cognoscendum: secus vero esse in causa restitutionis, in qua spoliatus ante omnia restitui debet, cum damnum illud in causa proprietatis possit postea restitui, *dist. cap. in litteris, de restitutione spoliatorum*.

Quinto adversus nostri textus sententiam, obstat textus in *l. ultima, C. de ordine cognitionum*, in cuius specie docemur, quod etsi verum sit, liberale iudicium impedire accusationem criminalem, ut *l. 1. 3. & 4. Codic. eodem*

tamen in dict. leg. fin. si possessorium ab uno & petitorium super servitute ab alio intentetur, possessorium prius terminatur non obstante petitorio, quod tanquam de causa liberali, ac per consequens præjudiciali ad causam criminalem, prius debebat agitari, secundum sententiam nostri textus, qua docemur exceptionem præjudicalem prius esse terminandam ne alius ordo iuris perturbetur. Sed ut difficultatem hanc breviter dissolvamus animadvertendum est, verum esse, liberale iudicium præponendum esse cæteris omnibus iudicijs, expediri que debere antequam veniat ad cætera iudicia, quæ concurrunt, quare in dict. leg. 1. 3. & 4. ostenditur iudicium liberale impedire accusationem criminalem; qui casus particularis, & notabilis est, in quo, causa civilis præjudicat criminali: causa enim liberalis civilis est, cumque aliter puniantur liberi homines, aliter vero servi, ut sciatur, quæ poena criminis sit infligenda, prius constare oportet de statu eius, nec contentum probatur in dict. leg. ultima, Codice de ordine cognitionum. Cujus hæc potius est sententia, ut scilicet liberalis causa impediatur actionem bonorum raptorum, etiam si is qui se dominum dicit aliquid rapuisse dicatur ei, quem servum esse dicit cum hac tamen differentia, quod si ille ex servitute proclamet ad libertatem, prius disceptandum sit de servitute, quam agatur de bonis raptis; si vero de libertate vindicetur in servitute, tunc prius est cognoscendum de rebus ablatis, hoc est ante omnia ei restitui debent, quæ ei erepta sunt, præstita tamen cautione. Res salvas fore; quam si præstare non poterit, sequæstrari prædictæ res debent, ut si liber pronuntiatus sit, ei omnia restituantur, docet Cujacius in dict. leg. fin.

11 Sexto adversus prædicta obstat textus difficilis in leg. sed si ante 17. digestis, de exceptionibus, ubi si ante fundi Titiani viam prætam, & post deinde prætam ipsum fundum Titianum, nulla obstat videtur exceptio: nempe quod præposterè & non servato iuris ordine procedatur. Quam difficultatem dissolves, si dixeris, quod in ea specie non videtur præposterè agi, qui post viam prætam fundum petit: nam eo in casu videtur potius redire ad eum ordinem, quem à principio observare debuerat; nam quæstio proprietatis, ex qua altera dependet, cum major sit, prius est examinanda, leg. per minorum, digestis de iudicijs: nam etiam si index declaraverit fundum Titianum meum esse, non tamen exinde fieret præjudicium quæstioni servitutis, cum possit evenire, ut fundus meus sit, & nihilominus, quod via mihi non debeatur: quod voluit declarare Iuriconsultus dum dixit, exceptionem idem non obstat, quia & sunt diversa corpora, & causa restitutionis omnino diversa: quæ interpretatio communiter approbatur ab scribentibus in presenti, apud quos videnda interpretatio ad textum in leg. fundum, leg. sed si ante, digestis de exceptionibus, quas Consulto omitto, simulque omitto in hac parte disputationem illius difficillimæ quæstionis, an iudex laicus possit cognoscere de facti quæstione in causis Ecclesiasticis? de qua latè à nobis est agitatum in capite 2. de iudicijs.

Ad textum in cap. Super spoliatione, fin. hoc tit.

Huius textus conclusionem, & interpretationem in hac parte omittimus, quia nobis de illius sententia latè agendum est in cap. 1. & sequentibus, de restitutione spoliatorum.

AD TIT. DE PLUS PETITIONIBUS, XI.

Cap. Consilium unicum, hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Plus petens re, tempore, loco, & causa, olim cadebat à causa, hodie ad litem damnum, vel duplicationem induciarum tenetur, & n. 7.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Conciliantur text. in §. si quis agens 37. inst. de action. & §. temporales, inst. de except.
- 4 Explicatur text. in l. unie. Cod. de iure fisci, lib. 10. & leg. unie. Cod. de plus pet. & leg. 1. ff. de interrog. action.
- 5 Litem inchoatam dicitur per litem contestationem. Persistere in plus petitione, quando quis dicitur, ut poena huius text. & similitum incurrat. Explicatur text. in l. Papinianus 8. §. meminisse, ff. de inoffic. testamen. & in l. alia 8. Cod. de his quibus ut indig. & in leg. conductores 23. Codic. de l. car.
- 6 Explicatur text. in l. 1. §. si quis Ephesi, versic. S. cenola, ff. de eo quod certo loco.
- 7 Fiscus ante diem petens an incurrat iuris poenas, aliis plus petentibus statuas. Explicatur textus in leg. 1. Codice, de condition. ex leg.
- 8 Explicatur text. in l. grege 13. §. qui sub conditione, ff. de pignori. bovem 43. §. si sub conditione, ff. de adilit. edict.

CONCLUSIO.



PLUS petens re, tempore, loco, aut causa, olim cadebat à iure hodie vero plus petens tempore, ad litem damnum & duplicationem induciarum tenetur, aut casu, in expertis: loco autem, ad interesse condemnabitur. Similis est textus in §. si quis agens 37. §. plus autem, §. huius autem, §. ha quidem, §. tripli, §. si minus, §. si quis aliud, Inst. de actionibus, §. appellatur, versic. Temporales, §. hodie, cum alijs, de exceptionibus, l. 1. 2. & 3. C. de plus petitionibus l. 1. 1. §. sed si mutua, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. quamvis ff. de in ius vocando, l. ff. de eo, quod certo loco: l. grege, §. si sub conditione, ff. de pignori, l. bovem 43. §. si sub conditione, ff. de adilitio edicto, l. iustas, C. de iure fisci, l. 1. C. de conditione ex lege, l. 1. ff. de interrogatorijs actionibus, l. Papinianus, 8. §. meminisse, ff. de inofficioso testamento, l. qui falsam, 6. Cod. ad legem Corneliam de falsis, 42. cum sequentibus, tit. 2. part. 3. l. pater meus, 36. ff. de solutionibus, l. non solum 8. §. fin. l. non solum 9. §. tale, ff. de liberatione legata, l. Strichum 93. §. si creditor, et secundo, ff. de solutionibus, Novella 15 l. 2. de calumniatoribus, in Cod. Hermogeniano Exornant Petrus Gregorius lib. 21. syntagmatum, cap. 8. num. 8. & lib. 48. cap. 5. n. 11. Petrus Faber in l. qui aliter 42. de regulis iuris, Briffonius lib. 4. selectarum antiquitatum, c. 10. Hotomanus lib. 8. observationum, c. 3. Revardus lib. 3. variar. c. 14. Ant. Gomez 2. tom. variarum, c. 1. num. 25. Morla in emporio iuris tit. 8. in principio, n. 79. Fornetius lib. 2. selectarum, cap. 8. Cuiac. lib. 7. observationum, cap. 17. Idem lib. 12. c. 21. Donel. lib. 22. com. c. 9. Osual. ibi, l. 7. Idem lib. 19. c. 1. lit. H. & lib. 23. c. 4. lit. D.

Ratio est, nam rectè adversus plus petentes poena inducitur, ad reprimendam nimirum, & coercendam eorum importunitatem, cumque ut Romano Pontifex in nostro textu ait, res, tempus, causa, & locus, pars sint obligationis; l. 1. §. editionis, ff. de edendo, ibi: Nam dies solutionis

Summa pars stipulationis, l. si Herilis, §. fin. ff. de actionibus empti, & venditi, & sicut ille, qui post tempus in alio loco solvit, minus solvere videtur l. si cui, 12. §. minus, l. minus 31. ff. de verborum significatione, l. solidum, 85. ff. de solutionibus, sic etiam maiorem summam, aut ante tempus, vel in alio loco, quam ubi solutio destinata est, vel quod alternativè, vel in genere debetur, in specie, vel unam rem precisè petat, plusquam sibi deberat petere intelligitur, dicitur §. plus autem, & dicitur §. huic autem, sic rectè poena plus petens afficitur, debet tamen iudex lite contestata dignoscere, an plus in iudicio, quam res est, petatur, & importunitatem plus petentium punire, Ananiasius Germanicus in paratitulis ad nostrum textum.

Primo adversus id, quod in nostra conclusione diximus, nempe plus petentem olim cadere à causa, quod & probat dicitur §. si quis agens 33. Instit. de actionibus. Obstat textus in §. temporales, Instit. de exceptionibus, ex quo colligitur, eum, qui ante diem rem petit, exceptione dilatoria submoveri posse; actionem tamen illius non periri, sed differri tantum; & idè post tempus agere posse. In qua iurium contrarietate dicendum est, eum, cui aliquid ad diem debebatur, si ante diem peteret, non statim ipso iure rem amittere, sed tunc tantum exceptione dilatoria submoveri, ut in dicitur §. temporales, quod si adveniente die, tursus agere volebat, tunc petemptoria exceptione, ex lege 11. Tabularum submoveatur, quia semel plus ante diem petisset, quo modo intelligendam esse dicitur §. si quis, docent Balduinus, Myningerus, & Cuiacius in dicitur §. temporales, Antonius Pichardus in dicitur §. si quis, numero duodecimo, cum sequentibus.

Secundò adversus illam nostræ conclusionis partem, qua docemur hodie plus petentem tempore, iudicialium, tantum duplicatione teneti. Obstat textus in l. iustas, Cod. de iure fisci, libro decimo, ubi etiam iure noviori, sicuti & antea, plus petens amissione totius debiti condemnatur. Sed in hac difficultate ommissa interpretatione Cuiacii de præscriptionibus, capite trigésimo secundo, veritatem iudico communem Doctorum sententiam, quam refert Antonius Pichardus in §. si quis agens 33. numero quinquagesimo tertio, Instit. de actionibus, asserentium, decisionem illam referendam esse ad ius antiquum ante novam Zenonis constitutionem, de qua mentio habetur in §. & quædam, & §. hodie, Instit. de actionibus, nam dicta lex, iustas, desumpta fuit ex l. 3. titulo secundo, libro decimo, C. Theodosiani. Cuius decisio multo ante Zenonis constitutionem edita fuit, ut refert Anton. Pichardus ubi supra. Nec etiam obstat textus in l. unica, Cod. de pluspetitionibus, ubi similiter probari videtur, etiam iure novo Iustiniano imponi penam petitionis totius debiti contra plus petentem. Quia textus ille procedit cum duplex delictum intervenit, unum in petitione maioris debiti, alterum in exigendo per dolum maioris debiti cautionem, & in ea persistendo; quare in secundo, amissionis poena imponitur, docet Abbas in præfati, numero sexto. Nec etiam obstat textus in l. 1. ff. de interrogatoriis actionibus. In cuius specie probatur: nec etiam olim plus petentem rem omnino amittere; sed tantum puniri in amissione alicuius damni sportularum. Quia textus ille intelligendus est de eo, qui per ignorantiam, sine dolo plus petebat, qui non condemnabatur in totius debiti amissione, sed aliquid tantum damni sentiebatur, docet Antonius Pichardus ubi supra num. 52.

Tertio adversus textum nostrum in versic. In iudicio persistendum, ex quo colligunt Interpretes illum persistere dicendum esse in pluspetitione ut in pœnas nostræ decisionis incidere videatur, qui usque ad litem contestatam in petitione persistit, quod expectatè colligitur ex leg. unica, Cod. hoc titulo, ibi: Si ante litem inchoatam, nam lis inchoari dicitur per litem contestationem, l. pluribus 32. ff. de procuratoribus. Obstant

textus in l. Papinianus 8. §. meminisse, ff. de inefficacia rebus amittendo, l. alia, 8. Cod. de his quibus ut in ignis, l. conantiores 25. Cod. de locato, in quibus iuribus probari videtur, quod si plus petens in iudicio ante sententiam peniteat, nulla poena afficiendus sit: Igitur non rectè præsumitur de sententia nostri textus interpretatio de persistenti tantum ante litem contestationem. Quibus non obstantibus dicendum est, nostri textus de sententia, de persistenti ante litem contestationem dimitendum esse: nec obstant inta in contrarium adducta, quia respondendum est in illis iuribus, ad amittentem relictam in testamento, dolum & malum animum requiri, de quo ante sententiam constare non potest, ut docet Paul. Castr. in dicitur §. meminisse: At vero de dolo, & malo animo plus petentis potest statim constare, & sic verbum illud in nostro textu intelligendum est de prosequente causam, usque ad litem contestatam. Nec obstat si obiciatur, verbum illud, iudicium, intelligendum esse de persistendo in iudicio usque ad sententiam: Quia respondetur, quod etiam iudicium usque ad sententiam durare possit, nihilominus ante sententiam post litem contestationem iudicium dicitur, cap. foris, ibi: Dum discutitur iudicium, de verborum significatione.

Quarto adversus nostrum textum in versic. Qui autem, ex quo docemur non posse quem plus loco petere, ne aliàs vtilibus debitoribus adimatur, valde obstat textus difficilis in l. 1. §. si quis Ephesi, versic. Scævola, ff. de eo quod certo loco, ubi Ulpianus refert Scævola sententiam affirmantis, quod si quis Ephesi decem, aut Capuæ hominem dari promiserit, electio stipulatoris est, ubi petat; non autem Rei, ubi solvat; quibus consequens est, posse stipulatorem plus loco petere, cum possit petere quo in loco sibi solvere malit, detracta Reo vtilitate solvendi, in quo ipse velit. Augeturque difficultas ex eo, quia Ulpianus in dicitur §. si quis, in principio, affirmet quod si quis Ephesi decem, aut Capuæ, stichum dari stipulatus sit, non debeat detracta altero loco experiri; ne auferat Reo loci vtilitatem, nam aliàs plus petere videretur. Sed in hac difficultate, in qua ipsi Iuriconsulti contrariari videntur, dicendum est Iuriconsultorum sententias in hac parte neutquam invicem pugnare, si attentè eorum verba perspicimus: nam Ulpiani sententia est, quod si quis Ephesi decem, aut Capuæ, stichum dari stipulatus sit, conservandam esse Reo loci vtilitatem, ut quo in loco maluerit solvere possit. Nec huic contraria est Scævola sententia, quia non negat vtilitatem electionis in solutione Reo auferendam, sed potius affirmat in eius arbitrio esse quid debeat, non verò an debeat: unde infert, quod in proposita specie, si in arbitrio eius, qui promisit Ephesi, aut Capuæ, fuerit ubi ab eo petatur, conveniri nunquam posset, cum posset semper alium locum eligere, ac per consequens in eius arbitrio esse an debeat: quare Scævola putat utrunque electionem habere, nempe actorem electionem petitionis, reum vero solutionis: ne aliàs dum volumus Reo optionem reservare, actionem Actori tollamus: quare generaliter Scævola definit petitorem electionem habere, ubi petat; Reum verò ubi solvat. Sed hoc ante petitionem, id est litem contestationem, ne aliàs postea alterum locum eligat animo ut non solvat, quod omnino vitare intendit Consultus, ne scilicet in potestate eius sit, an debeat, Anton. Faber in Rationali, ad dicitur l. 2. in d. versic. Scævola, & in l. 1. qui certo, §. eiusdem tituli, Cuiac. tract. 3. ad Afric. in l. 8. ff. eodem.

Quinto adversus nostrum textum in versic. Ei vero, in quo probatur non posse quemquam ante diem petere: Obstat textus in l. 1. Cod. de conditione ex lege, ubi fiscus contra debitorem sui debitoris agens ante diem non incidit in aliquam pœnam: Igitur, quia impune plus tempore peti potest. Cui difficultati respondendum est, quod fiscus ibi non exigit debitum ante diem, quia eius debitor purus & præiens erat. Nec obstat

dicere fiseum ibi egisse contra debitorem sui debitoris ante diem, quia cum eius debitor effectus esset non solvens, rectè potuit recurrere contra debitorem sui debitoris, nec debuit expectare diem solutionis, l. 2. cum sequentibus, Cod. quando fiseus, vel privatus, &c. Cuius in dicta l. 1. Cod. de conditione ex lege, &c. per consequens affirmandum est, nullo tempore impune permissum fuisse ante diem petere: nam antiquitus qui plus petebat, causà cadebat, iuxta textum in §. si quis agens, Instit. de actionibus, postea verò per Zenonis constitutionem, induciæ tantum temporis duplicantur in pœnam: quam pœnam similiter Gregorius IX. in dict. vers. Et verò, contra plus petentes statuit. Nec tunc obstabit dicere, etiam olim induciæ temporis duplicari, non tamen amitti per plus petitionem, ex l. grege, 13. §. si sub conditione, ff. de pignoris, l. bovem 43. §. si sub conditione, de editio Edicto: nam omnibus pluribus interpretationibus, verissimè dicendum est, eum, cui aliquid sub conditione debebatur, nec etiam olim ius suum amittere, si ante implementum conditionis petisset: idèque rectè potuisse adveniente postea conditione rursus agere, ut in specie dict. l. bovem, §. sub conditione, & d. l. grege, §. si sub conditione. Cuius rei ratio est, quia priori iudicio nihil potuit petere, cum nondum quid deberetur, l. cadere diem 213. ff. de verborum significatione: secus est, quando quis quod in diem sibi debetur, ante diem petit: quia tunc amittit actionem, quæ quidem iam nata erit: nam in debito in diem, actio ab initio nascitur; sed petitio tantum ad tempus differtur: nec tunc obstat, §. plus autem, Instit. de actionibus, ubi Iustinianus plus petere dicit, qui ante diem, vel conditionem petit, & in utroque casu petentem causa cadere affirmat iure Digestorum: nam respondendum est, idèd Iustinianum ibi conditionalem obligationem coniunxisse obligationi in diem, quia æquè in utraque obligatione locum habet nova pœna constitutionis Zenonianæ: nam licet olim non infligebatur pœna amissionis illi, qui ante conditionem petebat, quia id quod nondum erat amitti non poterat; pœna tamen legis Zenonianæ convenit etiam ei, qui ante conditionem petit, cum tantum in ea agatur de suspendenda petitione, & longiori tempore differenda.

AD TITVL. DE CAUSA Possessionis & proprietatis XII.

Ad textum in cap. Susceptis, 1. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Iudice terminari debet, nec contra absentem est pronuncian-
dum.*
- 2 *Assignatur ratio.*
- 3 *Possessionis causa est preparatoria, idèd de ea prius agendum est, quam de proprietate.*
- 4 *Leges secularium Principum in defectum Ecclesiasticorum Constitutionum servanda sunt in foro Ecclesiastico.*
- 5 *Leges Principum laicorum disponentes super personas, & bona Ecclesiarum, vel Clericorum, ex defectu potestatis nullius sunt momenti.*
- 6 *Proprietas cum possessione nihil habet commune; & id, quomodo procedat, explicatur.*
- 7 *Explicatur text. in l. si de proprietate, C. si à non compet. iud.*
- 8 *Explicatur textus in cap. ex conquestione, & re-*

stit. spoliat.

- 8 *Explicatur text. in cap. fin. de iudic. & num. seq.*
- 9 *Aliter est si sit Clericus, foris rei sequi tenetur.*
- 10 *Iudex à quo pendente appellatione potest turbatum possessionem reformare.*
- 11 *Sententia contra inauditam partem proferenda non est.*
- 12 *Princeps an possit contra inauditam partem procedere; & citationis, & appellationis remedium tollere?*
- 13 *Explicatur text. in l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco pub.*
- 14 *Sententia excommunicationis adversus absentem, & notorium, foris non potest.*
Explicatur text. in cap. cum sit Romana, §. fin. de appell.
- 15 *Explicatur text. in cap. dudum, 22. de elect.*

Conclusio totius textus.

Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Iudice terminari debet, nec contra absentem est pronuncian-
dum. Comprobat text. in cap. 1. versic. Celestinus, de sequestratione possessionis, l. nulli, 10. Cod. de iudicis, l. ordinary, Cod. de rei vindicatione, cap. significaverunt, 36. de testibus, l. 2. ff. de quibus apud eundem inaicem, l. liberi 7. §. final. ff. de liberali causa, l. exicus, 15. de adquirenda possessione, l. 1. qui destinavit, ff. de rei vindicatione, l. ubi coprua, ff. de iudicis, l. 12. tit. 5. part. 2. cap. nos in quemquam, 2. questione prima, cap. inter quatuor, de maioritate, & obedientia, Clementin. pastoralis, §. ceterum, de re indicata, cap. cum inter de exceptionibus, capite primo, de testibus, tractant Boëtius libro secundio, declarationum, capite quadragesimo quarto, Saha-guth in capite primo, num. 82. de sequestratione posses. & fructuum, Sarmiento libro tertio, selectarum, cap. 14. numero septimo, Garcia de nobilitate, glossa 1. §. 2. numero 12. Menochius de recuperanda, remedio 15. num. 368. Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, de adquirenda possessione, numero 17. Cuius. libro secundo, observ. cap. 35. & libro quinto, observ. capite vigesimo, & libro quinto, capite 15. & 19.

Ratio est, quia cum causa possessionis sit preparatoria ad causam proprietatis, & prius sit agendum de possessione, quam de proprietate, cumque possessio, & proprietate circa unam, eandemque causam tendant, & in connexis idem iudicium observetur; cum hæc duo iudicia ad id connexa, & unita sint, quod non facile dividi possint; quæ continentia in eo consistit, ut de proprietate agi non possit, nisi prius constet quis possessor sit, l. offi. iud. ff. de rei vindicatione, l. qui petitorio, cum aliis, ff. eodem, merito Iudex, qui de possessione cognovit, tanquam magis instructus de proprietate cognoscere debet, ut sic facilius litibus finis imponatur, l. propterandum, cum vulgatis, Cod. de iudicis. Desideratur etiam citatio, quia quatenus defensio est, & à naturali iure proveniat, nec à Principe auferri potest, l. ut vim, de iustitia, & iure imp. inter, de exceptionibus, §. sed naturalia, Instit. de iure naturali, cap. sunt quidam, 25. quest. 1.

Primo adversus nostrum textum in versic. Legali provisione, ex quo colligitur, ius Pontificium dispositionem Iuris Civilis sequi: Obstat textus in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitutionibus, cap. fin. de rebus Ecclesie, in quibus iuribus cavetur, Principibus secularibus super Ecclesias, res, & personas Ecclesiasticas nullam esse tributam potestatem: adeò ut nec Ecclesia Romana secularibus legibus adstringatur, cap. inter hæc, 33. quest. 2. Nec Ecclesiastici iudices secundum leges seculi iudicare debent, cap. filius noster, de testamentis. Cui difficultati ut occurramus, a notandum est, iura supra allegata procedere, quando Princeps secularis, aut leges aliquid circa personas, aut res Ecclesiasticas specialiter disponunt: tunc enim ex defectu iurisdictionis nullius sunt momenti, dict. cap. Ecclesia Sancta Maria: Si vero

vero generaliter loquantur nulla facta mentione Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, tunc a iudicibus Ecclesiasticis servandæ sunt, nisi hæc Canonibus repugnent, iuxta regulam textus in *cap. 1. & 2. de novi operis nuntiatione, capite primo, de iuramento calumnia, cap. veniens, de iurando, cap. ut inquisitionis, de hereticis, libro sexto*, notat Decius in *dist. cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 27*. Rebuffus ad *leges Gallia, tom. 1. in proximo glos. 1. num. 62*. Moira in *emporio tit. in principio, num. 14*.

Secundò ad versus primam conclusionis partem, qua docetur, tam possessionis, quam proprietatis causam sub eodem Iudice terminari debere: Obstat textus in *l. naturaliter, 12. §. nihil commune, ff. de adquirenda possessione*, ubi docetur, nihil commune habere proprietatem cum possessione: Igitur rectè poterit utraque causa possessionis, & proprietatis coram diversis Iudicibus tractari. Quia in difficultate dicendum est, regulam textus in *dist. §. nihil commune*, intelligendam esse, quoad essentiam, & substantiam, & acquisitionem, in quo quidem sensu verum est dicere, nihil commune habere proprietatem cum possessione: nam re, & nomine distinguuntur: secus verò quoad cognitionem, quia tunc cum vnius cognitio nimis conducat ad alterius cognitionem, merito utriusque cognitio ab vno, eodemque Iudice examinanda est. Nec obstat textus in *l. si de proprietate, Cod. si a non competenti iudice, ex quo probatur, iudicem, qui delegatus fuit ad causam proprietatis, super possessione pronunciare non posse*. Quia respondetur, idèd in illa specie Iudicem non potuisse de causa possessionis cognoscere, quia specialiter delegatus fuit ad cognoscendum tantum de proprietate, & itèd sententia ab eolà super possessione nulla est, tanquam à non competenti iudice: quæ interpretatio probatur ex ipsiusmet textus verbis, & tituli rubrica Cassiodorus *de cessione nona, numero duodecimo, sub titulo de probationibus*, Ioannes Garcia *de nobilitate, glos. 1. §. 2. numero duodecimo*.

Nec hinc doctrinæ obstat textus in *cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum*. ubi Iudices dati ad causam proprietatis prius de possessione cognoscere potuerunt, & mulierem spoliatam restituere. Quia respondendum est, quòd licet in specie illius textus Iudices ad petitionem mariti delegati fuere ad causam proprietatis nominatim, coguntur tamen de possessione cognoscere; ea nempe ratione, quia beneficio, & natura reconventionis tenebatur cognoscere, quò mediante, effecti fuerant competentes; cum aliàs incompetentes fuissent, ex regul. textus in *l. si idem cum eodem, §. quo mutua, ff. de iurisdictione omnium iudicum, capite primo; vers. sic. Cuius in agendo, 3. questione octava, Panor. & Decius in cap. at si Clerici, de iudiciis, numero quadragesimo octavo*, Iulius Clarus *libro quinto, sentent. §. fin. questione trigesima sexta, numero sexto*.

Tertiò obstat textus in *cap. finali, de iudiciis*, ubi causa possessionis, & proprietatis coram diversis Iudicibus disceptabatur, videlicet de possessione coram potestate Florentina, & de proprietate coram Episcopo Bononiensi. In qua difficultate verissimè dicendum est, causas illas idèd fuisse divisas, quia potestas Florentina iudex secularis erat, ac per consequens incapax ad cognoscendum de proprietate contra Religionis intentata; quare necesse fuit, quòd ad Ecclesiasticum iudicem remitteretur: at vetò textus noster loquitur, quando Iudex competens est tam ad possessionem quam ad petitorium, Garcia *ubi supra, dist. §. 2. num. 11*.

Nec obstat, si obijcias potestatem Florentinam de possessione cognovisse, ac per consequens etiam de proprietate potuisse cognoscere. Quia respondendum est, quòd etsi res, de qua disceptabatur in *dist. cap. fin.* esset temporalis, tamen cum regula generalis sit, quòd Actor, etsi sit Clericus, debeat sequi forum Rei,

cap. cum sit generale, de foro competenti, & Monasterium conveniret laicos illius Communivitatis super re temporali, idèd coram laico Iudice possessio illa disceptari debebat. Cum verò Communitas super proprietate Monasterium conveniret coram eodem Iudice seculari, & ex conventionem illa Monasterium reus effectus fuisset, merito Communitas laicorum Monasterij forum sequi debebat, ex *reg. dist. cap. cum sit generale*.

Nec obstat dicere potestatem Florentinam, quæ de possessione cognovit potuisse etiam ratione incidentiæ cognoscere de proprietate, ex regul. textus in *leg. quoties, 9. Cod. de iudiciis*. Quia regula illa locum tantum habet in Iudice incompetenti, non vero in Iudice incapaci. Sed nec obstat, si obijcias, potuisse potestatem Florentinam de proprietate cognoscere postquam cognovit de possessione per beneficium reconventionis; nam si Clericus laicum coram seculari conveniat poterit secularis coram eodem Clericum reconvenire: Nam, aliis, ommissis, respondendum est, in specie textus in *dist. cap. fin. de iudiciis*, nullam fuisse factam reconventionem; sed potius facta fuit nova, & separata conventio: quoniam iam dicta erat de possessione sententia eo tempore, quo Communitas conveniebat Monasterium super proprietate, quare tanquam Actor forum Rei sequi obstricta fuit, & sic cognitio ad Ecclesiasticos fuit devoluta.

Quartò obstat textus in *cap. cum teneamur, 17. de appellationibus*, ubi cum causa coram Ordinario penderet, & ab eo ad Superiorem appellatum esset, & appellans turbatus fuisset in possessione pendente appellationis iudicio, Pontifex respondit turbatam possessionem reformari posse à Iudice, à quo appellatum est: ex cuius specie constat proprietatis causam ab vno, possessionis verò ab alio Iudice experiri posse. Sed in hac difficultate ommissa communi Interpretum sententia, si mihi permissum est, ut quòd sentio liberè loquar, verius dicendum esse existimo, idèd Iudicem ordinarium in *dist. cap. cum teneamur*, potuisse, tanquam competentem de causa possessionis cognoscere: quia ante appellationem ipse utriusque iudicij erat competens, & appellatio non tollit, sed tantum suspendit eam partem, in qua appellatum fuit; argumento textus in *l. 1. §. hoc iudicio, ff. familia erciscunda*, vnde fit, quòd cum in proprietate tantum sit appellatum, Iudicem ordinarium competentem remanere quoad possessionem; quare nil mirum, quòd non obstante appellatione de ea possit cognoscere, Covarr. *practicarum, quest. cap. 23. numero tertio*, Menochius *de recuperanda poss. remedio 17. num. 37. Afflictus decis. 98. & 332*.

Quintò ad versus secundam nostri textus, & conclusionis partem, qua docetur contra partem inauditam, sententiam non esse proferendam, obstat textus in *l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non licet*, ubi probatur, posse Principem appellationem tollere, & tamen appellatio defensio est; sicut & citatio, *cap. omnis oppressus, 2. questione sexta*, ergo dicendum videtur, posse Principem, absque citatione, ac per consequens contra inauditam partem sententiam proferre; iuxta textum in *cap. ex parte decima tertia, cap. super eo, 15. cum aliis, de officio Delegati*. Sed ommissa in hac parte communi Doctorum sententia, distinguendum inter defensionem naturalem, & civilem, verissimè dicendum est, citationem, & appellationem à Principe tolli non posse, quotiescunque ad alicuius defensionem, necessaria esse videatur; sed cum citatio, seu appellatio non est necessaria, tunc à Principe tolli potest: quo modo obtinet textus in *dist. l. 1.* Vnde cum ad Principem spectet ius ipsum naturale interpretari, argum. *text. in cap. venerabilibus, 13. vers. sicul. Rationibus, qui filij sint legitimi*, ipse similiter poterit declarare, quando competat alicui iusta defensio: & ita rectè poterit modum defensionis ali-

quando auferre; non poterit tamen Princeps, nisi iusta interveniente causa defensionem auferre; sicuti nec potest auferre dominium quaesitum, tam Iure Civili, quam Iure Gentium.

13 Nec obstat vulgaris, sed difficilis textus in l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico, ubi postquam Iurisconsultus prius dixisset, facultatem a iudicandi a Principe concessam, debere intelligi sine alterius praedicio; subdit postea, nisi forte hoc impetraverit: Ex quo colligitur etiam cum Tertij praedicio posse. Nam alius omittis dicendum est, Iurisconsultum in illa specie solius impetrationis fecisse mentionem, an vero iusta, vel iniusta sit, in ambiguo reliquisse; vt denotaret, quod si non ex iusta causa concessisset, iniusta dicitur concessio, argum. text. in l. penultima, ff. de natalibus restituendis. Nec tunc obstat negativa illa: Nec nos, de qua in nostro textu mentio habetur, quae iuncta verbo, potest, omnino videtur denegare potestatem Principi ad praedictam defensionem interpretationem. Quia dicendum est hoc non procedere, quando occurrit aliqua iusta causa, quae facit cessare legis naturalis obligationes; & sic verba illa: Nec possumus, intelligenda non sunt absolute, sed si dixerit; sine iusta causa non posse: docet Barbosa in Collellaneis, ad hunc textum num. 10.

14 Sexto adversus praedicta obstat textus in cap. cum sit Romana, §. final. de appellationibus, ubi adversus absentem, & non citatum, sententia excommunicationis fuit prolata. Cui dubio respondetur: Apostolum ibi saepe Corinthium illum admonuisse, vt a peccato recederet, antequam excommunicationis sententia fuisset lata; merito etsi tempore excommunicationis fuisset absens, recte tamen potuit excommunicari, Suarez de censuris, disput. 3. sessione 11. num. 9. Enriquez tomo 2. lib. 12. de excommunicat. cap. 18. num. 13. littera G. Nec etiam obstat textus in cap. dudum, 22. de electione, ubi contra Praepositum sancti Gregorij absentem sententia fuit prolata. Nam responsetur; quod in illius textus specie, dictus Praepositus fuit citatus, & contumax; & ideo iuste potuit etiam absens condemnari, cap. quoniam frequenter, §. porro, vt iure non contestata. Nec similiter obstat textus in cap. cum olim, 12. de re iudicata, ibi: Et ei licet absenti, ex quibus verbis constat adversus absentem procedi posse. Quia respondeatur, ibi, a principio citationem intercessisse; quae semper praesumitur, quoties quis absens condemnatur; nam ea quae in iure facta sunt, legitime facta praesumuntur, argumento textus in l. qui testamento, ff. de testamentaria tutela, quomodo similiter est interpretandus textus in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de administratione rerum ad civi aem pertinentiam, de hac re plura dicemus inferius in cap. 2. de testibus, ad quod vos remitto.

Ad textum in cap. Ad ultimum, 2. nostro hoc titulo.

S V M M A R I U M.

- 1 Possessionis, & proprietatis causa simul intentata, potest Iudex possessionis causam prius definire, & proprietatem suspendere.
 - 2 Ratio assignatur.
 - 3 Rescripti forma omnino servanda est, & ad ius commune reduci.
 - 4 Cumulatio possessorij, & petitorij, iure Civili, & Canonico prohibita non est.
 - 5 Explicatur l. si de vi, 37. ff. de iudiciis.
 - 6 Si de possessorio, & petitorio simul fuerit, potest utrumque unica sententia terminari.
- Explicatur text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, hoc titulo.

6 Iudex non impartitur officium suum, nisi petenti. Limitatur hac regula vt non procedat, quando iusta subest causa.

C O N C L U S I O.

SI de possessione, & proprietate simul actum sit, poterit Iudex prius causam possessionis definire, & proprietatis causam suspendere. Idem probat text. in cap. significaverunt, 36. de testibus, cap. suborta, 21. de re iudicata, cap. cum venissent, de constitutionibus, l. ordinarij, 13. Cod. de rei vindicatione, l. incerti, 36. Cod. de interditijs, l. 12. tit. 2. part. 3. illustrant Menochius de arbitrijs lib. 2. casu 37. & de recuperanda remedia, num. 368. Burlatus conf. 234. vol. 3. Olaus in Pedemontanis, decis. 47. Capicij decis. 85. Boetius decis. 23. Sahagun, in cap. 1. de sequestratione possessionis, num. 86. Fachinus lib. 8. controversiarum, cap. 7. Staphilæus de literis gratia, titul. de signatura literarum iustitia, §. secundum, num. 5.

Ratio quare cumulatio possessionis, & proprietatis permittitur ea est, quae ex verbis nostri textus desumitur, ibi: Gravibus partium sumptibus parcere cupientes. Ne enim litigantes sumptibus vexentur, docet Pontifex Iudicem nominatim delegatum ad utramque causam, simul de utraque cognoscere potuisse, eisdem illis rationibus, quibus ius Civile voluit possessionis, & proprietatis causam coram eodem Iudice esse tractandam; vt ita brevior litibus imponeretur finis, & litigantium laboribus, & expensis consuleretur. Rationem vero, quare Iudex possit possessionem definire, & proprietatem suspendere, assignat Pontifex: quia iuris Civili praecipuum est, quod possessionis cognitio praecedat, & ita si iuxta regulas iuris Canonici possessorio, & petitorio simul agatur, poterit Iudex prius possessionem definire, & proprietatem suspendere; quia ita iure Civili statutum est, vt docent Scribentes cum Glossa in presenti, & in dist. l. naturaliter, 12. §. nil commune ff. de acquirenda possessione.

Primo adversus nostrum textum obstat cap. cum dilecta, de rescriptis, ex quo docemur, formam rescripti forma, de quo in nostro textu, continebat, vt de possessione & proprietate Iudices cognoscerent: ergo non poterat suspensa proprietatis causa de possessione cognoscere. Sed huius dubij solutio facilis erit, si attendamus in presenti, formam rescripti non fuisse praemissam, imò potius omnino observatam; siquidem regula iuris est, quod forma rescripti ad ius commune debeat reduci, cap. causam, qua de rescriptis, & de iure communi cavetur, quod prius de possessione, quam de proprietate disceptetur, l. si de vi, ff. de iudicijs, lason in l. causas, numero sexto, Cod. de transactionibus. Ripa in l. ex facto, ff. de vulgari, numero nono, lason num. 4.

Secundo adversus primam nostrae conclusionis partem. In qua Summus Pontifex docet iudicium possessionis, & proprietatis cumulari posse; eo quod iure Civili cautum sit: Obstat textus in l. si de vi, 37. ff. de iudicijs, ex quo constat cumulationem iudicij possessorij, & petitorij, iure Civili esse prohibitam; quo potius cautum est, Iudicem prius de possessione, quam de proprietate cognoscere debere. Sed in hac difficultate, omittis plurimorum interpretationibus differentiam constituentium inter Ius Civile, Canonicum, verissime dicendum est, tam Iure Canonico, quam Iure Civili non esse prohibitam cumulationem iudicij petitionis, & possessorij, data possibilitate cumulationis, vt docuit in textu nostro num. 4. Nec obstat dist. l. si de vi, ex qua non probatur cumulationem prohibitam esse; sed tantum praescribitur, ordinem in processu servandum esse, ita vt prius exploretur, quis sit possessor, quando utraque pars possessorem esse praetendit, vt cognoscatur, quis Reus, quis Actor sit; quare regulariter ibi statuitur prius de possessione agendum esse: quomodo interpretanda sunt iura in l. exitus

controversia 35. ff. de adquirenda possessione, l. ordinarij 15. Cod. de rei vindicatione, l. incerti iuris, Cod. de Interdictis, Cuiac libro quinto, observation. capite vigesimo secundo.

Tertio adversus secundam nostre conclusionis partem, qua docemur, posse iudicem super possessione diffinire, & causam proprietatis suspendere, obstat textus in cap. cum Ecclesia Sutrina, hoc eodem titulo, ex quo probatur, quod quoties possessorio, & petitorio simul actum est, utrumque potest vnica sententia terminari: ergo non poterit iudex petitorium suspendere, & possessorium diffinire, in cuius textus difficultate omnia Bartoli interpretatione in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 37. ff. de adquirenda possessione, dicendum est, decisionem dist. cap. cum Ecclesia Sutrina, procedere, quando de utroque iudicio petitorio, scilicet & possessorio liquet, ex regul. text. in l. qua de re 4. ff. de iudiciis: quando vero solum liquet de possessorio, potest super eo solo iudex pronunciare, ut in nostro textu, vbi iudex omisso petitorio publicavit attestaciones super possessorio, quæ sententia probatur in cap. Siborta, de re iudicata: vbi Glossa 3. & in cap. significaverunt, de testibus, & hoc modo similiter debent interpretari iura in cap. cum super, cap. cum dilectus, infra hoc titulo.

Nec obitabit dicere, quod iudex officium suum non debet impartiri, nisi a parte petiti sit, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, l. vnica, Cod. v. qua des. ut Adv. catio: quia iura limitanda sunt, quando iusta subest causa: nam tunc iudex poterit, absque partis petitione officium suum impartiri, veluti si viderit partes se ad rixam, & editiones præparare; quod maturo iudicis iudicio relinquitur, l. aquisitum, 17. ff. de usufructu, Velascus consultation. 40. num. 18.

Ad textum in cap. Cum Ecclesia Sutrina, 3. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Spoliatus agens simul possessorio, & petitorio iudicio, provans in possessorio obtinet in eo, & succumbet in petitorio si in eius probatione deficiat.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Actor allegationem suam probare debet. Explicatur text. in l. codicillos 5. C. de codicill. & l. ab ea parte, ff. de probat. Reus excipiendo Actor efficitur.
- 4 Accusatori incumbit onus probandi. Explicatur text. in l. vbi falsi, Cod. ad l. Cornel. de falsis.
- 5 Spoliatus intendens interdictum possessorium, potest suspendere petitorium. Explicatur textus in cap. ex conquestione, de restit. spoliat.
- 6 Ad acquirendam possessionem rerum incorporalium, scientia, & patientia veri Domini requiritur.
- 7 Possessio solo animo retinetur.
- 8 Iudicium proprietatis in se continet, & absorbet iudicium possessionis.
- 9 Episcoporum electio ad quos de iure pertinet? dist. 9. quæntur 4. tempora. Explicatur text. in cap. 1. 22. dist. & in cap. plebs, cum seq. 63. dist. & in cap. in nomine Domini, 25. dist.
- 10 Prescriptio desiciente titulo non currit regulariter: fallit nisi siatio 40. annorum.
- 11 Ad iura eligendi quasi possessionem quot actus requiruntur? In actibus mera facultatis 30. actus requiruntur.

Explicatur text. in l. 1. §. hoc interdicto, de itinere actûque privat.

C O N C L U S I O

Spoliatus agens simul possessorio, & petitorio iudicio, si s. 1
 Sprobet spoliatum, non vero proprietatem, obtinet in possessorio, succumbet tamen in petitorio. Consonant textus in cap. cum super 4. cap. cum dilectus, 6. hoc tit. cap. 1. de restitutione spoliatorum, cap. 2. de capellis Monachorum, cap. constitutus, de filiis presbyterorum, disputant Covarr. libro primo, variatum, cap. 17 a numero decimo, Idem in regula, possessor, 2. part. §. 10 Fachineus lib. 18. cap. 9. Nicolaus Garcia tom. 1. de beneficiis. 5. part. cap. 5. num. 59. Valascus consultation. 38. Padilla in l. 2. num. 19. Cod. de servitutibus, Maicard. de probationib. tom. 3. conclus. 1326. Azavedus in l. 1. tit. 6. lib. 1. Compilationis, Menoch. de recuperanda, remed. 15. a num. 396.

Ratio est, quia possessio, & proprietates in presenti 2
 ab omnibus in iudicium fuit deducta, merito & iure optimo de utraque simul actum, & pronunciatum est; obtinuisse tamen Clericos in possessorio, quia in interdicto recuperandæ sufficit possessionem, & spoliationem probare, l. si quis ad se fundum, Cod. ad legem Iuliam de vi: & cum Clerici probassent in electionibus trium Episcoporum immediate interfuisse, & eis invitatis, & exclusis ultimam electionem factam fuisse, recte pronuntiavit Pontifex eos esse restituendos, & electionem eis exclusis factam minime voluisse, privantur tamen Clerici proprietate, quia tanquam actores plene probare debebant, & in ea nihil probarunt, nam Actore non probante Reus, etsi nihil præstiterit, absolvendus est, l. 1. l. ab ea parte, ff. de probationibus, cum vulgaris.

Primo obstat textus in l. nec codicillos 5. C. de codicillis, vbi si filius petenti aliquid ex codicillis patris, negaverit patrem fuisse sanæ mentis: Consultus ait filium negantem teneri ad probandam suam allegationem. Igitur non recte in specie nostri textus docemur, ad Actorem omnino onus probandi pertinere debere. Sed hinc difficultati satisfaciendum est ex communi Doctorum traditione; quod in specie dist. leg. nec codicillos, nihil contra prædictam regulam probatur: nam ibi ratio negativè concepta, verè affirmativa est, quia filius obiciens patrem non fuisse sanæ mentis, affirmat in re fuisse dementem, & ea exceptione contra codicillos vititur, atque ideo eam probare debet, quoniam in exceptionibus Reus Actor est, l. 2. ff. de exceptionibus, l. actor, Cod. de probationibus. Nec etiam 4
 obstat textus in l. ab ea parte 5. ff. de probationibus, vbi si quis negat emancipationem recte factam, probationem ipsam præstare debet, quia negatio illa potius affirmatio est; est enim affirmare eo casu legis prohibitionem adesse, idèoque ab ipso Reo, qui eam allegavit probanda est, l. in exceptionibus, ff. de probationibus. Nec similiter obstant iura in l. cum pater, 77. §. rogo, ff. de legato 2. l. servos 20. ff. de manumissis testamento, in quibus similiter dicendum est, negationem de qua ibi, affirmationem fuisse, ut docent communiter Doctores.

Secundò obstat textus in l. vbi falsi, Cod. ad legem 5
 Corneliæ de falsis, vbi onus probandi non in totum incumbit accusatori, ut constat ex verbis text. ibi: Nec probationis ei tota necessitas indicatur. Sed in hac difficultate, omnia interpretatione existimantium, crimen falsi à prædicta regula excipi debere: verissimè est dicendum, Imperatorem ibi non significare accusatori non esse indicendum onus probandi, sed Reo, sed tantum denotat, quanta in crimine falsi debeat esse iudicis attentio, ut scilicet medius sit inter accusatorem, & Reum: utrumque ita interrogans, ut melius investigare possit veritatem; non tamen negat quod si nihil probatum est, Reus non sit absolvendus, Donnell. lib. 23. Commentarior. cap. 2. Nec obstat text. in l. 8
 K 3 fin.

fin. C. de absolutiōibus, ubi in criminibus læsæ Maieſtatis, peculatus, & ſimilibus, Reus utgeri debet ad probanda quæ negat. Quia ibi non compellitur ad probanda quæ negavit, ſed ad purganda, purgare enim nihil aliud eſt, quam rationem reddere, cur, aut quo animo factum ſit, ſi quis Reus, ff. de publicis iudiciis.

6 Tertio obſtat text. in cap. ex conqueſtione, de reſtitutione ſpoliatorum, ubi contra agentem Interdicto, unde vi, non admittitur queſtio domini: ergo nec in præſenti Canonici adverſus Clericos ad queſtionem proprietatis, ſeu ius eligendi admitti poterant. Quia in difficultate aliis omiſſis, dicendum eſt, in ſpecie noſtri textus Clericos in iudicium deduxiſſe poſſeſſionem, & proprietatem ſimul, & cum ſpoliatus agit, rei vindicatione renunciare videtur Interdictum poſſeſſorium, cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum, l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de de pactu: at verò textus in dicto cap. ex conqueſtione, procedit, quando ſpoliatus ſolum intentat Interdictum poſſeſſorium ſuſpendens petitorium, cap. in literis, de reſtitutione ſpoliatorum, Menoch. de recuperanda: remed. 1. num. 10. Abbas in præſenti, num. 15. Ripa num. 17.

7 Quarto obſtat dicere, ſententiam ſuper ſpoliatione in præſenti, nullo modo profecti potuiſſe: nam quemmodum ad acquirendam quaſi-poſſeſſionem rerum incorporalium, ſcientia, & patientia veri domini deſideratur, l. quoties, 20. ff. de ſervitutibus, l. 2. §. conſentiente, Cod. de ſervitutibus, & aqua; ſic ſimiliter ad amittendam hanc quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium ſcientia, & patientia omnino deſideratur, cum poſſeſſio ſolo animo retineatur, l. poſſideri 2. §. in amittenda, ff. de acquirenda poſſeſſione, ſed in præſenti, Clerici in vi excluſi fuerunt, ut ex litera conſtat: ergo nullo modo quaſi poſſeſſionem iuris eligendi amiſerunt, ac per conſequentiam male in præſenti de ſpoliatione diſputatur, cum poſſeſſio illa non fuiſſet amiſſa. Cui difficultati reſpondendum eſt, quod quamvis verum ſit, quod ſolo animo poſſeſſio retineatur; tamen certum eſt, quod ſi vi alius incipiat poſſidere, poſſeſſio amittitur: nam aliis adverſus poſſidentem non daretur Interdictum recuperandæ, in l. 1. & per totum tit. de vi, & vi armata. Nec obſtat dicere vi deiectum animum retinendi poſſeſſionem habere, cum animum amittendi non habuiſſet: quia dicendum eſt, tunc nos animum retinendæ poſſeſſionis habere, cum in poteſtate noſtra eſt, cum liberè poſſimus poſſeſſionem apprehendere, l. 3. §. Nerva filius, ff. de acquirenda poſſeſſione, Oſwald. ad Donel. lib. 5. Comment. cap. 13. litera A. merito Clerici in præſenti non potuerunt animo poſſeſſionem retinere: ſiquidem ab illa vi Canonici deiecti fuerunt.

8 Quinto obſtat dicere, quod iudicium proprietatis abſolvit, & in ſe continet poſſeſſionis cauſam, cap. cum dilectus, hoc tit. cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum: ergo reſtitutio Clericorum in præſenti momentanea, & ſine effectu fuit, cum iam conſtaret de proprietate; & ita non faciendâ, argum. text. in l. qui ſic ſolvit, 54. de ſolutionibus, maxime cum circuitus ſemper ſit vitandus, l. dominus teſtamento, ff. de condition. indebiti. Sed huic conſiderationi veriffimè eſt dicendum in præſenti non fuiſſe ſupervacua reſtitutionis ſententiam in quaſi poſſeſſione eligendi prolatam; quia electionis validitas, ſeu nullitas pendebat ex eo, an Clerici electi ab electione obtineant, vel ſuccumbat in probatione poſſeſſionis: nam ſi in illa obtinent, electio, eis excluſis, facta, inuulſis erit, iuxta textum in cap. quarelam, de electione, ſiquidem Canonici non poterant Clericos, abſque iuſſu Iudicis ab illa poſſeſſione eijcere, l. ſi quis in tantam, C. unde vi: merito ſententia quaſi poſſeſſionis in præſenti non fuit ſupervacua, imò potius, & omnino neceſſaria, Abbas in præſenti, num. 16.

9 Sexto adverſus noſtrum textum, quatenus ſupponit Canonicos in proprietate electionis obtinuiſſe, obſtat dicere, quod Episcoporum electio non ad Canonicos, ſed ad Pontificem ſpectat, cap. 1. 22. diſtinct. ergo nullo modo poterant Canonici in proprietate iuris eligendi obtinere, etiam ſi Clerici nihil probaſſent. Au-

geretur que difficultas, ex textu in cap. plebi, cum ſequentibus, 63. diſtinct. cap. in nomine domini, 21. diſtinct. in quibus iuribus proponitur populo, & clero electiones Episcoporum competere. Sed huic dubio dicendum erit iuxta ſupra adducta, referenda eſſe ad temporis qualitatem, & mutationem circa Episcoporum electiones: nam Primo Apoſtoli à Domino electi ſunt, Luca cap. 6. Matthi cap. 3. Secundo tempore, à toto populo, & Clero eligebantur, & ita obtinet text. in dicto cap. plebi, diſt. cap. in nomine domini. Tertium tempus ſucceſſit, in quo Principibus Chriſtianiſ ex privilegio electio Episcoporum competebat, cap. vota, 27. §. Principibus, 63. diſtinct. Succeſſit poſtea Quartum tempus, in quo hæc poteſtas fuit conceſſa Canonicis ſimul, & Religioſis, de quo mentio habetur in cap. obeuntibus, 63. diſtinct. Quintum verò tempus fuit, in quo eligendi poteſtas Canonicis, ſeu Eccleſiarum Capitulis fuit conceſſa, ut habetur in cap. 1. cap. cum terra, 14. cum aliis, de electione, & de hac iuris communis eligendi poteſtate Canoncis tributa, et intelligendus textus noſter, latè Duaren. de ſacris Eccleſie miniſteriis lib. 5. cap. 1. hæc quidem eligendi poteſtas à Canonicis fuit adempta in Regula ſecunda Cancellario, Garcia de beneficiis. 5. part. capite primo, num. 218. Gregor. Lopez in leg. 18. tit. 5. parte prima.

Septimo hiſ omnibus obſtat dicere, quod ſi hæc electio à iure communi in præſenti Canoniciſ competere, nulla præſcriptio Clericis contra ius commune adverſus Canonicos daretur, præcipuè deſiciente titulo, cap. dudum, de electione, cap. 1. de præſcriptionibus, lib. 6. cap. ſi diligenti, de præſcriptionibus. At hæc electio ſolo tempore, abſque titulo à Clericis præſcribi poteſt, ut conſtat ex verbis noſtri textus ibi: Ius eligendi propter brevitatem temporis, &c. Ergo ſi ius commune in electione illa Canoniciſ patrocineretur, & Clericis reſiſtetur, non ſufficeret tempus, ſed ſimul cum tempore titulus deſideraretur. Cui dubio, omiſſa Gloſſæ interpretatione in præſenti, verbo, Brevitatem, veriffimè dicendum eſt in præſenti Clericos potuiſſe hoc ius eligendi, ſine titulo præſcribere ſpatio 40. annorum, quia Clerici cumulativè ſimul cum Canonicis præſcriptionem iuris eligendi prætendebant: merito quamvis aliqua iuris daretur reſiſtentia, tamen eo in caſu non fuit neceſſarius titulus, ſed ſufficere potuit bona fides cum temporis continuatione, ut ex finalibus verbis noſtri textus colligitur: aliud verò obſervaretur, ſi totum ius eligendi ad ſe tantum, abſque Canonicis, pertinere curaſſent: nam tunc in præſcriptione illa titulus etiam deſideraretur, iuxta, textum in dicto cap. ſi diligenti, de præſcriptionibus, cum aliis ſupra in argumento adductis.

Octavo adverſus noſtrum textum in verſe, Trium Episcoporum, &c. Obſtat textus in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere, alligat. privato, ubi conſtat, quod ad hoc ut quis in quaſi poſſeſſione iuris incorporalis tueatur, triginta actus præciſè deſiderantur: ergo malè in præſenti Clericis ad quaſi poſſeſſionem iuris eligendi ſufficiunt tres actus eligendi. Huic tamen difficultati communiter reſponderetur deciſionem textus in dicto §. hoc interdicto, procedere in actibus, qui aliquando exercentur iure familiaritatis, veluti tranſitus per agrum alienum: At verò in cæteris actibus, in quibus non iure familiaritatis, ſed iure proprio proceditur, vnus actus ſufficit, etiam quoad præſentationem, cap. ſi vero, de irruptionibus, l. 1. §. quod autem, & §. Ariſto, ff. de aqua quotidiana. Nec obſtat textus noſter ubi tres actus deſiderantur, quia in eo tantum facti ſpecies proponitur, & partium allegationes referuntur: præcipuè quia in præſenti Clerici non tantum intendebant, quaſi poſſeſſionem eligendi probare; verum etiam & eius proprietatem, Covarruias in reg. poſſeſſor, 2. part. in princip. num. 6. Molina lib. 1. de primogeniis, cap. 22. Menochius de recuperanda: remed. 1. num. 12. latè Auguſtinus Barboſa in collectaneis ad hunc textum, verſe. Quod in trium Episcoporum electionibus, num. 10.

Ad textum in cap. Pastoralis, §. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Agens prius petitorio, ante conclusionem in causa, possessorio agere poterit; postea vero non nisi ex iusta causa.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Res qualibet de facili revertitur ad suam naturam.
- 4 Quoties plures competunt actiones, una electa, cetera censentur sublata.
- 5 Expli. atur text. in Authentica, qui semel, C. quomodo, & quanto index.
- 6 Explicatur text. in l. fundum 18. §. fin. versic. Pendente iudicio, ff. de vi, & vi arm.
- 7 An in secunda instantia suspendi possit petitorium, & agi de iudicio possessorio.
- 8 Explicatur Clementin. unica, hoc tit. & num. 7. & 8.
- 9 Verbum, decernimus, ius novum inducit.
- 10 Spoliatus si expresse consentiat de proprietate agi, privilegio spoli renunciasse censetur; & quomodo hoc procedat, ibi traditur, & num. 17.
- 11 Quando libellus obscurus est, potest interrogari Actor quo iure vi velit.
- 12 Sententia certa super incerto libello proferri non potest.
- 13 Interdictum quorum legatorum, admittitur cum iudicio petitorio de petitione hereditatis.
- 14 Libellus alternatus in iudicio admitti potest.
- 15 Interdictum adipiscendæ, vel recuperandæ, simul, & retinendæ, vti possidetis, cumulari possunt, quando nulla datur repugnantia, & numero decimo sexto.
- 16 Explicatur l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de adquirend. possession. & num. 17.
- 17 Petitorium intentans, adversarium possidere supponit; qui vero possessorium, seipsum possidere facit.
- 18 Contraria allegans non auditur.
- 19 Explicantur textus in cap. cum Ecclesia Sutrina, cap. cum super, cap. cum dilectus hoc titulo.

C O N C L U S I O

Quia prius egit de petitorio, poterit ante conclusionem in causa agere possessorio adipiscendæ, vel recuperandæ: post conclusionem vero, non potest nisi iusta subest causa: Consonat textus in capite primo, & secundo, hoc titulo, cap. significaverunt, 36. de testibus, Clementina unica, hoc tit. l. cum fundum, 18. §. final. ff. de vi, & vi armata, l. 27. tit. 2. parte tertia, l. 8. tit. 11. libro secundo, Compilationis, tractat Menochius de retinendæ, remedio 3. à numero 307. Fachineus libro octavo controversiarum, capite sexto, Garcia de nobilitate, glos. 11. Scaccia de appellationibus, questione decima septima, limitatione 6. membro 9. numero 107. Paulus Emilius, 2. part. decision. 371. cum sequentibus, & 3. parte, decision. 143. Goveanus lib. 1. variarum, cap. 3. Cuiac. lib. 7. obstruendum, cap. 17.

Ratio est, quia ordo iuris postulat ut prius de possessione, quam de proprietate agatur, diximus supra in cap. hoc tit. unde cum res facile ad suam naturam revertatur, si unus, §. pactus ff. de pactis, merito is, qui prius egit petitorio, eo suspendo, poterit ante conclusionem de possessorio agere; post conclusionem vero non poterit, nam vii noster text. affirmat, alias lites fierent immortales, & ex litibus lites orientur, iuxta textum in terminato, C. de iudiciis, & litium expensis: liquidem per

conclusionem in causa, litigantes renunciasse videntur omnibus probationibus, & allegationibus, Clementin. 2. de testibus, cum idem sit causam esse decisam, vel post conclusionem decisioni proximam, l. si vi arm. 29. §. fin. de solutionibus: poterit tamen etiam post conclusionem agere, si causa ita postulaverit, veluti si post conclusionem in petitorio spoliatus fuisset: nam id in odium spoliantis est permittum, argumen. textus in l. meminimus, cum aliis, C. vnde vi.

Primo obstat principium illud, quo docemur, quod quoties competunt plures actiones, una electa, ceteræ omnes censentur sublata, l. si mulier, 21. §. fin. ff. quod metus causa, l. quod in heredem, 3. §. ff. de tributaria actione, l. 4. §. fin. ff. quod cum eo: l. habebat, 3. ff. de iustitioria actione, l. nemo 43. §. quoties ff. de regul. iuris: ergo cum in specie nostri textus pars elegerit petitorium iudicium: postea ad possessorium nullum habebit regressum, Verum hæc difficultas ex eo dissolvitur quia iura in argumento adducta procedunt, quando actiones, & remedia sunt omnino inter se contraria, & repugnantia origine, & effecta, l. ff. de furtis: At vero textus noster procedit, quando remedia non sunt contraria, sed tantum diversa: qualia sunt iudicium possessorium, & petitorium: nam cum ad eandem rem petantur, recte cumulari possunt, cap. 2. hoc tit. Decius in presenti, num. 2. Nec solutioni obstat textus in authentica, qui semel, C. quomodo, & quando index ubi is qui semel in iudicio proponit, tenetur illam usque ad finem litis persequi; quia textus ille procedit, quando Actor iam causa cepta, sine iusta causa ab actione desistit: At vero textus noster procedit, quando iusta subest causa, ut à petitorio desistat, & ad possessorium revertatur, quod iure singulari propter eius favorem fuit introducta, la. in dict. authentica, qui semel.

Secundo obstat textus in l. fundum 18. §. final. versic. Pendente iudicio, ff. de vi, & vi armata, ubi non solum ante conclusionem, verum etiam post eam pendente iudicio ante sententiam licet possessorium intentare. Sed ommissa communi Doctorum sententia assentium id procedere de iure Cæsareo, textum vero nostrum de iure Pontificio; quæ convincitur ex nostri textus verbis, versicul. Cum legali, &c. verissime tamen dicendum est, quod verba textus in dicto §. final. versicul. Pendente iudicio, sunt referenda, quoad partes ipsas; quia quoad illas pendet, usque ad causam conclusam: quoniam ulterius non audiuntur, cap. cum dilectus, de fide instrumetorum, Glossa 1. in cap. 1. de mutua petitionibus. Nec obstat textus in Clementin. unica, hoc tit. ubi in secunda instantia est licitum petitorium suspendere, & de possessorio disceptare: quia textus in dict. Clementina unica, procedit de iure novo in causis beneficialibus ad Sedem Apostolicam per appellationem legitime devolutis, in quibus permittum est, quod etiam si in prima instantia de solo petitorio fuerit actum, eo suspendo possit agi de possessorio: quæ interpretatio deducitur ex illo verbo: Decernimus, quod ius novum inducit, cap. dispensia, §. reus quoque, de rescriptis, lib. 6. cap. decernimus, de iudiciis, l. decernimus, 36. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, l. 3. C. de Episcopali Audientia, cap. decernimus, de sententia excommunicationis, lib. 6. Accedit etiam, quod Romanus Pontifex supremus est, & omnium Ordinariorum iudex ordinarius, cap. cuncta per mundum, 9. quest. 3. cap. omnes, cap. Sacrosancta, 22. distinctione, Extravag. unam Sanctam, de maioritate, & obedientia: idem recte potuit specialitatem illam in causis beneficialibus per appellationem ad Sedem Apostolicam devolutis constituere; præcipue cum in illis ordo iuris non observetur, Clementina, dispensiam, de iudiciis, Clementina sapere, de verborum significatione, quæ specificitas, & novum illud ius constituitur, quia si appellatione interposita ad Pontificem, iterum super possessione ad iudicem primæ instantiæ revertetur, daretur maxima dilatio, quæ in beneficiis damnosa est, cap. 2. cap. quia divorsitatem, de concessione prebenda.

8 Tertiò obstat dicere, quod in dicta Clementina 1. in 2. parte, nil novi est additum: siquidem nostri textus decisione, is qui prius de petitorio egit ante causæ conclusionem, poterit de possessorio iudicio agere. Cui dubio est respondendum, quod specialitas in eo est, & ad id fuit necessaria nova illa Clementis V. decisio, ut cum appellatio post appellationem admittatur: nam cum appellatio, sive fiat ante sententiam, post litem contestatam, sive post sententiam, cum ad iudicem appellantis iurisdicção tantum devoluatur in eo articulo, super quo appellatio interposita fuit, *cap. final. vers. Appellator, 2. quæst. 6. cap. cum teneamur, 17. de appellationibus, & cum iudex de proprietate datus, de possessione cognoscere non possit, l. si de possessione, C. si à non competenti iudice, merito necessariò sequitur, quod iudex ad quem solum super proprietate fuerat appellatum, non possit de possessione cognoscere, cum de ea nihil fuisse actum, & ideo jus singulare deducitur in dicta Clementina, unica, hoc tit. quod etsi in causis beneficiaribus non sit ad Sedem Apostolicam super utrumque appellatum, poterit tam Actor, quam Reus, suspenso petitorio, contra Actorem de possessorio agere, & iudex appellantis de utroque iudicio cognoscere, quamvis de utroque non fuerit coram iudice inferiori actum, Baldus in presenti, numer. 4. Imola num. 7. Covarruvias lib. 1. variarum, cap. 16. numer. 13. Garcia de nobilitate, glossa 1. §. 2. numer. 23.*

9 Quarto obstat dicere, quod si spoliatus, tacitè, vel expressè agi consenserit de proprietate, videtur renunciasse privilegio spoliij, *cap. cum super, hoc tit. c. 6. de restitutione spoliatorum*: ergo cum in presenti spoliatus elegerit de proprietate agere, videtur spolio renunciassè, ac per consequens ad illud nullum habebit regressum. Cui dubio ut occurras, animadvertere debes, quod spoliatus, qui à principio proprietatem intentavit, non videtur spoliij privilegio renunciassè, & cum nihil contrarium possessorio Interdicto egisset, rectè poterat petitorium suscipere, & de possessorio agere: & ita obtinet textus noster: scus verò dicendum, quando à principio cepit possessorio Interdicto agere, & antequam sibi facta fuisset restitutio, consensit, ut prius de proprietate ageretur: nam hoc in casu privilegio possessorio renunciassè videtur, nec ad illud regressum habebit, juxta textum in l. quaritur, 14. vers. Remittentibus, ff. de adilitio edito, & ita obtinent iura in argumento adducta, Decius in presenti, num. 1. Imola num. 2.

10 Quinto his omnibus obstant valde nostri text. verba: ibi: *Inter ipsa iuris auspicia requisitus, quo malit experiri iudicio, &c.* Ex quibus verbis constat, quod in specie nostri textus Actor fuit interrogatus, quo vellet experiri iudicio, an possessorio, an petitorio, denotans non potuisse simul agere. Sed huic dubio respondendum est, prædictam interrogationem in presenti ob id factam fuisse, quia ex libello non expresse constabat actorem voluisse utrumque iudicium cumulare: erat namque libellus aded incertus, obscurus, & generalis, ut referri possit ad solam possessionem, vel ad solam proprietatem, & cum super incerto libello certa non possit proferri sententia, *paraphrasi curare, Institut. de actionibus*, merito iusta de causa Actor fuit interrogatus, quæ actione experiri vellet, Garcia de nobilitate, glossa prima, §. 2. numer. 25. Menochius de retinenda, remedio 3. numer. 231.

11 Neque obstat textus in l. 1. §. quod autem, ff. quorum legatorum, ubi cumulatio Interdicti quorum legatorum, quod est remedium adipiscendæ, cum iudicio petitorio de petitione hæreditatis admittitur, præcipue propter incertitudinem, ex parte Rei conventi; ex cuius decisione constat extra illam incertitudinis causam, cumulationem petitorij, & possessorij non esse admittendam: Quia dicendum est, quod ibi non attenditur ratio illa incertitudinis Rei conventi, sed solum attenditur cumulatio illa ad hoc, ut libellus ille alternativus, & incertus recipiatur, quoniam actor tantummodo al-

tero iudicio agere volebat, utrumque propter incertitudinem alternativè proposuit: nam licet libellus obscurus non admittatur, tamen alternativus admittitur, Pinellus in l. 2. §. part. cap. 3. num. 8. Cod. de rescindenda vend. Baldus ibi, num. 19.

Sexto obstat text. in dicta naturaliter, §. nihil commune, de adquisenda possessione, ubi non solum ante conclusionem permittitur agere adipiscendæ, vel recuperandæ possessionis remedio, verum etiam retinendæ *visi possideta*: ergo non rectè in specie nostri textus, in versicul. *Alijs possessorijs*, id omnino negatur. Cui dubio est verissime dicendum, decisionem text. in dicta §. nihil commune, intelligendum esse in terminis illis, in quibus nulla datur repugnantia inter possessorium retinendæ, & petitorium iudicium: sicut enim decisio textus nostri, quæ solum loquitur in possessorio adipiscendæ, & recuperandæ, limitatur in illis casibus, in quibus repugnantia cumulatio horum iudiciorum cum petitorio: similiter etiam decisio textus in dicta §. nihil commune, intelligi debet in casibus, in quibus inter possessorium, & petitorium retinendæ non datur repugnantia, vel quia Actor rei vindicationem intentans non erat certus de sua possessione, Cujacius lib. 7. observo, cap. 37. Fachineus lib. 8. controversiarum cap. 6. Goveanus libr. primo, variarum cap. 1.

Septimo solutioni obstat dicere, quod is qui prius egit de petitorio, neque etiam ante conclusionem poterit de possessorio agere; nam qui intentat petitorium, adversarium possidere proclamatur, *cap. examinata, 15. & ibi Glossa, verbo, Possidebat, in princip. de iudicij*, si enim intentat possessorium retinendæ, fatetur possidere, *cap. licet casum, 9. de probationibus*: ergo tanquam allegans in iudicio contraria, audiri non debet; *cap. sollicitudinem 54. in fine, de appellationibus, l. 2. §. sed etsi, ff. quando appellandum sit, l. 1. C. de furtis*. Cui dubio communiter dici solet, quod licet verum sit, quod contrarium allegans non addiatur; tamen negari solet in presenti contrarietatem esse; cum textus noster solummodo loquatur de Interdicto possessorio adipiscendæ, vel recuperandæ, in quibus cum petitorio iudicio nulla extat repugnantia, *dicta naturaliter, §. nihil commune, Clementina, unica, hoc tit.* argumentum vero supra propositum locum habere in iudicio possessorio retinendæ, in quo repugnantia cum proprietate extat: Glossa in presenti, verbo: Quod de recuperanda, apud medium.

Nec Ulpianus in d. §. nihil commune, cogitavit de cumulatione possessorij & petitorij Interdicti, sed tantum quæstioni sibi propositæ respondit rogatus, nempe an is qui prius egerat rei vindicationem, admittendus esset, si postea intentasset possessorium retinendæ? & eleganter respondit sicut Papinianus Interdicto recuperandæ, responderat in leg. cum fundum, 28. §. fin. de vi, & vi armata, non esse renunciatum possessorio retinendæ, ex eo solum, quod quis rei vindicationem prius experiri cepisset, rationem ex Papiniano reddens nihil habere commune proprietatem cum possessione: qua etiam usus fuit Venuleius in leg. permittenti, 52. digesto, de adquisenda possessione, & Iulius Paulus in leg. & an 14. paragrapho fin. de exceptione rei iudicata.

Neque obstat, si dixeris, quod etsi in dicta §. nihil commune, non agatur de cumulatione, sed de suspensione petitorij; tamen contrarietas supra adducta vitari non poterit. Quia hæc difficultas dissolvitur, si dixeris decisionem textus in dicta §. nihil commune, agere de diversis possessionum speciebus, veluti cum quis naturaliter possidet clam, vel precario, & egerit vindicationem; & quia is me inquietaret in possessione civili, possum agere retinendæ, seu *visi possideta* Interdicto, quæ cumulatio rectè admittitur, cum nulla addit contrarietas propter diversas possessionum species, notat Glossa, fin. in d. §. nihil commune, Bald. & Paul. in l. ordinarij 17. C. de rei vind. Abb. in presenti, n. 22. Mart. n. 33. Men. de retinenda, remedio 3. num. 533.

Octavo contra vltima nostri text. verba, ibi: *Agri possessorio non negamus*, &c. Obstat textus in *cap. cum Ecclesia Sutrina, cap. cum super, cap. cum dilectus, hoc tit.* ubi constat, quod si vtrumque petitorium, & possessorium fuerit in iudicio deductum, super vtrumque etiam sententia ferri debet, & super proprietate lata in executione perfertur: ergo in presenti facultas agendi super possessione inutilis videtur, cum prius fuerit, actum de petitorio. Cui difficultati responderi debet, quod iura in arg. adducta procedunt, quando sententia ferenda est simul super vtrumque: At verò in nostro textu, cum iuratio non datur ad effectum, vt de vtroque agatur, sed tantum ad effectum suspendendi, quo in casu non debet super vtroque sententia pronounciari, *cap. significaverunt, de testibus, cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum, Clemen. unica, hoc tit.* ideoque non est superflua suspensio, de qua in presenti, cum per eam solum terminetur causa possessionis, & ea finita, poterunt partes litigantes ad proprietatem redire.

Ad textum in cap. Cum dilectus, 6. hoc titulo.

DE materia huius textus, latè supra diximus in cap. 2. & 3. hoc titulo.

Ad textum in cap. Cum olim, 7. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Probata quasi possessione collatoris, obtinet institutum, reservata contra collatorem proprietate iuris conferendi discutienda.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Fructus ad bona fidei possessorem spectat. Collatio beneficiorum inter fructus computatur.
- 3 Beneficiorum longa vacatio est contra publicam utilitatem.
- 4 Beneficiorum ac dignitatum collatio ad quem spectet de iure communi?
- 5 Reservatio proprietatis, vel possessionis, quando fieri debeat.
- 6 Sententia lata in possessorio non parit exceptionem rei iudicata in petitorio.
- 7 Institutus ab eo qui est in quasi possessione conferendi, securus manet, licet ius conferendi a collatore vincatur.

CONCLUSIO

PROBATA quasi possessione collatoris obtinet institutum, reservata contra collatorem proprietate. Idem probat text. in *cap. querelam, 24. de electione, cap. consultationibus, 19. de iure Patronatus, cap. cum super, cap. quamvis, de re iudicata, l. 9. tit. 15. part. 1. l. 20. tit. 22. part. 3.* docent Gutierrez consilio 4. num. 34. Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria, glossa 18. num. 22. & glossa 45. §. 2. num. 4. Garc. de beneficiis tom. 5. part. cap. 5. l. 1. Antonius lib. 3. de Sacris Ecclesia ministeriis, c. 9. Tiraquellus de iure mariti, glossa 8. num. 147. Selva de beneficiis, 2. part. quæst. 7. Rochus de iure Patronatus, c. 60. Competens, quæst. 14. Lambertinus eodem tit. 1. part. lib. 2. quæst. 2. art. 1. Covarruias in practiciis, cap. 14. num. 2. & cap. 36. num. 6. & cap. 13. num. 8. Robertus lib. 1. sententiarum, cap. 10. Corraius de beneficiis 2. part. cap. 5. Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. actus 4. num. 76. Mascardus de probationibus conclus. 952. num. 42. Valasc. de partitionibus, cap. 9. num. 23. & 24. Escobar de Rationibus, cap. 9. num. 14.

Ratio pendet ex regula illa, qua docetur, quod fructus spectant ad bonæ fidei possessorem, l. bona fidei, 2. de adquirendo rerum dominio, vt inferius dicemus in *cap. gravia, de restitutione spoliatorum*, & cum collationes beneficiorum computentur inter fructus, Glossa fin. in fine, in *cap. cum Bertholdus, de re iudicata*, Glossa 1. in *cap. ex literis, de iure Patronatus*, Molina de primogeniis, lib. 1. cap. 24. num. 2. Barboza in l. disortio, §. 5. si vir, num. 52. soluto matrim. iusta de causis, Episcopi Vicentini electio obtinuit, cum bona fide in quasipossessione eligendi esset, siquidem sine Canonico rum reclamatione duo Archidiaconi ab antecessoribus illius quietè fuerint electi, vt constat ex litera nostri textus: nam si de vera proprietate conferendi agendum esset, lites nimium protraherentur, & beneficia diu vacarent, quod esset contra publicam utilitatem, *cap. 2. de concessione prebenda, cap. unico, §. final. ne sede vacante, libro sexto.*

Primo obstat textus in *cap. quanto, de iure, qua fiunt a 3. Pralato, cap. fin. de supplenda negligentia Pralatorum, c. ult. de concessione prebenda, cap. unico, ne sede vacante, lib. 6.* Ex quibus constat, quod de iure communi ad Capitulum simul cum Episcopo Dignitatum collatio spectat: ergo cum Episcopo Vicentino obtinere ius commune, bonam fidem habere non poterat, iuxta text. in l. quemadmodum, C. de agricolis, & consuet. lib. 1. Reg. qui contra, de Reg. iuris, lib. 6. ac per consequens, fructus collationis percipere non poterat, *dist. 1. 48. §. si quis a non domino, de rerum divisione.* Qua in difficultate dicendum est diversa fuisse tempora circa prebendam electiones: nam aliquando ad Capitulum simul cum Episcopo spectabant, aliquando veto ad Episcopum tantum sed consuetudo attenditur: de qua re videre oportet ea, quæ supra diximus, in *cap. cum Ecclesia Sutrina, 3. hoc tit. in 6. argumento.*

Secundo obstat dicere, quod in presenti contra Episcopum Vicentinum, neque de possessione, nec de proprietate fuerat actum, sed tantum cum Archidiacono electo: ergo ex Regula illa, *Res inter alios acta, vttaque causa, vel neutra reservanda erat*; non tamen simpliciter proprietatis causa Episcopo reservanda erat, siquidem ex regula textus in l. sapa de re iudicata, reservari debet tam proprietas, quam possessio: ergo sententia lata pro Archidiacono non debet nocere, nec prodesse Episcopo. Quæ difficultas tollitur si dixeris, quod in presenti, Pontifex proprietatem tantam reservavit Canonicis, quia cum ex lite acta cum Archidiacono constaret de quasipossessione conferendi, iusta de causa non credidit Capitulum, vt amplius de ea litigaret, Covarruias in practiciis, cap. 14. num. 1. Mascardus 3. tom. de probationibus, conclusionem 1268.

Tertio obstat dicere, quod frustra regula illa, *Res inter alios acta*, in presenti adaptatur, siquidem condemnatus de possessione potest cum eadem persona, etiam de proprietate contendere: siquidem sententia in possessorio, non parit exceptionem rei iudicata in petitorio, etiam inter easdem personas, l. nam eadem, §. vlt. in ff. de exceptione rei iudicata: ergo multo minus inter diversas, ac per consequens, vltius Capitulum poterat, cum Archidiacono de proprietate litigare. Sed responderetur regulam in presenti, rectè fuisse adaptatam: quia cum fuerit pronounciata sententia in favorem Archidiaconi, in quasipossessione eligendi, non poterat vltius Capitulum cum eo litigare super proprietate: nam licet evinceretur ius eligendi ab Episcopo, quoad proprietatem, tamen exinde non erat auferendus Archidiaconus à prædicta dignitate, quæ iam semel ab Episcopo, qui ius conferendi habebat, erat collata, ex regul. textus in c. consultationibus, de iure Patronatus, ideoque iusta de causa proprietas solummodo cum Episcopo, non verò cum Archidiacono disceptari poterat. Reliqua sunt petenda ex his quæ supra retulimus in *cap. cum Ecclesia Sutrina, hoc tit.* & quæ inferius dicemus in *cap. cum Bertholdus, cap. cum super, de re iudicata.*



AD TITVLVM DE Restitutione Spoliatorum. XIII.

Ad textum in cap. Licet multum, 1. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1. *Proprietatis exceptio non admittitur adversus petentem restitutionem ex Interdicto unde vi, nisi ipse consentiat.*
2. *Ratio assignatur.*
3. *Ius publicum privatorum consensu renunciari nequit.*
4. *Explicatur text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, & cap. cum dilectus, de causa possessionis.*
5. *Explicatur textus in capite secundo, eodem tit. de causa possel. & l. cum fundum, §. fin. de vi, & vi armata.*
6. *Proprietatis exceptio in continenti probata impedit restitutionem.*

C O N C L U S I O.

Adversus petentem spoliij restitutionem ex Interdicto unde vi, non admittitur proprietatis exceptio, nisi ipse consenserit. Consonat textus in capite secundo, cap. in literis, cap. item cum quis, cap. ex conqessione, cum aliis, hoc titulo, cap. final. de ordine cognitionum, cap. consultationibus, de officio delegati, capite primo, & per totam 2. quaestione secunda, illustant Menochius de recuperanda, remed. 1. numero 161. & de retinenda, remed. 3. numero 162. Idem consilio 2. numero 191. Mascardus de probationibus, conclusio. 1325. numero primo, Garcia de nobilitate, gloss. 11. numero decimo septimo, Antonius Gomez in l. 45. Tauri, numero 182. & sequentibus, Valasco consultatione 119. Barbof. in l. divorzio, §. ob donationes, numero decimo quinto, & sequentibus, ff. soluto matrimonio, Idem in l. si de vi, numero 61. cum sequentibus, ff. de iudiciis, Mantica decisione 118. numero decimo tertio, Gratianus disceptation. Forensium, cap. 65. num. 18.

Ratio quare cessat spoliium, & de proprietate cognoscitur, est quia unusquisque privilegium pro se introductum ad libitum renunciare potest, l. penultim. cum vulgatis, Cod. de pallis, cum neque invito detur, l. index 43. ff. de minoribus, l. invito 166. ff. de regul. iuris. Deinde quia scienti, & volenti non fit iniuria, nec dolus, cap. scienti 27. de regul. iuris in 6. merito cum in presenti consensisset, vt de proprietate cognoscitur, idco cessat spoliij privilegium, & mutatur iudicij natura, vt in secunda nostri textus parte, de qua nunc tractamus, nam de prima suis propriis locis agemus.

Primò obstat textus in l. 1. ff. de vi, & vi armata, l. meminerim, cum aliis, Cod. unde vi, ex quibus iuribus constat ad ius publicum pertinere, quod spoliatus ante omnia restituatur, sed ius publicum privatorum consensu renunciari non potest, l. iurisgentium 7. §. si pacificus, cum aliis, ff. de pallis: ergo nec in presenti restitutio renunciari poterat. Cui dubio dicendum arbitror, præcipue, & principaliter spoliij privilegium esse introductum in favorem spoliati; & secundario in odium spoliantis, & in favorem Reipublicæ, ac idco ab spoliato rectè renunciari potest; ex iuribus, & rationibus supra adductis. Nec obstabit dicere exinde delinquendi occasio præstari, in quo Respublica læditur. Quia id obtinet in futuro, non verò in præterito delicto: quare rectè in presenti spoliium præteritum re-

mitti potest, argumento text. in cap. quemadmodum, §. illud, de iureiurando.

Secundò obstat textus in cap. cum Ecclesia Sutrina, cap. cum dilectus, de causa possessionis, & proprietatis, vbi cum possessio, & proprietates eodem tractentur iudicio, etiam consentiente spoliato, vt de proprietate prius disceptetur, præfertur possessio in ordine quoad sententiam; & proprietates, quoad executionem; ergo male in presenti proprietates etiam in ordine, quoad sententiam præfertur. Cui dubio commune responsum receptum est, videlicet quod in iuribus in argumento adductis tantum ordo iuris refertur: At verò in presenti à Gregorio I X. non ordo iuris, sed sententiæ effectus interibitur, scilicet quod probata proprietatis exceptione secundum ordinem supra adductum, silentium spoliato imponatur: si verò non fuerit probata, restitutio fiat, iuxta textum in cap. cum dilectus de ordine cognitionum, notant Menochius, & Mascardus locis supra citatis.

Tertio obstat textus in capite secundo, de causa possessionis, & proprietatis, l. cum fundum, §. fin. ff. de vi, & vi armata vbi etiam durante iudicio super proprietate spoliatus spoliij interdictum intentare poterit: ergo & in presenti poterit petitotium suspendere, quamvis in eius probatione consensisset, & duntaxat de spolio disceptare. Qua in difficultate omissis aliis, verius dicendum est, iura in argumento adducta procedere, quando spoliatus, nec expressè, nec tacitè in proprietate consensit. At verò textus noster procedit, quando expressè spoliium renuntiavit, de quo dubio videri oportet quæ supra diximus in cap. 2. & 3. de causa possel. & proprietatis.

Quartò obstat textus in cap. literas, §. præterea, hoc titulo, vbi proprietatis probatio in continenti oblata impedit spoliij restitutionem: ergo frustra spoliati consensus desideratur. Quæ difficultas facilè dissolvitur si dixeris, quod decisio textus in dist. §. præterea, procedit de iure singulari, in quo etiam invito spoliato suspenditur restitutio ex probatione illa in continenti oblata; quod est admissum propter irreparabile incepti periculum, vt suis propriis locis inferius agemus.

Ad textum in cap. Sollicitè, 2. cap. Accepta, 3. cap. Audita, 4. hoc tit.

S V M M A R I V M.

1. *Petenti beneficii restitutionem ex Interdicto, unde vi, non obstat exceptio renunciationis post spoliium facta, & num. 3.*
2. *Ratio assignatur.*
3. *Explicatur text. in cap. accepta, 1. hoc tit.*
4. *Renunciens, possessionem, & proprietatem simul amittit.*
5. *Vitium procedens ex metu purgatur consensu ex post facto practico.*
6. *Agens possessorio recuperanda non tenetur spoliatori respondere, nisi super alia spoliatione.*
7. *Agenti possessorio recuperanda saepe obstat dominij exceptio.*

C O N C L U S I O.

Petenti beneficii restitutionem ex Interdicto, unde vi, non obstat exceptio renunciationis facta post spoliium. Consonat textus in cap. super hoc, de renunciatione, cap. quia verissime, de presumptionibus, l. cum de indebito, digestis de probationibus: illustant Gutierrez de iuramento confirmatorio, tertio parte, capite decimo nono, numero vigesimo primo, cum sequentibus, de probationibus, conclusio 1272.

Rebuffus in *praxi beneficii, titulo de vi in resignatione, num. 6.* Flaminus *de resignat. lib. 3. quest. 5. num. 1.* Idem *lib. 9. quest. 5. ad finem.* Menochius *de recuperanda. remed. 1. num. 163. & 2. Azor. seu. moralium part. 2. lib. 7. cap. 26. quest. 7.* Frechilla *ad titulum, de renunciatione, in cap. admonet. num. 39.*

Ratio deducitur ex ipsiusmet nostri textus verbis ibi: *Quia non est verisimile quod sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciatur spoliatus.* Cum renunciatio beneficii libera, & spontanea esse debeat, *cap. super hoc, c. admonet, cum aliis, de renunciatione, Calladorus decis. 2. de renunciatione.*

Primò obstat textus in *cap. accepta, 3. hoc nostro titulo, ubi petenti ex Interdicto unde vi, obstat exceptio renunciationis, & restitutio spoliato denegatur.* Quæ difficultas parum oberit, si dixeris, quod textus in *dist. cap. accepta,* procedit, quando beneficii renunciatio facta, & iurata est sponte, & ante spoliū, ac idè nil mirum, quod renunciatio admittatur, & restitutio denegetur; cum ob renunciationem ita sponte factam, nec titulus, nec possessio demonstrari possit. At verò in specie nostri textus restitutio competit, & renunciatio non admittitur, quia renunciatio illa fuit facta post spoliū, quæ spontanea dici non potest; notat Anton. Augustinus in *notis, ex prima Decretalium collectione in presenti, Menochius de recuperanda, remed. 1. num. 15. & 142.*

Secundò obstat text. in *cap. 2. cum seqq. de renunciatione, c. quam periculosum, 7. quest. 1.* ubi is, qui renunciat, possessionem simul & proprietatem amittit; sed ad obtinendum de spolio tantum de possessione docere necesse est, *cap. consultationibus, 10. de officio Delegati:* ergo cum in presenti ex vi renunciationis, nec de possessione demonstrari poterat, restitutio omnino deneganda erat. Sed huic obiectiōni respondebis, iura in argumento adducta procedere, quoties renunciatio legitime facta fuerit: nam tunc possessio, & titulus amittitur: secus verò cum vi, vel metu post spoliū renunciatio facta fuerit: nam cum tempore spoliij in presenti Clericus possessionem titulo iustificatam habuerit, mirum non est, quod ante eius restitutionem, non admittatur renunciationis exceptio, *cap. in literis, hoc titulo, ubi latius agemus.*

Tertiò obstat text. in *cap. 1. de his qua vi: l. 2. C. de eo, quod metus causa, ubi vitium procelens ex metu, purgatur ex post facto, consensu interveniente: sed in presenti renunciatio fuit facta post spoliū, ergo ex illo sequentis consensu valere debebat. Quam difficultatem vt dissolvamus, dicendum est, iura in argumento adducta locum habere quando iam constat de libero, & spontaneo consensu. At verò textus noster procedit, quando renunciatio fuit facta durante adhuc metus causa, quæ semper durare præsumitur, donec non fuerit facta renunciatio.*

Quartò obstat textus in *cap. finali, de ordine cognitionum, ubi dicitur quod agens possessorio recuperandæ, non tenetur spoliatori respondere, nisi super alia spoliatione: ergo in presenti super exceptione renunciationis respondere ante restitutionem non tenetur. Sed in hac difficultate dicendum est, idè in presenti aliam exceptionem, quam spoliationis, admittendam esse, videlicet renunciationis: quia renunciatio spontanea facit, vt is qui renunciat, non solum possessionem, verum etiam proprietatem amittere videatur; merito agenti remedio recuperandæ, obstat poterit exceptio renunciationis, *Glossa 1. in cap. inter cetera, de præbendis, sed cum in presenti renunciatio post spoliū sit facta, exceptio renunciationis obstat non poterit. Nec obstat textus in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum, l. ille à quo, §. 1. ad Trebellianum, l. 3. §. 1. ff. vt in possessionem legatorum, l. 3. §. causa, ff. de Carboniano Edicto, in quibus iuribus constat, quod agenti possessorio recuperandæ sæpe obstat dominij exceptio, quia hæc omnia, & similia iura procedunt non interdicto recuperandæ, sed in Interdicto adspiscenda possessionis: nam**

agenti eo remedio obstat exceptio dominij in continendo probata: textus verò noster loquitur in Interdicto recuperandæ, in quo exceptio dominij etiam in continendo probata non admittitur, vt constat ex iuribus, & rationibus supra adductis.

Ad textum in cap. In literis, §. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Petenti restitutionem beneficii, referri non potest questio non Canonica institutionis.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *In causis possessory quibus annexa est causa proprietatis, de possessione tractari non potest, nisi prius de titulo proprietatis appareat.*
- 4 *Explicatur text. noster in versic. Prius de evidentia, &c.*
- 5 *Confessio partis in iudicio facta, impedit restitutionem rei petita.*
- 6 *Spoliatus agens pro restitutione cadaveris violenter ablati, spoliatori ante restitutionem respondere tenetur.*
Explicatur textus in cap. cum libetum, de sepulchris.
- 7 *Explicatur textus in l. 3. §. proinde, ff. de vi, & vi armata.*
Interdictum de vi, & vi armata, non competit ubi possessio corporaliter apprehensa non est.
- 8 *Explicatur l. non solum, 12. §. si dominus, ff. de vlucap.*
- 9 *Interdictum unde vi, non competit, nisi ei qui antea possidebat.*
Explicatur text. in l. 3. §. unde vi, ff. de vi, & vi armata.
- 10 *Prado, & fur, equiparantur; & an restituendi? & num. seq.*
Explicatur text. in l. bona fides, 31. §. incurrat, ff. de depositi.
- 11 *Explicatur eadem lex, bona fides, in principio.*
Deportatus eo ipso actionem depositi amittit; sicut & alia beneficia qua iuris civilis sunt. ibid.
- 12 *Interdictum unde vi, nulla exceptione, vel reconventionem impediri potest.*
Explicatur textus in capite primo, de mut. petition. & cap. accusatores, §. cuius in agendo, 3. questione octava, l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. Lille à quo 13. §. 1. ff. ad Trebell.
- 13 *Prado rei depositæ restitutionem petens, si verus dominus eandem rem petat, denegatur restitutio.*
Explicatur l. bona fides, 31. §. 1. ff. de depositi.
- 14 *Interdictum, quod vi aut clam, compensatur cum dolo alterius, qui idem opus vi, aut clam demolitus est.*
Explicatur text. in l. si aliàs, 7. §. bellissimè, & l. si ad ianuam, ff. quod vi, aut clam.
- 15 *Procurator an in mutua actione dominum defendere teneatur.*
Explicatur l. sed hæc, 35. §. non solum, ff. de procurat.

C O N C L U S I O.

Petenti restitutionem beneficii, questio institutionis non canonica referri non potest. Consonat textus in capite primo, *cap. conquereute, cap. finali, cum aliis, hoc tit. cap. fin. de ordine cognitionum, cap. 1. & per totam 2. questionem 2. & per totam 3. questionem prima, & tertia, quest. 2. cap. cum Ecclesia Suerina, cap. cum super, cap. pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis, cap. 1. & fin. eodem tit. lib. 6. l. 1. & per totum, tit. ff. de vi, & vi armata, l. 1. C. unde*

vi, & Cod. si per vim, vel alio modo, l. fin. tit. 10. parte tertia, l. 1. cum sequentibus, tit. 13. libro quarto, Recopilacionis, illustrant Gutierrez de iuramento confirmatorio, tertia parte, capite decimo nono. & in quæstionibus Canonis, capite trigesimo quarto, Covarruvias in practico, cap. 13. Menochius de recuperanda, remed. 1. Fachineus lib. 8. controvertiarum, cap. 8. & 9. Morla in imperio iuris, tit. 1. quaest. 9. num. 50. Azevedo in l. 10. num. 25. tit. 13. lib. 4. Recopilacionis, Mascardus de probationibus, conclus. 1326 Donel lib. 15 Commentariorum, cap. 31. Duaren. lib. 1. disputat. cap. 1. Idem in paraphrasi ad titulum ff. quod vi, aut clam, Cuiac. lib. 1. observat. cap. 20. Idem lib. 16. observat. cap. 12. Fomertius lib. 2. selectarum, cap. 14. Anton. Faber de erroribus, decade 77. errore 4.

2 Ratio quare prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione agendum sit, ea est, videlicet, quia uti textus refert, etiam prædo secundum iuris rigorem, restituendus est, l. si pignore, 22. §. si prado, ff. de pignoratitia actione, cum spoliij natura sit, quod etiam si spoliatus iniustam possidendi causam habeat, ante omnia tamen restitui debeat, iuxta textum in l. 1. & per totum, tit. ff. de vi, & vi armata, quod Interdictum naturali ratione fuit introductum, siquidem natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates augeamus, notat Cuiac. libro tertio, observat. cum nemo cum alterius iactura locupletari debeat, l. nam hoc natura, 14. ff. de conditione indebiti, cap. locupletari 48. de reg. iuris libro sexto.

3 Primo obstat text. in l. 2. §. quadam, ff. de interdicitis, l. 3. §. hoc autem, ff. de iurere altaque privato, ex quibus iuribus deducitur, quod in causis possessoriis, in quibus proprietatis causa annexa est, nullatenus de possessione tractari potest, nisi prius de titulo proprietatis appareat, sed causa possessionis beneficiæ habet causam proprietatis annexam, cum sine titulo beneficium Ecclesiasticum sustineri nequeat, cap. 1. de regul. iuris, lib. 6. Ergo & in presenti ante possessionis, seu restitutionis causam de titulo docere necesse est. Verum huic difficultati respondendum est, verissimum esse quod in illis causis ante restitutionem prius de titulo restitutionis docere necesse est: neque interest, an sit fructus præsumptus, vel putativus, cum id pertineat ad plenam proprietatis cognitionem. Nec obstant verba nostri textus ibi: *Prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione agendum est, &c.* Quia verissime est dicendum quod in presenti ante restitutionem, iam constabat de illius beneficij possessione, etsi non ex iusto titulo, sed quia istum esse existimabat; quare cum ex illa, etsi iniusta, iustificatione ab spoliatore fuerit obiectum, spoliatum non habuisse iustum titulum, exceptio illa ante restitutionem non admittitur, quia ut supra diximus, id pertinet ad plenam proprietatis cognitionem.

4 Secundò obstant verba nostri textus ibi: *Prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione, &c.* Ex quibus constat ante ullam tituli cognitionem, seu iustificationem agi debere de possessionis spoliatione. Sed huius dubij vera decidendi ratio est, quod illius versiculi sensus sit, prius plenariè agendum esse de possessione. Nec exinde negatur summarie in presenti fuisse actum de canonica institutione, nec etiam obstant vltima nostri textus verba ibi: *Quia prado etiam secundum iuris rigorem restituendus est, &c.* Ex quibus deducitur talis consideratio, quod prædo, nec etiam iniustum titulum demonstrare poterat: nam in presenti Summus Pontifex arguit de prædone ad Clericum, qui prædo non erat quasi diceret, quod si prædo ex rigore iuris civilis restituendus est, multo fortius in specie nostri textus Clericus ille, qui prædo non erat, Abbas in presenti numero 23. Costantius in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquirenda possessione, num. 7. cum hoc est coniungendum sextum dubium.

5 Tertio obstat textus in cap. decimas, hoc tit. vbi si Canonici Sancti Nicolai adversus Parochum indictum, unde de vi, proposuerint, eis restitutio denegatur. Sed argumentum hoc dissolvitur ex eiusdem textus ratione: nam

ided ibi restitutio cessat, quia in iudicio expressè ab illis fuit confessum, decimas illas Parocho esse debitas; merito propter illam factam confessionem, eis restitutio denegatur, ut constat ex illius textus verbis, in versic. *At decimas, &c.* Glossa ibi, verbo: *Præsumitur.* Nec etiam obstat textus in cap. cum liberum, de sepulturis, vbi spoliatus agens pro restitutione cadaveris violentè ablati, non restituitur ante omnia, imò spoliatori ante restitutionem respondere tenetur, quod est contra decisionem textus in cap. final. de ordine cognitionum. Quia illius textus difficultas facile dissolvitur, si animadvertamus, quod licet verum sit, spoliatum ante omnia esse restituendum, & quod spoliatus iure sepeliendi agere possit iudicio possessorio, tamen speciale est in dict. cap. cum liberum, quod spoliatus ante omnia non restituatur, quovisque de iure plenè constet, ne corpori humano facile admitatur vexatio, notat Hippolytus singulari 199. Menochius de recuperanda: remedio 1. num. 444.

Quartò obstat text. in l. 3. §. proinde ff. de vi, & vi armata, vbi hoc interdictum non competit ei, qui propter metum, fundum derelinquit. Cui dubio est dicendum idèd ibi non competere, quia dominus fundum derelinquit ex eo, quod homines existimavit ad fundum venire: merito cum nemo ibi fundi possessionem nactus fuerit, & sine corporali possessionis apprehensione, hoc interdictum non competit, mirum non est, quod ibi cesset, cum non videatur vi deiectus, qui deiectionem non expectavit, sed ante aufugit. Nec solutioni obstat textus in l. non solum, 32. §. si dominus, de usucapionibus, vbi in eadem specie, qui vidit homines armatos ad suum fundum venire, & fundum derelinquit, etiam si nemo eorum fundi possessionem nactus sit, vi deiectus videtur, ut interdictum competit: quia dicendum est, quod in dict. §. si dominus, non competit interdictum, sed tantum vi deiectus videtur ad hoc solummodo, ut possessionem amittat, & res possit ab alio usucapi, quia civiliter, & naturaliter desit possidere, non tamen ad hoc ut interdictum restitutorium competit, cum à nemine possessio esset occupata, Osuald. ad Don. lib. 15. cap. 31. licera D.

Quintò adversus id, quod textus noster docet, videlicet hoc Interdictum non competere, nisi ei qui antea possidebat: quod etiam docet textus in l. 1. §. interdictum autem, & §. cum qui ff. de vi, & vi armata; & idèd colonus, si ab aliquo deiciatur, hoc interdictum experiri non potest, l. 1. §. deiciatur ff. de vi, & vi armata: obstat textus in l. colonus, 12. l. cum fundum 18. ff. eodem: ex quibus constat, colono hoc interdictum competere. Verum huic difficultati respondendum est, quod colonus in d. l. cum fundum, 18. & in d. l. 12. alio modo possessionem locatam retinet, ac idèd mirum non est, quod ei hoc interdictum competit, cum iam non tanquam colonus sed tanquam verus possessor fundum possideat. Neque obstat text. in l. 3. §. unde vi, ff. de vi, & vi armata, vbi usufructuarius, qui verus possessor non est, iuxta textum in l. 1. §. per eum ff. de acquirenda possessione, §. inde placet, Instit. per quas personas nob. acquir. hoc interdicto uti potest, quia idèd usufructuario non possidenti hoc interdictum competit, cum nominatim, & specialiter à Prætorè ita sit permissum in dict. l. 3. §. unde vi, & specialiter fuit necesse ut exprimeretur, cum in generali regula supra adducta, usufructuarius non comprehenderetur, quæ interpretatio deducitur ex l. si plures 9. §. 1. ff. de vi, & vi armata, Donellus libro decimo quinto. Comment. capite 31. versic. Summa.

Sexto obstat dicere, quod prædo, & fur æquiparantur, l. bona fides 31. §. incurrit ff. de depositis, sed fur restituendus non est, ne ex delicto suo commodum reportet, leg. itaque fulto 12. ff. de furtis. Tum etiam, quia dolo facit peccens quod statim restitutus est, l. dolo ff. de doli exceptione, cap. dolo, 59. de regul. iur. lib. 6. Ergo neque prædo in presenti restituendus est. Sed responderetur, quod prædo, & fur semper sunt restituendi, quia exceptio criminis non impedit restitutionem. Nec obstant iura in argumento adducta: quia locum habent, quando quis expressè, vel

racitè consensit, ut prius de crimine tractaretur, aliàs autem ante omnia esset restituendus, cum sibi imputare possit, qui delicti cognitioni ante restitutionem consensit, juxta textum in *c. significasti, de divorcijs*, tunc etiam quia procedunt in petitorio, non verò in possessorio iudicio.

Septimò obstat textus difficilis in *l. bona fides, 31. in principio, ff. de positi*, ubi Triphoninus affirmat, quod si Reus capitalis criminis apud me centum deposuit, & postea sit deportatus, & bona eius sine fisco applicata, depositum non debet deportato restitui ob defectum dominij, quia ei obstat dominij exceptio, quæ opponi poterat. Nec difficultatem dissolves, si dixeris diversum esse in deposito, ac in restitutione spoliati: quia convincitur, siquidem nec prædoni (ut supra diximus) exceptio dominij obijci potest. Tum etiam, quia prædoni deponenti restitutio competit, nec exceptio dominij admittitur, *l. 1. §. si prædono, 39. ff. de positi*, nam depositum & spoliij restitutionem comparavit Iustinianus in *l. fin. ad finem, Cod. de compensationibus*. Quare hac, & aliis omissis interpretationibus, verissimè est dicendum, quod in *d. l. bona fides*, depositatio restitutio denegatur non ob dominij defectum (ut nonnulli existimant) sed quia actionem depositi, quam habebat amiserat: nam deportatus, licet habeat ea, quæ iuris naturalis sunt, non tamen habeat ea, quæ sunt iuris civilis. *l. relegatus, 14. §. 1. l. deportatus 15. ff. de interditiis, & relegatis*, & quamvis depositum sit ex iure gentium, *l. 4. de iustitia & iure*, tamen actio efficax, & civilis ex eo oriri non potest; nisi inter Cives Romanos, meritò actio semel ex deposito acquisita, amissa civitate, etiam amittitur, *l. sunt quidam 17. ff. de pœnis*: præterea quia propter crimen se quodammodo pœnæ, & amissioni bonorum, & actionum subiecit, & per omnia manent, ac si in fisco renunciaasset, *l. Imperatoris, 34. ff. de iure fisci*, meritò actio depositi in fisco translata, ab ipso, non verò à deportato exerceri debet, cum jus civile semper prævaleat iuri gentium, Ant. Faber in *Rationali ad eundem textum*.

Octavò adversus id, quod communiter in presenti, notant omnes, videlicet hoc interdictum nulla exceptione, vel reconventionem impediri posse, juxta textum in *c. finali, de ordine cognitionum*, obstat textus in *cap. 1. de mutuis petitionibus, cap. accusatoris, §. cuius in agendo, 3. quest. 8. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendam, l. ille à quo 13. §. 1. ad Trebellianum*. In quibus iuribus constat, quod omnes, & quælibet reconventio, sive exceptio admitti debet, dummodo iusta, & à iure comprobata sit: igitur contra æquitatem, & jus naturale esset, ut proprietatis exceptio in presenti auferatur, cum exceptio, defensio sit; *cap. 2. cap. exceptionem 5. cum aliis, de exceptionibus*. Sed huius dubij ratio duplex est, una, favor spoliati; altera, odium spoliantis: spoliati favor, quia naturalis ratio dicitur, ut res quæ de facto ab ipso ablata est, de facto etiam absque vlla mora ei restituatur, *cap. 1. ut lite pendente, cap. oportet, 3. q. 1. cap. 1. hoc tit. lib. 6. odium spoliantis*; quia si ex longæva causæ cognitione restitutio fieret, daretur occasio spoliandi cum spoliator ex crimine lucrum caperet, meritò igitur ut in eo puniatur, in quo deliquit, *cap. an sicut, de appellationibus*, nulla exceptio nec reconventio admittitur, neque exinde defensio naturalis auferatur spoliatori, sed tantum suspenditur; usque dum restituat in pœnam spoliationis; cum, restitutione facta, possit persequi jus suum in causa principali. Neque obstat textus in *d. l. cap. 1. primo, de mutuis petitionibus*, cum similibus, supra adductis. Quia licet regulariter procedant, non tamen poterant adaptari ad interdictum restitutionis, de quo noster textus loquitur Cujacius lib. quinto observat. *cap. 19.*

Nonò obstat textus in *d. l. leg. bona fides, 31. §. 1. ff. de positi*, ubi probatur, quod si prædono rei depositæ restitutionem petat, & alius qui verus dominus est, eandem petat, denegatur restitutio prædono deponenti, & dominus præfertur: ergo exceptio dominij impedit restitutionem. Cuius difficultatis ratio in eo con-

sistit; nam id quod diximus, exceptionem dominij non impedire restitutionem, intelligendum est, si ab ipso meto spoliatore exceptio opponatur: secus vero dicendum; quando Tertius comparat, qui verus dominus est, & in continenti offert probationes: nam tunc cum odium spoliantis cesserit, preferendus est dominus, quo modo est interpretandus textus in *d. l. §. 1. & limitandus noster textus, Barbosa plures refertens in l. si diebus, 12. num. 8. versic. Principaliter, ff. soluto matrimonio*. Anton. Faber in *Rationali ad textum in d. l. leg. bona fides 31. §. 1. & in versic. Si tamen, & in l. qui rem 15. ff. de positi*. Neque obstat textus in *c. si consisterit 12. de accusationibus*, ubi adversus restitutionem admittitur exceptio alterius criminis. Quia textus ille loquitur in iudicio petitorio, at verò nos loquimur in possessorio, D. Balboa in *cap. fin. de ordine cognit. à n. 36.*

Decimò obstat text. difficilis in *l. si alius, 7. §. bellissimè, 14. & §. si ad ianuam, ff. quod vi, aut clam*, ubi interdictum, quod vi, aut clam, compensatur cum dolo alterius, qui idem opus vi, aut clam demolitus est; quare postquam illo interdicto egerit, repellitur etiam eodem interdicto, ex eo, quod opus eodem dolo destruxit. In cuius textus difficultate omiſsa interpretatione, quam refert Cynus, & Alberic. in *l. si quis, C. ad legem Iulianam de vi*, verissimè dicendum est, quod in *d. l. §. bellissimè*, questio tractatur, an si ego tecum agam interdicto, quod vi, aut clam, obſtet mihi exceptio à te opposita, quod non vi, aut clam feceris: in qua specie, ex Iuliani sententia, Vlpianus asserit exceptionem competere; & quidem, quia hæc exceptio etiam locum habet in interdicto unde vi, *l. 1. §. non autem, ff. de vi & vi armata*, Cujac. lib. 16. observat. cap. 12. Brillonius lib. 3. *selectarum, cap. 8.* Duarenus in *paraphrasi ad titulum, ff. quod vi, aut clam*, Anton. Faber de *erroribus, decade 77. errore 4.* Nec solutioni obstat text. in *l. ultima, §. fin. Cod. de compensationibus*, ubi cavetur possessionem alienam perperam occupantes compensationem opponere non posse. Quia dicendum est, illius textus decisionem procedere, cum opponitur mutua petitio, & compensatio procedens ex alia causa ordinata non privilegiata: si quidem causa restitutionis non debet differri propter aliam causam longiorem, cum id sit spoliij privilegium, ut ante restitutionem nulla compensatio admitti valeat; *d. l. cap. finali, de ordine cognitionum, cum similibus supra adductis.*

Undecimò his omnibus obstat textus difficilis in *l. sed hæc, 35. §. non solum, de procuratoribus*, ubi constat, Procuratorem Actoris, cuius nomine interdictum egit, cogendum esse in mutua actione per Reum opposita Actorem defendere, nec distinguit an mutua petitio ex alio interdicto descendat, nec nec: ergo si procurator mutua actionem contra interdictum nomine domini excipere cogitur, multo fortius idem dominus interdicto illo petitionis mutue respondere debet, non solum in simili interdicto, verum etiam, quod magis est, in interdicto ex alia causa proveniente, ne exinde melior sit conditio procuratoris, quam domini. Qua in difficultate dicendum est, *d. l. §. non solum*, non probare, quod interdicto unde vi recuperandæ, debeat procurator in mutua actione dominum defendere; sed tantum asserit, quod cum defendere debeat, iuxta legitimos iuris terminos, hoc est iuxta edictum Prætoris, de quo mentio habetur in *l. servum 33. §. ait Prætor, ff. de procuratoribus*, nam verbum *actionis* relatum in *d. l. §. ait Prætor*, latè pro quocunque iudicij genere, atque etiam pro interdicto sumitur, *leg. actiones 37. digesti de obligat. & actionib.* merito illa procuratoris defensio secundum iuris regulas admittitur, videlicet in causis, in quibus mutua petitio eiusdem iudicij, & interdicti est, & coram eodem iudice, quæ contra dominum fieri poterat, in qua procuratoris defensio admittitur: At vero quoties interdicti privilegium est, ut causa celeriter tractetur, & ut prius restitutio fiat, ut in nostro textu tunc Procurator dominum defendit, sed opportuno tamen loco, & tempore, videlicet postquam semel fuerit facta restitutio; nam tunc poterit mutuas actiones exercere, juxta

textum in l. si quis, §. ad fundum. C. ad legem Iuliam de vi publica. notat Ant. Faber in Rationali ad textum in dicit. l. sed hac 35. §. non solum, de procuratoribus. Reliqua videri oportet apud Anton. Richardum in §. in summa, de interdictione, n. 9. & seq.

Ad textum in capit. Conquerente, 7. hoc titulo.

DE materia huius textus dicendum est, in c. gravis, hoc tit. ad quem vos remitto.

Ad textum in cap. Gravis, 11. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuerunt, restituere, damna resarcire, & de iniurijs illatis satisfacere compellitur.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Accipiens rem alienatam in fraudem creditorum, an rem cum fructibus restituere teneatur.
Explicatur & conciliantur text. in l. final. §. non solum, & in l. ait Prætor 10. §. per hanc, & in §. Prætor, ff. quæ in fraudem cred.
- 4 Fructus an restituere compellatur emptor bona fidei.
Explicatur text. in l. qui scit, §. bonæ fidei emptor, ff. de v. furis, & l. bonæ fidei emptor, §. in contrarium, ff. de acquir. rerum dom.
- 5 Missus in possessionem ex primo decreto an fructus perceptos faciat suos.
Explicatur textus in l. Fulcinius, §. divus quoque, ff. ex quib. caus. in possess.
- 6 Hæres depositi mala fidei, ad usuras pecuniarum, quas non sanxit non tenetur.
Explicatur textus in leg. si navis 62. digestis de rei vindic.
- 7 Emptor mala fidei fructus restituere tenetur.
Explicatur textus in leg. si fundum, 17. Codic. de rei vind.
- 8 Emptor stipulatus rei empta vacuum possessionem, an quando ei fructus venditor restituere teneatur.
Explicatur textus in leg. 3. paragrapho si emptor, ff. de action. empr. & in leg. si stipulatus sit, digestis, de v. furis.
- 9 Bona fidei possessor non tenetur usuras fructuum præstare.
Explicatur textus in leg. hæres, paragrapho 1. de pet. hæred.
- 10 Fructus quando veniant in iudicijs particularibus, vel universalibus.
- 11 Fructus hominis mortui petiti, quando debeantur?
Litis contestatio malam fidem inducit.
Explicatur textus in l. pen. ff. de rei vind. & in l. Iulianus, §. 1. ff. eodem.
Fructus rei petita, qua periit absque possessoris culpa, non debentur.
- 12 Prædo an fructus rei locata suos faciat.
Explicatur text. in l. si urbana prædia, 55. ff. de cond. indeb.
- 13 Fructuum estimatio facienda est habito respectu ad personam spoliati, non vero spoliantis, & quid in alijs possessoribus?
Explicatur text. in leg. patri pro filio, 27. §. si pecuniam, versic. Et quis, leg. 2. Cod. de fruct. & lit. expen. leg. ait Prætor 10. paragrapho per hanc, ff. quæ in fraud. cred. & leg. cum hæreditas, 56. ff. de pet. hæred.

- 14 Vxor an adquirat fructus ex re sibi à marito donata?
- 15 Donatio inter virum, & uxorem, prohibita est, quando alter ex coniugibus efficitur pauperior.
- 16 Bona fidei possessor non tantum fructus naturales, sed etiam industriales suos facit.
- 17 Explicatur text. in §. si quis à non domino, Instit. de rerum divisione.
- 18 Bona fidei possessor omnes fructus consumptos, sibi acquirit præterquam naturales extantes.
Explicatur text. in l. bonæ fidei emptor, 48. ff. de acquir. rerum dom. & in l. certum, 22. Cod. de rei vind.
- 19 Partus ancilla furiva apud bona fidei possessorem editum, & conceptum, ab eo usucapari potest, & idem in pecudibus.
Explicatur text. in l. qui vas, §. ancilla autem, ff. de furtis.
- 20 Id quod ex re nostra nascitur ad nos pertinere debet.
- 21 Bona fidei possessor fructus consumptos restituere tenetur, quando ex illis factus est locupletior. Quod qualiter procedat ibi declaratur.
Explicatur litem veniunt, 20. §. præter, vers. Eos, ff. de petit. hæred. & l. 1. C. eod.
- 22 Fructus hæreditatem augent.
- 23 Fructuum donatio an inter virum, & uxorem permissa sit.
Explicatur text. in l. fructus, 45. ff. de v. furis.

C O N C L U S I O.

Violentus possessor rem cum fructibus, etiam qui percipi potuerunt, restituere, damna resarcire, & de iniurijs illatis satisfacere compellitur. Consonant textus in cap. conquerente, cum alijs, hoc tit. cap. cum causa 22. de officio Deleg. cap. bona, 1. de appellatione, cap. non liceat Papa, 12. q. 2. l. bona fidei emptor, §. in contrarium ff. de acquirendo vram dominio, l. fructus, 34. l. si navis, 62. §. fin. de rei vindicatione, l. si eaves, de actionibus empti, l. videamus, 38. vers. Et ideo, cum alijs, ff. de v. furis, l. 1. §. qui vi, ff. de vi & vi armata, l. sed etsi, 28. §. sed & fructus, l. si possessor, 55. l. evicta, 58. l. cum hæreditas, 59. ff. de petitione hæreditatis, l. ait Prætor, §. per hanc ff. quæ in fraudem creditorum, leg. sed & partus, 12. in princip. ff. de eo quod metus causa, leg. apud Iulianum 40. §. 1. de leg. 1. l. sed & partus 12. in princip. ff. quod metus causa, l. si fundum, C. de rei vindicatione, l. 3. C. de condit. ex lege, l. 2. Cod. de fructibus & litium expensis, §. si quis à non domino, de rerum divisione, §. etsi in rem, Instit. de officio iudicis, l. 11. tit. 17. part. 1. l. 44. tit. 28. p. 3. l. 9. & 10. tit. 10. p. 7. tractant Covar. in reg. peccatum, 2. p. §. 6. num. 4. Thomas Sanchez lib. 2. moralium, cap. 23. num. 97. Ioannes Garcia de expensis, cap. 23. n. 42. Fachin. lib. 1. contr. c. 9. Corrasius lib. 5. Miscellaneorum, cap. 8. & 9. Connanus lib. 4. c. in mem. c. 1. Castillo lib. 1. de usufructu, c. 36. Cuiac. s. 4. l. 4. ad Africanum, in l. cum hæreditas, ff. de petitione hæreditatis, & in §. si quis à non domino, de rerum divisione, & in commentarijs ad titulum, Cod. de condition. ex lege, in fin. & lib. 15. resp. Papin. in l. 18. ff. de his quibus, ut indignis, & lib. 15. obser. var. c. 20. Don. lib. 4. comment. c. 24. & lib. 2. c. 5. Osu. ibi, in. H. Anton. Faber 1. som. de erroribus, decade 7. errore 6. Idem lib. 4. coniect. c. 17. Amaya lib. 2. obser. v. c. 16. Ant. Richard. in d. §. si quis à non domino, & in d. §. etsi in rem, Instit. de officio iudicis.

Ratio quare spoliato omnes res simul cum fructibus restituendæ sunt, ea est, quia cum violentus possessor per interdictum, unde vi, restituere compellatur, l. 1. & per totum, tit. ff. & C. unde vi, & restitutio sit in pristinum statum plena restitutio; & in ea, omnia ablata, fructus & possessiones comprehendantur, l. quod si minor, ff. de minoribus, leg. patri pro filio, 27. §. 1. in fine, ff. eodem, l. cum Prætor 8. de verbor. significatione, iusta de causa violentus possessor non solum ad restitutionem fructuum perceptorum, sed & percipiendorum tenetur; præcipue, quia violentus possessor, malæ fidei possessor est, qui nullos fructus

fructus percipere potest, d. s. si quis a non domino quod & in malæ fidei possessore procedit, etiam si violentus non sit, cum ex malitia sua nullum debeat commodum reportare, l. si aque fullo, §. 1. ff. de furt. c. intelleximus, de iudicij, cum nemo cum alterius iactura locupletari debeat, l. nam bos natura, 14. ff. de condic. indebiti, c. locupletari, de reg. iur. lib. 6.

Primo obstat textus in l. fin. §. non solum ff. qua in fraudem creditorum, ubi is qui in fraudem creditorum rem accepit, fructus medio tempore perceptos, hoc est, ante litis contestationem restituere non tenetur quod omnino contrarium docet textus in l. aut Prator §. per hanc actionem & in §. prator ff. qua in fraudem creditorum. In qua iurium contrarietate adnotandum est, quod alienata in fraudem creditorum rescinduntur actione Pauliana, ac si in bonis creditorum semper remansissent, §. si quis in fraudem, Inst. de actionibus, l. 1. ff. qua in fraudem creditorum l. videamus 14. §. in Fabiana, ff. de usuris, sed hæc actio tantum competit adversus eum qui consensit fraudis fuit, l. si debitor, 7. ff. qua in fraudem creditorum, non tamen adversus ignorantem, nisi titulo lucrativo rem possideat, l. aut Prator, §. simili modo, el primo, ff. qua in fraudem creditorum, lignari §. C. de revocanda donationibus, merito in dict. leg. finali, paragrafo non solum fructus interim percepti, hoc est ante contestationem non restituntur, quia percipiens ignoratus fraudis fuit, & consequenter bonæ fidei possessor; & cum fructus illi, alienationis tempore fundo coherentes non essent, cum ex illis non fraudenter creditores, merito sibi acquirit; Anton. Faber lib. 20. coniecturarum, cap. 14. Schifordegerus lib. 1. tract. 8. per totum, Don. lib. 23. comment. cap. 8. Ouald. ad eundem, lib. 20. cap. 5. litera A. D. Amaya lib. 3. observat. iur. c. 1. §. 2. Cujac. lib. 11. resp. Papin. in l. pupilli debitor §. ff. de solutionibus, Ant. Pich. in dict. §. est in rem, num. 82. Inst. de officio iud.

Secundo obstat textus in l. qui scit, §. bona fidei emptor, ff. de usuris, ubi si quis a non domino bona fidei fundum emerit, & ante fructuum perceptionem cognoverit fundum esse alienum, nihilominus fructus percipere potest: quod omnino contrarium refert textus in l. bona fidei §. in contrarium, ff. de adquirendo rem dominio. Sed horum iurium controversia ex eo dissolvitur, quod etsi verum sit, quod malæ fidei possessor nullus fructus percipere possit, tamen in dict. §. bona fidei emptor, eos percipere potest, quia ante evictionis sententiam in foro exteriori semper bona fides præsumitur: nam etsi post contestationem fructus revocabiliter possit percipere, tamen pronunciata evictionis sententia omnes restituere tenentur, Fachin. lib. 1. controu. cap. 59. Donel. lib. 4. commentar. cap. 24. Iulius Pacius legum Concl. iatarum, centuria 5. §. 4. Ant. Pich. in dict. §. si quis a non domino, num. 10.

Tertio obstat textus in l. Fulcinus, §. divus quoque quibus ex causis in possess. eatur, ubi nullus in possessionem ex primo decreto, cognoscen. hereditatem ad se non pertinere potest ex illa fructus percipere. Augeturque difficultas ex eo, quod nullus in possessionem ex primo decreto, ut inferius dicemus, non efficitur possessor, & fructus absque possessione percipi non possunt. Cujus text. difficultas dissolvitur ex eo, quod idem in d. §. divus quoque Piu, etiam absque possessione cum mala fide fructus percipiuntur, quia id specialiter fuit admissum ex Rescripto d. vi Pij propter nimiam rei contumaciam: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text. ibi: Divus quoque Pius rescripsit, Pich. in l. si finita, §. Iulianus de denovo infesto, c. 1. n. 12.

Quarto obstat textus in l. si navis §. ff. de rei vindic. ubi si hæres depositi malæ fidei possessor sit, si pecuniam depositam non attingat, hoc est, si eam non fecerit, non tenetur domino restituere usuram, quas ex illis pecunijs percipere potuit: & tamen usuræ fructuum vicem retinet. Augeturque difficultas ex prima illius textus parte, ubi similiter hæres ille malæ fidei possessor, si navem non locaverit tenetur domino re-

stituere mercedes, quas ex locatione verus dominus percipere potuerat; & tamen usuræ, & usuræ navium equiparatur, Anton. Pich. in dict. §. si quis a non domino, num. 7. Cui difficultati ut satisf. etiam meminit se oportebit discrimen constituendum esse inter collationem pecuniæ, & navium locationem; nam pecuniæ collocantur periculo dantis, non veri domini; at verò naves non locantur periculo dantis, sed veri domini, quare mirum non est, quod fructus pecuniæ non percepti malæ fidei possessori non imputantur, siquidem sibi permissum erat à periculo fixationis recedere, forte quia suspectum debitorem invenisset; at verò de fructibus ex navi non perceptis tenetur, quia periculum navis sibi imputari non poterat, sed vero domino: Cujacius lib. 6. question. P. papinian. in dict. l. si navis, ff. de rei vindic. atione, Anton. Faber in Rationali ad eundem textum.

Quinto obstat textus in l. si fundum, 17. C. de rei vindicatione, ubi si quis mala fide fundum a non domino emerit, fundum cum fructibus perceptis restituere tenetur, non verò de percipiendis, sed quos verus possessor percipere potuit. Verum huic difficultati respondendum est, ibi solum de perceptis, non verò de percipiendis restitutionis mentionem haberi, quia de illis solummodo Imperatoribus questio fuit proposita: nam aliud esset dicendum, si de cæteris questio haberetur, Donellus lib. 20. commentariorum, cap. 5. Oualdus 101, litera K.

Sexto obstat textus in l. 3. §. si emptor, ff. de actionibus empti, & venditi, ubi si emptor stipulator est rei venditæ vacuum possessionem tradi & ex stipulatione agat ad rem simul cum fructibus sibi restituend. m, & si res restitui debeat, non tamen cum fructibus interim perceptis, quod omnino contrarium refert textus in l. si stipulatus sit, ff. de usuris. Sed in hac iurium pugnantia animadvertere oportet, multum referte, an venditor promiserit rem dare simul, & vacuum possessionem tradere; an verò rem dare, vel tantum vacuum possessionem tradere: nam in primo casu rem simul cum fructibus præstare tenetur, quo modo obtinet textus in dict. l. si stipulatus §. ff. de usuris. In secundo vero casu etsi teneatur restituere, non tamen tenetur fructus interim perceptos: ita & obtinet textus in d. l. 3. §. si emptor, ff. de actionibus empti, & venditi, Anton. Faber in Rationali ad eundem textum, Iulius Pacius, in leg. concludit. centuria 5. quæst. 4.

Septimo obstat textus in l. nec eorum 15. ff. de usuris, ubi malæ fidei possessor non tenetur usuram fructuum præstare: sed ideo non tenetur eas præstare, ne infinitæ præstationes in iure admitterentur. l. 2. §. indemnitas, ff. de administ. rerum ad creditorem perimentum, l. 1. §. ut ff. de usuris, Anton. Faber in Rationali ad textum in l. hæres §. 1. §. fructuum, ff. de petitione hereditatis, Cuiac. ib. §. 6. resp. Pauli, in dict. leg. nec eorum. Neque obstat textus in leg. hæres, §. 1. ff. de petitione hereditatis: ex quo constat, fructuum perceptorum usuram ante petitam hereditatem petendas esse quia discrimen veritatis inter iudicium particulare, & universale: nam in particulari rei petitiæ fructus ante contestationem non veniunt, sed tantum officio iudicis, tanquam illius iudicij accessorij præstantur; & cum accessio accessionis in iure non admittatur, l. fin. Cod. de usuris, iusta de causa in particularibus iudicij usuræ non debentur: verò in universalibus, cum fructus hereditatis hereditatem ipsam aug. ant. l. item veniunt, §. fructus, ff. de petitione hereditatis, & petita hereditate, fructus ante litis contestationem percepti, cum re ipsa veniant, non ut accessiones officio iudicis, sed principali actione, id est ex fructibus ex hereditate perceptis usuræ etiam debentur; post contestationem verò non debentur, cum jam non augeant hereditatem, sed potius eius accessiones dicantur: nam etsi fructus debeantur ex pecunia, tamen usuræ non præstantur, dict. l. item veniunt, §. fructus, ff. de petitione hereditatis, Anton. Faber in Rationali ad eundem textum Cuiac. lib. 2. responsorum Papinian. in dict. l. hæres §. 1. de petiti. hereditat.

dicat. Donel. lib. 19. cap. 14. Amaya lib. 3. observat. cap. 2. num. 86.

11 Oportet obstat textus in l. penultima, ff. de rei vindicatione, ubi Paulus ex sententia Labeonis asserit, mortuo homine petito post inchoatum vindicationis iudicium, fructus vsque ad tempus quo vixit aestimandos esse, & tamen post contestationem quis in mala fide constituitur, l. si pignus 48. ff. de rei vindicatione, l. etsi, §. si ante, ff. de pretibus hereditatis. Augerique difficultas, ex text. in leg. Julianus, §. 1. ff. de rei vindicatione, ubi ex Vlpiani sententia fructus non tantum quoad hominis mortem, sed etiam quoad rei iudicatae tempus debentur: ergo ex Labeonis sententia constat malae fidei possessorem fructus posse percipere. Sed praesens Consultorum constitutus facile dissolvitur, si animadvertamus, Paulum ex Labeonis sententia nihil contra Vlpianum dixisse in dicto §. 1. nam adnotandum est, mortuo homine petito, vel re petita perempta, post inchoatam vindicationis iudicium, quoad factum restitutionem discrimen versari, an dolo, seu culpa; an vero sine dolo decesserit: nam in primo casu fructus debentur, vsque ad rei iudicatae tempus, & ita obtinet Iuliani sententia in d. l. Julianus, §. 1. At vero in secundo casu, si sine possessoris culpa petierit, Labeonis sententia tenenda est, quam refert Paulus in dict. l. penultima, ut dumtaxat, quoad servus vixerit, fructus aestimentur, Anton. Faber lib. 2. coniecturarum, cap. 6. & in l. penultima, ff. de rei vindicatione, Cujacius in leg. fructus 33. ff. de rei vindicatione, Antonius Pichardus in §. etsi in rem, Insti. de officio iudicis, num. ultim.

12 Nondum obstat textus difficilis in l. si urbana praedia, §. ff. de conditione indebiti; ubi ex Papiniani sententia constat, quod si praedo conductori urbana praedia locaverit, quidquid conductor mercedis loco praestitit, accipientis praedoni facit, adeo ut nec ab eo repetere possit; & tamen principium juris est, mercedes loco fructuum esse (ut supra diximus:) ergo quia praedo mercedis sibi acquirere non poterat. Cui difficultati occurritur, si dixeris praedonem ibi non acquirere fructus per se ipsum; sed per alium, hoc est per conductorem: nam si conductor rem alienam pignori dederit, creditor ex re aliena nomine debitoris fructus in sortem computare tenetur, l. si pignore, §. si praedo, ff. de pignoratitia actione. Idem etiam est dicendum in vecturis navium, si praedo navem alienam locaverit, & in mercedibus servorum, si praedo servi alieni operas locaverit, ita ut sensus sit, quod qui mercedem, fructus; vel vlturas soluit à fute ipso condicere non possit: postea tamen dominus recte cum praedone agit, ut omnes fructus perceptos, sibi simul cum re restituere teneatur. Neque solutioni obstat secunda illius textus pars, ubi si servus se ipsum locaverit, & operas praedoni retulerit, operae illae interim non fiunt praedoni, seu falsi domini, sed ab eo condici possunt: nam textus ille in 2. par. loquitur quando non praedo locavit, sed ipsemet servus se locavit; notat Cujac. lib. 6. q. Papir. in dicta l. si urbana, §. ff. de condit. indebiti.

13 Decimo adversus id quod communiter in praesenti notant omnes, nempe fructuum aestimationem fieri debere non habito respectu ad personam spoliantis, sed ad personam spoliati juxta textum in dict. l. si navis 63. §. generaliter, ff. de rei vindicatione, l. apud Iulianum 40. §. fructus ff. de legat. 1. sed & partus, ff. quod metus causa, valde obstat text. in leg. patri pro filio 27. §. si pecuniam, versicul. Ex quo scilicet, ff. de minoribus, l. 2. Cod. de fructibus, & litum expensu, l. ait praetor 10. §. per hanc, ff. de his qua in fraudem creditorum §. etsi in rem, Insti. de officio iudicis, in quibus iuribus cavetur fructuum percipiendorum aestimationem fieri debere habito respectu ad personam possessoris, non vero petitoris. Sed huic dubio commune responsum est, videlicet quod tum deum fructuum aestimatio debetur habito respectu ad personam spoliatam, casu in quo similiter eisdem fructus cum eadem aestimatione spoliatus percipere potuisset: At vero si eos non esset percipiturus, sed propter

singularem industriam possessoris percipi potuerunt, restituendi non sunt, cum tunc fructus rei non sint, sed potius negotiationis, & industriae, l. 3. ff. ad legem Falcidiam; Menochius de recuperanda: remedio. 1. num. 44. Antonius Pichardus in dict. §. si quis à non domino, numer. 20. & in dict. §. etsi in rem, num. 67. Nec obstat textus in dict. l. cum hereditas, §. 6. de petitione hereditatis ubi fructus percepti à possessore restituendi sunt, quamvis petitor eos percipiturus non esset Quia textus ille loquitur, quando fructus iam sunt percepti, non percipiendi: nam tunc restitui debent, licet actor non fuisset eos percipiturus. Ratio est, quia cum res ipsa vero domino debeat esse fructifera, non vero malae fidei possessori, idem iusta de causa, jam perceptos restituit, etsi dominus non esset percipiturus, Lessius de infamia, & iure, lib. 2. cap. 12. num. 118. Sanchez in summa, lib. 2. cap. 23. num. 105. & 123. Bonacina 2. tom. de restitutione. in genere, disputat. 1. quest. 31. puncto vltim. §. 2. propositio 2. num. 1.

Vndecimo obstat textus in l. fructus, 45. ff. de usuris, ubi vxor potest fructus acquirere ex re sibi donata à marito, & tamen ipsa est in mala fide, siquidem errans in iure malae fidei possessor est; cap. qui contra, de regul. iuris, lib. 6. l. quemadmodum, Cod. de agricolis & censitis, & dubium non est, quin vxor, quae existimat inter virum, & vxorem donationem valere, in iure erret cum à iure ipso sit prohibita, l. 1. & per totum tit. ff. de donat. inter: Sed huic difficultati satisfieri potest, si dicamus, idem ibi vxorem fructus industriales acquirere posse, siquidem tantum donationis illae inter virum, & vxorem à iure prohibeantur, ex quibus donans efficitur pauperior, l. si sponsus §. §. si maritus 2. ff. de donatione inter: idem ex re donata industriales fructus vxor sibi acquirat, quia in illis bonae fidei possessor dicitur, cum non tam ex ipsa re, quam ex industria possidentis proveniant, & ex illis donans non efficiatur pauperior; l. de fructibus, 18. de donatione inter: Ant. Faber lib. 4. coniecturarum, cap. 18. Thomas Sanchez de matrimon. lib. 6. disput. 16. n. 7. Osuald. ad Donel. lib. 4. cap. 25. lit. A.

Duodecimo adversus id, quod in praesenti notant Doctores, omnem videlicet bonae fidei possessorem non tantum fructus industriales, sed etiam naturales suos facere; iuxta textum in dicto §. si quis à non domino, l. sed & loci 4. §. post licet ff. finium regundo: um, l. certum, Cod. de rei vindicatione, l. in pecudum, 18. de usuris, l. 4. §. lana, de usucapionibus, l. quaesitum 40. de acquirendo rerum dominio, Antonius Faber lib. 3. coniecturarum, cap. 17. Donel. lib. 4. commentariorum, cap. 25. Osualdus ibi littera P. Fachineus lib. 1. controversiarum, capit. 57. Cuiacius tract. 7. ad Africanum, in dict. leg. quaesitum 40. ff. de acquirendo rerum domin. valde obstat textus in l. cum autem, §. finali, ff. de adilitio edicto, ubi si quis bona fide à non domino animal emerit, & diu possederit, si ob morbositatem res redhibita sit fructus interim perceptos sibi non acquirat, sed restituere tenetur. Sed huic difficultati ut occuratur, respondendum est, textum illum loqui, in adilitio edicto, & redhibitoria actione, ubi res redditur, & contractus ipso iure rescinditur, & omnia restituntur, ac si emptio, & venditio nullatenus fuisset facta, l. 6. eiusdem tituli; ideoque quemadmodum, si res vendita non fuisset, omnes fructus rei apud venditorem mansissent; ita similiter iustum est, ut restituta re, omnes fructus cum ea restituantur; l. 1. §. autem, ff. de adilitio edicto, Benedict. Pinel. in l. 2. C. de rescindenda vend. 2. part. cap. 4. num. 1.

Decimo tertio obstat textus in §. si quis à non domino, de rerum divisione. ubi Insti. docet, quod is qui à non domino bona fide fundum emit, fructus, quos percipit, suos facit pro cultura, & cura: ergo si in illis non est cultura, nec cura, eos acquirere non poterit, ac pet consequens naturales non luctatur, cum in illis non detur cultura, & cura. Sed huic objectioni respondebis, quod etsi verba illa: Pro cultura, & cura, proprie loquendo ad industriales fructus tantum referantur, tamen magis proprie verbum illud, iura, ad naturales, & verbum illud,

Illud, *culturæ*, ad industriales referri debet; ut sensus sit, quod bonæ fidei possessor omnes fructus tam naturales quam industriales sibi adquirat: industriales, *pro cultura*, & naturales, *pro cura*; notat Ant. Faber lib. 4. *coniect.* cap. 17.

18 Decimoquarto adversus id, quod in *presenti* notant omnes, videlicet, quod et si verum sit bonæ fidei possessorem omnes fructus consumptos sibi adquirere, tamen naturales extantes restituere debere, juxta textum in *l. qui scit*, §. 1. & 2. ff. de *usufructu*, Donel. lib. 4. *comment.* cap. 25. & 16. Valde obstat textus in *l. bona fidei emptor* 48. ff. de *adquirendo rerum dominio*, ubi Paulus asserit bonæ fidei emptorem percipiendo fructus ex aliena re, suos facere, non tatum qui ex diligentia sua provenerunt, sed & omnes; ea nimirum ratione, quia quoad fructus attinet, *loco domini pene est*. In cuius textus difficultate omiffa interpretatione, quam refert Pich. in *diēt.* §. *si quis à non domino*, num. 13. Fachineus lib. 1. *controverfiarum*, cap. 37. Amaya lib. 2. *observat.* cap. 16. num. 13. veriffimè est dicendum, Paulum in *diēt.* leg. *bona fidei emptor*, tantum loqui de fructibus industrialibus, quos omnes tam extantes, quam consumptos sibi adquirat. Neque obstant verba illa: *Sed & omnes* quia non debent referri universaliter ad omnes fructus, sed particulariter tantum ad omnes, qui ex diligentia, & cura non solum propria ipsius bonæ fidei possessoris pervenerunt, sed etiam alterius opera adquisiti sunt, vel adhuc extant, Donel. lib. 4. *comment.* cap. 25. & ibi Osuald. *litera A* idem Don. in *tract.* de *fructibus* cap. 4. Neque obstat textus in *diēt.* *certum* 22. *C. de rei vindicat.* ubi possessor bonæ fidei præstat omnes fructus extantes, quia ibi fructus extantes accipiuntur pro pendentibus nondum ab ipso solo separatis, quos bonæ fidei possessor suos non facit, cum adhuc pars fundi censetur, *l. fructus* 44. *l. si fundi* 53. *de rei vind.* *si pendentes* 22. ff. de *usufructu*, Don. lib. 4. cap. 16. Osuald. *ibi* *lit. C.*

19 Decimoquinto, obstat textus in *l. qui vas*, §. *ancilla autem*, ff. de *furtis*, ubi cum Vlp. dixisset partem ancillæ furtivæ, apud bonæ fidei possessorem editam, & conceptam, ab eo usufructu posse; statim prosequitur affirmans idem esse observandum in pecudibus: ergo bonæ fidei possessor statim fructus non adquirat, siquidem usufructu desideratur. In cuius textus difficultate, omiffa interpretatione Connani lib. 3. *comment.* cap. 15. num. 13. Cujacii in *leg.* 4. §. *lana*, de *usufructibus*, Fabri in *Rationabili ad eum in leg.* si ego 11. §. 4. de *Publiciana in rem actio*, Osuald. ad Donel. lib. 4. cap. 26. *litera C.* veriorum existimo, quam refert eruditissimus Amaya lib. 3. *observat.* cap. 1. §. 1. num. 35. dum asserit æquiparationem factam ab Vlpian. in *diēt.* §. *ancilla*, *versicul.* *Idem &* in *pecudibus*, non esse extendendam ad secundam speciem, sed ad primam, hoc est ad partem ancillatam, qui fructus nomine non comprehendantur, qui sive editi, sive concepti sint apud bonæ fidei possessorem, usufructu debent; non verò ad *versiculum*, ex *furtiva equi*, quia cum hi fructus nomine comprehendantur, statim abque usufructu ab bonæ fidei possessore pertinent, notat Pinellus lib. 2. *selectarum*, cap. 1. n. 85. Neque obstat dicere, nunquam fructus à bonæ fidei possessore adquiri posse ex regula illa, qua donatur, quod id quod ex re nostra nascitur ad nos pertinere debet, *leg.* item 6. *l. ergo* 30. §. 1. de *adquirendo rerum dominio*, §. *item rei*, *Institut.* de *rerum divisione*. Quia dicendum est, quod licet inspecto iuris rigore, fructus, ex dictis iuribus, ad dominum, non ad bonæ fidei possessorem pertinere deberent, tamen æquitas fudet, ut in præmium curæ, & culturæ bonæ fidei possessor industriales extantes, & naturales consumptos adquirat, non tantum domini, sed & Reipublicæ intersit fundum colere, Donellus: *libro quarto* cap. 26.

20 Decimosexto obstat textus in *leg.* item veniunt 20. §. *prater*, *versicul.* *Eos*, ff. de *petitione hereditatis*, *leg.* 1. *Cod.* *eadem*, ubi bonæ fidei possessor tenetur fructus, etiam consumptos restituere, dummodo ex illis sit factus locu-

pletior. Sed ut illorum iurium difficultas dissolvatur, distinctio est adhibenda inter iudicium universale quale est petitio hereditatis, & particulare uti est rei vindicatio: nam in primo, bonæ fidei possessor tenetur restituere fructus consumptos, & ita obtinent iura in argumento adducta: secus in secundo. Ratio differentia in eo consistit, quia ex Senatus Consulto Divi Adriani relato in *diēt.* *item veniunt*, §. *prater*, & in *diēt.* *l. cavetur* ne bonæ fidei possessor lucrum ex hereditate percipiat: nam fructus hereditatem augent, *leg.* *illud* 41. §. *prædo*, ff. de *petitione hereditatis*, & quemadmodum damnum sentire non debet, ita & eam restituet ac si nunquam possedisset, nec lucrum ex ea capere poterit: quæ ratio cessat in rei vindicatione, & in cæteris particularibus iudicijs, *l. venditor*, 21. ff. de *actionibus empti*, & *venditi*, idè iusta de causa bonæ fidei possessor fructus consumptos restituere non debet, etiam si ex illis sit factus locupletior; notat Fachineus lib. 1. *controverfiarum*, cap. 58. Pinellus in *leg.* 2. *Cod.* de *rescindenda venditione* 2. part. cap. 4. num. 60. & 74. Anton. Fab. *lib.* 4. *coniecturatum*, cap. 17. Donel. lib. 39. *comment.* cap. 13. *Oluald.* *lib.* 2. *B.*

23 Decimosextimo, obstat textus in *diēt.* *l. fructus* 45. ff. de *usufructu*, ubi bonæ fidei possessor, hoc est vxor solummodo fructus industriales sibi adquirat, naturales autem etiam consumptos restituere tenetur, & fructuum donatio inter vitum, & vxorem permiffa est; *leg.* de *fructibus*, 17. ff. de *donation. inter*. Qua in difficultate dicendum est, quod et si verum sit, quod fructuum donatio inter vitum, & vxorem, sit permiffa; id tamen, ut supra diximus; verum est in fructibus industrialibus. Ratio est, quia ex illis donans non efficitur pauperior, merito ex donatione illa bonæ fidei possessor efficitur: sed cum hæc ratio cesset in naturalibus, qui natura ipsa producantur, cum ex illis donans efficiatur pauperior, etiam consumptos restituere tenetur, cum in illis donatio sit prohibita, *leg.* 1. §. *per totum tit.* ff. de *donation. inter*: Osuald. *diēt.* *lib.* 4. *capite vigesimoquinto*, *litera A.* Neque obstant verba dicta *leg.* *fructus*, *ibi*: *Sicuti nec cuiuslibet bona fidei possessoris*. Quia non sunt generaliter accipienda, ita ut bonæ fidei possessor, nec naturales consumptos sibi adquirat, sed particulariter tantum in specie illius textus, quasi sensus sit vxorem non lucrari fructus naturales, sicuti lucrari poterat alius quilibet bonæ fidei possessor, Cujac. in *diēt.* *l. fructus*. Anton. Faber *diēt.* *lib.* 4. *coniect.* *capit.* 17. Sanchez de *matrimonio* *lib.* 6. *disput.* 16. num. 7.



DE IMPENSIS.

CUM fructus intelligantur, deductis impensis, *leg.* *quod in fructus*, 46. *digestis* de *usufructu*, *leg.* *fructus* 7. *digest.* *solut. matrimon.* idè antiquorum vestigijs in hærendo operæ pretium duxi, iura circa impensas agentia interpretari, quare primò de illis, & secundò de remedijs, quibus consequi possunt, agendum erit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Bona, & mala fidei possessor necessariæ impensæ deducit; vtilis verò neuter, licet bona fidei possessori ex varijs causis succurratur; & uterque, si egenus fuerit, absque detrimento rei eam tollere possit. Idque in voluptuarijs quoque procedit.*
- 2 *Ratio assignatur.*
- 3 *Locupletari cum alterius iactura nemo debet.*
- 4 *Fur expendens in alendo infante quem surripuit, cum absque deductione impensarum restituere debet. Explicatur l. 1. C. de Infantibus. exposit.*
- 5 *At mala fidei possessor non deducit impensæ in colligendis fructibus factas quod intelligit, ut ibi.*

- Explicatur text. in l. si servus 27. §. si aliam, ff. ad l. Aquil. & l. si servus 25. ff. de pignorat. act.*
- 5 *Expensas factas in erudiendo seruo alieno, vel in edificio, bona fidei possessor repetit; ut ibi declaratur.*
Explicatur text. in l. idque 45. paragrapho, illud, & in l. si autem 27. §. sed si puerum, ff. de action. empti.
- 6 *Explicatur text. in l. si id quod, §. 1. ff. de donat. inter.*
- 7 *Mala fidei possessor an utiles impensas deducere possit, & num. 8.*
Explicatur text. in l. plane 41. digestis, de petit. hared.
- 8 *Mala fidei possessor impensas utiles deducere potest, quoties absque detrimento rei illas abradere potest.*
Conciliantur text. in l. adeo 7. §. ex diverso, ff. de acquir. rer. domin. & §. ex diverso. Instit. de rerum diuis. & in l. 2. C. de rei vind.
- 9 *Marianni utiles impensas in rebus dotalibus factas deducit.*
Explicatur text. in l. divortio 7. §. si vir, ff. soluto matrim. & l. fin. ff. de fund. dotal.
- 10 *Marmor quod non renascitur non est in fructu. Secus de illo quod renascitur.*
- 11 *Lapidicina inventa in fundo mulieris, dotales efficiuntur.*
- 12 *Impensa necessaria ipso iure dotem minuunt, & à marito dos retineri potest donec fuerit ei satisfactum, & n. seq.*
- 13 *Explicatur text. in l. stichum 56. §. quod dicitur, ff. de iure dot.*
- 14 *Si maritus uxori dotem legaverit, eius hares necessariae impensas deducit, non autem vitios.*
Explicatur text. in l. M. etio 41. §. à me ff. de leg. 2. & l. dote 5. ff. de dote praeleg.
- 15 *Creditor cui domus hypothecata est, an tenetur resarcire impensas ei, qui in causa damni infelici vixit in possessionem.*
Explicatur text. in l. cum postulassent 44. §. damni infecti, ff. de damno infecto, & l. Paulus, §. domus, ff. de pignorib.
- 16 *Impensa voluptuaria aliquando, necessaria redduntur, & vitales.*
Explicatur text. in l. vitales, paragrapho, fin. ff. de petit. hared.
- 17 *Omissa retentione per doli mali exceptionem à bona, vel mala fidei possessore oppositam circa impensas, nullum remedium erit ad earum recuperationem.*
- 18 *Explicatur text. in l. si pupilli 6. §. sed si quia, ff. de negot. gest. & n. seq.*
- 19 *Gerens aliena negotia tanquam aliena actione negotiorum impensas recuperare potest, secus si tanquam propria gerat.*
- 20 *Mala fidei possessor in rem alienam impendens, nullam repetitionem habet retentionis tamen ius ei conceditur.*
Explicatur text. in l. domum 5. C. de rei vind.
- 21 *Possessor hereditatis creditoribus aliquid solvens, id consequitur remedium de quibus hic.*
- 22 *Possessor hereditatis expendens in monumento, expensas actione negotiorum gestorum ab hærede consequitur.*
Explicatur text. in l. fin. §. 1. C. de pet. hared. & l. hareditas, §. vltim. ff. eodem.
- 23 *Possessor domum scillam tradiderit absque deductione impensarum, habet incerti conditionem.*
Explicatur text. in l. qui exceptionem 40. §. 1. ff. de condic. indeb. & in l. si area 35. eodem, & §. ex diverso. Instit. de rer. diuis. & in l. sed et si 22. §. 1. ff. de condic. indeb.
- 24 *Hares putativus solvens legata, adversus verorum haredem habet actionem negotiorum gestorum.*
- Explicatur text. in l. at si quis 14. §. si quis dum, ff. de religiof. & sumptibus fun.*
Alia funeraria competit pro sumptibus funerum, & n. 25. & seq.
- 25 *Explicatur text. in dict. l. at si quis, §. interdictum, & n. seq.*
Expendens in funus cum defuncto quasi contrahere censetur ibi.
- 26 *Expendens pietatis, & miserationis causa in funus, non repetit sumptus, & n. seq.*
- 27 *Expendens pietatis causa in alenda filia alterius expensa sumptus repetit.*
Explicatur text. in l. patrem 16. C. de nupt.
- 28 *Explicatur text. in l. si quis ab alio 7. in pr. vers. Sin autem, ff. de calumniat.*
Dans pecuniam calumniatori ne crimen intenderet, repetitionem habet ibid.
- 29 *Mala fidei possessori an detur vindicatio, ut diuoto edificio possit tollere ea qua impendit.*
Explicatur l. 2. C. de rei vind.
- 30 *Heres qui absque deductione quarta hereditatem restituit, non habet conditionem, avarum vero rerum, per retentionem sibi consulere potest.*
Explicatur text. in l. hares 21. ff. ad Trebell.
- 31 *Heres putativus creditoribus hereditariis solvens repetitionem habet.*
Explicatur text. in l. si pœnæ 19. §. 1. & l. repetitio 44. ff. de condic. ind.
- 32 *Bona fidei possessor pro impensa ius habet retentionis & an si solvat non deducit impensas, habeat conditionem.*
- 33 *Per doli exceptionem datur repetitio, cum ea opposita eliditur alio, & n. seq.*
Explicatur text. in l. pater dotem, ff. de dote praeleg.
- 34 *Cautio praestanda antequam legatum solvatur, si omissa fuerit, conditio competit ut interponatur.*
Expenditur l. 3. §. fin. ff. si cui plus quam per leg. falcid.
- 35 *Mala fidei possessori quoad impensas consulitur per officium iudicis, non vero per retentionem.*
Explicatur l. plane 34. ff. de petit. hared.

CONCLUSIO

TAM bona fidei, quam mala fidei possessor necessariae impensas deducit; vitales vero neuter, licet bona fidei possessori ex varijs causis officio iudicis succurratur, & uterque si egenus fuerit, tollere eas poterit, ita ut res deterior fiat, quod & in voluptuarius locum habet. Idem. probat text. in leg. Iulianus 37. l. in fundo 38. ff. de rei vindicatione. l. Lucius 30. digestis de positi, l. fructus 7. digestis, soluto matrimonio, l. si à domino 36. §. fructus, l. plane, l. vitales 39. §. videamus, digestis, de petitione hereditatis, l. quod in fructus 46. ff. de usuris, l. fundus 51. digestis, familia hereditanda, l. 1. & 3. l. veluti 6. l. impensa 14. l. vitium, §. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, l. impense, ff. de verborum significatione, l. in area 33. ff. de conditione indebiti, l. ait prator §. per hanc, digestis qua in fraudem creditorum, l. domum, Cod. de rei vindicatione. l. 1. C. de fructibus, & licium expensis, l. 4. tit. 28. part. 3. l. 4. tit. 14. par. 6. l. 44. tit. 28. par. 3. illustrent Fachineus l. 1. variarum, cap. 54. Covarr. in reg. pecorum, 2. part. §. 6. numero tertio, Idem libro primo, variarum, capite tertio, numero tertio, Garcia de impensis, capite secundo & tertio, Gilqueneus de impensis, 2. part. cap. 4. Barbof. in l. divortio 8. §. fin. ff. soluto matrim. Gutierrez lib. 3. practicarum, quest. 86. n. 11. Idem de tutelis 3. par. c. 37. Menoch de recuperanda remedio 15. num. 515. Mascard. 2. tom. conclus. 14. & 140. Cuiac. libro nono, observat. capite trigesimo octavo, & lib. 10. capite. 1. & lib. 23. cap. 3. & in commentarijs ad text. in l. 5. digestis, de dote praelegata, Anton. Faber. lib. 1. coniect. cap. 2. & 3. Idem lib. 2. coniecturarum, capite. 1. Donell. lib. 20. commentarior. cap. 7. Anton. Pichardus in §. & si in rem 1. num. 18. & sequentibus, Instit. de officio iudicis, idem in paragrapho, fuerat antea 29. Instit. de actionibus à num. 85.

num. 85. & sequentibus, Carranza de parva. c. 4. ff. 3. n. 140. & seqq.

Ratio est, quia cum naturalis ratio prohibeat, ne quis cum alterius iactura locupletetur, leg. nam hoc natura 14. ff. de conditione indebiti, idem necessarias impensas tam bonæ, quam malæ fidei possessor deducere potest, cum hæc deductio non personam possessoris respiciat, sed causam petitoris tantum, videlicet ne contra naturam cum alterius detrimento lucrum faciat: quæ ratio cum tam in malæ fidei possessore, quam in bonæ fidei militet, idem ius in utroque constitui debuit; argument. textus in l. illud 31. ff. ad legem Aquiliam. l. 3. §. unde etiam, ff. de iniusto, rupto: vtilis verò idem neuter deducit, quia de se quæri debet, qui in rem alienam impenderit; sed cum hoc bonæ fidei possessori omnino imputari nequeat, officio Iudicis variè ex personis, causisque succurratur, l. in fundo 38. ff. de rei vindicatione. Possessor autem malæ fidei, cum sciens impenderit, hoc remedium non iuvatur, quia donasse præsumitur, leg. Iulianus 37. ff. de rei vindicatione, sed tam ei, quam bonæ fidei possessori permittitur eas abradere, & tollere, si sine rei detrimento id fieri possit, dict. I. Iulianus 37. leg. domum 3. in fine, Cod. de rei vindicatione. Voluptuariarum verò idem nulla deductio est, quia cum in his nihil lucrum petitor sentiat, nulla est ratio, cur contra naturam cum alterius iactura locupletari dicamus, leg. plane 34. ff. de petitione hereditatis. Poterit tamen uterque possessor eas tollere si sine rei detrimento id fieri possit, ut in voluntarijs seu voluptuarijs fit, l. vtilis, 39. §. fin. ff. de petitione hereditatis.

3 Primo obstat textus in l. 1. Cod. de infantibus expositis, vbi constat, quod fur qui infantem expositum subripuit, & ei alimenta præstitit, absque deductione impensarum tenetur infantem restituere, & tamen alimenta inter necessarias impensas connumerantur. Qua in difficultate omiſſa Glossæ interpretatione ibi; Salicet. in l. domum, C. de rei vindicatione, Menochius de recuperanda: remedio 15. num. 515 Barboſæ vbi sup. Anton. Fabri lib. 2. coniect. cap. 1. Caiacius lib. 10. observat. cap. 1. Carranza de parva, c. 4. num. 141. apud medium, vtilis. Secundo consiruo, verius dicendum est in dict. leg. 1. furem idem non potuisse alimenta puero subrepto præstita deducere; quia cum is qui ex vna causa alteri est obligatus, non possit ex ea actionem consequi, iuxta textum in leg. sine hereditaria ff. de negotijs gestis, & fur, qui sumptus in alieno infante fecit, ex quibus infans crevit, & factus est adultus, eam ob causam obligetur, quia furtum adolescentis facere videatur, & teneatur ad eius æstimationem solvendam, non potest impensas alimentorum repetere, propter quas adolescentens factus est: nam si repeteret hos sumptus non videretur ipse condemnatus, quanti plurimum servus apud eum fuisset, Fachineus libro primo, controversiarum, cap. 54. quem sequitur Antonius Pichardus in dict. §. etsi in rem, num. 29. Anton. Faber videndus in Rationali, ad textum in leg. si autem 27. §. sed si puerum, ff. de rei vindicatione.

4 Secundo obstat textus in leg. si servus 27. §. si olivam, ff. ad legem Aquiliam, vbi malæ fidei possessor non deducit impensas, quas in colligendis rei fructibus fecit, quia eas domino rei donasse præsumitur. Cui dubio responderi debet, textum illum procedere in fure, qui furando, & rapiendo, fructus colligit ex re, quam alius possidebat; quo in casu impensas non deducit, quia ex interpretatione iuris eas donasse intelligitur, l. donari, ff. de reg. iuris: secus vero esset, si eas, rem possidendo, fecisset; quia tunc cum ratione possessionis ei incumberet fundum colere, & fructus percipere, & de percipiendis teneretur, cum potius ex ipsa juris necessitate, quam donandi animo eas facere videatur, iuxta de causa eas deducit, l. si à domino, §. si de petitione hereditaria, leg. fundum 51. ff. familia hercisc. siquidem nulla culpa est in eo, qui necessitate in re petita coactus, quid vtiliter gessit, leg. isom si 15. ff. de rei vindicatione, leg. qui petitorio, §. 1. ff. de rei vindicatione, Cuiacius lib. 10.

observ. cap. 1. Garcia de impensis, cap. 1. num. 13. & cap. 2. numer. 17. Barboſa in l. fructus 7. ff. soluto matrimonio, Antonius Pichardus in dict. §. & si in rem, numer. 65. Neque obstat textus in leg. si servus 25. ff. de pignoratitia actione, vbi creditor impensas necessarias in servo pignorato non deducit: quia textus ille, verſic. Siquidem artificijs necessarius, &c. loquitur non de necessarijs, sed de vtilibus, siquidem servum artificia, seu disciplina doceri non est necesse; & quavis necessarius, seu vtilis sint, cum tamen ad animi culturam pertineant, nec tolli possint, eas non deducit l. in fundo 48. ff. de rei vindicatione, cum traditis ab Anton. Fabro in Rationali ad textum in dict. leg. servus 25. ff. de pignoratitia actione.

Tertio his omnibus obstat textus in l. idque 45. §. illud, ff. de actionibus empti, & venditi, vbi si quis servum alienum bona fide emerit, & in eum impensas vtilis fecerit, ita ut in arte doctiorem, & pretiosiores fecerit, si postea verus dominus in servitatem eum evincat, sumptus eruditionis, & mercedes magistrorum, opposita doli mali exceptione iure retentionis poterit recuperare: quod etiam docet Paulus ibi; cum quis in aliena area ædificavit, Cuius textus difficultas augetur ex textu in l. si autem 27. §. sed si puerum, vbi in eadem specie impensæ in servo erudiendo factæ non deducuntur, cum non similes sint impensæ in area factis, in quibus diversa ratio militat, Sed in hac iurum contrarietate, verisimè est dicendum, nullam differentiam versari inter impensas in servo erudiendo factas, & inter impensas ædificij in area: nam si petitor est dives, & easolvere potest, bonæ fidei possessor, iure retentionis eas deducit, cum ius retentionis adversus dominum ei competat; & si servus sit evictus, ei competit adversus venditorem evictionis actio: & ita est interpretandus textus in d. l. idque 45. §. illud, ff. de actionibus empti, & venditi: si vero petitor pauper est, aliud observatur, siquidem impensas in servo erudiendo factas bonæ fidei possessor non deducit, cum à vero domino, nec à venditore paupere deducere possit. Secus vero est dicendum in impensæ ædificij in area factis nam tunc etiam si petitor pauper sit, cum ex area aliquando possit ædificium tolli, dispar est ratio, cum ex area habeat quod possit tollere, nihil verò quod ex servo erudito; Anton. Faber in Rationali ad textum in dict. l. si autem, 27. §. sed si puerum 6. ff. de rei vindicatione, Idem in Rationali ad textum in l. idque, §. illud, ff. de actionibus empti, & venditi; Cuiac. lib. 3. §. P. in l. in dict. l. idque, §. illud, Go. hofredus in notu ad text. in d. l. 27. §. in rem, lit. D. Neque obstat text. in l. si id quod, §. 2. de donation. inter; vbi si maritus impensas fecerit in docendo servos dotales, eas non deducit, & tamen impensæ illæ inter vtilis annumerantur; ut recuperari possint, leg. 6. & 7. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, nam in dict. §. 1. idem maritus impensas non recuperat, quia vtilis fuit ministerio servorum, cum quo lucretio impensæ compensari debent, Pacius centur. quinta quæst. 67.

Quarto adversus id, quod supra retulimus, videlicet bonæ fidei possessorem posse officio iudicis, vtilis impensas deducere, non tamen malæ fidei, cum tantum ei permittatur exigere, eas, quæ sine rei detrimento abradere possunt, leg. in fundo 38. de rei vindicat. leg. domum, in fin. Cod. eodem, cum tradit ab Anton. Pichard. in dict. §. & si in rem, num. 32. r. de offic. iud. Obstat text. in l. plane 41. ff. de petitione hereditatis, vbi etiam malæ fidei possessori subvenitur, ut possit impensas vtilis officio Iudicis deducere, siquidem ad eas deducendas Consultus supponit eandem rationem militare in malæ fidei, quam in bonæ fidei possessore. Qua in difficultate omiſſa interpretatione Accursij in paragrapho certa, verbo, Ædificaveris, Institutus de rerum divisione, Sarmienti libro primo, selectarum, capite decimo, numero nono, verius dicendum est certum non esse malæ fidei possessorem impensas vtilis nunquam posse deducere; nam aliquando ex benignitate ei succurratur, veluti si malæ fidei possessor in rem alienam vtilis impen-

las fecerit, ob quas res melior, & pretiosior facta sit nam tunc si petitor eas aliunde solvere non possit, officio iudicis ei subvenitur, ut possit tollere quæ sine detrimento rei tolli possunt; cum æquum sit, ne petitor ex iactura alterius luctum faciat. Neque obstabit dicere ex impensis vtilibus petitoiem semper lucrum facere: & ita non aliquando, sed semper prædioni officio iudicis succurrendum. Quia dicendum est, non semper ex vtilibus impensis petitoiem locupletari, ut considerat Donellus lib. 20. comment. capite septimo, Cuiac. libro vigesimo Pauli ad edictum in dict. l. plane idem lib. 10. observ. cap. 1. & lib. 1. cap. 2. in fine, & in posthumum ad textum in dict. 5. certa de verum divisione Ant. Fab. in Rationali ad tex. in d. 5. plane, Idem de erroribus, de. 26. errore 8 & libro secundo, coniectur. capite primo, Anton. Pichardus in 6. & si in rem, n. 35. Anst. de officio iudicis.

8 Quinto obstat text. in l. adeo 7. paragrapho, ex diverso ff. de acqui. endo rerum dominio, & d. 5. ex diverso Instit. de rerum divisione, ubi malæ fidei possessor, qui impensis vtilis in alieno solo fecit, etiam diruto ædificio materiam vindicare non potest: ergo multo minus poterit impensas vtilis abradere: quod omnino contrarium docet textus in l. 2. C. de rei vindicatione. Sed in hac iurium pugnantia, omiſſa Accursij interpretatione in dict. 5. ex diverso, glossa 2. Garcia de expensis, cap. 5. num. 19. attribuenti, libro primo selectar. cap. 10. numer. 10. Cuiacij lib. 1. observ. cap. 1. Donelli libro 20. commentarior. cap. 7. Pacij centuria 7. quæstion. 20. Nicolai Genæ pag. mibi 436 Fabri lib. 2. coniecturarum, cap. 1. & de erroribus decade 26. errore 9. vetiorem esse existimo, quam refert Fachinus lib. 1. controversiarum cap. 53. dum asserit certissimum esse, malæ fidei possessorem vtilis impensas posse deducere, si absque rei detrimento abradendi possunt: nec obstat decisionem textus in dict. l. adeo 7. §. ex diverso, quia loquitur de ædificante scienter in alieno solo, qui materiam vindicare non potest ex eo quod ex præsumpta voluntate eius, d. nata censetur ei, qui soli dominus est: nec contrarium suadet textus in dict. l. 2. quia ideo ibi vindicatur, quod textus ille loquitur cum quis in alieno solo ædificat, scienter, & patiente domino, quæ scientia, & domini patientia operatur, ut materia ipsa vindicari possit, argument. textus in l. pure, §. si donavit ff. de doli ex optione quæ scientia, & patientia præsumitur, ex prima Imperatoris specie, cum in priori casu loquatur de eo, qui in superiore parte domus habitabat, & simul dominus partis inferioris erat, quam sententiam sequitur Pichard. ubi supra n. 42. de offic. iudic.

9 Sexto obstat textus in l. divertio 7. §. si vir ff. soluto matrimonio, ubi marito, qui vtilis impensas fecit, etiam si rem fructuosiorē reddat, eas deducere non permittitur. Augeturque difficultas, siquidem in eadem specie contrarium, refert Iavolenus in l. fin. ff. de fundo dotali. Sed in hoc iurium discordia, omiſſa emendatione Cuiacij lib. 15. observationum, cap. 12. Fabri lib. 1. coniecturarum, cap. 8. Duareni in dict. §. si vir, Molin. de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 23. num. 9. Garcia ubi supra, cap. 22. num. 48. Roberti lib. 1. animadversionum, cap. 10. Pacij centuria 1. quæstion. 1. Genæ fol. mibi 828. vetiorem esse existimo, quam refert Barbosa in dicto §. si vir num. 6. dum asserit

10 ideo ibi maritum non posse impensas deducere; nam cum marmor non sit in fructu, cum non renascatur, & marito non adquiratur sed tantum in compensationem impensarum ei sit datum, iuxta de causa vtilis impensas non deducit: at vero Iavolenus in dict. l. fin. ff. de fundo dotali loquitur, quando marmor renasci solebat, & fructus marito adquiruntur, argument. textus in l. dotis fructus 10. ff. de iure dotium, & cum marmor illud in fructu esset, nec in compensationem impensarum datum videretur, mirum non est, quod impensas vtilis in maiore renascente factas deducere valeat, notat P. Gregor libro primo synagmatum, cap. 9. in prima parte, Anton. Pichard. ubi supra num. 46. Neque obstat textus in l. si ex lapidicinis 32. ff. de iure dotium, ubi si vir in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerit, quas

voluntate mulieris distraxerit, nummi redacti ex venditione dotales efficiuntur, nec marito adquiruntur, nec impensas deducit, & tamen casu in quo marmor non renascitur, mariti est, ex dict. §. si vir, ubi: Mariti est, & Nam omiſſa Cuiacij, Fabri & Roberti interpretatione, ubi supra, vetissimi ne est dicendum, quod ibi non negatur maritum posse impensas deducere cum in eius arbitrio esset, vel impensas vtilis deducere, aut in earum compensationem lapides retinere, argument. textus in l. quod in hanc rem, §. eligere ff. de tributoria actione, §. ceterum, in. situr. quod cum eo, sed tantum asseritur, maritum lapides non adquirit: nam cum de consensu vxoris lapides vendidisset, tacite videtur fateri dotales esse: siquidem consensus vxoris nunquam requiritur, nisi in alienationibus rerum dotalium, princip. Instit. quibus alienare licet. vel non: & cum lapides illi dotales sint, pecunia etiam ex illorum venditione dotalis efficitur, l. res qua digesti de iure dotium Barbosa in dict. divertio, n. 6. & 12.

Septimo adversus id quod in presenti, notant omnes, videlicet impensas necessarias ipso iure dotem minuere, iuxta textum in l. 1. §. 1. penultima, ff. de impensis in rebus dotalibus factis, sed non ita asserunt esse intelligendum ut res ipsa dotalis diminuatur, seu desinat esse dotalis, sed tantum, ut à marito res ipsa dotalis detineri possit donec ei fuerit satisfactum, iuxta textum in l. quod dicitur 5. ff. de impensis in rebus dotalibus factis, v. de obstat text. in l. stichum 56. §. quod dicitur ff. de iure dotium, versic. Sed est, ex quo constat, quod propter necessarias impensas rei, ipsa desinat esse dotalis. Sed omiſſa Accursij interpretatione in dict. l. quod dicitur 5. vetissimi ne est dicendum, quod quamvis impensas necessarias dotem minuant, id tamen non debet referri ad hoc, ut dotalia prædialia desinant esse dotalia, sed tantum ad univrsam dotis quantitatem: nam licet species non diminuuntur neque desinant esse dotales, tamen diminuuntur per ipsam impensarum retentionem; & non ipso iure dos minuitur sed mediante retentione, cum maritus possit dotalium fundum retinere donec ei à muliere satis sit factum Ant. Pichardus in 1. §. suo at antea 29. n. 91. Instit. de actionibus, Ant. Faber, l. 1. coniect. c. 2.

Octavo his omnibus obstat textus in l. Marcio 41. §. à me hæredi, ff. de legatis 2. ubi si maritus vxori dotem legaverit, ejus hæres nec necessarias, nec vtilis impensas deducit, Augeturque difficultas ex textu in l. dote 5. ff. de dote prælegata, ubi Marianus in eadem specie asserit, quod si maritus vxoris dotem relegaverit, ejus hæres, quamvis non possit impensas vtilis deducere poterit tamen necessarias, quæ ipso iure dotem minuunt. In qua iurium discordia dicendum est, ideo in dict. l. Marcio 41. §. à me hæredem non posse impensas, nec vtilis, nec necessarias deducere, quia maritus vxori dotem legavit ita: A te hæres peto, quidquid à te dotis vxoris nomine ad me pervenisset, ut tantum vxori des: nam cum verba illa, quidquid, taxationis loco habeantur, & perinde significant, ac si legasset eandem quantitatem, quam initio maritus accepisset, ideo remisisse videtur impensas omnes, sicque si mille dotis nomine à principio maritus accepisset, eandem quantitatem, hoc est mille hæres præstare teneret absque vlla impensarum deductione: at vero in dict. l. dote hæres deducit necessarias, non vtilis, quia maritus non taxative cum illa formula legavit, quidquid à te, &c. sed tantum dotem simpliciter, legavit, quæ dos cum minor efficiatur per impensas necessarias tantum legasse videtur dotem, quæ nunc est, hoc est, minutam per impensas necessarias, non verò quæ tunc erat antequam maritus eas fecisset hoc est receptionis tempore, Cuiac. in dict. l. dote 5. ff. de dote prælegata, idem lib. 23. observationum, c. 23. Ant. Faber, l. 2. coniect. cap. 3.

Nono obstat textus in l. cum postulassem 44. §. damni infecti, ff. de damno infecto, dum in fine Africanus asserit quod si quis in ædibus causa damni infecti in possessionem sit missus, & eas vluceperit, si postea creditor, cui domus sit obligata, egerit hypothecaria actione, adversus quam ex iure antiquo vluceperio non admittitur

mittitur, nisi sit paratus refarcire impensas, quæ in refectione domus fuerint factæ: locus vero dicendum, si emptor emat rem alteri obligatam: nam si creditor egerit hypothecaria actione, auditur, neque pretium, nisi impensas præstare tenetur, ex qua secunda Africani sententia patet, bonæ fidei possessorem non posse impensas deducere. Sed ut hæc cesset difficultas, in specie proposita est differentia constituenda inter emptorem, & eum qui vice cautionis damni infecti possidere iustus suscepit: nam emptor eas non deducit: quia sponte sua accedit ad emptionem, & diligenter sibi cavere debet à venditore evictionis nomine, in qua cautione hypothecaria actio continetur. *l. simon. i. pium. §. pen. ff. de cuius. latis* enim est ut ei competat actio evictionis adversus venditorem, ut pretium & impensas recuperet, is vero cui damni infecti non cauetur veluti coactus possidet, nec potest sibi cavere à domino ædium actionis nomine; merito creditor recte potest agere hypothecaria actione adversus eum, qui missus est in possessionem: si modò paratus sit impensas præstare, cum iure veteri vsucapio non petimat pignus. Nec obstat *l. Paulus. §. domus. ff. de pignoribus*, ubi nec adversus emptorem admittitur creditor hypothecarius, nisi prius præstiterit impensas in ædificio factas nam ommissa Accursij interpretatione in *di. §. damni*, verbo, *tribuendum est*, verissime est dicendum Africanum in *di. §. damni*, loqui de sumptibus refectionis domus, quos ex rationibus supra traditis non præstat creditor, qui ab emptore pignus suum persequitur, cum satis sit, quod ei præstetur regressus evictionis nomine adversus venditorem; in quo iudicio etiam veniunt impensæ refectionis: at verò textus in *di. §. domus*, non loquitur de impensæ ad refectionem domus, sed de sumptibus ædificationis in novo ædificio factis, quos agnoscit creditor, siquidem sine illis nullum pignus absque ædificio esset cum tantum area pignorata existeret, Cuius *l. 3. Africanus. in d. l. cum postulasset. 4. §. damni. ff. de damno infecto.*

Decimo adversus id, quod supra retulimus bonæ, & malæ fidei possessorem voluntariis impensæ tantum abradere, non vero deducere posse. Obstat textus in *l. vidua. §. fin. ff. de petitione hereditatis*, ubi constat ad picturam etiam proficere doli mali exceptionem, sicuti & competit ad cæteras vitiles impensas: ergo non solum abratio verum etiam deductio & retentio permittitur. Sed dicendum est textum illum loqui in impensæ voluntariis quæ etiam voluntariæ sint aliquando tamen innecessarias convertuntur veluti cum ex litis petitor lucrum captat, ob quæ causam vitiles redduntur hæc est si picturæ illius naturæ sint, ut petitor dives easdem facturus probetur, vel adeo res ipsa ex illis pretiosior sit, ut ea vendita maius pretium petitor repetiret: nam cum textus supponat doli exceptionem possessori competere, supponit etiam petitorum dolose eas petere. Donellus *lib. 20. comment. cap. 7.* Cuius in *d. l. vitiles. 42. in fin. Ant. Fab. in Rationali. ad text. in d. l. vitiles. 42. ff. de petitione hereditatis* Garcia de *expensis. c. 1. n. 10.*

Vndecimo adversus id, quod in præfati notant omnes, videlicet impensas à bonæ, vel malæ fidei possessore nullo alio remedio, quam per retentionem opposita doli exceptione recuperari posse, quæ si ommissa sit & res tradatur, nullum remedium erit, iuxta textum in *l. sumptus. 28. digestis de rei vindic. l. si in area 37. de iudic. indebitis. l. Paulus. 14. de doli exceptione. l. ad id. §. de diverso. ff. de acquir. rerum dominio. l. qui iniuria 55. §. fin. de furtis. l. in hoc. 14. ff. communi dividendo. l. 4. si ubi. 28. par. 4. Cuius & omnes in §. c. 16. Instit. de rerum divisione. l. 1. 8. observ. cap. 10. Don. libro vigesimo, comment. cap. 7. in fin. Ant. Fab. de erroribus decade 26. errore 9. & 10. Schif. regegens ad Fabrum *lib. 2. tractat. 12. Bar. bola in l. devortio. §. fin. 3. par. ff. solutio matrim.* Garcia de *expensis. cap. 7.* Gilchenius de *expensis. 2. par. cap. 4.* Idem in *l. si area. 13. ff. de conation. indebitis*, Obstat textus in *l. si pupilli. 6. §. sed & si quis. ff. de negotiis gestis*, ubi ei qui ad negotia, & res alienas gerendas deprecandi*

causa accessit, si quid circa res vitiliter impenderit, tribuitur ei adversus hominam actio negotiorum gestorum ut impensas recuperare possit Cui difficultati respondendum est multum interesse, an quis ad negotia aliena tanquam aliena accesserit, an tanquam propria in primo casu, eo ipso, quod gessit, alienum esse fiteretur itaque si impensas fecerit non sui contemplatione, sed veri domini facere intelligitur, & ad eas recuperandas actio negotiorum gestorum competit, & ita loquitur text. in *l. 6. §. sed & si quis verlicul. Ipse* in secundo vero casu, quando quis in re aliena proprio nomine impensas facit, cum animo obligandi verum dominum eas fecisse non appareat, cessat actio negotiorum gestorum argumen. text. in *l. in hoc. 14. §. diversum ff. communi dividendo. sed retentio tantum ex æquitate exceptione doli mali opposita competit.* Gloss. Bart. & Paul. in *d. §. sed & si quis*, quos sequitur Garcia *ubi supra. c. 7. n. 4. & c. 3. n. 27. Don. d. cap. 7. vers. Hæcenus*. Neque huic solutioni obstat dicere, quod in *d. §. sed & si quis*, constat illum gessisse negotium causa proprii lucti, & sic non animo obligandi verum dominum: nam responderetur, quod ex liteta potius constat negotium alienum gessisse, & sic nomine alieno: quamvis eo animo gessisset, ut ex illo negotio aliquid præstaretur, quo non obstante actio negotiorum gestorum competit, sed propter malum animum, diminuitur, ut tantum confiquatur id, ex quo dominus locupletior factus fuit, Bartol. Castrensis, & Faber in *Rationali ad eundem textum.*

Duodecimo obstat text. in *l. domus. §. Cod. de rei vindicatione*, ubi malæ fidei possessori, si in alienam rem impenderit, nulla repetitio competit, nisi necessarios sumptus fecerit: ergo si necessarios fecerit, repetitio competit, ac per consequens, non solum retentio, sed etiam actio. Sed respondendum est, verum esse repetitionem habere, sed id intelligendum est suo modo hoc est iure civili cognito, scilicet per retentionem, ne aliàs iuris principiis contrarietur argument. in *leg. in ambiguo, digestis, de legibus*, Don. *ubi supra vers. Obicitur.*

Decimotertio obstat text. in *l. fin. §. Cod. de petit. hereditatis*, ubi si possessor hereditatis aliquid creditoribus soluerit, placet non tantum in eodem iudicio per exceptionem id consequi posse, sed etiam per actionem negotiorum gestorum, & conditionem ex lege. Augeturque difficultas ex textu in *l. hereditas. §. ult. ff. de petitione hereditatis*, ubi possessor hereditatis, hoc est putativus si monumentum fecerit, poterit impensas ab hærede actione negotiorum gestorum deducere. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod in *di. §. sine putativo hæredi actio negotiorum gestorum competit*, quia verus hæres fuit institutus sub conditione *si monumentum fecerit*, cum hæres putativus conditionis implendæ causa, illud construxisset, videtur negotium hereditatis iacentis fecisse, cum adhuc verus hæres conditione pendente non esset hæres, quare iuxta de causa putativo hæredi actio negotiorum gestorum competit, cum hereditario nomine id gessisse videatur ut constat ex eiusdem textus verbis ibi: *Veluti hereditario negotio gesto, & c. l. 1. §. hac verba, l. nam & servus 21. §. 1. ff. de negotiis gestis*, Anton. Faber. in *Rationali ad eundem textum*; sic similiter cum in *di. l. fin. Cod. de petitione hereditatis* is qui creditoribus hereditariis solvit, vel quid fecit, id non gesserit proprio, sed hereditatis nomine mirum non est, quod ei competat actio negotiorum gestorum, *l. fin. Cod. de petitione hereditatis* Sed adhuc obstat dicere, quod in *di. l. hereditas. §. 1.* non potuit competere illa actio negotiorum gestorum, siquidem cessat, quoties quis in dubio solvit, vel facit cum non alieno, sed proprio nomine facere, vel solvere videtur, iuxta textum in *l. si pæna. 19. §. 1. ff. de conditione indebiti* & per consequens cum, in *di. l. 1. dubium* illud esset: dicendum videtur facienti monumentam non competere actionem illam. Sed respondendum est, prædictam considerationem locum habere, quando hæ-

res putatiuus iam adiuu hæreditatem: nam post aditam, si quid fecerit præsumitur proprio nomine fecisse at verò textus in d. §. 1. procedit quando tempore, quo monumentum fecit, adhuc erat hæres: quod etiã dicendum est, cum sibi iam erat mota controversia de hæreditate: nam in dubio soluisse videretur hæreditario nomine, siquidem pendente lite poterit, vel nomine hæredis veri, vel hæreditario, vel suo, si hæres futurus esset juxta textum in d. l. fin. §. fin. autem, C. de petitione hæreditatis.

23 Decimoquarto obstat text. in l. qui exceptionem 40. §. 1. ff. de condition. indebiti, vbi si possessor domum tradiderit, sine deductione impensarum, habet incerti conditionem quod omnino contrarium refert text. in l. si area 33. ff. eodem, §. 1. ex diverso, Insti. de rerum diuisione, vbi tantum ius retentionis competit, & si res tradita fuerit nihil habebit. Cui objectioni respondendum est, decisionem textus in d. l. qui exceptionem vnctã l. quod si multa 60. ff. de legat. 1. procedere, non in possessore rei alienæ, sed in hærede rogato restituere hæreditariam insulam, vel domum, in diem incertum, qui dies pro conditione habetur, i. talis scriptura 30. §. sed etsi 4. ff. de leg. 1. l. dies incertus, ff. de conditionibus, & demonstration. & cum pendente conditione seu die incerto, hæres ille fidei commissi dominus sit, quamvis incertus, cum incertum sit, an debitor sit hæres fideicommissum, nec ne, veluti si fideicommissarius ante diem fideicommissi cedentem decederit, l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fisci, ideoque si interim pendente conditione, combusta sit insula, seu domus, quæ per fideicommissum restituenda erat, & eam hæres sua impensa refecerit, quamvis postea fideicommissi dies extiterit, quamuis in re propria non aliena impendisse videatur, tamen cum obligati animo fideicommissarium fecisset, & inter eos aliquid negotium factum præsumatur, iusta de causa si domum, eu insulam absque deductione impensarum tradiderit, ei conditio incerti competit, cum negari non possit, quin plus debito soluisse, arg. text. in l. si quis 49. ff. de condition. indebiti, notat Ant. Fab. in Rationali ad text. in d. l. qui exceptionem 40. §. si pars, ff. de condition. indebiti. Quod diversum est in d. l. si in area 33. d. §. ex diverso, siquidem iura illa procedunt in bonæ fidei possessore, qui nunquam dominus fundi, seu ædificij fuit nec habuit animum obligandi alium d. l. in hoc 14. & cum tantum habeat ius retinendi, si tamen tradiderit, nihil indebitum tradit, & repetitio cessat, Ant. Fab. de errorib. decade 26. errore 10. Schifordet. l. 2. r. 12. §. 4. Garcia vbi supra, d. cap. 7. num. 1. Barbol. vbi supra, n. 3. Nec his omnibus obstat text. in l. sed etsi 22. §. 1. ff. de condition. indebiti, vbi is qui exceptionem habet ad fundum retinendum, si eum tradiderit, habebit conditionem. Quia text. ille loquitur casu in quo conventio erat, vt iter expetetur, & si, eo non excepto venditor per errorem tradiderit, repetit iter per incerti conditionem, cum ex vi pacti plus soluisse videatur Ant. Fab. in Rationali ad eundem textum, vbi plura refert.

24 Decimoquinto obstat text. in l. si in fin. ff. de negotiis gestis, vbi si hæres putatiuus soluit legata, ei competit aduersus verum hæredem actio negotiorum gestorum. Cui difficultati est dicendum, ideo competere, quia hæres putatiuus soluit legata nomine hæreditario, hoc est veri hæredis. Quo in casu negotium ipsius gessisse videtur, & constat ex eo quod verus hæres per solutionem illam fuit liberatus, quod aliàs non admitteretur, si putatiuus suo nomine soluisse, l. si quid possessor 31. ff. de petition. hæreditatis, notat Ant. Fab. in Rationali ad eundem text. Cuiac. lib. 8. quaest. African. in d. l. si. Nec huic doctrinæ, obstat text. in l. si quis 14. §. si quis dum ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, vbi non competit actio negotiorum gestorum, sed funeraria tantum ex æquo, & bono, quia cum possessor hæreditatis impensas funerarias fecisset

25 & de eis nihil defunctus cavisset, ideo ex bono, & æquo ei competit actio funeraria, ne defunctus de alieno funeretur; contra textum in l. 1. §. prator ff. eodem: secus vero si testator iusserit monumentum fieri: nam tunc ei aduer-

sus hæredem competeret actio negotiorum gestorum, cum hæredis negotium gessisset, & ex voluntate defuncti ad monumenti constructionem teneretur, iuxta textum in l. hæreditatis, §. 1. ff. de petitione hæreditatis, quam interpretationem vetiorem existimo, etsi aliter interpretetur Anton. Fab. in Rationali ad d. l. 14. §. si quis dum ff. de religiosis, & sumptibus funerum.

Decimosexto obstat text. in l. Et si quis 14. §. sed interdum 7. ff. de religiosis, & sumptibus funerum, vbi ei qui in alienum funus aliquid humanitatis causa impendit, ex officio Prætoris competit actio funeraria, vt impensas funeris possit deducere, iuxta text. in l. si quis 12. §. prator ad d. l. 14. §. hoc actio 6. eiusdem tit. siquidem cum defuncto quasi contrahere videatur, l. 1. ff. eodem & quasi negotium hæredis gessisse, d. l. 14. §. si quis, & v. idem Labeo, quod admissum est, vt homines ad sepelienda corpora inuenerunt, l. 12. §. hoc editum, l. 43. eiusdem tituli, Petrus Gregor. libr. 2. synagm. cap. 14. num. 8. Garcia de impensis, cap. 8. Donell. 14. commentar. cap. 7. & libr. 23. cap. 5. Pacheneus lib. 12. cap. 49. Secus vero dicendum est, si quis in alterius funus sumptus pietatis, seu miserationis causa impendit: nam tunc ex d. l. §. sed interdum, eos repetit, Petrus Faber lib. 2. semest. cap. 1. Petrus Gregor. d. l. cap. 14. num. 8. & 9. Ratio est, quia non animo repetendi, sed potius donandi sumptus fecit, Anton. Faber in Rationali, ad textum in d. l. 14. §. sed interdum, v. elembecius in parat. ad eundem tit. n. 6. Petrus Faber d. c. 1. Petrus Gregor. d. c. 14. num. 3. in fin. Sed text. ille difficilis redditur ex eo quod Vlpian. ibi asserit, actionem funerariam competere, si in funus impenderit humanitatis gratia, siquidem vox illa: Humanitatis, idem est quod miserationis, seu pietatis causa: nam pietas humanitas & benignitas, idem significant, l. humanum 8. C. de legib. l. si debitori 47. §. fin. de fidei. l. 5. in fine. ff. de bonis d. anatorum, in bello 12. §. codicilli, ff. de captiuis. Sed respondendum est: Vlpianum ibi, in verbo illo, Humanitatis, sensum sejunxisse ab illo verbo, Pietatis nam licet verbum illud, Humanitatis, lato modo pietatem in se comprehendat; tamen si lato modo non ex intimis præcordijs, seu propenso affectu naturæ funus fecerit, sumptus deducit, & ita interpretanda sunt verba illius textus ibi: Si in hoc fecerit misericors, vel pius, vbi humanitatem cum miseratione, & pietate lato modo coniunxit, sin verò specialiter humanitatis causa ex commotione viscerum proficiscens impensas fecerit, repetitio denegatur, cum donasse præsumatur: & ita obinet alicui Vlpiani sententia, nam qui pietati tribuit, utique donat, cum non repetenti animo id fecisset: qui vero negotium humanitatis gratia gerit, vt beneficium non gratuitum præstat, l. 3. in fin. ff. de obsequijs præstandis, Petrus Faber, & Anton. Faber, vbi supra, & pro interpretatione ad textum in l. quod in uxorem 13. Codic. de negotijs gestis, videndus est Castrensis, & Salicetus, ibidem Mascardus de probationibus volumus conclus. 77. Petrus Gregor. lib. 2. synagm. cap. 20. num. 4. Surdus de alimentis, tit. 10. quaest. 33. num. 26. v. l. col. Quorum casus: & pro interpretatione text. in l. si cum dotem 23. §. fin. autem in saxissimo, ff. soluto matrim. videndus est, Anton. Fab. libr. 5. comest. cap. 19. Cuiacius in l. eum de indebito 25. de probat. Duarenus in d. l. 23. §. fin. autem.

Decimosextimo obstat text. in l. patrem 16. C. de nuptiis vbi educator qui alterius patris filiam expositam pietatis causa aluit reperere potest sumptus, quos in ea alenda erogauit. Ex cuius decisione constat alimenta intuitu pietatis præstita repeti posse, & nemo ambigit pietatis, & misericordie ratione infantibus alimenta præberi, l. necare 4. ff. de liberis agnoscendis, l. 2. & 3. Cod. de infantibus expositis, cap. unico, eodem titulo. Sed respondendum est ibi repetitionem permitti ad compensendam ingratitudinem reuuentis patris consentire matrimonio filij educatoris, cum non agnovisset beneficium, quod accepit ab educatore filie: plectenda igitur est huiusmodi ingratitudo per alimentorum repetitionem, Cuiac. in d. l. patrem, C. de nuptijs, & in tit. C. de infantibus expositis, idem lib. 16. observ. cap. 36. Surdus de alimentis, tit. 6. quaest. 19. n. 2. Petrus Gregor. lib. 1. synagm. cap. 10. n. 1. & 2.

Ofu. ad Don. lib. 2. cap. 26. lit. A. & F. Ant. Faber. in *Interpretatione*, tit. 9. princip. 4. lit. ult. Gratianus *rom.* 2. *discept.* cap. 277.

Decimo octavo obstat text. in *l. si quis ab alio septima*, in princip. versicul. Sin autem, digestus de calumniatoribus, ubi si mandatu meo non interveniente, alicui quis miserationis causa pecuniam dederit, ut mihi crimen, quod calumnia causa minabatur, non intenderet, neque negotium faceret, Consultus respondit pecuniam repetitionem dari ei, qui illam impedit, licet motus misericordia erogaverit. Cui difficultati est dicendum, ibi non competere repetitionem adversus eum pro quo fuit erogatum cum ob eius miserationem fuerit expensum, sed adversus eum, qui calumnia causa accepit, cum turpiter accipiendo fecerit nam quod vni datur animo pietatis erga alium exercendae, potest repeti, si is qui accepit, turpiter accepit: nec oberit misericordia, quae per turpitudinem intermissa est, *l. palam* 43. §. non solum. ff. de ritu nuptiarum, Ant. Faber. in *Rationali*, ad text. in dict. *l. quis* 7. ff. de calumniatorib. Cuiac. ad Paulum ibi.

Decimonono obstat text. in *l. 2. Cod. de rei vindic.* ubi mala fidei possessori rei vindicatio competit, ut diruto edificio possit tollere ea, quae impendit, si sine detrimento fundi possunt. Sed dicendum est, quod text. ille procedit cum mala fidei possessor non animo donandi id fecit; nam cum dominus esset totius domus, in & superiori eius parte habitasset, & is qui impensas fecit in inferiori domus parte, cum non praesumatur dominus id ignorasse, iusta de causa rei vindicatio conceditur in his quae sine rei detrimento tolli possunt, cum potius repetendi, quam donandi animo id fecisset quae interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Si non donandi animo*, &c. notat Ant. Faber. de erroribus, decade 26. errore 9. apud nud.

Vigesimo obstat text. in *l. haeres* 2. ff. ad Trebellian ubi postquam Consultus exaequavit haeredem, qui totam haereditatem restituit eis, qui retentiones, quas habent omittant, concedit haeredi, qui debuerat Quartam retineri, si totam haereditatem restituit, ut possit totam haereditarium possessionem, vel repetere, vel nancisci, & uti adversus agentem exceptione doli mali. Qua in difficultate dicendum est, id non ita accipi debere, ut possit haeres possessionem repetere, vel nancisci per viam conditionis, seu alterius actionis, sed sensus illius textus est, quod haeres, qui Quartam non deduxit, etsi ei repetitio non competit, cum solum retentionem haberet aliquantulum tamen per retentionem aliarum rerum haereditarium recuperare poterit Quartam aliove iure, quam praetextu Quartae: nam in rebus supra dictis poterit adversus agentem uti exceptione doli mali, & debitoribus denunciare ne solvant, donec ei quarta praestetur: nam quamvis haeres post restitutam haereditatem adversus fideicommissarium repetitionem non habeat, cum sciens restituat, tamen cum aliqua restitutae nondum fuerint, res illae sine vicio ab haerede summo iure haeres manet retinens penes se directas actiones, etsi viles transmississet, *l. si haeres* 70 ad Senatum. *Cons. Trebellian.* & cum dominus adhuc earum rerum maneat, §. restituta, *Instit. de fideicommissariis haereditat.* ideo potest falcidiam repetere, & debitoribus denunciare, ne solvant fideicommissario, *leg. 3. Codic. de novationibus*, Cuiacius lib. 8. *observ. capite secundo*, Ant. Faber. de erroribus, decade 26. error. 10. Donell libro septimo, *commen. cap. 29. versiculo Quidam sunt* Schifodeg. ad Fabr. libro secundo, tractat. 22. *quafition.* 4.

Vigesimalimo obstat text. in *l. si pona* 19. §. 1. ff. de condition. indebiti, ubi si is qui existimans se haeredem, vel bonorum possessorem esse, creditoribus haereditariis solverit, repetitio datur. Cui difficultati est respondendum, Papinianum ibi loqui; quando haeres fal-

so existimans proprio nomine, & quasi verus haeres solvit; quo in casu cum revera ipse non deberet, quia haeres non erat, a creditoribus condicit; siquidem non dicitur suum recipere, qui id accepit ab eo, qui non debebat, *l. in summa*, §. *fin. ff. de conditione indebiti*: nam quamvis debitum sibi quis recipiat, si tamen is qui dat non debitum dat, repetitio competit, & ita obtinet textus in *l. si pona* 19. §. 1. de conditione indebiti. Cui non obstat *l. repetitio* 44. ff. eodem. Quia loquitur casu in quo creditor suum recepit, quo, etiam si ab alio, quam a vero debitore recipiat, repetitio non datur, iuxta textum in *l. si procurator*, in *fine. ff. eodem*. Ant. Pich. in §. 11. quoque, num. 22. *Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*, Cuiac. lib. 8. *observ. cap. 9.* & de interpretatione ad textum in *l. si & me* & Titium 31. ff. de rebus creditis, videndus est Ant. Faber in *Rationali*, ibi, & de erroribus, decade 26. errore 9. vers. *Obijciat* 3.

Vigesimosecundo, obstat sequens consideratio: nam cum bonae fidei possessor in impensis habeat ius retentionis, & domino petenti possit obijcere doli exceptionem, *l. Paulus*, ff. de doli exceptione, §. *certa*, *Instit. de rerum divisione*, iusta de causa cum solvat id, quod opposita doli mali exceptione non solveret, ei tantum indebitum solvens debebat competere indebiti conditio, seu repetitio, iuxta *reg. l. in sortem* 26. §. *debitum* & §. *adeo. ff. de conditione indebiti*, *l. si quis fundum* 10. §. *Imperator*, in *fin. ff. de iocati*. Cui obijctioni responderi debet, quod tum demum per exceptionem doli repeti potest, cum exceptio si opposita est, omnino elidit obligationem, & actionem, *l. si unus* 28. §. *paucus ne peteret. ff. de pactis*, nam tunc cum attempto effectu non videatur debitum, *l. si dars* 15. de verb. obli. iusta de causa conditio indebiti competit: at vero in exceptione doli mali, quoad impensas, de qua nos loquimur, cum illa exceptio eius naturae sit, quae non annullat actionem, & obligationem, sed tantum solutioni impensatum moram praestat, nec indebitum facit ideo si id per errorem solvatur, regulariter tanquam indebitum non condicitur. Nec obstat *l. pater dorem*, §. *pen. ff. de dote prelegata*, ubi si haeres solvat non exacta cautione, ei conceditur repetitio: nam idem competit; quia non tantum cautio illa haereditatis fauorem respiciebat, sed etiam commodum mulieris, cui per praedictam cautionem consulebatur, ut secura esset de dote, quae propter legatum tradenda erat marito per patrem exhaereditato, & ideo propter personam mulieris conceditur haeredi conditio, quae ex sua non concederetur.

Vigesimotertio, obstat textus in *l. 3. §. fin. ff. si cui plusquam*, quod per *l. Falcid.* ubi probatur, quod si praestanda esset cautio antequam legatum traderetur, & ea omissa traditum fuerit, conditio ponitur, ut interponatur cautio, qua non elidebat obligationem principalem, sed morabatur eius exactionem: ergo idem videbatur dicendum in exceptione doli mali, quoad impensatum retentionem. Sed respondendum est, ideo ibi illud fieri, quia erat incertum utrum legatum esset solutum, vel omnino non deberetur, vel tantum pro parte propter legem Falcidiam, *l. 1. §. haec verba. ff. eodem*, unde cum solutum sit, id de quo dubitabatur, iusta de causa conditio competit, *dict. l. 1. §. stipulatio* l. 9. *C. ad legem Falcidiam*, Bart. in *l. 3. ff. de usuris*.

Vigesimoquarto obstat textus in *l. plane* 34. ff. de petitione hereditatis, ubi non per retentionem, sed per officium Iudicis mala fidei possessori consulitur. Cui obijctioni responderetur textum illum non dicere doli exceptionem ei non competere: nam satis dicitur in dolo esse, qui impensas solvere non vult, sed tantum asserit non esse necessarium opponi eam exceptionem: quia etsi non opponatur, iudex iubebit necessarias impensas solvere, *l. fin. in fine. ff. de petitione hereditatis*: nam licet summo iure possit ei imputari, cur sciens in rem alienam impenderit, tamen ex aequitate ei permittitur impensas deducere non per exceptionem doli, cum ipse mala fidei Possessor in dolo sit, sed per officium Iudicis ne eam iactura alterius dominus locupletetur, Barbosa in *l. divorcio*, §. *fin. 2. part. ff. soluto matrimonio*,

Anton. Fab. de erroribus decade 26. errore 10. Hæc in præfenti de fructibus, & expensis dicenda duximus cum non sit alius in iure Canonico opportunior locus, ubi de his agi possit.

CONCLUSIO.



AD TIT. DE DOLO, & CONTUMACIA, XIV.

Ad textum in capit. 1. cum aliis,
hoc titulo.

SUMMARIVM.

- 1 *Contumacia, ut contrahatur trina monitio, vel una pro omnibus desideratur & tunc varijs pœnis coercetur.*
- 2 *Ratio assignatur.*
Citatio quatenus defensionem continet juris naturalis est, ideo a Principe auferri nequit.
- 3 *Iudicium redditur in invitum. Intellige quoad reum.*
- 4 *Antiquitus reus absens per edictum peremptorium citatus, postea per edictum præconis voce vocabatur. Explicatur text. in l. & post edictum 37. ff. de iudicijs & in leg. consentaneum 8. Cod. quomodo, & quando iudex.*
- 5 *Explicatur textus in legat. 2. Codice quomodo, & quando iudex: & in leg. ad peremptorium 68. ff. de iudic.*
- 6 *Citatio ad domum facta sufficiens est ad missionem in possessionem.*
Explicantur textus in leg. ignorare, Codic. de restitut. milit. & in leg. prætor, §. quod si non latitet: & leg. in possessione 6. §. 1. & 2. ff. ex quibus causis maior.
- 7 *Ad constituendum aliquem in contumacia non sufficit generalis citatio.*
- 8 *Explicatur textus in l. scire, §. qui autem, ff. de excusat. tut.*
- 9 *Contumax amissione cause mulatur.*
Explicatur textus in l. divi fratres, §. ultimo, ff. de liberal. causa leg. 1. §. final. in princip. ff. de assert. tollend.
- 10 *Fi ius interrogatus an sit hæres patris, si contumax sit in respondendo, an in solidum condemnari possit.*
Explicatur textus in leg. si filius 12. digestis, de interrog. actio. & in leg. de atate, §. qui tacuit, ff. eodem.
- 11 *Minor contumax an in solidum condemnari possit.*
Conciliantur text. in l. minor 8. & in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minorib.
- 12 *Testes contra absentes contumaces ante litem contestatam an recipiantur.*
Explicantur text. in cap. decemimus, 3. quest. 9. cap. rursus, cap. quicumque, 11. quest. 3. & cap. veritatis, hoc tit.
- 13 *Contumax condemnatus non audiet appellans.*
Explicatur text. in l. liberto 11. §. item, vers. Caterum, ff. de negot. gest.
- 14 *Explicatur textus in leg. 2. §. Senator, ff. de iure fisci.*
Fiduciosores delatoris tenentur ad pœnam conventam, quando ipse contumaciter ab fuerit.
- 15 *Reus postulat de crimine lasa Maiestatis ad edictum non respondens eius domus diruitur, & arbores succiduntur.*
Explicatur textus in l. si is cum quo, ff. communi divid.



CONTUMACIA, qua grave crimen est, ut contrahatur, trina admonitio, vel una pro tribus desideratur, contractaque varijs pœnis coercetur. Idem probat text. in c. 1. c. ex literis 2. c. proo 4. cap. cum dilecti 6. cum alijs, hoc tit. cap. 1. cum alijs, ut lite non contestata, c. 1. de causa possessionis, & proprietatis, cap. pastoralis, & præterea, de officio Ordinar. 4. c. sacro, de sententia excommunicationis, c. 1. de iudicijs, Cir. 2. c. 1. hoc tit. c. nemo, c. nullus, 11. quest. 3. 1. edictum 1. & post edictum 1. ad peremptorium 68. ff. de iudicijs, 1. tres denunciationses 9. C. quomodo, & quando iudex, Conc. Trid. Sess. 15. capic. 3. l. 6. tit. 8. part. 2. exornant Maranta de ordine iudiciorum, 6. par. de citatione, membro 1. Gurtiet in practica, lib. 1. quest. 31. num. 2. Covarr. in practica, cap. 23. num. 6. Idem in cap. alma mater, 1. part. 5. num. 4. Menoch. de presumptionibus, lib. 2. presumpt. 26. & 27. Mascard de probatione concl. 449. Stephanus Gratianus discept. Forensium, cap. 60. num. 5. & 6. Tiraquel. de retractu, §. 9. gloss. 2. num. 4. & gloss. 1. num. 7. Corrahus in l. si finita, §. Iulianus, de damno infecto, Pæz in praxi 1. part. tom. 2. cap. 3. & 2. part. tom. 2. cap. unico, Robertus lib. 1. rerum iudicatarum, cap. 4. Farin in praxi criminali, quest. 18. num. 18. Cardinalis Tuschus, littera C. conclus. 1017. Cujac. lib. 7. obser. cap. 10. & 15. Idem lib. 18. cap. 30. & lib. 10. cap. 10. Duaren. libr. 1. disput. cap. 17. Anton. Faber de erroribus decade 10. errore 6. Anton. P. chardân §. in summa, Instit. de interdicitu, cap. 2. per totum, Idem in §. omnium, de pœna temere litigantium, num. 30.

Ratio est, quia totius iudicii origo, firmitas, & fundamentum est, partium citatio; aliàs quidquid Iudex decreverit ante citationem, inutile, & nullius momenti est; §. fin. Instit. de pœna temere litigantium, Glossa in rubrica, ff. & C. de in ius vocando: nam citatio, quatenus Rei defensionem respicit, à iure naturali descendit, l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauperim, & c. 1. ut vim, ff. de iustis & iure, Genesis cap. 13. cap. Deus omnipotens, 2. q. 2. unde nec per Principem secularem, aut Ecclesiasticum auferri potest, c. nos in quinquam, 2. q. 1. cap. 1. de causa possessionis, & propriet. quare si contumax quis fuerit in non comparendo, citatione interveniente varijs pœnis ab omni iure expressis coercetur: quia aliàs quilibet reus conventus subterfugeret, & actores ius suum consequi non possent, variisque artibus, & dilationibus Rei conventi uterentur, ne coram Iudice comparerent, quare ne lites fiant immortales, & ne melioris conditionis contumax, quam obediens sit, varijs remedijs contra contumaces proceditur.

Primo obstat text. in l. unica, C. ut nemo invitus agere, vel accusare, & c. ubi regula generalis traditur, quod nemo invitus agere, vel in iudicium ire compellitur. Verùm scrupulum huic salvare poteris, si dixeris regulam illam locum tantum habere in Actore, qui agere non compellitur; at verò in Reo, secus est; qui sive velit, sive nolit, tenetur Actoris petitioni respondere: nam quoad eum etiam invitum, iudicium redditur l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. oblig. & adversus eum proceditur, tanquam inobedientem, & contumacem, ex iuribus supra adductis.

Secundò obstat text. in l. & post edictum 37. ff. de iudicijs ubi post edictum peremptorium impetratum, iterum absens citari debet, quasi peremptorium edictum non sufficiat, ut quis contumax iudicetur. In cuius text. difficultate, omilla Accursij emendatione ibi, verbo, Debets, verissimè dicendum est, text. illum esse intelligendum de antiqua illa Romana consuetudine, qua observabatur, ut Reus absens post edictum peremptorium per triduum præconis voce, sicut buccina vocabatur; qua solemnitate adhibita post edictum peremptorium si Reus non veniret, agitabatur causa, & verus contumax iudicabatur; Duaren. lib. 1. disp. c. 7. Cujac. lib. 20. obser. c. 11. Govean. lib. 1. variar. c. 47. Morla in empirio, tit. 2. an praludic, ex n. 21. Nec solutioni obstat text. in leg. consentaneum 8. C. quomodo

quomodo & quando iudex; ubi si Præses Provincie post tres denunciations, aut post edictum peremptorium ante causæ cognitionem decesserit, eius successores ut reus versus contumax dicatur, teneatur aliam citationem indulgere: Quia dicendum verissimè est, quod tres denunciations, vel edictum peremptorium sufficiat; tamen si primus iudex decesserit, a quissimum est, ut absens à successore iterum moneatur: quod admissum est, ut facilius causæ cognitio fiat, & sic novum Iudicem præesse cognoscat, juxta tex. in l. edictum, ff. de iudicijs. Cuiacius lib. 18. observo. cap. 30. & in posthumo ad tit. C. quomodo, & quando iudex, Ofu. ad Donel. lib. 17. c. vir. littera O.

5 Tertio obstat his omnibus tex. in l. 2. C. quomodo, & quando iudex, ubi cessante causa peremptorij edicti, absque peremptoria citatione, adversus absentem, tanquam contumacem, proceditur: ergo neque tres denunciations, neque peremptoria admonitio desideratur. In cuius textus difficultate ommissa Accursij interpretatione ibi, verbo, Edicti, quam sequitur Paz ubi supra, n. 27. Corralius de l. & 2. decreto, n. 1. verius dicendum est, ibi Reum ter fuisse admonitum, quæ trina admonitio vicem peremptorij edicti retinet, iuxta tex. in l. tres denunciations 9. C. eodem, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: Adversus eos, qui admoniti iudicio, &c. Nam cum textus doceat sententiam adversus contumacem proferri posse, satis demonstrat admonitionem legitimam fuisse, notat Cuiac. lib. 9. observo. c. 21. Duar. in l. contumacia 53. §. 1. de re iudicata. Nec obstat textus in leg. ad peremptorium 68. ff. de iudicijs, ubi post edictum peremptorium, alterum impetrare necesse est: ergo edictum primum, seu tres denunciations non sufficiunt, ut quis contumax dicatur: nam ommissa Fulgosij interpretatione in l. tres denunciations, C. quomodo, & quando iudex, verissimè est dicendum in arbitrio iudicantis esse augere vel minuere edicta: nam nonnunquam post tria edicta quartum indulgetur, veluti pro necessitate causæ, temporis, vel personæ: causæ, si pia est: personæ, si miserabilis; temporis, veluti si messium, vel vindemiarum, l. nonnunquam 72. ff. de iudicijs, Cuiac. in posthumis, ad textum in dict. l. ad peremptorium: Anton. Fab. in Rationali, ad text. Men. de arbitrar. q. 59. & casu 257. Don. lib. 28. cap. 3.

6 Quarto obstat textus in l. ignorare, C. de restitut. militum, l. prator, §. si quis si non latiter, l. in possess. 6. §. 1. & 2. ff. ex quibus causis maiores, ubi adversus absentes causa Republicæ, & ab hostibus captos proceditur absque vlla citatione, per missionem. Quibus iuribus respondendum est, ibi citationem præcessisse saltem ad domum, quæ sufficiens est ut missio fiat, c. fin. de dolo, & contumacia, cap. finali, de eo qui mittitur in possessionem: nam adversus eum, qui captus est ab hostibus, vel Republicæ causa abest, etsi non latitet, nec dolo malo absit, tamen si non defendatur per procuratorem, bona eius possideri possunt, non tamen distrahantur antequam venerit: secus verò si dolo malo abfuerit: nam cum tunc fraudulenter latitet, & faciat, ne ad ipsum citatio perveniat, non est necessaria personalis, sed tantum per edictam, vel saltem ad domum citatio sufficit, dict. cap. fin. hoc tit. Clem. 1. de iudicijs, cap. ex tua 11. de Clericis non residentibus, cap. cum verò 26. versicul. Evocati, in fin. ff. de fideicommissarijs libertatibus, & ita est interpretandus textus in dict. leg. 6. §. 1. & 2. ff. quibus ex causis maiores, cum similibus supra adductis, Cuiac. lib. 57. Pauli ad edictum, in dicta l. 6. Idem lib. 10. observatio. cap. 31.

7 Quinto supra dictis obstat textus in 6. fin. de electione, lib. 7. cap. statimur & ibi Glossa, verbo, Nominatum, de sententia excommunicationis, lib. 6. ubi constat, quod ad constituendum aliquem in contumacia non sufficit generalis citatio, sed omnino specialis, seu personalis desideratur. In cuius textus difficultate ommissis solutionibus traditis per Cardinalem in Clem. 1. de iudicijs, a num. 10. verissimè respondendum est, regulam perditorum iurium disponentium, quod quotiescun-

que persona, quæ citari debet, certa est, citatio etiam, certa & personalis debet esse: ad limitatur plurimis in casibus, quorum principalis est, quando quis dolo abest latitavit & impedit, ne ad ipsum personalis citatio pervenire possit; ut late tradunt Doctores omnes in cap. final. hoc tit. & in dicta Clem. 1. de iudicijs. Nec obstat textus in l. si quis §. qui autem, ff. de excusationi iur. ubi sufficit, quod citatio fiat in faciem vel ad domum Rei: Ergo satis est, quod ad domum Rei fiat, quamvis facile reperiri possit; cum in alternativis alterum adimpleri satis sit, cap. inter ceteras 4. de rescriptis: Nam textus in dicto §. qui autem, non absolute electionem permittit, sed iuris ordinem demonstrat: ita ut sensus sit, quod citatio prius fieri debeat in persona Rei, si reperiri possit; alioquin autem, si non possit, sufficit quod ad eius domum fiat, iuxta ordinem traditum in cap. final. hoc tit. & in cap. finali, de eo, qui mittitur in possessionem.

8 Sexto adversus id, quod in præsentia notari solet, scilicet contumacem litis damno coerceri, id est, litem, & causam amittere, l. contumacia 55. ff. de re iudicata: l. 1. §. final. C. de assertione tollenda, ubi in dict. l. 1. Cæsar. constituit, quod si status controversia adversus aliquem mota fuerit, & is posteaquam caviti iudicio fisti, à iudicio absit, edictis vocatus, sui præsentiam facere contempserit, & in contumacia illa per annum perseveraverit, causam amittit, hoc est, servum esse pronunciat. Ex diametro obstat textus in l. divi fratres §. ultimo, ff. de liberali causa, ubi in eadem specie Vlpian. asserit, quod si is qui de libertate litigat, contumax sit, etiam si actor præsens fuerit, magis æquum est ut non obstante contumacia, sententia in favorem libertatis proferatur. In quorum iurium discordia ommissa Accursij interpretatione in dictis iuribus, & Cuiacij emendatione lib. 6. observo. cap. 27. verissimè dicendum est, quod non semper eandem debet, etiam si longo absit tempore, sed iudex poterit Reum absolvere, si viderit eum bonam, & iustam causam habere; quod generaliter observatur, etiam si non sit causa libertatis, l. post edictum, ff. de iudicijs, & maxime in libertate cum nimis durum esse videatur, quod liber homo ob solam contumaciam ad perpetuum iugum servitutis reducat: & de hac iusta litigandi causa loquitur textus in dict. l. divi fratres, §. fin. ff. de liberali causa. Neque obstat textus in dict. leg. 1. §. fin. in principio, ff. de assertione tollenda. Nam contumax ille servitutis pœnam patitur, non, ex eo solam contumax fuit, sed ex eo etiam, quia perituros fuit, cum primò jurasset se iudicio fisti; & post illam cautionem iuratoriæ contumax post annum fuit: nam is qui venit contra transactionem divino nomine interpolito cedit à iure, & condemnatur in causa, l. si quis maior, C. de transact. Cuiac. in d. l. 1. §. fin. C. de assertione tollenda.

9 Septimò obstat text. in l. si filius 12. ff. de interrogatorijs actiombus, ubi constat, quod si filius apud Prætorum fuerit interrogatus, an hæres pari sit, & non respondit, tanquam contumax, non potest in solidum condemnari; & si condemnatus sit, ei succurritur, ne in solidum teneatur. Quod in eadem specie contrarium docet text. in l. de atate, §. qui tacuit, ff. de interrogatorijs actiombus. In qua iurium controversia, ommissa Accursij & Bartoli interpretatione, in dict. §. qui tacuit, verissimè est dicendum, plurimam differentiam versari inter illorum iurium species: nam in specie tex. in d. §. qui tacuit, Vlp. loquitur de eo, qui à Prætorum interrogatus an solus hæres esset, qui tantum ex parte hæres erat, contumax fuit; quate cum ex parte hæres fuisset, propter eius contumaciam in solidum à Prætorum condemnari poterat: at vero Paulus in d. l. filius, loquitur de filio, qui iam ante interrogationem se abstinerat hereditate paterna, cum que in nulla parte hereditatis fuisset hæres, non mentitur Prætorum, si ad interrogata tacuerit; & idem si tanquam hæres in solidum fuerit condemnatus, ei succurritur, notat Cuiac. lib. 17. quasi. Pauli in dict. leg. si filius, ff. de interrogatorijs actiombus.

10 Octavo obstat textus in l. minor 7. ff. de minoribus, ubi 11

minor contumax in solidum condemnari non potest; si condemnatus fuerit, restituitur. Cuius contrarium refert textus in *l. si ex causa 9. §. nunc videndum, ff. de minoribus*, ubi minor propter contumaciam non restituitur: nam dolo carere non videtur, qui iudici non obtemperat, *l. non potest 199. ff. de reg. iur.* Sed in hac iurium contrarietate, omiſſa Iulij Paſij conciliatione, *centur. 1. quaſt. 93* veriffimè eſt dicendum, quod textus in *d. l. minor 8. ff. de minoribus*, non loquitur de minore, qui tanquam verius contumax fuit condemnatus; ſed Hermogenianus loquitur de minore, qui quaſi contumax fuerat condemnatus: quare nil mirum, quod ei ſuccurratur, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Si quaſi contumax condemnatus*, quod verbum, *quaſi*, impropriè denotat, vti latè refert Ant. Faber in *Rationali ad eundem textum*.

- 12 Nonò adverſus id quod deciſum eſt, in *c. decernimus, 3. q. 9. c. rursus, c. quicumque 37. 11. q. 3.* ubi in cauſis criminalibus contra abſentes, & contumaces, ante litis conteſtationem teſtes non recipiuntur; obſtat text. in *c. veritatis, de dolo, & contumacia*, ubi in cauſa criminali adverſus abſentem contumacem teſtes recipiuntur. Qua in difficultate communiter cum Gloſſa ibi, verbo, *Probatum*, reſponderi ſolet, teſtes ibi ante litis conteſtationem fuiſſe receptos adverſus contumacem, quia id ex ſpeciali Pontificis mandato fuit deciſum, vt ob nimiam Epiſcopi contumaciam Iudices delegati in cauſa illa teſtes reciperent, quod alias de iure communi neutiquam poſſent: vel aliter cum eadem Gloſſa reſponderi poſteſt, diſcrimen conſtituendum eſſe, an de crimine agatur per accuſationem; an verò per inquiſitionem: nam in primo caſu, etiam adverſus contumaces lite nondum conteſtata teſtes non recipiuntur; quomodo procedunt *d. c. decernimus, 3. q. 9. c. rursus, d. c. quicumque 11. q. 3.* ſi vero per inquiſitionem agatur, rectè poſſunt recipi, quo modo procedit text. in *d. c. veritatis, de dolo, & contum.* Abb. & antiquiores omnes in *d. c. veritatis*.

- 13 Decimò adverſus id, quod in preſenti notant omnes, videlicet quod contumax condemnatus non poſſit appellare, iuxta textum in *l. post edictum 63. §. ultim. ff. de iudicijs*, valde obſtat textus in *l. liberto 31. §. litem in iudicium deductam, verſ. Cæterum, ff. de negotijs geſtis*, ubi conſtat quod ſi amicus Rei abſentis contumacis cauſam ſuſceperit, ſi Reus abſens fuerit condemnatus, & amicus non provocaverit, culpa amico imputari poſteſt ex eo, quod non provocavit, & Reo competit contra eum actio negotiorum geſtorum. Quod omnino contrarium refert Papinianus in *princip. eiusdem §. Cui difficultati dicendum eſt textum in d. §. litem in iudicium, in 1. p. loqui*, quando amicus litem non fuit conteſtatus, ſed Reus ipſe condemnatus fuit; & idèò amico non imputatur, cum lis ab eo non eſſet conteſtata, ſiquidem tantum amicus pro Reo abſente abſentis cauſa propoſuiſſet, vt iudicium, donec amicus veniſſet, ſuſpenderetur: at verò in *2. p. in dict. verſ. Cæterum*, ei imputatur, cur non provocaviſſet; ſiquidem amicus ille pro Reo abſente litem conteſtatus eſt, & integram cauſam in ſe ſuſcepit, idèò cum non contumax, ſed ipſemet amicus eſſet condemnatus, mirum non eſt, quod actio negotiorum geſtorum Reo abſenti competat adverſus amicum ex eo, quod non provocaviſſet; notat Cuiac. *l. 1. reſponſorum Pap. in dict. l. liberto 31. §. litem, ff. de negotijs geſtis*, Ant. Fab. in *Rationali ad eundem textum*.

- 14 Undecimò ſupradictis omnibus obſtat text. in *l. 2. §. ſenatus ff. de iure ſiſci*. In cuius ſpecie conſtat, quod etiam ſi Reus poſſeſſor fuerit contumax tribus edictis vocatus, nulla tamen poena ob contumaciam afficitur; ſed omnino ab accuſatione liberatur. In cuius text. difficultate dicendum eſt, multum diſſerre, an Reus poſſeſſor ſolus ſit abſens; & delator præſens; an verò ſimul abſuerint: nam ſi ſimul abſuerint, ſidejuſſores delatoris tenentur de poena conventa, ſi lis non exerceatur, *l. 2. c. ad Turpilianum*: hæc quoad delatorem reſpondit Conſultus: de poſſeſſore autem, quia iudicio etiam ſimul cum delatore abſuit, quid fieret quaeritur; & Conſultus aſſerit, quod

tantum punietur in eo, vt non abſolvatur, & nihil de eo pronuncietur: non tamen eſt abſolvendus. Accuſatus ſi exiſtimat, ſed tantum idem eo iuris eſt, ac ſi delatus non eſſet; hoc eſt, in eadem cauſa erit, in qua fuerat antea, vti textus aſſerit: itaque mitius punitur reus poſſeſſor contumax, ſi ſimul cum eo delator etiam contumax fuerit quam ſi ipſe ſolus poſſeſſor abſque delatore contumax fuerit: nam ſi poſſeſſor ipſe præſens fuiſſet, & delator abſens; tunc reus abſolvendus eſt, iuxta text. in *l. ſenatus 15. §. quod ſi tribus 4. ff. de iure ſiſci*, notat Cuiac. in *dict. l. 2. §. ſenatus*, & in *recitationibus ad textum in dict. §. quod ſi tribus 4.*

Poſtremò obſtat textus in *l. si is cum quo, ff. communi dividundo*, ubi ſi quis ad edictum non reſponderit ipſius domus diruitur; arboreſque ſucciduntur: ergo vltra ordinarias à iure expenſas poenas adverſus contumaces, de quibus ſuprà diximus, aliz gravioreſ intentari poſſunt, qualis eſt ſupradicta: quæ omnibus adèò graviffima cenſetur, vt nemini viſum ſit, tam grave ſupplicium adverſus contumaces inſigi potuiſſe. Cui difficultati, vt ſatisfaciamus dicendum eſt omiſſa Cuiacij interpretatione *lib. 3. obſerv. cap. 29.* Revardi emendatione *l. 1. varian. c. 7.* Papinianum ibi agere de graviffimo crimine vindicando, videlicet de crimine læſe maiestatis, cuius poena propria eſt domus delinquentis deſtrui, & arboreſ ſuccidi: iuxta text. & DD. in *l. eorum 24. ff. de poenis*, ſicquè ibi non tantum propter contumaciam taliter contumax punitur, ſed quia delictum, quod commiſit, tali erat poena dignum, de quo ipſe propter contumaciam convictus apparet: quare legendum eſt in *d. l. si is, Ad delictum non reſponderis*, non veto *ad delictum*, vel *ad edictum*, vt exiſtimat Cuiac. *d. l. 6. c. 7. Gothofred. ibi lit. D.* notat Ant. Pich. in *§. in ſumma, de Interdictis, c. 3. n. 84.* reliqua quæ luc congeri poterant, videbis in *tit. ſequenti, & in tit. de ſequeſtrat. poſſeſ. & fructuum, & in tit. de lite non conteſtata.*



DE EO QUI MITTITUR in poſſeſſionem cauſa rei ſervande, Tit. XV.

Ad textum in cap. 1. Cum aliis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Contra abſentem citatum, & contumacem ſic miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, cauſa rei ſervanda tantum; & poſt annum efficitur verus poſſeſſor.
- 2 Ratio aſſignatur. Actor invitus regulariter litigare non compellitur: ſalutè hic.
- 3 Adverſus contumaces varia ſunt à iure prodita remedia. Iudicis arbitrio.
- 4 Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in cauſis beneficialibus locum non habet.
- 5 Explicatur text. in c. 1 hoc tit.
- 6 Explicatur textus in capit. 2. de dolo, & contumacia.
- 7 Sequeſtratio in cauſis beneficialibus permiſſa eſt.
- 8 Poſſeſſio rei in ſequeſtrum transferitur. Explicatur text. in leg. licet 17. §. rei depositæ, ff. de depositi.
- 9 Creditor conditionalis an pendente conditione miſſi poſſit in poſſeſſionem. Explicatur textus in leg. in poſſeſſionem, & in leg. ſi quis, §. creditores, ff. quibus ex cauſis in poſſeſ.
- 10 Actio, quanti ea res eſt, datur legatario conditionali, adverſus

versus eum, qui ipsum prohibuit ingredi possessionem, & num. 11.

Explicatur text. in l. si quis, §. 1. versic. Si legati conditio, ff. quando dies leg. ced.

11 Assignatur differentia ratio inter legatarium conditio-
nalem, & creditorem.

12 Legatarius missus in possessionem legatorum, suo tan-
tum nomine possidere censetur: & sic cetera legata-
ria preferenda.

Explicatur text. in l. is qui, §. si plures, ff. ut in
posse. legat. & in l. cum vnus 12. ff. de bonis au-
thor. iudic. possid.

13 Missus in possessionem rerum hereditariarum ex primo
decreto fructus sibi acquirit.

Explicatur text. in l. Fulcinius, §. fin. ff. quibus ex
causis in posse. eatur.

14 Missus in possessionem ex rescripto Principis, versus
possessor efficitur: secus vero ex edicto Pratoris, quia
rei seruanda causa tantum mittitur.

Explicatur text. in l. postquam, §. Imperator, ff. ut
legat. nom. caveatur.

15 Praecedente contumacia post contestationem, missus in
possessionem ex primo decreto versus possessor efficitur.

Explicatur textus in l. 2. Cod. vbi in rem actio, &
in l. propterandum, §. si autem, versic. Nec si,
C. de iudic.

16 Missus in possessionem ex secundo decreto versus posses-
sor efficitur.

Explicatur l. pratoris §. in princip. versic. Domitius,
l. si finita, §. Iulianus, & §. dominus, ff. de dam-
no infecto. l. sed et si rem, versic. Dominium, ff.
comm. divid. cum aliis.

17 Missus in possessionem ex secundo decreto in rem actio-
nem habet.

Explicatur text. in l. communis, §. sed si, versic. Pla-
ne, ff. commun. divid.

CONCLUSIO.

CONTRA absentem citatum, & contumacem,
in actione reali sit missio in possessionem ex
primo decreto, causa rei seruanda tantum: post
anni vel o lapsum, versus efficitur possessor.

Con-
longe text. in cap. quoniam frequenter §. in aliu, ut licet non
contestata, cap. veritatis, cap. prout 4. cap. ex tua, ne dolo, &
contumacia, cap. 1. hoc tit. lib. 6. l. si finita, §. Iulianus, ff. de
damno infecto, l. cum legati 12. ff. ex quibus casus in pos-
sessionem eatur, l. officium §. ff. de rei vindicatione, l. 3. §. fin.
l. si quis ante 10. ff. de adquirenda possessione, l. is cui, ff.
ut in possessionem legatorum, l. 2. in principio. ff. pro here-
de, l. 2. §. quatum, ff. quorum legatorum, l. si duo, §. cre-
ditores, ff. ut possidetis, l. 6. tit. 8. part. 3. l. 1. tit. 5. libro ter-
tio, ordinamenti, l. 1. tit. 11. libro quarto, Recopilat. disputant
Rebuffus in praxi, tit. de missione in possessionem, Gut-
tierrez lib. 2. practicarum, quaest. 13. num. 12. Menochius de
retinenda, remedio 3. quaest. 26. num. 172. Idem de arbitra-
riis, libro secundo, casu 6. Petrus Greg. 1. part. syntagma-
tum lib. 4. cap. 26. num. 13. Corrauius lib. 2. Miscellanea-
rum, cap. 2. Idem in dict. l. si finita, §. Iulianus, Cuiac. tra-
ctat. 9. ad Africanum in l. cum postuleris 44. ff. de damno
infecto, Idem lib. 10. obseru. cap. 21. Duaren. ad tit. ff. de
damno infecto, cap. 6. Donell. lib. 35. Comment. cap. 46. Olual.
lib. 1. Anton. Fab. de erroribus 1. part. decade 10 erro-
re 6. Idem lib. 7. & lib. 1. cap. 17. comest. cap. 4. Schiforde-
re 6. Idem lib. 1. tract. 7. Anton. Pichard. in §. in
summa autem, 1. Infit de Interdicto, num. 3 & 4. & in prin-
cipio eiusdem §. a num. 8. & sequentibus.

Ratio est, quia licet Actor regulariter litigare non
compellatur, l. 1. & per totum tit. C. ut nemo inuitus, tamen
reus compellitur in iudicium venire: nam quoad eum
etiam inuitum redditur l. inter stipulantem, §. 1. ff. de ver-
borum oblig. aliis variis pœnis à iure expressis coercer-
tur, de quibus supra diximus in tit. de dolo, & contumacia,
sed præcipue & frequenter per remedium ex primo, &
secundo decreto, de quo in præsentis disputatur: missus

enim in possessionem ex primo decreto custos tantum
rei, non possessor est: quia per primam missionem non
impeditur contumax à sua possessione, sed simul cum
eo causa custodiæ rem occupat, l. si finita, §. si quis au-
tem, ff. de damno infecto, l. is cui §. in principio ff. ut in posse-
sionem legatorum, l. si duo 3. §. creditores, ff. ut possidetis,
dict. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut licet non
contestata, cap. contriugit 9. de dolo, & contumacia, & cum
penes duos in solidum possessio esse nequeat, l. 3. §. ex
contrario, ff. de adquirenda possessione, contumaxque ad-
huc possideat; idè rectè dicitur, missum in possessio-
nem ex primo decreto tantum custodiæ causæ non rei
possessorem esse: ex secundo vero missum possidere, si-
quidem vsucapere potest, l. si finita, §. si velligalibus, ff. de
damno infecto, quæ vsucapio, sine possessione non procedit,
l. sine possessione, ff. de vsucapionibus, cap. sine posses. de
regul. iuris lib. 6.

Primo obstat dicere, quod ob Rei contumaciam;
Actor non debet mitti in possessionem, siquidem aliis
iuris remedijs cogi potest iudicium suscipere, veluti cap-
tis pignoribus, vel carceris metu, vel multa, imposita,
ut in l. 1. ff. si quis ius dicenti, l. 2. cum aliis ff. si quis in ius
vocalus, l. 1. §. ex hoc scripto, versic. Quod ego, ff. de ventre
inspiciendo, l. de arate, §. qui tacuit, de interrogatorijs actio-
nibus, cum supra traditis ad titulum de dolo, & contuma-
cia, cap. 2. Sed huic obiectioni satisfacies dicendo, quod
licet varia sint aduersus contumaces prodita remedia, ex
dictis iuribus, tamen exinde non excluditur remediū hoc
missionis in possessionem ex primo, & secundo decreto,
cum ceteris omnibus vtilius sit; siquidem remedia om-
nia aduersus contumaces prodita, arbitrio Iudicis relin-
quuntur, quæ sunt imponenda, iuxta contumacias quali-
tatem, & actoris petitionem, ut constat ex d. c. quoniam
frequenter, §. in aliis dict. l. constantem 9. C. quomodo,
& quando index: nam primo fit pignoris captio, secun-
do missio in carcerem, tertio imponitur multa, quarto
excommunicatio, quinto sequestratio, vel missio in
possessionem; & lite nondum contestata testes recipiuntur,
& iam contestata vtique ad sententiam diffinitivam
perueniri potest, d. c. prout, de dolo, & contumacia, d. §. in
aliis, Corrauius lib. 3. Miscell. cap. 1. num. 1. Ant. Pich. vbi
supra, cap. 2. num. 74. cum sequentibus.

Secundo obstat textus in cap. unico, hoc tit. lib. 6. vbi
in causis beneficalibus non fit missio in possessionem
ex primo decreto. Quod omnino contrarium refert tex-
tus in cap. 1. hoc nostro tit. Quia in difficultate dicendum
est, quod missio in possessionem in causis beneficalibus
locum non habet; quia in causis in quibus proprietates
annexæ, & coniunctæ est cum possessione, hoc interdicto
non proceditur, nisi prius de titulo saltem summarie
appareat, arg. text. in l. 2. §. 3. ff. de itinere atque privato.
Quod similiter est dicendum in beneficio Ecclesiastico,
iuxta textum in dict. cap. unico, hoc tit. lib. 6. ne
exinde in causis beneficalibus detur vitiosus ingressus,
cum beneficium Ecclesiasticum, sine institutione Cano-
nica obtineri non possit, regula, beneficium, de regul. iuris
lib. 6. & missio in possessionem non fit titulus canonicus.
Nec obstat text. in c. 1. hoc tit. quia ibi non agitur de be-
neficij possessione, sed de eius titulo, & proprietate, quo
in casu non datur vitiosus ingressus, cum titulus semper
presumatur, Gloss. verb. Vitiosus, in d. c. unico, hoc tit. lib. 6.
Anton. August. in collectaneis, 1. part. Decretalium, lib. 2.
tit. 11. cap. 1. Paz in praxi, 2. part. 2. tom. num. 69.

Tertio obstat textus in cap. 2. de dolo, & contumacia, vbi
non agitur de possessione, sed de proprietate Ecclesiæ
inter Monachos, & Canonicos, & petita possessione ex
primo decreto ex parte Monachorum aduersus Canonicos
contumaces non conceditur, sed tantum sequestratio
permittitur. In cuius text. difficultate omiſſa Abbatis
interpretatione in dict. cap. 2. num. 10. quam refert Sa-
hagun in commentarijs ad textum in cap. 1. de sequestra-
tione possessionis, num. 52. verissime dicendum est, verba
illius textus ibi: Inuitu tamen Religionis cum eis mittitur
agere volentes, &c. diuidenda esse ita, ut verbum illud:
Inuitu tamen Religionis, referatur ad Religiosos;
N 2 &

& verba illa, *Mitius cum eis agere volentes*, referenda esse ad Canonicos contumaces, & simul coniuncta significant, quod intuitu Religionis Monachorum cum personis, & rebus Ecclesiasticis non semper iuris rigor est observandus; sed aliquando temperandus, *cap. 1. de dolo, & contumacia*, ideoque etsi ex stricto iuris rigore, missio in possessionem Monachis deberetur, tamen favore Religionis ne nimia cupiditas in Monachis demonstraretur in rebus spiritualibus obtinendis, mitius adversus eos per sequestrationem tantum proceditur: & ita interpretanda sunt verba illius textus, *Mitius agere volentes, &c.* Quæ interpretatio deducitur ex eius integra relata ab Antonio Augustino in *prima Decretalium collectione*, ibi.

7. Quarto prædictis obstabit sequens consideratio, videlicet; nam si in causis beneficialibus est prohibita missio in possessionem, ne detur vitiosus ingressus, similiter eadem ratione dicendum videtur sequestrationem esse prohibitam, cum idem esset vitiosus ingressus; sed sequestratio est permessa, iuxta textum in *capite primo, de sequestratione possessionis, & fructuum*: Ergo & missio in possessionem permitti debet. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia missio in possessionem est prohibita, non vero sequestratio: nam etsi per missionem ex primo decreto non transferatur possessio, sed custodia rei tantum, tamen cum transcurso anni, crescente contumacia, ex secundo decreto vera possessio adquiratur, idem in causis beneficialibus missio in possessionem prohibetur, etsi sequestratio admittatur, quia sequester non possidet, nec usurpare potest, siquidem rei depositæ possessio apud deponentem remanet, *l. interesse puto 39. de adq. possessione*.

8. Quinto solutioni obstat textus in *l. licet 17. §. rei deposita, ff. de positi*, ubi rei depositæ, seu sequestratæ possessio transmittitur ad eum, qui sequestrum accipit. Cui obiectioni dicendum est, textum in *dict. §. rei deposita*, procedere, quando non res, sed possessio ipsa sequestrata, seu deposita est, quæ interpretatio deducitur ex illius textus verbis, ibi: *Sed & possessio, nisi apud sequestrum deposita est*: ponderando verbum illud: *Nisi*, quod exceptionem demonstrat, quasi sensus sit generaliter apud sequestrantem possessio, & proprietates manet, nisi specialiter possessio sit sequestrata, *Donel. libro quinto. Comment. cap. 13. Olual. ibi littera F. & G.*

9. Sexto obstat textus in *l. in possessionem, ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, ubi creditor conditionalis pendente conditione mittitur in possessionem, & tamen creditor conditionalis mitti non potest, cum debiti probatio desideretur, iuxta textum in *l. cedere diem, ff. de verb. signifi. c. l. si quis 14 §. creditores, ff. quibus ex causis in possess. eatur*. Cui difficultati ut satisfaciamus, distinctio est adhibenda, videlicet an creditor solus, & iure suo missionem in possessionem postulet; an vero postquam alij creditores iam missi sunt nam in primo casu missio in possessionem non admittitur, & ita obtinet textus in *dict. §. creditores*; at vero cum alij creditores missi sunt, etiam creditor conditionalis admittitur, & ita obtinet textus in *dict. l. in possessionem, Don. lib. 23. cap. 11.*

10. Septimo obstat textus in *l. si quis 14. §. 1. vers. Si legati conditio pendet, ff. quando dies legati cedat*, ubi *l. C. Paulus docet actionem, Quamvis ea res est*, dari legatario conditionali adversus eum, qui eum prohibuit ingredi in possessionem bonorum hæredis: ex quibus verbis constat, legatarium conditionalem pendente conditione mitti posse in possessionem bonorum. Augereturque difficultas ex eo, quod is, cui legatum relictum est, ea pendente non est creditor, sed tunc tantum cum conditio extiterit: ergo cum eadem ratio militet in legatario conditionalis, quæ militat in conditionalis creditore, idem ius est constituendum; ac per consequens creditor conditionalis mitti etiam debet in possessionem pendente conditione. Quibus difficultati-

bus ut occurratur, discrimen est constituendum inter legatarium conditionalem, & creditorem, quoad hanc missionem in possessionem; quia legatarius conditionalis diversa causa mittitur in possessionem, quam conditionalis creditor; quia creditor mittitur, ut rem vice pignoris retineat, donec reus compareat: quare cum pendente conditione non sit verus creditor: cum adhuc ei res non debeatur, nec cautio vtilis; ideo missio in possessionem ei denegatur: at vero legatarius conditionalis mittitur, non ex eo, quod rem vice pignoris retineat, sed cautionis vice, cum cautio illa debeat legatario, iuxta textum in *l. 3. §. fin. ff. de legatorum, seu fideicommissis*, meritoque si hæres fuerit testis missus in cautionem illa præstanda, legatarius conditionalis mittitur in possessionem rerum hæreditariam, *Cuiac. libro secundo, questione Pauli in dict. l. 14.*

Octavo his omnibus obstat textus in *l. is qui, §. si plures, ff. ut in possessionem legatorum*, ubi si unus ex legatariis sit missus in possessionem legatorum servandorum causa, is non possidet nomine cæterorum, sed suo tantum, & omnibus præferendus est. Quod omnino contrarium refert text. in *l. cum unus 12. ff. de bonis autoritat. iudicis possid.* In qua iurium controversia dicere oportet, multum interesse, an bonorum possessio causa rei servandæ sit data legatorum nomine, an vero data sit creditori iure crediti: nam si missus est in possessionem quis legatorum nomine, illa possessio solummodo prodest ei, non vero cæteris legatariis, quia solummodo cautionis nomine retinet; & ita obtinet textus in *dict. §. si plures*: at vero cum creditor mittitur, non mittitur cautionis nomine, sed pignoris: quare nomine etiam cæterorum creditorum possidet, *Cuiac. lib. 49. Pauli ad edictum, in d. l. cum unus, ff. de bonis autoritat. iudic. possid.*

Nono obstat textus in *l. Fulcinius, §. fin. ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, ubi missus in possessionem rerum hæreditariam ex primo decreto, fructus sibi acquirit; quod nullatenus fieret, nisi verus possessor esset, iuxta text. in *l. bona fidei emptor, ff. de acquir. rerum dominio, §. si quis a non domino, Instit. de rerum divisione*, *Donell. libro vigesimo tertio, Comment. capite duodecimo*. Qua in difficultate breviter est dicendum, idem in *dict. l. Fulcinius, §. fin.* missum in possessionem lucrifacere fructus contra iuris communis regulas, quia ibi id ei specialiter fuit concessum ex rescripto Divi Pij, propter nimiam Rei contumaciam: quare cum hoc iure communi fieri non posset, necessarium fuit Imperatoris rescriptum: quod intervenisse demonstrant verba illa textus ibi: *Divinus quoque Pius in persona eius. D. Anton. Pichard. ubi supra, numero 129. de interditi.*

Decimo obstat textus in *l. postquam, §. Imperator, ff. ut legatorum, seu fideicommissorum*, ubi si hæres sit legatarius hæreditatem restituere, & fideicommissario petatur, ut caveat, si contumax in cautione præstanda fuerit, possessio vera ex primo decreto transmittitur in fideicommissarium. Cui dubio est dicendum, discrimen versari inter missionem in possessionem ex rescripto Principis, vel Prætoris decreto: nam in rescripto Principis etiam cautio desideratur ante litis contestationem, quia missio fit non custodiæ causa; sed vera possessio in re petita transfertur, & ita obtinet textus in *dict. §. Imperator*; tunc in edicto Prætoris, ubi nulla cautio desideratur, quia tantum mittitur in possessionem custodiæ causa, quæ missio vicem cautionis retinet, & ita obtinet conclusio supra adducta, *Cuiac. dict. libro vigesimo octavo, quasi. Pap. in dict. §. Imperator*. Nec obstat textus in *cap. pastoralis, §. prætoris, de officio Ordinarii, cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non contestata*, ubi actor mittitur in possessionem rei petite: nam verbum, *possessio*, in dictis iuribus non accipitur pro vera ipsius rei possessione, sed pro nuda rei occupatione nomine domini possidentis, *Menochius ubi supra num. 112.*

Undecimo obstat text. in *l. 2. C. ubi in rem actio, &c. 11. vers.*

vecl. In omni allegatione absenti de principali negotio reser-
uata, & in li. properandum, §. si autem reus, Cod. de
iudiciis, vecl. Nec si reus ipse fuerit, & voluerit si-
deiusorem dare, & possessionem recuperare audiantur. Ex
quibus verbis constat nullum ex primo decreto posses-
sionem retinere, siquidem interdum si proprietatem dum-
taxat reservatur, interdum vero nec in proprietate
auditur. Cui difficultati omissis pluribus interpretatio-
nibus verius dicendum est, iura illa procedere, cum
quis post contestationem est contumax: nam tunc cum
missio decernitur, possessio transfertur, cum maior sit
contumacia in eo, qui postquam comparuit, a iudicio
absit, iuxta text. in capite primo, de iudiciis, cap. cer-
tum est, 11. questione prima, precipue cum in dict. §. si
autem reus, non litis contestatio præcessit, sed & cau-
sa per sententiam definitivam finem accepit, quò in
calu reus condemnatus possessionem, & proprietatem
amittit, tradit Glof. in dict. cap. proxi, de dolo, &
contumacia, & in dict. §. si autem reus: & ita simili-
ter est interpretandus text. in l. consentaneum, 8. l. cum
proponis 9. Cod. quomodo, & quando iudex, Menoch. ubi
sup. remecl. 1. num. 217.

16 Duodecimo adversus secundam nostram text. partem,
dum asseruimus nullum in possessionem ex secundo de-
creto non tantum esse custodem rei, sed & rerum pos-
sessorem. Obstat textus in l. pratoris §. in princip. vecl.
Dominus, l. si finita, §. Iulianus, & §. dominus constitui-
tur, ff. de damno infecto, l. sed eisi rem, vecl. Dominium
eorum, ff. communi dividundo, l. 2. §. si vers. In bonis
eius, ff. si ex noxali causa agatur, l. 1. vecl. Dominus, ff.
de fundo dotali, l. 3. §. 1. vecl. Alienationes, ff. de rebus
eorum, in quibus iuribus cavetur, nullum in possessio-
nem ex secundo Iudicis decreto, non tantum possessio-
nem, sed & rerum dominum effici. Qua in iurium dif-
ficultate, ommissa interpretatione affirmantium, diffe-
rentiam esse constituendam, inter dominium bonita-
rium, & quiritarium, & prædicta iura in dominio bo-
nitarium interpretantur, quod per solam traditionem ad-
quiritur, non vero in Quiritario, quod per vsucapio-
nem provenit, de quo loquitur Vlp. in fragmentis, tit. 19.
de domini acquisitione, quæ omnia sublata sunt in l. 1.
Cod. de iure quiritium tollendo, & in l. unica, Cod.
de vsucapione transformanda, notat Cuiac. ibi & Ant.
Fab. libro vigesimo, consuet. capite undecimo, adversus
id, quod ex hac interpretatione colligitur, nempe nul-
lum in possessionem ex secundo decreto verum domi-
num effici mediante vsucapione, obstat textus in l.
cum postulasset 44. §. damni, ff. de damno infecto, de quo
Cuiac. tract. 9. ad Africanum, & nos inferius dicemus
in cap. gravis, de restitutio. spoliis, ommissa etiam non-
nullorum interpretatione asserentium ex secundo de-
creto dominium adquiri mediante vsucapione, cum
in secundo decreto possessio, titulus, & bona fides in-
terveniant: verius dicendum est iura supra adducta
non debere intelligi de dominio proprietatis, sed de
dominio possessionis, ut sensus sit, nullam in posses-
sionem ex secundo decreto non solum esse in posses-
sione, sed etiam verum possessorem esse, & sic verbum
illud, Dominium, possessionis nomen multoties vsur-
pat, iuxta text. in l. intericum 78. ff. de verbor. significat.
l. quoties, Cod. de rei vindicat. l. 1. Cod. de præscrip-
tione longi temporis, quæ interpretatio confirmatur ex dict.
l. pratoris, §. Iulianus, ubi missus in possessionem do-
minus appellatur: & tamen vsucapere potest, cum ta-
men si vere dominus esset non vsucaperet, l. sequitur,
§. lana, ff. de vsucapionibus, notat Cuiac. libro vigesimo
sexto, observ. capite trigesimo sexto, & tract. ad Afri-
can. in l. cum postulasti 44. ff. de damno infecto.

17 Decimo tertio obstat textus in l. communis, §. sed si
vecl. Plane, ff. communi dividundo, ex quo constat nul-
lum in possessionem ex secundo iudicis decreto in rem
actionem habere, quæ in rem actio non nisi domino
datur, l. in rem, cum aliis, ff. de rei vindicatione, Ergo
missus in possessionem ex secundo iudicis decreto non
tantum possessor, sed & dominus constituitur. Qua

in difficultate, ommissa Glossæ interpretatione ibi, ve-
rissime dicendum est, textum illum esse intelligendum
de rei vindicatione vtili, non vero de directa: nam
vtilis etiam competit ei, qui dominus non est, l. si ager
vecligalis, l. si vi proponis, Cod. de rei vindicatione, l. 2.
Cod. quando ex facto tutoris, l. qua alii ne, §. 1. vecl. si si-
que, ff. de adquirendo rerum dominio, Anton. Fa. et in
Rationali ad dict. l. communis, ff. communi divi-
dendo.

Decimoquarto his omnibus obstat textus in l. si fini-
ta, §. vecligalibus, ff. de damno infecto, ubi constat
quod si prædij vecligalis nomine cautio petatur, & hi,
qui conductum prædium habent non cavent, actor
in possessionem mittitur, sed conditio vlucapiendi ei
non tribuitur, sed tantum eodem iure, quo erant non
caventes, vti poterit: quod omnino contrarium re-
fert idem textus in secunda parte, dum asserit, quod si
municipes non præstiterint cautionem, missus in pos-
sessionem poterit per longum tempus dominium acqui-
rere Augeturque difficultas ex textu in l. cum sponsus
14. §. in vecligalibus, ff. de publicanis, & vecligalibus,
ubi Paulus asserit prædia vecligalia non posse vlucapi.
Quo in dubio dicendum est, decisionem textus in d.
§. vecligalibus, in prima parte obtinere, cum ipsius
prædij vecligalis conductores recusant cavere; ideoque
ius tantum, quod ipsi habent in actorem transferatur,
iuxta regulam textus in l. traditio, ff. de adquirendo re-
rum dominio, non tamen ius municipum cum non esset
æquum, ut ius municipibus auferatur ob conductoris
culpam, sed tantum, ut ipse conductor puniatur, &
amittat omne ius, quod habet: si vero ipsi municipes
prædiorum domini non cavent, tunc possessio trans-
mittitur ex secundo decreto, & res vlucapi potest, cum
iam ipsi domini in culpa sint, Daar. ad tit. ff. de dam-
no infecto, capite sexto, Donell. libro decimo quinto ca-
pite quinquagesimo sexto, Anton. Faber libro vigesimo con-
suet. capite undecimo. Neque obstat textus in dict. l. cum
sponsus 14. §. in vecligalibus, quia textus illo debet in-
telligi ita, ut non tantum ab eo, qui illud in perpetuum
conduxit, non possit vlucapi, sed nec ab alio,
qui à conductore emit, cum factum conductoris non
debeat præiudicium municipibus generare: secus vero
quando ipsi municipes ob eorum factum, seu culpam
possessionem amiserunt ob cautionem non præstam,
nam tunc is qui in possessionem ex secundo decreto
missus est, rectè vlucapit, quo modo obtinet textus
in d. l. si finita, §. si vecligalibus, Duren. & Ant. Fab.
locis supra citatis.

Decimoquinto adversus id, quod in presenti notant
omnes, videlicet hanc missionem in possessionem da-
re, solummodo competere eis, qui mixtum imperium
habent, iuxta text. in l. vlt. ff. de officio eius, cui man-
data est iurisdictio, l. habere cavere, ff. de iurisdictio-
ne omn. iudic. magistratibus autem non competere, siqui-
dem illis denegantur ea, quæ magis imperij, quam iu-
risdictiois sunt, iuxta text. in l. ea qua 26. ff. ad muni-
cipalem, Cuiac. ad Pap. lib. 1. quest. in l. 1. ff. de officio eius,
& c. Don. lib. 17. cap. 8. valde obstat text. in l. 1. §. duas,
l. si tamen, ff. de damno infecto. In quibus constat magistra-
tus municipales posse iudicare, & in possessionem
mittere: eoi difficultati responderi debet, quod ibi non
simpliciter, & in univrsum illis conceditur ex propria
illorum iurisdictione, sed potius ex speciali Prætoris
delegatione, si res ita celeritatem desideret, veluti si
ædes ruinam minentur, & periculum ex eis timeatur,
ut colligitur ex dictis iuribus; secundum autem decre-
tum Prætoris omnino reservatur, cum iam periculum ex
mora cesset, & commode possit Prætor adiri, ex d. §. si
duas, §. si forte, notant Cuiac. & Donel. ubi supra
Squifordegerus ad Fabrum lib. 2. tract. 7. quest. 1. reliqua
videre oportet apud Pichardum in dict. §. summa, de In-
terdictis, in princip. a num. 9. & seqq.



AD TITVLVM, VT LITE PENDENTE. XVI.

SVMMARIVM.

- 1 *Lite pendente non potest quis privari commodo possessionis.*
- 2 *Innovatio nihil aliud est, quam prioris status mutatio.*
- 3 *Possessionis commodo nemo privatur absque causa cognitione.*
Expenditur textus in capite primo, hoc tit. vt lite pendente.
- 4 *Insignia alia sunt qua denotant dignitatem, alia vero qua iurisdictionem significant.*
Explicatur textus in l. 1. ff. de officio Proconsul. l. 2. C. de Præpositis sacri Cubiculi, lib. 12. Clement. Archiepiscopus de privilegiis.
- 5 *Interpretatur textus in cap. cum sis 6. de auctoritate, & vsu Pallij.*
- 6 *Privilegium allegans contra ius commune lite pendente, illo non tuetur.*
Interpretatur textus in cap. cum personæ, §. fin. de privilegiis lib. 6.
- 7 *Præsentationes iuris patronatus fructus dicuntur.*
Concordantur textus in cap. ex literis 7. versic. Antequam, cum cap. consultationibus, de iure patron.
- 8 *Macedoniani remedium cessat, si pendente lite super filij statu, ei pecunia sit credita.*
Ibi interpretatur textus in l. 1. §. si pendente, ff. ad Sen. Conf. Macedon. l. ordinata 24. ff. de liberali causa, l. lite ordinata, C. eod.
- 9 *Pendente lite an possessio interrumpatur vt prescriptioni noccat. Intellige, vt ibi.*
Ibi interpretatur textus in l. 2. §. fin. ff. pro donato, cum multis aliis.
- 10 *Litigiosa res pendente lite alienari non potest; & ibi ratio assignatur.*
- 11 *Pendente lite accusatus de Simonia removetur à celebratione Missarum.*
Interpretatur textus in l. eum quem 7. C. de suspectis tutorib. §. si quis autem, Instit. eod.
- 12 *Pendente lite in causa matrimonij coniuges non separantur à commodo possessionis.*
Vbi interpretatur textus in cap. tenor 10. de re iudicata, & textus in capite secundo, vt lite pendente, cap. literas, de restitution. spoliar.
- 13 *Pendente lite fructus sequestrantur si possessor eos dissipet.*
Interpretatur text. in Clem. vnic. de sequestratione possessionis, & fructuum.

Conclusio totius tituli.

PENDENTE lite non potest quis privari commodo possessionis, quam ante habuit. Consonat textus in capite primo, cap. laudabilem 2. & per totum hunc tit. cap. causam matrimonij, de officio Delegati, cap. ex conquisitione, de restit. spoliar. cap. porro, de divorciis, cap. licet Episcopus, de prebendis, libro sexto, cap. cum persona, de privilegiis, libro sexto, cap. andum, eodem tit. in antiquis, cap. cum teneamur, de appellationibus, cap. cum venissent, de institution. capite secundo, de sequestrat. possessionis, & fructuum, cap. nonne, d. questione, quarto cap. vol. 16. questione quarta, l. 2. Cod. de probationib. l. ult. C. de rei vindicat. Authent. in medio litis, §. illud quoque, cellat. S. l. Dinus Pius, ff. de petitione hereditatis, l. 18. tit. 12. par-

te prima, illustrant Bancellos de Attentatis, 2. part. capite quarto, in præfatione, Menoch. de Recuperanda remedia. 1. questione vigesima Idem de arbitrar. causa 202. numero duodecimo, & 206. numero sexto. Stephan. Gaetian. disceptat. Forens. capite centesimo, numero trigesimo septimo, Puteus decis. 372. libro secundo, & decis. 64. libro tertio, Covarr. in practico, capite decimo septimo, numero octavo. Sahagun in capite primo, de sequestrat. possessionis, & fructuum, numero septimo, Pacius centuria 5. questione quarta. Cuiac. libro quarto, Pauli ad edictum in l. 2. §. fin. ff. pro emptore, Idem ad tit. Cod. de præscript. longi temporis, Donell. libro quarto, Comment. cap. 14. Ouald. ibi litera O. Idem libro vigesimo quarto, cap. 4. litera A. & C.

Ratio deducitur ex rubro huius tituli, quo prohibetur lite pendente nihil innovari; nam cum innovatio nihil aliud sit, quam prioris status mutatio, l. qui chirographis, ff. de administ. int. idèd lite pendente possessor in possessione retenta defenditur, siquidem nihil novi facit, nec mutat, qui tantum continuat possessionem ante litem motam obtentam, iuxta textum in l. continuis 13. de verb. oblig. meritò iusta de causa donec lis finiatur possessori omnia sunt in pristinum statum reservanda, notat Glossa verbo, Innovari, in Clem. 2. hoc tit. Cuiac. in posthumis ad text. in cap. 1. hoc tit.

Primo adversus id, quod in capite primo, hoc tit. docemur, nempe Archiepiscopum Eboracensem posse lite pendente insigni Archiepiscopali vt, privilegioque triplicem Crucem per integrum Archiepiscopatum præ se ferendi; cuius rationem reddit Pontifex, quia in illa quasipossessione erat inventus, & lite pendente nihil est innovandum: obstat dicere, quod Archiepiscopus Eboracensis nullam possessionem continuare poterat, siquidem ad petitionem Archiepiscopi Cantuariensis ante litem inchoatam, iam præcesserat prohibitio Alexandri III. contra Eboracensem Archiepiscopum, vt non posset illo iure vt. Qua in difficultate, omnia Abbatis interpretatione in dist. capite primo, verissime est dicendum non obstante illa prohibitione Archiepiscopum posse per totam Angliam insignibus illis vt, quia cum prohibitio illa fuisset impetrata absque citatione, & causæ cognitione, idèd non tenet; cum nemo, nec à Principe, sine causæ cognitione à commodo suæ possessionis privari possit, capite primo, cum vulgatis, de causa possessionis, & idèd id quod sine causæ cognitione Alexander III. prohibuit, idem causa iam cognita in melius reformavit, vt lite pendente Archiepiscopus non privetur commodo possessionis vt sic possit insignibus illis per totam Angliam interim vt.

Secundo prædictis valde obstat textus in l. 1. ff. de officio Proconsulis, l. 2. Cod. de Præpositis sacri cubiculi, libro duodecimo, vbi Proconsulibus licet ubique etiam extra Provinciam insignibus suæ dignitatis vt: Augeturque difficultas ex Clem. Archiepiscopis, ac privilegiis, vbi generaliter Archiepiscopis licet insignibus Archiepiscopatus in locis etiam exemptis vt, cum ea omnia non ad contentiosam, sed ad voluntariam iurisdictionem spectent, quæ ubique exerceri potest. In quorum iuriam difficultate, omnia interpretatione, quam refert Abbas in cap. ex tunc, de auctoritate, & vsu pallij, verissime est dicendum, insignia dignitatis alia esse, quæ denotant superioritatem, & iurisdictionem, vt est facultas præ se ferendi Crucem, & Pallio vt; alia verò sunt, quæ tantummodo denotant dignitatem, vt sunt Rocheti, & similia quibus Archiepiscopi, ac Legati vtuntur, nam insignibus illis, quibus dignitas demonstratur, etiam extra Provinciam Archiepiscopi, & Proconsules vti poterant, & ita est interpretandus textus in d. l. 1. ff. de officio Proconsulis, d. l. 2. Cod. de Præpositis, Anton. Fab. in Rationali ad text. in dist. l. 1. Cuiac. in notis ad text. in l. 1. Cod. de Præpositis sacri cubiculi, verb. Cum habitu, lib. 12. August. Barbol. de potestate Episcopi, tit. 3. cap. 1. num. 22. & seqq. At

At verd insignibus illis, quibus plenitudo potestatis demonstratur, Archiepiscopus non potest uti extra territorium, nisi ad sit privilegium: & de eo privilegio loquitur text. in dist. cap. 1. hoc tit. postea autem omnibus Archiepiscopis insignia illa à iure communi sunt concessa, & ita est interpretandus text. in Clem. Archiepiscopus, de privilegijs. Nec obstat text. in cap. cum sit 6. de autoritate, & usu pallij, vbi etiam iure antiquo Archiepiscopus, ubicunque fuisset, poterat in celebrationibus Missarum liberius Pallio uti: consideratio est, ubicunque poterat pallio uti: ergo & extra Provinciam. Nam verius dicendum est verbum illud, ubicunque, non esse generaliter intelligendum, sed restringendum tantum ad quamlibet Ecclesiam suæ Provincie; quasi sensus sit, quod ubicunque fuerit Archiepiscopus intra Provinciam, poterit pallio uti: notat Glos. ibi, verb. ubicunque.

Terio obstat text. in c. cum persona, §. fin. de privilegijs, lib. 6. vbi is qui allegat privilegium contra ius commune, etiam præscriptione munitum, lite pendente in illius privilegij possessione defendi non potest: contra id quod deciditur in c. 1. hoc tit. vbi Eboracensis Archiepiscopus, ex sola allegatione privilegij lite pendente, in eo defenditur. In qua iurium controversia, omnia Abbatis interpretatione in cap. 1. hoc tit. Covar. in practico, cap. 17. n. 8. verissime est dicendum, idè in d. cap. cum persona, §. fin. de privilegijs, lib. 6. lite pendente in illa privilegij possessione quis non tuetur ex eo, quod adversus præscribentem obstat vehementis malitiæ præsumptio, quæ favere, & patrocinari videbatur iuri communi, & publicæ utilitati, quo in casu non sufficit præscriptionem allegare, cum odiosa sit, sub eam plene probare necesse est: merito Episcopus ibi recte potest uti sua iurisdictione adversus allegantem privilegium exemptionis præscriptione munitum: secus verò cum cessat illa vehementis contraria iuri communi præsumptio, nam tunc pendente lite in illa privilegij possessione, quis tueri potest, & ita obinet textus in dist. cap. 1. hoc tit. notat Dom. Franc. & Anchar. in dist. cap. cum persona, §. fin. de privilegijs lib. 6.

Quarto obstat textus in cap. ex litteris 7. vers. Antequam, de iure patronatus, & c. Ex quibus constat, quod si antequam lis fuisset orta inter militem & Abbatem super iure patronatus, miles præsentaverit, eius præsentatio admittitur: ergo à contrario sensu, si post litem ortam præsentatio fuisset facta, etiamsi esset quasi possessione præsentandi, præsentatio illa non debet admitti: quod omnino contrarium refert textus in cap. consultationibus, de iure patronatus. In qua iurium controversia verissime est dicendum, iura illa inter se contraria non esse, siquidem textus in d. c. ex litteris 7. vers. Antequam, non asserit, quod si præsentatio post litem motam fuerit facta, non debeat valere, sed tantum quod si ante litem motam est præsentatus, etiam post litem motam ab Episcopo institui potest; si verò post litem motam fuerit electus, electio valebit, sed pendente lite ab Episcopo confirmari non potest; cum institutio suspendi debeat usque ad finem litis: nam cum præsentationes sint fructus iuris patronatus, & post litem motam patronus malæ fidei possessor sit, qui omnes fructus restituere tenetur, l. certum 22. C. de rei vindicatione, si victus fuerit, cum semel facta institutione beneficium auferri non possit, & postea fructus præsentationis restitui non possint, iusta de causa lite pendente, præsentatio facta valet; sed collatio suspenditur, usque ad sententiam diffinitivam, cum per solam præsentationem ius patronatus non adquiratur, sed ex collatione simul cum præsentatione; itaque similiter est interpretandus textus in cap. 2. de in integrum restitutione minorum, Abbas in dist. cap. consultationibus, dist. c. ex litteris, & dist. cap. 2. n. 8.

Quinto obstat text. difficilis in l. 1. §. si pendeat, ff. ad Senat. Consultum Macedonianum, vbi lite pendente super filij statu an sit in potestate patris, nec ne; si pendente patris captivitate filio sit credita pecunia, auxilium Macedoniani, nec eius exceptio ei conceditur. Augetur dif-

ficultas ex textu in leg. ordinata 24. ff. de liberali causa, l. lite ordinata 14. C. eodem, vbi lite pendente in libertatis causa, is qui in possessione libertatis est, interim pro libero habetur, ita ut lite pendente possit agere contra dominum, & procuratorem constituere, ac actiones contra debitores exercere. Sed in hac iurium discordia dicendum est, discrimen versari inter decisionem text. in d. l. ordinata, & inter d. l. 1. §. si pendeat: nam in d. l. ordinata, lite pendente in causa libertatis, is de cuius statu contenditur, pro libero interim habetur, non solum libertatis favore, sed etiam quia in possessione libertatis litis tempore fuerat; propterea, quia eius status etsi pendeat, interim tamen per rerum naturam certus est: at verò in dist. §. si pendeat, filius non erat in possessione liberationis, nec eius status certus erat, sed incertus: cum pendente patris captivitate pendeat etiam patria potestas; siquidem si reverlus fuerit, iure postliminij omnia recuperat, §. ab hostibus, Inst. quibus modis ius patria potest. solvitur, merito denegatur Macedoniani exceptio, cum si pater revertatur perinde habeatur, ac si sui iuris effecto pecunia sit credita, Anton. Fab. in Rationali ad text. in dist. l. 1. §. si pendeat, ad Macedonianum & de statu libertatis, an pendente lite quis habeatur pro libero, vel servo? videndus est text. in leg. qui de libertate 20. ff. de liberali causa, & text. in leg. 21. Cod. de iure deliberandi, & textus in leg. si cui 21. de liberali causa.

Sexto obstat textus in l. nemo ambigit, Cod. de acquirenda possessione, l. 2. C. de præscriptione longi temporis, l. mora litis 26. Cod. de rei vindicatione. In quibus iuribus cavetur, quod per litem motam adèd interruptitur possessio, ut qui antea possidebat, non intelligatur possidere, ita ut neque possit perficere præscriptionem quod omnino contrarium refert textus in l. 2. §. fin. ff. pro donato, l. si post ceptum 18. ff. de rei vindicatione, leg. Iulianus, §. proinde, ff. ad exhibendum. In qua iurium contrarietate, omnia Illigeri interpretatione lib. 6. comment. cap. 21. littera F. veritatem existimo, quam refert Cuiacius in posthumis ad tit. C. de præscriptione longi temporis, verlic. Est, & aliud, dum asserit discrimen esse constituendum inter vscupationem, & præscriptionem: nam vscupatio solummodo interruptitur naturali interruptione, hoc est re ipsa, vel aliquo naturali facto, juxta text. in l. naturaliter 5. ff. de vscup. & ita sunt interpretanda iura in l. 2. §. ult. ff. pro emptore l. 2. ff. pro donato, l. si post ceptum 18. ff. de rei vind. at verò præscriptio longi temporis, non solum interruptitur naturali interruptione, sed etiam civili, veluti per litis contestationem, adèd quod possessio illa non proficiat ad longi temporis præscriptionem, quamvis lis amittatur, seu possessor absolvatur: & ita est interpretandus textus in d. l. nemo ambigit, C. de acquirenda possess. l. 2. cum alijs, C. de præscriptione longi temporis: cujus diversitatis ratio omnia Cujac. ibid. ea est, videlicet, idèd vscupationem non impediri per litis pendentiam quia pendente lite, ut supra diximus, possessio non auferretur marito nec vscupatio, quæ est possessionis continuatio, juxta textum in l. 3. ff. de acquirenda possess. at vero præscriptio per litem motam auferretur, seu eliditur: quia ante Iustiniani ætatem, præscriptio non erat ius legale, quod ad instar vscupationis dominium præstaret; sed erat quædam exceptio, quæ ex æquitate post vscupationem impletam possessori bonæ fidei dabatur iuxta Pauli sententiam lib. 5. sentent. sit. 2. in princ. Vnde cum ante impletum præscriptionis bonæ fidei possessores per litis contestationem in malam fidem incidant, illa exceptio, quæ ex præscriptione adimpleta competeat, evanescit, iuxta textum in leg. nemo, Codic. de acquirenda possessione.

Septimo obstat text. in l. fin. Cod. de litigiosis, vbi lite pendente quis privatur commodo rei, suæ. Augeturque difficultas ex text. in c. fin. 11. quast. 1. vbi pendente lite, ex re quis fructus percipere non potest. Cui dubio dicendum est, iura illa procedere in rebus litigiosis alienatis, nam res litigiosa alienari non potest, cum opposita, exceptione contractus rescinderetur, l. fin. ff. de litigiosis, l. 1. §. fin. ff.

qua res pignori obligari possunt. Iure tamen Codicis ex d. l. fin. C. de litigiosis, alienatio ipso iure nulla erat: & res litigiosa dicitur, cum de dominio agitur non verò si de possessione; l. 2. C. de litigiosis, Covarr. in practico, cap. 15. num. 6. Abbas in cap. 1. de confirm. tit. vel inuiti, num. 5. & res litigiosa pendente lite alienari non potest, quia dominium rei in suspenso est, donec sententia pro Reo, vel Actore fuerit prolata; argum. text. in l. 3. in fin. ff. de publiciana in rem actione, Revardus in l. non solet 85. ff. de reg. iuris, idedque in re litigiosa, nostri textus decisio cessat: quod admissum est, ne iudicia illusoria reddantur, in vanumque litigatores laborent, qui in iudicio victoriam reportarent, cap. Ecclesiu 3. hoc tit. cap. 1. & per totum tit. de alienatione iudicij mutandi causa facta, Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 4. part. 5. 5. num. 9.

11 Octavo obstat textus in cap. accusatus 4. cap. quoties 5. de Simonia, cap. accusatus 4. 2. quæst. 5. vbi accusatus de Simonia lite pendente removetur à missarum celebratione. Sed respondetur iura illa procedere, quando non solum accusatio de Simonia intervenit, sed etiam publica diffamatio præcessit: siquidem accusato de crimine simoniæ non interdicitur Sacramentorum administratio, nisi publicè sit diffamatus: nam tunc propter criminis atrocitatem poterit ante sententiam suspendi, notat Glos. in presenti, Abb. & Anchar. in d. c. accusatus, & arg. text. in c. inter sollicitudinem, de purgatione Canonica. Eodemque fere modo est interpretandus text. in l. eum quem 7. C. de suspectis tutoribus, §. si qui autem, Inst. eodem, vbi accusatus de delicto in officio commissio, si publica præcessit diffamatio lite pendente ab officij administratione interdici poterit, plura refert Azeved. in l. 14. tit. 17. l. 3. Recop.

12 Nono obstat text. in c. tenor 10. de re iudicata, vbi pendente lite separantur coniuges, & privantur commodo possessionis, siquidem eius interdicitur carnale commercium. Augetur difficultas ex text. in c. 1. hoc tit. vbi etiam in causa matrimoniali coniuges lite pendente non possunt privari commodo possessionis. Cui difficultati responderi debet, quod text. in d. c. tenor, procedit, quando secundum matrimonium contractum est post litem motam super primo: nam tunc non defenduntur contrahentes in secundo matrimonio, cum celebratum sit contra interdictum Ecclesiæ, & cum vitiosa illa possessio dicatur, & res litigiosa sit; iusta de causa in ea tantquam vitiosa non tueritur, arg. text. in c. 1. & fin. de matrimon. contracto contra interdictum Ecclesiæ, Gloss. ult. in d. c. tenor 10. itaque similiter est interpretandus text. in cap. veniens, de regularibus: At verò text. in d. c. 1. hoc tit. procedit, quando matrimonium à principio contractum fuit approbante Ecclesiâ quod si postea dicatur nullum, coniuges pendente lite in possessione tueri debent. Nec obstat text. in c. literas de restitut. spoliat. vbi etiam si matrimonij legitima sit possessio, non tueritur coniuges in commodo possessionis, & separatio permittitur ex propria alterius conjugum autoritate: quia ibi non agitur de continuatione possessionis pendente lite, sed de restitutione possessionis pendente lite, qua erat spoliata coniux, quæ restitutio ei denegatur propter notorium periculum incestus, quod imminchat ex probationibus impedimenti in gradu à iure prohibito in continenti oblati, Thom. Sanch. lib. 10. disp. 12. n. 22. Idem lib. 3. d. dispens. 4. num. 50.

13 Decimo obstat text. in c. 2. & 3. de sequestratione possessionis, & fructuum, c. quoties 26. 2. q. 6. litium, C. de agricolis, lib. 11. l. fideiussor, §. fin. ff. qui satisfacere cogantur, vbi lite pendente quis privatur commodo possessionis; siquidem apud Tertium res, & fructus sequestrantur. Sed omissa interpretatione, quam refert Salagun in c. fin. n. 52. de sequestratione possessionis, & fructuum, huic dubio dicendum est, iura procedere ex quadam æquitatis ratione, videlicet cum condemnatus in prima instantia fructus dissipat; cum non modica præsumptio sit adversus eum, quod ex dissipatione illa, à iure suo defecero, & desperare videatur, & in adversarij injuriam fru-

ctus dissipare, juxta textum in l. Imperatores, Paragraph. fin. de appellationibus, leg. ab executione, Codic. quarum appellationes non recipiantur, ita similiter est interpretandus text. in cap. venerabili 37. de officio Delegati, cap. fin. de accusationibus, vbi lite pendente Prælatus accusatus de dilapidatione, privatur commodo possessionis, cum dilapidationi aliter succurri non possit, arg. text. in cap. penultim. de sequestra. possessionis, §. si fideiussor, §. satisfidatum, ff. qui satisfacere cogantur, Lancelotus de Attentione, 1. p. cap. 12. limit. 12. Nec solutioni obstat textus Clem. unica, de sequestrat. possessionis, & fructuum, vbi lite pendente etiam si possessor fructus non dissipet, sequestrantur; & si litigans eos occupaverit, cadit à iure: Quia textus ille loquitur, quando sententia in causa beneficii apud Curiam Romanam lata est adversus eum, qui nondum triennem possessionem adimpleverat, quod speciali de causa ex vi sententiæ admittitur ad compefcendas litigantium malitias ex iure novissimo, vt constat ex eadem Clem. verbo, Decernimus, & verbo, Ad compefcendas litigantium malitias. De qua latè disputat Hilliger. ad Donel. lib. 24. comment. c. 4. lit. A, & C, ibi ab eo interpretatur text. difficilis in l. 1. §. 1. C. de assertione tollenda, & nos inferius agemus in c. 1. de sequestr. possessionis, & fructuum.



AD TITVLVM, XVII. De sequestratione possessionis, & fructuum.

Ad textum in cap. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Sequestratio fructuum etiam loco missionis in possessionem, & ad evitandum scandalum oblata cautione cum expensis revocatur.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Interpretatur text. in leg. 1. §. super, Cod. de assertione tollenda.
- 4 Suspecta dicitur persona, qua in territorio, in quo agitur immobilia non possidet. Ibi interpretatur text. in leg. si fideiussor 7. §. vltim digestis, qui satisfacere cogantur, textus in leg. si cui dotem, §. si autem, versicul. Sin verò, ff. soluto matrim. leg. 1. §. jubet, & seq. ff. de collatione bonorum.
- 5 Sequestratio ad arcendum scandalum plerumque permittitur, & quomodo id intelligatur in presenti, & num. 4 declaratur.
- 6 Sequestrationis remedium magis odiosum est, quam missionis in possessionem. Expenditur text. in c. 2. de dolo, & contumacia.
- 7 Sequester an possideat latè discutitur. Interpretatur text. in linterelle puio, ff. de adquir. hæred.
- 8 Expenditur text. in leg. licet, §. rei depositæ, ff. de depositi.
- 9 Interpretatur text. in c. examinata, de iudic.
- 10 Interdictum unde vi, vt competat, requiritur ut in quo de possessione agit possessionem probeat. Discutitur an missus in possessionem hoc interdictum possit.
- 11 Interpretatur text. in c. 1. de sequestrat. possessione & fructuum.
- 12 Sententia incerta non tenet, & an certa dicatur in expensarum condemnatione.
- 13 Causa qua semel diffinita est, iterum in iudicium reduci non debet.

CONCLUSIO.

SEQVESTRUM factum etiam loco missionis in possessionem, & ad evitandum scandalum, oblati cautione, cum expensis revocatur. Consonat cap. volumus, 16. quast. 4. cap. nonne, 8. quast. 4. c. 2. & fin. hoc tit. l. Imperator, §. fin. ff. de appellationibus, l. sequestrat. 109. de verb. signific. l. aquissimum, 17. de usufructu, c. 1. & 2. de dolo, & contumacia, l. 2. c. de probationibus, l. unica, C. de probita sequestrat. l. fin. §. fin. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet, l. 2. tit. 12. lib. 4. Compilat. Curtius de sequestro, num. 6. disputant Rebuf., tom. Regiarum constitutionum, tit. de sequestris, Doctores in dict. l. sequestrat. 109. de verb. signific. Pacius centuria 4. quast. 80. Fornerius in tractatu de sequestro, Sahagun in commentariis ad hunc textum, Ioannes de Castillo lib. 3. rerum quotidianarum, cap. 16. Anton. Pichard in §. in somma, de Interdictis, c. 2. num. 79. Corralius lib. 3. Miscellaneorum, cap. 2. Robertus 1. sententiarum, cap. 5. Menoch. de arbitrariis, casu 457. & de retinenda, remed. 3. num. 88. Gaillius lib. 1. observ. observ. 147. Mynsing. lib. 5. observ. observat. 45. Duarenus lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 10. Cuiac. lib. 9. observat. cap. 33. Donell. lib. 5. comment. cap. 13. Illigerus ibi, litera C. Idem lib. 23. cap. 11. litera X. Idem Donell. lib. 15. cap. 32. & lib. 24. cap. 4. & in l. unica, C. de probita sequestrat.

Ratio, quare sequestratio à Celestino facta, ab Innocentio III. oblata cautione revocatur, ea est, quia sequestratio illa facta à principio litis extra iuris ordinem solo Celestini arbitrio, ut constat ex nostri textus verbis ibi: *Pro suo arbitrio sequestrare precepit, &c.* & cum nemo pendente lite, commodo possessionis privati possit, cap. 1. cum aliis, et lite pendente, & ab executione, uti est sequestratio, tanquam odiosa non sit incipiendum, l. unica, C. de probita sequestrat. quod non tantum iuris ratio, sed ipsa æquitas persuadet. Ratio iuris, quia ordo iuris est, nemini esse auferendam possessionem priusquam sit convictus, & condemnatus, arg. text. in l. negantes, in fin. Cod. de obligat. & action. l. 1. C. de exception. rei iudicata: æquitas ipsa, quia affirmatio actoris falsa esse potest, & iniquum esset ut ob solam eius affirmationem ius debitoris mutetur, l. 6. ff. ad municipalem. Tum etiam, quia in pari causa, cum actor intendit, & reus negat, potior est conditio Rei possidentis: quibus de causis sequestratio à principio prohibetur, Don. lib. 24. cap. 4. Idem in l. 1. C. de assertione tollenda: cautio autem in presenti desideratur, quia cum sequestratio ob Archiepiscopi contumaciam facta fuerit, cautione, & expensis oblati tolli necesse est, Cateram, quia facta fuerat extra iuris ordinem, prius ab Innocentio III. revocatur; & postea propter Archiepiscopi inobedientiam, idem Innocentius III. præcepit, Archiepiscopum sufficienter cavere, & moderatis expensis absolvi.

Primo obstat text. in l. 1. §. super, C. de assertione tollenda, ubi si servus qui antea pro servo possidebatur, & ex possessione servitutis ad libertatem proclamata, & dominus eum in servitutem revocat, petens sibi restitui peculium, quod apud servum erat, peculium illud primum deponitur, seu sequestro committitur, donec de causa liberali cognoscatur. Sed huic difficultati responderetur, idem cum sequestro ibi incipere, quia cum servus ex possessione servitutis in libertatem proclamatur, & dominus eum in servitutem petat, cum tunc uterque petitor sit, neuter debet frui commodo possessionis; & idem peculium sequestratur; quia iniquum est restitui domino priusquam vicerit: neque servus peculio frui potest, cum si servus sit, ad ipsum non pertineat, quia de causa deponi oportet, cum neuter commodo possessionis possit uti, Donell. dict. lib. 24. cap. 4. Idem in l. unica, C. de assertione tollenda.

Secundo obstat textus in l. si fideiussor 7. §. ultim. ff. qui satisfacere cogantur, l. Senatus Consulto, in fine. ff. de officio Præsidis, ubi si cum vero possessore rei petita agatur, rei petitioni prius satisfactio desideratur: & si non satisfactio,

ut actori consulatur, res ipsa sequestrari debet. Quia in difficultate respondendum est iura illa procedere, cum is à quo satisfactio petitur, est suspectus, sive moribus, sive facultatibus, & res de qua agitur mobilis est, quæ facile celari potest: nam cum iudicia omnia sint comparata, ut actori satisfiat, iusta de causa ibi sequestratio permittitur, cum ab initio providendum sit, ut res, de qua agitur sit in tuto, ne postea frustratorium iudicium reddatur: & suspecta dicitur persona, quæ in eo tetratio, in quo agitur, immobilia non possidet, argument. textus in l. sciendum. ff. qui satisfacere cogantur, Donell. dict. lib. 24. cap. 4. Idem in dict. l. unica, C. de probita sequestratione, quam solutionem veriorem esse existimo, et si Anton. Faber in Rationali ad textum in d. l. si fideiussor 7. §. ultimo, affirmet illius verba potius Triboniani, quam Ulpiani fuisse: Ex quibus constat, quod quamvis regulariter cum sequestro non sit incipiendum, tamen ex illis iuribus aliquando iusta subsistente causa sequestratio permittitur, argument. textus in l. ab executione, Cod. quorum appellationes non recipiuntur, cap. 2. & 3. hoc tit. quod ius etiam debet constitui, cum colonus, qui ante agrum possidebat, postea ut dominus cepit possidere: nam si dominus agrum suum vindicet, placet ut dum causa disceptatur, fructus sequestrantur, iuxta textum ita intelligendum in l. disibus, Cod. de agricolis, & censibus, lib. 11. Nec ad rem pertinet textus in l. si cum dorem, §. fin. autem, versic. Si in vero. ff. soluto matrim. ubi si maritus uxorem furiosam alere iubeatur, & nisi aliat, bona mariti sequestrantur, ut ex fructibus illorum. Quia ibi sequestrari verbum improprie ponitur, cum in ea specie de bonis mariti nulla controversia erat, siquidem apud sequestrum nulla res deponitur, nisi ea, de qua controversia est, l. sequestrat. 109. de verb. signific. ita similiter est interpretandus textus in l. 1. §. iubet, & §. sequenti, ff. de collatione bonorum, Donell. dict. lib. 24. Comment. cap. 4. & plura exempla in quibus sequestratio à principio permittitur, refert Sahagun in cap. 2. hoc tit. a num. 28. & seqq.

Tertio obstat dicere, quod sequestratio ad arcendum scandalum à principio plerumque permittitur, arg. textus in l. aquissimum 17. in principio, ff. de usufructu, l. fin. §. fin. Cod. quibus ad libertatem proclamare non licet, sed in presenti scandalum imminet, cum Archiepiscopus Monachos in possessionem missos per potentiam spoliasset: ergo sequestratio non arbitrio Celestini, sed recte iure ab eo facta, ac per consequens iniuste ab Innocentio III. revocata. Sed ut hanc difficultatem dissolvamus, adnotandum est, quod quamvis verum sit, sequestrationem solo officio Iudicis absque partis petitione esse permissam, cum scandalum, & rixa inter partes timetur, arg. text. in dict. l. 17. quod locum habet, quando neutra pars possidet; secus tamen si vna pars possidet, ut in specie nostri textus: nam cum Monachi ex primo decreto propter Archiepiscopi contumaciam in possessionem missi essent, iusta de causa etiam si ex parte Archiepiscopi scandalum immineret, iniuste diceretur sequestratio, dict. cap. 1. & 2. ut lite pendente, Sahagun in presenti, num. 7.

Quarto his omnibus obstat text. in cap. 2. de dolo, & contumacia, ubi adversus contumacem ob Religionis favorem, magis est procedendum per sequestrationem, uti per benignius remedium, quam per missionem ex primo decreto: ergo inepte in presenti contra Religionis favorem missio in possessionem conceditur, cum tantum sequestratio fieri debeat. Quia in difficultate dicendum est, quod cum plurima sint in iure contra contumaces prodita remedia, cap. 1. & seqq. de dolo, & contumacia, ubi late diximus, merito in presenti datur missio in possessionem, uti magis ordinariæ remedium, nec per sequestrationem proceditur, tanquam magis odiosum. Nec obstat textus in dict. cap. 2. Nam ibi idem denegatur missio in possessionem, & per sequestrationem proceditur, propter favorem Religionis, adversus quam missio periebatur, argum. text. in cap. sunt persona 43. de religiosis, & sumptibus funerum, & sic dict. cap. 2. verba illa:

pronunciavit, quæ iusta causa fuit, ut Innocentius III. ob Archiepiscopi nimiam contumaciam id noviter indixisset.

Novo obstat textus in l. 1. & 2. C. de sententiis, qua sine certa quantitate: & securare, Insistent. de actionibus, ubi sententia incerta inutilis est: sicuti etiam ceteri actus per incertitudinem vitiantur, Lano sunt Tit. ff. de testamentaria tutela, l. Paulus. la primera, ff. de rebus dubiis, sed Innocentij sententia quoad expensas in versiculis finali, incerta fuit: ergo & inutilis. Sed facile hunc removebis scrupulum, si dixeris Innocentij sententiam in presenti, non fuisse incertam; cum incerta dici non possit, quæ ad certitudinem reduci potest, & ad certitudinem reduci apparet, cum condemnatio fiat in moderatis expensis, de qua moderatione in ipsa executione dicendum est per Monachos, & à Iudice arbitrandum: quod & in praxi frequenter recipitur, Maranta de ordine iudiciorum, 6 part. cap. Sententia, num. 38. & cap. Iuramentum, num. 21. & cap. Executio, num. 12. Covarruuias in pract. 64 quæstion cap. 27.

Decimo obstat textus in cap. cum inter 13. de re iudicata, ubi causa quæ semel definita est, iterum in iudicio reduci non debet, sed in presenti causa possessionis fuerat ab Episcopo Veronensi delegato iudice iam decisa: ergo nec à Celestino, nec ab Innocentio III. iterum disceptari poterat. Respondetur idem in presenti iterum de possessione fuisse disceptatum, quia sententia ab Episcopo prolata partim fuit damnosa, & præiudicialis omnibus, à qua ab omnibus fuit appellatum; & idem ne dubitaretur, ut in prima delegatione, de virtute commissionis, utraque possessionis & proprietatis causa fuit à Celestino expressa, & ab Innocentio confirmata: Sahagun in presenti, num. 57. Reliqua sunt petenda ex his, quæ supra retulimus in tit. de causa possessionis, & proprietatis, & in tit. de dolo, & contumacia, & in tit. de eo qui mittitur in possessionem.

Ad textum in cap. Dilectus, 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Si missus in possessionem causa custodia fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis sequestrantur.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Contumax quamvis non possit audiri super missione in possessionem ante cautionem præstitam, tamen extra missionis causam circa alias res non excluditur: maxime ut rei suæ, & periculo consulat.
- 4 Sequestratio fructuum iure nostro post appellationem aliquando admittitur.
- 5 Missus in possessionem ex primo decreto fructus sibi acquirit; sed hoc verum est, cum nimia rei contumacia extat secus aliter.
- 6 Missio in possessionem in causis beneficiis est prohibita; sed hoc verum est cum de possessione agitur, secus si de titulo.
- 7 Ibi interpretatur textus in cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem, lib. 6.
- 8 Sequestratio non cessat donec offeratur cautio.
- 9 Sequestratio, sui natura odiosa est.

CONCLUSIO

1 Si missus in possessionem causa custodia fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis sequestrantur. Idem probat textus in cap. fin. hoc titulo, Clementin. unica, eod. cap. per vestram de donationibus inter l. apud quem 5. §. 1. cap. 6. l. licet 17. ff. de positi, l. interesse puto, ff. de adquirenda possessione, l. si fideiusor 7. §. satisfactum, ff. qui satisfacere cogantur, l. Senatusconsulto, ff. de officio

Præsidis, l. cum dotem 23. §. si autem, versic. Si vero, l. constance 25. ff. soluto matrimonio, l. Imperatores, §. fin. de appellationibus, l. 1. §. super, Cod. de assertionem tollenda, l. fin. §. fin. Cod. quibus ad libertatem proclamare &c. l. ultima, Cod. de ordine cognitionum l. iudibus, Cod. de agricolis & censuris libro undecimo, disputant Paulus lib. 5. sententiæ. cap. ultim. Curtius de sequestramento sexta, & trigésimo, Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria, §. 7. in præmo, numero decimo nono, Caldas Peteyra in Forensi. quæstionibus, lib. 1. quæst. 21. num. 31. Socinus re. 458. Tiraguell post leges communitates, glossa 2. num. 11. Cortalius lib. 3. Miscellanearum, cap. 2. num. 9. versic. Quarto, Menochius de arbitrariis, casu 89. num. 9. Anton. Gomez in l. 43. Taurinam, num. 19. Valascus conf. 79. n. 17. & conf. 191. a. n. 33. Donell. lib. 23. cap. 12. Olual. ibid. litera D.

Ratio, quare in presenti fructus sequestrantur ea est, quia Abbas Cisterciensis in possessionem missus, dolo, & malitia pro suo arbitrio fructus dissipabat, & cum missus in possessionem intra annum debeat fructus servare, cum intra annum adveniente contumace præstita cautione possessionem recuperet, cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non contestata, cap. 1. & per totum, de dolo & contum. cap. cum venisset 3. de eo qui mittitur in possessionem, iusta de causa si ab Abbate fructus, eius malitia, intra annum dissipentur, succutitur per sequestrationis remedium.

Hæc decidendi ratio multis de causis ex principiis iuris suspecta videtur, Primo cum in presenti contentio solum de Ecclesia esset, & in ea fuisset facta missio, cur fructus, & non Ecclesia sequestrantur? Secundo, quare cum de Rectoris contumacia constaret ante eius cautionem, seu contumaciæ purgationem super dissipatione actoris audiret? Tertio quare ob dissipationem actoris non revocatur missio. Quibus dubiis satisfacere si dixeris, quod quamvis super Ecclesia de Verucia contentio fuisset, & in ea propter Rei contumaciam missio fuisset facta, tamen cum Monachi fructus, quos servare debebant, dissiparent contra custodiæ naturam, iusta de causa in illis dumtaxat sequestratio fit, non in Ecclesia; nec ex eo, quod Ecclesia ipsa non possit sequestrari, sed quia in ea cessaret periculum, quod in fructibus imminerebat; & reus contumax in presenti ante contumaciæ purgationem audiret, quia quamvis non possit audiri super missionem in possessionem ante cautionem præstitam, exinde non excluditur, quin possit extra missionis causam circa alias res audiri, maxime ut rei suæ, & periculo consulat: nec ob dissipationem missio revocatur: quia lex Pontificia vni favet, ne alteri iniuriam faciat, quod & in Ecclesiis, & in privilegiis observatur, cap. ex tenore, de foro competentis, cap. ad nostram de rebus Ecclesia, cap. olim 25. in fine, de rescriptis: & cum missio in presenti ob Rectoris contumaciam facta fuerit, & dissipatio solum quoad fructus à Monachis fiat, iusta de causa Rectoris contumacia per missionem plectitur, & ei per sequestrum consulitur: siquidem dissipatio nihil commune habeat cum revocatione missionis.

Secundo obstat textus in cap. fin. hoc tit. l. Imperatores 21. §. fin. de appellationibus, ubi in causa appellationis, specialiter interim ob dissipationis timorem fructus sequestrantur: Ergo etiam si in prima instantia fructus dissipentur, sequestratio non debet permitti. In qua difficultate dicendum est, quod quamvis appellatione interposita, si fructus dissipentur, vel dissipationis timor stimulet, sequestratio specialiter permittatur, cum tum maior, magisque vehementer præsumptio sit contra dissipatorem; tamen non ex eo excluditur, quod (etiam in prima instantia) cesset illa vehemens præsumptio; si fructus dissipentur, sequestratio fieri debet; quia cum actor nullus sit in possessionem causa custodiæ, si fructus dissipat, contra custodiæ naturam procedit, Abbas in presenti, num. 7. Sahagun num. 27. & 34. & 60.

Tertio solutioni obstat textus in l. Fulcinius, §. fin. ff. quibus ex causis in possessionem eatur, cap. proxi, de dolo, & contumacia, ubi missus in possessionem ex primo decreto fructus sibi: acquirit; Ergo cum in presenti

Abbas sit missus in possessionem, non recte ob rei suae dissipationem sequestratio sit, cum pro suo arbitrio de ea disponere possit, argument. textus in *l. pini facit* 11. de vi, & vi armata, l. in re mandata 27. Cod. mandati. cap. fin. de restitutione spoliatorum. Cui difficultati ut satisfaciamus dicendum est, verissimum in possessionem fructus non lucrari, siquidem, ut supra diximus, praestita intra annum à reo cautione, fructus sibi debentur, l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto, l. consentaneum, C. quomodo, & quando index: dict. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non contestata; tamen haec regula limitatur ob nimiam Rei contumaciam: quomodo obtinent iura in argumento adducta, de qua nimia contumacia textus noiter non loquitur, & ideo cessat dubitandi ratio, Sahagun in praesenti, numero 63. Menochius de arbitrariis, quaestione 36. & casu 280.

6 Quarto obstat textus in capite primo, de eo, qui mittitur in possessionem, libro sexto, ubi in causis beneficiis missio in possessionem est prohibita: Ergo iniquè in praesenti, missio de Veteria Ecclesia permittitur. Quae difficultas, ut dissolvatur distinctio est adhibenda, inter Ecclesiae petitionem quoad proprietatem, & inter petitionem quoad possessionem, seu titulum; nam in primo casu missio in possessionem permittitur, & ita obtinet textus in capite primo, hoc titulo, in secundo verò, missio in possessionem prohibita est: & ita est interpretandus textus in dict. capite primo, de eo qui mittitur in possessionem, libro sexto, discriminis ratio deducitur ex eo, ne vel cum agitur de possessione detur vitiosus ingressus, cum Pontificia lege beneficium institutione canonica adquiratur, capite primo, de reg. iuris libro sexto, cap. ex frequentibus, de institutionibus, & cum missio in possessionem non sit canonica institutio, idèd in causis beneficiis, cum de titulo agitur, missio in possessionem non admittitur, cap. super eo, & ibi Gloss. i. de transactionibus, Sahagun in praesenti, numero 67. Baldus de praescriptionibus, prima parte, §. partis princip. quaestione septima. Cardinalis in Clem. 1. de rebus Ecclesiae, numero decimo septimo. Cuiacius in posthumis, ad text. in cap. primo, de eo qui mittitur in possessionem.

7 Quinto obstat textus in l. Senatus Consulto 16. ff. de officio Praefecti, l. 7. §. fin. ff. qui satisfacere cogantur, cap. cum venissem 3. de eo qui mittitur in possessionem, capite primo, versic. fin. hoc tit. ubi constat, quod data satisfactione sequestratio cessat: ergo & in praesenti data ab Abbate satisfactione sequestratio cessare debet. Sed respondetur in praesenti non constare Abbatem, vel Monachos satisfactionem obtulisse, & idèd sequestratio cessare non potuit, donec offeratur cautio, Sahagun in praesenti num. 61. & seqq.

8 Sexto obstat textus in l. unica, Cod. de prohibita sequestratione, ubi sequestratio sui natura odiosa est: ergo nec in fructibus fieri debebat, sed respondetur, quod haec regula multis de causis restringitur, inter quas praecipue est fructuum dissipatio, Cottarius libro tertio, Miscellaneorum, capite secundo, Osuald. ubi supra. Nec obstat dicere in praesenti Monachis potius sequestrationem, quam missionem convenire, iuxta textum in dict. capite secundo, de dolo, & contumacia, quia plerumque per missionem, aliquando vero per sequestrationem, provt postulaverit causa proceditur, ut supra diximus in cap. 1. hoc tit.

- 2 Reus condemnatus si fructus dissipat de iure suo desicere, & desperare videtur, ac in adversarij iniuriam per fraudem abuti praesumitur.
- 3 Fructus sequestrantur, etsi non dissipentur, cum sententia in Curia prolata est. Interpretantur textus in Clem. unica, de sequestr. possess.
- 4 Expenditur totius in cap. quoties, el segundo, 25. quest. 6.
- 5 Sequestrum non cessat etiam cautione oblata, cum sententia in Curia fuerit prolata.
- 6 Appellatione pendente sequestratio fieri permittitur, cum dissipatio extat, nec appellans poterit contra sequestrum decretum attentatorum remedio uti.
- 7 Dissipatio fructuum non ita in prima, ut in secunda instantia praesumitur: cum in secunda contra appellantem sit duplex praesumptionis causa, prima, qua ex dissipatione ipsa; secunda, qua ex vi sententiae derivatur.
- 8 Sequestratio in executione permittitur etiam si fructus non dissipentur.
- 9 Sententia, à qua est appellatum, appellatione pendente nullum sortitur effectum.

CONCLUSIO.

S Reus possessor à sententia contra eum lata appellat, & fructus dissipat, licet sequestrantur. Consonat text. in cap. nonne, 8. quest. 4. cap. quia res, 11. quest. 2. cap. volumus, 16. quest. 4. cap. si qui, §. ab executione, 2. quest. 6. cap. quoad consultationem, de re iudicata, Clem. unica, hoc tit. l. ab executione, C. quorum appellationes non recipiantur, l. Imperator, §. fin. de appellationibus, l. 1. tit. 9. part. 3. exornant Malcardus de probationibus, conclus. 143. num. 2. & 1298. num. 4. Lancelotus de Attentatis, part. 2. cap. 12. ampliatione 12. num. 15. Gratianus disceptat. Forensium, cap. 14. Valascus cons. 156. num. 9. Caldas Peteita, quest. Forensium lib. 1. quest. 10. num. 31. Speculator sit. de sequestro, num. 6. Ferrata in praxi, de forma sequestris, num. 1.

Ratio est, quia possessor condemnatus, appellatione interposita, si fructus dissipat, de iure suo desicere, & desperare videtur, ac in adversarij iniuriam per fraudem fructus abuti praesumitur, dict. l. Imperator, 21. §. fin. de appellationibus, ac proinde duplici ex praesumptione, videlicet appellationis diffinitivae, & dissipationis, ipsa aequitas, & iuris ratio postulat, ut fructus sequestrantur, dict. l. ab executione, Cod. quorum appell. non recipiantur.

Primo obstat textus in Clem. unica, hoc tit. ubi dicta contra possessorem sententia, etiam si fructus non dissipet, sequestratio permittitur: Ergo frustra in praesenti dissipatio desideratur. Sed huic dubio dicendum erit, textum in dict. Clem. unica, specialiter procedere, cum sententia in Curia prolata est contra possessorem, qui nondum triennalem possessionem adimplevit: nam tunc ut sequestratio fiat, fructuum dissipatio non desideratur quod admissum est propter magnam Curiae auctoritatem, ad compescendas litigatorum malitias: cum praesumptio sit pro sententia in Curia Romana prolata, siquidem ad compescendam litigatorum malitiam plura contra iuris regulas inducuntur, Cardinalis, Ancharranus, Imola, & Bonifacius in dict. Clem. unica, hoc tit. Sahagun in praesenti, num. 9. & seqq.

Secundo solutioni obstat textus in cap. quoties, el segundo, 25. quest. 6. ubi si possessor appellat dum eventus cause dubius est; fructus sequestrantur: Ergo post appellationem etiam in sententis extra Curiam non est necessaria actualis dissipatio. In qua difficultate, omisa Archidiaconi, & Turretrematae, interpretatione in dict. cap. quoties, Cuiacij in notis ad Iulianum Paulum receptorum sentent. lib. 5. tit. 36. cum traditis à Sahagun in praesenti, num. 97. & sequentibus, veriorum esse existimo, quam refert Covarr. lib. 3. variarum, cap. 14.

Ad textum in cap. Ab eo finali, hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Reus possessor si à sententia contra eum lata appellat, & fructus dissipat, licet sequestrantur.

cap. 14. num. 4. dum asserit illius textus decisionem nullam iuris auctoritatem retinere; quia est Pauli lib. 5. *sentent. tit. 3. 6.* ut constat ex eius inscriptione, & Gratianus relictis originalibus Iulij Pauli verbis, ejus lectionem transmutavit, siquidem pro originali *sequenda*, supponit *secunda*; & pro verbo, *possessiones*, supponit *sententias*, & illius textus decisionem, nullam, nec Pontificij, nec Cæsarei iuris auctoritatem retinere defendit Sahagun *in presenti, n. 98.*

Tertio obstat dicere, quod oblata satisfactione, sequestratio cessat, *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satidare cogantur. l. Senatusconsulto. ff. de officio Præsidi, leg. litibus. C. de agricolis, & censitis, libr. 11. cap. 2. de dolo, & consummatis*: Ergo & *in d. Clem. unica*, præstita satisfactione, sequestratio cessare debet. Sed respondetur sequestratum tolli, cautione interposita, non esse perpetuum: nam tunc cessat, si ob contumaciam fiat, *dicto capite 2. de dolo, & contumacia, cum supra traditis*; sed cum *in d. Clem. unica*, non propter contumaciam, sed propter sententiam in Curia latam sequestratum fiat, propter auctoritatem sententiæ, cautione oblata non cessat: siquidem auctoritas sententiæ per cautionem non aufertur, idè que etiam ea oblata, sequestratio non aufertur: secus vero esset dicendum, si per contumaciam etiam ab ipsis Iudicibus sequestratio fiat: nam tunc cautione oblata, sequestratio cessabit, nisi aliud contigerit; puta causa scandali. Sahagun *in presenti, num. 25. & 111. Idem in c. 1. hoc tit, num. 6.*

Quarto obstat text *in cap. cum teneamur, de appellat. nib. cap. non solum; eodem tit. lib. 6.* ubi constat, quod appellatione pendente nihil est innovandum: ergo etiam appellatione pendente sequestratio fieri non poterit: Verum respondendum est, quod etsi regula sit, appellatione pendente nihil esse innovandum; tamen plures limitationes retinet, inter quas illa est, quæ *in presenti* refertur: nam tunc ipse appellans regulam violat, & innovat post appellationem, qua de causa actor sequestrationem rectè poterit postulare; nec dum ipse appellans dissipat, poterit contra sequestrati decretum attentatorum remedio agere, cum ipse ex dissipatione illa, quæ sequestrati causam dedit, prius innovasset, Sahagun. *in presenti, num. 101.*

Quinto obstat textus *in cap. 2. hoc tit.* ubi ob fructuum dissipationem sequestratio in prima instantia fieri permittitur: Ergo ineptè *in presenti* simul appellatio, & fructuum dissipatio desideratur; ac per consequens nulla esset differentia inter primam, & secundam instantiam: Sed respondetur plurimam esse differentiam: quia in secunda instantia non tanta fructuum dilapidatio desideratur, ut in prima; quia in prima non adeo vehemens est præsumptio dissipationis, idè magna, & expressa usurpatione desideratur, ut sequestratio fiat: secus post appellationem, ubi duplex est contra appellantem præsumptio, videlicet sententiæ, & dilapidationis: præcipuè cum *in dicto cap. 2. hoc tit.* non esset reus, qui dissiparet, sed actor qui fructus restitutus erat, qui non possessor, sed custos dicitur, ut supra diximus.

Sexto obstat text *in l. ab executione. C. quorum appellationes non recipiantur. cap. quoties, el segundo, 2. quest. 6.* ubi interposita appellatione ab executione, etiam si possidens fructus non dissipet, sequestratio permittitur. In qua difficultate dicendum est, quod differt appellatio à diffinitiva ab appellatione in executione; quia in diffinitiva est necessaria dissipatio: secus vero in appellatione ab executione. Ratio est, quia cum appellatio ab executione sit prohibita, *l. res indicata 207. ff. de reg. iur. cap. cum inter, de re indicata*, cum præsumptio sit reum malitiosè ad differendam litem appellare, *cap. suscitata, in fine, de in integrum restitutione*; idè absque dissipatione in executione sequestratio permittitur, Abbas *in cap. 2. hoc tit. num. 2. Cottasius lib. 3. Miscellaneorum, cap. 2.*

Septimo obstat dicere, quod sententiæ, à qua est appellatum, nullum fortitur effectum, *cap. venientes, de in-*

terando, l. 1. §. fin. in fine, ff. ad Senatus Consultum Turpilianum; sed *in presenti* fuit appellatum, ut ex licet constet: ergo ex sententiæ illa nullum præjudicium, neque præsumptio illa adversus appellatorem oriri poterat. Sed dubium dissolvitur si dixeris, quod quamvis appellatione pendente secundum communem opinionem, sententiæ ipsa, & eius effectus suspendatur, donec fuerit confirmata, non tamen exinde sequitur, nullam esse præsumptionem ex vi sententiæ adversus appellantem ob fructuum dissipationem; siquidem interim dum non fuerit renovata, semper ius præsumitur pro eo in cuius favorem sententiæ prolata est, *argum. text. in l. 1. & 2. C. de officio civilium Iudicum, cap. in presenti, de renunciatione, cap. sicut, de re indicata*, ac proinde adversus condemnatum intra appellationis tempus fructus dissipantem sequestratione fit, *dict. leg. Imperatores, paragrapho, fin. de appellationibus, dict. leg. ab executione. Cod. quorum appellationes non recipiantur, Abbas in presenti, num. 9.*

AD TITULUM DE Confessis, XVIII.

Ad textum in capit. Cum Monasterium, 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad solum dictum consentis crimen, non est alteri infligenda pena, infamato tamen est indicenda purgatio.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Confessio socij criminis nocet socio. Intellige ut ibi.
- 4 Socius simonia in eodem crimine ad testimonium admittitur. Intellige ut ibi. Explicatur textus in capit. veniens decimo de testibus.
- 5 Confessio concubina nocet Clerico, etiam si facia criminis sit. Explicatur text. in c. si quis Papa, 79. dist.
- 6 Maritus non repellitur ab accusatione uxoris in adulterij causa, etiam si lenocinij crimen ei obijciatur. Explicatur textus in leg. 1. §. si publicè ff. ad legem Iuliam de adulter. cum leg. mulier 47. ff. soluto matrim.
- 7 Explicatur textus in leg. cap. 25. ff. ad legem Iul. de adult.

C O N C L U S I O.

AD solum dictum consentis crimen proprium, non est alteri infligenda pena: infamato tamen est indicenda purgatio. Consonat textus in cap. veniens 10. de testibus, cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. si quis Papa, 79. dist. c. ultimo, 15. quest. 3. l. Scia 28. ff. ad Senatus Consultum Velleianum, cap. licet Heli, de Simonia, l. maritus, ff. de questionibus, l. 1. §. idem Cornelius, ff. eodem, l. fin. C. de accusationibus, l. famosi, ff. ad legem Iuliam Maiestatis, leg. nullus, C. eodem, l. 1. C. de falsa moneta, cum traditis à Glos. in dict. l. fin. C. de accusationibus, & à Gothofr. in l. fin. ff. ad exhibendum, disputant Casjetanus tom. 1. opusculorum, tract. 31. repetitione 5. dubitatione 1. & 2. Idem 2. 2. quest. 79. art. 2. Sotus de iust. & iure, lib. 5. q. 6. art. 2. concl. 5. Idem de decedendo secreto, membr. 2. q. 5. concl. 1. Navarrus in manuali, c. 18. n. 58. & 59. Farin. in praxi criminali, q. 45. n. 1. Masch. de probat. concl. 1359. num. 14. & 1311. num. 9. Morla in emporio tit. 11. in praludio, num. 79. Flamin. de resignatione beneficiorum, tom. 2. lib. 1. q. 10. Cardos. in praxi Iudicum, verbo,

Testis, num. 28. Balboa in c. at si Clerici, de iudicijs, a. n. 8. & sequentibus.

2 Ratio quare propter Presbyteri dictum confitentis homicidium, ad aliorum suggestionem, non est ad poenam procedendum, est quia vti textus asserit regulariter de se crimen confessio contra alios super illo crimine non est credendum, cum legitimus non sit testis, præcipue si socius est criminis; tum etiam, quia vnus dictum, nullius dicitur, iuxta textum in cap. veniens 10. in fine, de testibus, & ne alienam salutem in dubio deducatur, qui de sua desperavit, l. ultima, §. sic autem ff. de bonis eorum, qui ante sententiam; Paulus lib. 1. sentent. tit. 11. nam qui sibi non pepercit, multo minus alij parceret: Quintil. declamator. 29. Cuiacius in posthumis ad hunc textum.

3 Primo obstat textus in c. 1. de testibus, lib. 6. vbi confessio socij criminis nocet socio eiusdem criminis. Cui dubio respondendum est, quod ibi socii testimonium admittitur in crimine simoniae, si de eo civiliter agitur, & gratis: vti mediator tantum & proxeneta opem tulit, & tantum criminis socius, non muneris est; quod est admissum in detestationem tanti criminis.

4 Neque obstat textus in dist. cap. veniens 10. de testibus, vbi in eodem simoniae crimine confessio socij non nocet socio, neque eius testimonium admittitur quia textus in dist. cap. veniens, liquitur simul de socio criminis, & muneris, quæ duo vincula sufficiunt, licet vnum non profit, cap. 1. de regeulo & pace: quod locum habet, si tantum civiliter de simoniae crimine est actum; secus si criminaliter, juxta textum in dist. capite primo, de testibus, lib. 6. Neque solutioni obstat dicere, quod in dist. cap. veniens, non fuit particeps muneris, cum solummodo remittere promissit quinque barrillos vini: quia etsi à principio tantum promissit remittere, tamen ante examinationem, iam testes remissionem consequuti fuerant; & sic quamvis in 1. textus parte, tantum de promissione agatur, in secunda iam de iuri consecutione constat: Dominicus in dist. cap. 1. lib. 6. Masconcl. 1311. num. 26. Flaminus de restitutione beneficiorum, tomo 2. lib. 14. quæst. 10. num. 28. Mar. Antonin. variarum lib. 3. resolut. 34. num. 14. 16. & 17. Menoch. de arbit. casu 434. n. 13. Morla in empirio, tit. 11. in præludio, num. 74.

Secundo obstat textus in cap. si quis Papa 79. dist. 5. vbi socius simoniae ad testimonium admittitur, etiam si de eo criminaliter sit actum. Cui difficultati respondetur, quod textus ille loquitur non solum in crimine simoniae, verum etiam in conjuratione & crimine læsæ Maiestatis; tum etiam quia antea in ejus vita semper de illo crimine suspectus, Tutrecremata ibi. Neque obstat textus in cap. quoniam 3. de testibus, vbi confessio mulieris concubinae nocet Clerico, etiam si socius criminis sit: nam ibi admittitur in defectu probationis, cum civiliter agitur; & non ad plenam probationem, sed ad qualemqualem præsumptionem: ita similiter est interpretandus textus in cap. licet, Heli. de Simonia, l. famosi; ff. ad legem Iuliam Maiestatis, l. nullus, C. eod. m. l. provincia- rum 9. Cod. de scrijs, l. ar. nu. 6. ff. de custodia reorum, l. fin. ff. ad exhibendum.

Tertiò obstat textus in l. 1. §. si publico, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, vbi maritus non repellitur ab accusatione vxoris in adulterij causa, etiam si lenocinij crimen ei obijciatur; quod est contra decisionem textus in l. cum mulier 47. ff. soluto matrimonio. In qua iurium controvertia dicendum est, quod in dist. l. cum mulier. 47. mariti confessio, seu accusatio repellitur quoad dotis amissionem, cum civiliter agitur: siquidem paria delicta mutua compensatione tolluntur; at verò in dist. §. si publico, non repellitur, neque compensatio admittitur: qua criminaliter agitur, Cuiacius latè lib. 1. quæst. Papiniani, in l. viro 39. ff. soluto matrim. Neque obstat textus in l. cap. 25. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, vbi marito licet retinere socium criminis, hoc est adulterum 20. horas causa rei testanda, vti eius confessio coram testibus facta vxori nocet:

nam illa adulteri confessio ibi non prodest ad plenam probationem, sed tantum ad aliquod iudicium, Glossa ibi, verbo: Accusatio, Cuiacius de præscriptionibus, cap. 2. in fine, de hac re plura dicemus in cap. 10. de testibus.

Ad textum in capit. cum super 2. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, poterit ordinarius Index inchoare processum, & illum ordinaria pena punire.
- 2 Confessio in iudicio facta vim rei vindicata retinet.
- 3 Confessio etsi nocet confitenti, non tamen ex eo statim condemnandus, cum suspendi debeat donec constiterit ab eo delictum fuisse commissum.
- 4 Reus non tenetur extra confessionem Sacramentalem delictum confiteri. Intellige vt ibi.
- 5 Accusator, si non suaris legitimus in iure, non admittitur.
- 6 Confessio vt valeat, requiritur, quod in tribunali, & coram iudice competente fiat.
- 7 Expenditur textus in leg. videmus, in fin. Codice de liberali causa, textus in capite primo, de accusatione.
- 8 Explicatur textus in c. multi corripiantur, versic. Nisi vt sponse confesso, 2. q. 1.
- 9 Confessio habitus à Clerico coram iudice laico facta, olim Iustiniano iure admittebatur.
- 10 Explicatur textus in capit. primo 23. quæst. 5. & in num. 9.
- 11 Confessio in iudicio facta etiam si iuris ordo non seruetur, nocet eo sienti.
- 12 Expenditur textus in c. 1. de exception. lib. 6. versic. Similiter Ecclesiastici iudicis. Auth. de sanctis. Episcopis, §. si quis contra, & in n. 13.
- 14 Interpretatur textus in leg. iubemus 41. C. de liberali caus. Voce propria.

C O N C L V S I O

SI quis, confitetur crimen in iudicio incidenter, poterit ordinarius Index inchoare processum, & illum ordinaria pena punire. Consonat textus in cap. fin. infra eodem, cap. per inquisitionem, de electione, cap. penult. de celebratione Missarum, cap. fin. cap. vestra, de cohabitatione Clericorum, & mulierum, cap. cum olim, in fine, de verborum significatione, cap. fin. de restitutione spoliati, cap. 1. de exceptionibus, leg. 2. §. si publice, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, leg. 1. Cod. de confessis, leg. certum ff. eodem, leg. si confessus, ff. de custodia reorum, cap. nos in quenquam, 2. quæst. 1. cap. 1. de accusationibus, lib. 9. leg. 2. & 4. tit. 2. part. 3. l. 15. tit. 1. part. 7. disputant Mascardus de probationibus, conclusiones 344. Fatnacius in praxi criminali, conclusiones 2. Rolandus cons. 70. volum. 1. Idem consilio 121. Covarruvias in practico, cap. 23. num. 5. Anton. Augustinus collectanea 3. Decretalium lib. 2. tit. 10. cap. vnico, Donel. lib. 12. commentar. cap. 9. Anton. Faber de erroribus, decade 67. errore 8. Maranta de ordine iudicior. act. 5. 2. part. num. 21. Romanus consilio 391. Donellus in l. si adversarius 3. Cod. de fide instrum.

Ratio est, quia confessio in iudicio facta vim rei iudicatae tetinet, & quasi convictus dicitur dist. 1. C. de confessis, dist. leg. si confessus de custodia reorum, merito adversus confitentem poena imponitur, cum reipub. interest ne delicta maneant impunita, cap. vt fama, de sententia excommunicationis, leg. ita vulneratus, ff. ad legem Aquilianam, & ideo qui in iure confessus est simoniam commississe, ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico est deponendus; cum in spiritualibus nulla pactio debeat interuenire

ervenire, cap. fin. de pœnit. cap. 1. & per totam 1. qua-
sione prima.

Primo obstat textus in l. 1. C. de custodia reorum, vbi
postquam de delicto per confessionem constiterit, ite-
rum debet reus reduci apud acta iudicij. Qua in diffi-
cultate omnia Glossa interpretatione, verbo, Consti-
teris, verissime est dicendum, quod quamvis de crimi-
ne constet per confessionem, non tamen ex eo statim
reus condemnandus est; cum suspendi debeat, donec
constiterit ita ab eo fuisse commissum, cum ei debeat
assignari terminus ad allegandas exceptiones, & defen-
siones, licet interim in carcere detineatur, argum. tex-
tus in l. 1. §. item illud, ff. ad Sylanianum, Marciana de
ordine iudiciorum, 6. part. verbo: Confessio, num. 2. Mas-
cardus vbi supra, num. 6.

Secundo obstat textus in cap. qui aliquando, versic.
item illud, ibi: Non tibi dico, ut te prodas, de penitentia,
distin. 2. vbi reus ad interrogata non tenetur responde-
re, neque crimen extra confessionem sacramentalem
fateri. Cui difficultati responderat, textum illum, & illam
D. Ambrosij autoritatem quando extra iudicium, vel
in iudicio reus iniuste interrogatur, intelligendam esse:
nam si in iudicio iuste a iudice interrogatur, tenetur
sub pœna peccati lethalis veritatem in lucem prodere,
D. Thom. 2. 2. quest. 9. art. 1. & 2. Paz in praxi 3. part. 1.
tempore, cap. 3. §. 4. num. 11. Miranda in ordine iudicario,
questione decima octava, art. 1. Antonius Gomez 3. tomo
variarum, cap. 125. iusta autem dicitur causa, quando
reus semiplene de eodem crimine diffamatus est, Paz
& Gomezius, vbi supra.

Tertio obstat textus in cap. 1. cap. evidentia, cum aliis,
de accusationibus, vbi nemo condemnari debet, nisi le-
gitimus fuerit accusator; ergo ex sola confessione, abs-
que accusatore iniuste condemnatio fit. Quod argu-
mentum ex eo dissolvitur, quia in presenti abique accu-
satore confessus fuit crimen tangens principale nego-
tium, de quo fuerat interrogatus, argum. textus in
regula, accessorium de regul. in ru. libro 6. cap. per inquisi-
tionem, de electione; præcipue quia non ex sola confes-
sione, condemnatio processit, sed ex novo processu, &
nova accusatione interveniente, Abbas in presenti, nu-
mero 16. & 12.

Quarto obstat textus in cap. at si Clerici, de iudiciis,
vbi delicti confessio a Clerico in iudicio facta, non no-
cet. Cui dubio dicendum est, idem ibi non nocere, quia
fuerat facta coram Iudice incapaci, hoc est laico, qui
incapax est cognitionis peccatorum Ecclesiasticarum,
tam quoad civilia, quam quoad criminalia, cap. 2. de
iudiciis, & sicuti sententia a non suo iudice lata non
tenet; ita nec confessio coram non Iudice facta: nam
ut confessio valeat, in iure fieri debet, hoc est pro tri-
bunali coram competenti iudice; alioquin inanis, &
illusoria erit, l. post rem. ff. de re iudicata. l. 1. §. quid si in-
lit. ff. qua in fraudem patroni. l. quidam, ff. de donationibus,
l. 4. §. penult. ff. ad legem Iuliam maritatis, l. 4. Cod. de
repudianda hereditate, Cuiac. in dist. cap. at si Clerici,
& in l. unica, Cod. de confessis, Donell lib. 28. Comment.
cap. 1.

Quinto solutioni obstat textus in l. iubemus, in fine, C.
de liberis causis, vbi i confessio coram quolibet Iudice fa-
cta tenet, & iurisdictionis defectus ex confessione pur-
gatur, cum iurisdictione Iudicis non sui expressè, vel ta-
cité prorogari possit. In qua difficultate verissime di-
cendum est, prædicta iura procedere, quando confessio
ante est facta coram Iudice, cuius iurisdictione per con-
fessionem prorogabilis erat, argumento textus in l. si con-
fiteris, ff. de iurisdictione omnium iudicium: secus verò
dicendum est, si non est prorogabilis, veluti si de inca-
paci agitur, cuius iurisdictione per confessionem proro-
gari non potest; iuxta textum in cap. si diligenti, de
foro competentis, Decius ibi num. 3. Nec solutioni obstat
textus in capite primo, de accusationibus, vbi per con-
fessionem aufertur omnis defectus nullitatis, & om-
nis dilatoria exceptio, quia textus ille procedit, quan-
do nullitas est in ipso ordine iudicario non observato;

non tamen ex defectu iurisdictionis propter laici inca-
pacitatem, ut in dist. cap. at si Clerici.

Sexto obstat textus in cap. multi corriguntur 18. 2. 8
quest. 1. ibi: Nisi aut sponte confesso, aut in aliquo sive se-
culari, sive Ecclesiastico iudicio nominatum, atque convic-
tum. Ex quibus verbis constat puniri per Ecclesiasti-
cum, qui de crimine coram seculari iudice confessus,
vel convictus est. Cui difficultati occurri potest cum
Glossa ibi verbo, seculari, dum asserit, quod etiam in illius
text. specie, ad prohibendum quempiam à communione
fidelium in iudicio Ecclesiastico sufficiat, quod coram
quocumque Iudice, sive Ecclesiastico, sive seculari
convictus, vel confessus sit de crimine, quo pœnam
illam mereatur, id tamen referendo singula singula in-
telligi debet, scilicet quod cum aliquis est convictus, vel
confessus coram Iudice suo, similiter coram alio pro-
tali habendus sit, argum. textus in cap. 2. de exce-
ptionibus, libro sexto, secus verò si confessio ipsa facta
sit coram eo, qui nullam habet iurisdictionem, ut in
dist. cap. at si Clerici, de iudiciis, Abbas ibi, numero de-
cimo tertio, Felin. numero tertio, Mantua num. 24. Areci-
nus num. 21.

Septimo obstat textus in cap. 123. quest. 5. vbi constat
Clericos ob confessionem delicti coram laico factam,
pœnis debitis licet cum misericordia puniendos. Cui
difficultati solutionem præbet Glossa ibi, verbo: Confes-
sus, dum asserit iudicem illum laicum, idem ibi fuisse
competentem, quia Clerici illi hæresis crimen commi-
serant, qua de causa illius fori fuerant facti; eum olim
ob illud delictum laici iudices erga Clericos iurisdic-
tionem haberent, l. 1. §. fin. C. de Summa Trinitat. & Fi-
de Cubolica, & in toto tit. C. de hæresis, Aleciatus in c. 1.
de officio Ordinarij, num. 64. Farinacius in tractat. de hæ-
resi, quest. 185. §. 9. num. 152. Neque obitabit si dixeris,
quod ibi de homicidio, & de aliis criminibus tantum
agebatur: nam responderetur, quod quando de illo-
rum punitione tractabatur, iam Clerici crimen hæresis
commiserant, quare veluti laici seculari potestati sub-
iecti remanebant. Sed adhuc obstabit dicere, quod
tempore Divi Augustini, qui huius decisionis auctor est,
iam etiam in crimine hæresis, uti in cæteris criminibus
privilegium generale exemptionis adversus secularis
iudices Clericis erat indultum, ut constat ex capite
primo, & seqq. 11. questione prima. Cuius dubij solutio
erit, quod quamvis verum sit, illam Clericorum exem-
ptionem etiam illo tempore competisse; tamen quoad
omnia, nec moribus, nec usu erat recepta, & velut
de facto laici in Clericos iurisdictionem exercebant,
Covarruv. in practico, capite trigesimo primo, numero se-
cundo, siquidem prædicta Clericorum exemptio, usque
ad Concilij Remensis tempus, cap. 4. relati in cap. 2. de
iudiciis, nunquam quietè fuit obtenta; ut notat D. Car-
olus de Grassis in tract. de effectibus clericatus, effectus 1.
num. 4.

Octavo obstat textus in cap. fin. de restitutione spolia-
torum, cap. 1. & 2. de accusationibus, lib. 6. vbi constat,
quod etiam iudicium sit nullum ob non servatum Su-
terioris mandatum, confessio tamen in eo facta nocet,
& tenet: ergo etiam si processus factus coram iudice lai-
co sit nullus, tamen confessio coram eo facta valere de-
bet. Cuius dubij solutio est, videlicet, quod iura in ar-
gumento adducta procedunt, quoties nullitas extat
propter iudicarium ordinem non servatum; at verò
textus in dist. cap. at si Clerici, loquitur quoties nullitas
constitit ex defectu iurisdictionis propter incapacita-
tem; nam tunc sicut acta ipsa non tenent, similiter nec
confessio, arg. text. in l. si confessus 5. ff. de custodia reo-
rum, l. proinde 25. §. fin. ff. ad legem Aquiliam, Anton.
Gomez lib. 3. variarum, cap. 12. num. 8. Mascard. de pro-
bation. 1. tom. conclus. 357. Farinacius in praxi, 3. tom.
tit. de reo confesso, quest. 81. cap. 2.

Nono obstat textus in cap. 2. de exceptionibus, lib. 6.
versic. Similiter Ecclesiastici iudices, & textus in anhen,
de sanctissimo Episcopo, §. si quis contra, vers. Si vera prius,
vbi iudex Ecclesiasticus iudicare tenetur secundum
acta,

acta, & facta per iudicem secularem: ergo confessio-
ni coram iudice laico factæ Ecclesiasticus stare debet.
Sed huic dubio dicendum est, textum in dicto capite
secundo, procedere casu in quo secularis iudex iurisdic-
tionem habet, ut constat ex eodem textu, ibi: *In ca-
su, quo ad eum pertinet cognitio, &c.* Decius in dicto cap.
at si Clerici, num. 14. Mascardus de probationibus, tom.
13 conclus. 73. Neque obstat textus in dicto, *authen. de san-
ctissimis Episcopis, §. si quis contra*, quia procedit de
facto, quo in tempore optio erat, ut accusator posset,
si vellet, Clericum pro crimine apud civilem iudicem
accusare, Glossa ibi, verbo: *Iudicem adeat*. Neque ob-
stat textus in l. iubemus 41. Cod. de liberali causa, versic.
Vocē propria eiusdem Elij apud aliud iudicium patuerat,
vbi confessio coram vno iudice facta, coram alio fi-
dem facit: quia etiam procedit, quando alter iudex
competens fuerat, & non incapax; ita similiter est in-
terpretandus textus in cap. causam, que, cap. presen-
tata, cap. testimonium, de testibus, Decius in dicto, cap.
at si Clerici, num. 23. Anton. Gomez 3. tom. variarum,
cap. 11. num. 8. Reliqua quæ hic cumulari possent, peten-
da sunt ex cap. at si Clerici, sup. de iudiciis.

Ad textum in cap. Ex parte, vlt. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio in iure per Ecclesia Oeconomum facta, no-
cet ipsi Ecclesia: tamen revocari potest, si ante fi-
nitum negotium doceatur per errorem facti emanasse.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Confessio minoris etiam in delictis ei nocet. Intellige
ut ibi.
- 4 Confessio per errorem facta, nec minori, nec maiori
præiudicat.
Explicatur text. difficilis in l. certum, §. in pupillo, ff.
de confess. & num. 5.
- 5 Remedium extraordinarium cessat, cum ordinarium
extat.
- 6 Aquilia lex in fictione crescit.
Explicatur text. in l. ex ea, §. nunc videndum, versic. Si
cum, ff. de minorib.
- 7 Plura id, quod in iudicium deductum est potestas Iudicis
non extenditur.
Explicatur textus in l. cum fideicommissum 7. ff. de
confess.
- 8 Confessus pro iudicato habendus est.
Explicatur textus in l. proinde 25. §. fin. ff. ad legem
Aquil.
- 9 Confessus de re, qua in rerum natura non est, non exinde
condemnatur.
Explicatur textus in l. qui Stichum 5. ff. de con-
fession.
- 10 Interpretatur text. in l. mulier 23. ff. ad S. C. Velleian.
cum l. mulier 26. ff. eod.
- 11 Confessio extrajudicialis non nocet. Intellige ut ibi.
Interpretatur textus in l. si ex cautione, l. in contra-
ctibus, C. de non numer. pecun.
- 12 Confessio contra ius in causa matrimoniali facta, nec
viro, nec uxori præiudicat.
- 13 Interpretatur text. in l. parentes, Cod. de liber. causa,
l. interrogantem, C. eodem.

C O N C L U S I O.

1 **C**onfessio facta in iure per Ecclesia Oeconomum nocet
ipsi Ecclesia: potest tamen revocari, si ante finitum
negotium doceatur per errorem facti emanasse. Consonat
text. l. 1. l. Iulianus, l. certum, ff. de confessis, l. si is
cum quo, cum aliis, eadem tit. l. unica, Cod. eodem, cap.

fin. de in integrum restitutione, libro sexto, l. maritus, C.
de procuratoribus, l. sed & hac, ff. eodem, l. qui aliter,
sed & probus, ff. quod vi aut clam, l. 4. Cod. de repu-
dianda hereditate, l. error, ff. de iuris, & facti ignoran-
tia, l. error, Cod. eodem; l. 2. & 3. Cod. error. Advoc-
corum, l. 3. Cod. si minor se maiorem dixerit, l. penult.
ff. de cessione bonorum, l. post rem, ff. de re iudicata, l.
quidam, ff. de donationibus, l. 1. §. perinde, ff. si quid in
fraudem patroni, l. 4. ff. ad legem Iuliam Maritimum,
Surdus decis. 309. numero decimo quarto, defendunt Mal-
cardus de probat. conclusio. 345. numero decimo sexto,
& conclus. 347. num. 48. Fachineus libro primo, controver-
siarum, cap. 72. Guttierrez de iuramento. confessorio,
prima parte, capite quadragesimo septimo, numero decimo
quinto, Menochius de arbitrariis casu 268. & 279. Osual.
ad Donell. libro vigesimo octavo. Comment. capite primo,
litera C. & libro vigesimo, capite decimo, lit. N. Cuiacius
lib. 56. Pauli ad edictum, in l. 1. ff. de confessis, Donell.
in l. 3. C. de fide instrumentorum.

Ratio ea est, quia confessio in iudicio facta, ut sa-
pra diximus in capite secundo, hoc tit. vim donationis,
& rei iudicatae retinet: poterit tamen revocari, si per
facti errorem fuerit facta; quia inter cetera, quæ ad
eius validitatem desiderantur, vnum est, ut certa ex
scientia fiat: si agitur errore facti, à parte, vel ab Ad-
vocato fuerit facta, revocari potest; dum tamen cau-
sa non fuerit finita, cap. 1. de in integrum restitut. mi-
nor. lib. 6. l. 1. Cod. de errore calculi, liquidem facti er-
ror nemini nocet, dict. l. error, ff. de iuris, & facti ig-
norantia.

Primo obstat textus in l. si ex causa, §. nunc viden-
dum, versic. Sed cum ex dono, l. auxilium, §. in deli-
ctis, versic. Sed ut, ff. de minoribus, l. 1. §. diuus, ff. de
questionibus, vbi confessio minoris sibi nocet: ergo &
Ecclesie confessio sibi nocere debet, argum. text. in
capite primo, de in integrum restitut. minorum. Cui du-
bio respondendum est iura illa procedere in delictis,
quando confessio minoris fit in iudicio tendens ad ve-
ritatis indaginem, cum iam curator intervenisset tem-
pore, quo iudex pronunciavit minorem interrogari,
seu torqueri debere, merito ei nocet, & restitutio de-
negatur; secus verò dicendum est, cum minor in con-
fessione à se facta erravit: nam tunc restitutio compe-
tit, l. 3. Cod. si minor se maiorem dixerit. Hocque adeò
verum est, ut neque adversus confessionem delicti re-
stituatur, nisi error in confessione exprimat, Sar-
miento libro tertio, seclorum, capite tertio, numero septi-
mo, Fachineus libro primo, controversiarum, cap. 72. Ra-
tio est, quia minor adversus proprium delictum, & do-
lum, nunquam restituitur, l. 1. cum vulgatis, Cod. si
adversus delictum, l. auxilium, ff. de minoribus, l. ex
causa, §. nunc videndum, ff. eodem, l. si putator 31. cum
aliis, ff. ad leg. Aquilianam, l. 5. §. iniuriam, ff. eodem,
nam tunc minor à se, non ab alio decipitur l. is qui
se, l. nam si actor, ff. de rei vindicatione, l. minor, ff.
de minoribus, Anton. Fab. in Racionali ad eundem textum,
Donell. lib. 21. cap. 10.

Secundò prædictis obstat textus in l. certum, §. in
pupillo, ff. de confessis, vbi generaliter statuitur, quod
minor ex confessione sua omnino restituendus est. In
cuius textus difficultate, omiſſa interpretatione, quam
refert Fachineus, vbi supra, dict. cap. 72. verissime est
dicendum, restitutionem contra propriam confessio-
nem minori læso in dict. §. in pupillo, generaliter dari;
sed id non ita, sicut sonant, verba, intelligendum
est, sed cum illa adiectione, scilicet si apparuerit mi-
norem in confessione facta errasse: nam tunc æquum
est, minori decepto adversus confessionem suam suc-
curri: argum. textus in l. 3. Cod. si minor se mai-
orem dix.

Qua sententia retenta, adhuc gravis oritur difficul-
tas, cum nihil speciale in minore reperitur: siquidem
etiam maiori erranti iura succurrunt, l. error, Cod. de
iuris, & facti ignorantia, l. 2. ff. de in integrum restitut.
In qua difficultate dissolvenda valde laborant Sar-
miento,

miento, *ubi supra*, & Speculator in tit. de in integrum restitut. §. 1. *versic. Sed nunquid*. Sed ego non agnosco, quid inconueniens sit fateri, maiorem contra propriam confessionem perinde, ac minorem, in integrum restitui, si de vtriusque errore constet; siquidem nihil beneficio minoris detrahatur ex eo, quod auxilium ipsi concessum ad maiorem errantem extendatur; sed tantummodo præsupponit magnam esse iusti errori causam, ad humanitatem captandam; siquidem sufficiens fuit, vt à minore in maiorem restitutio illa extendatur: in modo tamén probandi errorem plurimum differunt maiores à minoribus, de qua re videndus est Sarmiento *ubi supra*, num. 12.

Tertio adhuc textus in *dist. 5. in pupillo*, peccat ex alto capite, videlicet quod si minor in delictis ob errorem in integrum deberet restitui, ei competeret remedium ordinarium, hoc est errorem, traditum in *dist. 1. error, Cod. de iuris, & facti ignorantia*, & cessat extraordinarium, hoc est restitutionis in integrum, quod remedium cessat, quando minor iure ordinario iuari potest; iuxta textum in *l. 2. ff. de minoribus*. Cui dubio responderi debet, quod licet errantibus iure ordinario subueniatur, ex *dist. 1. error*: tamen aliquibus in casibus remedio illo destituti sunt, & merito Prætores auxilium extraordinarium minoribus pollicentur in *dist. 1. 2. ff. de in integrum restitut. minorum*, Donel. libro vigesimo quinto, capite quinto, idcirco potuit contingere, quod in confessione ita errasset minor, vt neque illo iure ordinario tutus esset, & beneficio extraordinario restitutionis indigeret; nam remedium ordinarium tunc minor habebit, cum legitimis probationibus ostenderit se in confessione errasse; quo remedio, omni tempore legitimo vti poterit, de quo in nostri *textus* specie mentio habetur: extraordinarium verò restitutionis habebit, cum dixerit se errasse non in facto proprio, sed in alieno, nec probationibus id ostenderit: cum in defectum ordinarij minoribus succurratur per extraordinarium restitutionis in integrum: quod summa ratione est constitutum, quia eo ipso, quod minor fatetur id, quod sibi est damnosum in facto alieno errasse, præsumitur; & licet hæc præsumptio non sit sufficiens ad rescindendum errorem, cum in eo etiam probationes desiderantur, *l. 3. Cod. de iuris, & facti ignorantia*, sufficit tamen, vt ex equitate prætoris restitutio minori, vel Ecclesiæ concedatur: quo modo interpretandus est textus noster, in *versic. finali*, Sarmiento, *ubi supra*, num. 7.

Quarto his omnibus obstat textus in *l. ex ea, §. nunc videndum, versic. Si cum, ff. de minoribus*, vbi minor damnus iniuria datum negavit; & contra negationem restitutio ei competit. Sed in hac difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Antonius Faber in *Rationali ad eundem text.* Fachineus libro primo, *controuersiar. cap. 72.* animadvertendum est, quod lex Aquilia inficiatione crescit; sed ante litem contestatam, retractatione negationis poterit ab omnibus minoribus, & maioribus emendari: Cæterum post contestationem, & probationes ab adverso adductas; à nullis emendatur: *l. electio, §. neque, ff. de noxalibus*, & idem cum in specie illius textus post contestationem, & probationem, minor negationem emendare non possit, cum ex negatione illa, seu inficiatione, dupli pœna puniretur, §. *vi autem, Instit. de actionibus*, & cum ex dupli pœna, quam præstare cogebatur, læsus maneret, iuxta de causa fragilitati eius succurrit Prætor, non vt cum in damno dato saluet, sed tantummodo à dupli pœna, quæ per negationem præstare tenetur, liberetur, Sarmiento libro tertio, *select. cap. 3. nov. 9.*

Quinto obstat textus in *l. cum fideicommissum 7. ff. de confessis*, vbi hæres, qui confessus est in iure se fideicommissum debere, & ex confessione conventus iudex ad restitutionem sit datus, coram quo proposuit se errore facti id confessum, existimans fideicommissum à defuncto fuisse relictum, cum verè non esset;

& arbiter ad restitutionem datus ita comperit nil debere; quarit Africanus an iudex possit cum absolueret, cum in facto errasset: & respondet multum referre, qua ex causa non debeatur: nam si ob id, quod nullum fideicommissum fuerit, non debere cum absolueret, si verò quia nihil sit in bonis, aut iam solutum, salvo officio eum absoluet. Cuius Africani responsum, valde obstat *textui nostro*, & Vlpiani regulæ traditæ in *l. 2. Cod. de confessis*, qua docetur, quod non fatetur, qui in facto errat, nisi in iure errat: nam si Africanus loquitur de eo, qui in iure erravit, dicere debuit nullo modo esse absolvendam: sin verò de eo, qui erravit in facto, absolvendum esse.

Sed hoc non obstante vera est Africani sententia, si quidem loquitur de eo, qui iuste erravit in facto, & confessus est se debere, cum non debuisset: nam quod Africanus ait à Iudice dato absolui non posse, id non est contra Vlpiani sententiam, siquidem ex eo non respondit quoad de iure confessum; sed quoad iudicis dati potestatem, vt confessus non ab ipso iudice dato absolvatur, sed ad Prætorum remittatur, qui eum absolvat, quasi in facto errantem; siquidem iudex ad executionem datus, tantum censetur datus ad comparationem patrimonij. Qua ratione salvo officio Africanus allicit iudicem datum posse iudicare; non tamen posse eum absolueret, si relictum non est fideicommissum; cum non esset datus vt cognosceret an fideicommissum esset relictum, necne: nam ultra id, quod in iudicium deductum est, iudicis potestas non excedit, *l. ut fundus, ff. communi dividendo*: Donel. lib. 28. *commentar. cap. 1.* Cuiacius *tract. 5. ad Africanum in dist. 1. penultim. ff. de confessis*.

Neque obstat textus in *l. error 7. Cod. de iuris, & facti ignorantia*, ex quo constat, quod facti error, quamvis non solet nocere, tamen nocet si causa decisa est. Quia textus ille loquitur, quando causa iam semel extincta, & decisa est sed in specie supra tradita, non dicitur decisa, siquidem errans pro confessio non habetur: quod summa ratione constituitur, quia confessus quodammodo sua sententia damnatur, *l. 1. ff. de confessis*, & ita voluntate sua, quam error excludit: Donel. *l. 28. c. 1. in l. 2. ff. de confessis*, de qua re plura congerit Barr. in *dist. 1. 2. ff. de confessis*.

Sexto adversus id, quod in præsentem notant omnes, videlicet confessos pro iudicatis haberi, iuxta textum in *l. 1. ff. de confessis*, quod idem est, ac si Consultus diceret, non iterum esse iudicandos: nam confessi, & iudicati eodem loco habentur; differunt tamen in eo, quod iudicatus iudicati actione convenitur, non item confessus: nam confessus post confessionem damnandus est, *l. 3. & 5. ff. de confessis*, valde obstat textus in *l. proinde 25. §. final. ff. ad legem Aquiliam*, vbi post confessionem nulla est iudicantis, hoc est iudicis, seu Prætoris pars: ergo amplius condemnare non debet, cum quodammodo sua sententia confessus damnatur, *dist. 1. 1. ff. de confessis*. Qua in difficultate dicendum est, verum esse, confessum non esse iudicandum; sed non exinde sequi, non esse damnandum: nam aliud est confessos damnari non debere, aliud verò esse iudicandos: cum aliud sit iudicare, aliud damnare: nam is iudicat, qui prius causam cognoscit, *l. indices, Cod. de iudicis*: his verò damnat, qui iubet solvere, *dist. 1. 3. & 5. Cod. de confessis*, & cum cognitio illa in confitente non desideretur, siquidem pro legitima probatione reputatur, Glossa magna in *presenti*, versicul. *Item*, iuxta de causa dictum est, adversus confessum non esse iudicati actionem; sed cum is damnet, qui iubet solvere, quod ex sola confessione, sine alia cognitione fieri potest; idcirco confessus damnatur, non verò iudicatur: quomodo ad concordiam iura supra adducta reducuntur. Neque obstabit dicere, nullum iudicium esse absque contestatione: quia id fateor quoad causæ cognitionem, & eius sententiam; secus quoad condemnationem: nam vt Donel. *lib. 28. commentar. cap. 1.* Quid enim (inquit) prohibet unguis bet quo agistratus nullo iudicio constituto, cum reum confitentem

consistentem audit, ita dicat: ergo illud solvere sintque tibi ad solvendum tot iusti iudices, quem sequitur Faber in Rationali ad textum, in dicta l. proinde 25 §. fin. ad legem Aquiliam.

9 Septimo adversus id, quod in presenti notant omnes, videlicet confessum non esse omnino condemnandum, cum de re, quæ in rerum natura non est fuit confessus, si ignorabat in rerum natura non fuisse; iuxta textum in l. final. ff. de confessis, valde obstat textus in l. qui Stichum 5. ff. eodem, ubi qui Stichum debere confessus est, sive mortuus iam Stichus esset, sive post litis contestationem decesserit, condemnandus est. Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur, quia textus in dicta l. qui Stichum 5. loquitur, quando quis sciebat rem in rerum natura non fuisse, & morosus erat, iuxta textum ita intelligendum in l. 3. ff. de confessis, Gloss. in dicta l. qui Stichum 5. & in dicta l. fin. ff. de confessis.

10 Octavo obstat textus in l. si mulier 26. ff. ad Velleianum, ubi si servus Titij noxam fecerit, & mulier, cuius servus non erat, cognoscens servum esse alienum, confessus fuit intercedenti animo servum suum esse, ex confessione illa in iudicio facta non condemnatur; quia licet intercesserit, beneficio tamen Senatus Consulti Velleiani iuvatur: quod expressè contrarium docet textus in l. si mulier 23. eiusdem tit. ubi in eadem specie mulier beneficio Senatus Consulti non iuvatur: quia decepit, ex reg. text. in l. qui decipiendi 30. eiusdem tituli, sed ex confessione propria tenetur. In qua gravissima iurium controversia, omiſsa interpretatione Antonij Fabri in Rationali ad prædicta in a; affirmantis in dicta l. si mulier 26. idè adjuvari exceptione, quia intercedendi animum habuit: in dicta l. 23. non iuvari, quia non habuit; verissimè dicendum est, idè mulierem in dicta l. 26. iuvati exceptione Senatus Consulti, quia actor similiter sciebat mulierem falsum respondisse; ac proinde licet ipsa deciperet in responsione, cum tamen is, qui seit deceptus non videatur, argument. legis 1. §. fin. digestis, de actionibus empti, & venditi: idè mulier iuvatur: at verò in dicta l. 23. non iuvatur exceptione, quia decepti: notat eruditè Gothofredus in dicta l. si mulier 26.

11 Nondè obstat textus in l. si ex cautione, l. in contrariis, Cod. de non numerata pecunia, ubi confessio non numeratæ pecuniæ. Sed responderetur, iura illa procedere in confessione extrajudiciali: at verò textum nostrum in iudiciali. Neque obstat textus in cap. super eo 5. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris, ubi confessio in iudicio facta non præiudicat consentienti: quia textus ille procedit in confessione facta contra ius in causa matrimoniali, cum in præiudicium Ecclesiæ, neque viro, neque uxori sit credendum, cum per collusionem matrimonia alia facilius dissolverentur. Neque obstat textus in l. parentes, Cod. de liberali causa ubi si quis confiteatur natam esse ex ancilla, confessio illa sibi non præiudicat. Nec etiam textus in l. interrogantem 24. Cod. de liberali causa, ubi si quis in iudicio præsentia dixerit se esse servum meum, sibi non præiudicat quia iura illa favore libertatis procedunt, ut notat Glossa in presenti, verbo, Confessus, in fin. ubi omnes Doctores, Cuiacius in dicta l. unica, Cod. de confessis, videnda sunt etiam infra à nobis notanda in cap. si cautio, de fide instrumentorum: & quando confessio dotis noceat marito, vel creditoribus? videndus Osuald. ad Donel. libro decimo quarto, capite quarto, litera C. Antonius Gomez in l. 45. Tauri, num. 86. & in l. 50. numero tertio, & numero quinquagesimo secundo, Covarr. libro primo, variarum, capite sexto, numero quarto, & sequentibus. Fachincus libro octavo, controversiarum, capite 86. & pro illa questione, vtrum confessio partis, probatio sit? videndus est Morla in emporio, tituli. 11. quasi. 12.



AD TITULUM DE Probationibus. XIX.

Ad textum in cap. Ex Epistola, i. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur.
- 2 Affignatur ratio.
- 3 In iudicio non est acceptio personarum habenda. Interpretatur textus in cap. 1. de probation. versic. Nulli dicendum est.
- 4 Reus in exceptionibus actor reputatur.
- 5 Reus occultando scripturam ab altore petitam ad fundandam eius intentionem non peccat.
- 6 Imperator est mundi Dominus. Princeps obligatur vbi directiva, non tamen coactiva.
- 7 Exponitur textus in l. Papinianus 8 §. si Imperator ff. de inofficioso testamento.
- 8 Rescripta sunt introducta ad iuris dubij interpretationem.
- 9 Princeps legibus testamentariis privatorum iure utitur. Explicatur lex, & in legatis, C. ad legem Falcidiam, cum l. si legatus 30. §. & hæres, ff. ad Senatus Consultum Trebellian. §. sed quod Principi, Institut. de iure naturali gentium, & civili.
- 10 Positionibus actoris reus respondere tenetur.
- 11 Edere instrumenta, vel rationes tenentur Argentarii & similes, qui publica officia exercent. Ibiq; plura iura interpretantur.
- 12 Exponitur textus in l. si quis 6. ff. de edendo.
- 13 Explicatur textus in l. Prætor 4. §. etiam, ff. de edendo.
- 14 Edenda sunt instrumenta fisco, etiam si fiscus actor sit.
- 15 Instrumenti pars, qua ad instructionem pertinet, tantum edenda est. Intelligitur ut ibi. Interpretatur textus in cap. cum personæ, de privilegiis, lib. 6. cap. accepimus 4. de fide instrumentorum: & infra num. 6.
- 16 Editio instrumentorum semel tantum in iure fieri debet.
- 17 Exhibitio testamentorum ab omnibus, tam reo quam actori, ut commune instrumentum fieri debet.
- 18 Interdictum de tabulis exhibendis cessat, si ex tabulis hereditariis controversia pender. Intelligitur ut ibi.
- 19 Interpretatur textus in l. si quis legatarum 6. versic. Sicuti nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet, ff. ad legem Corneliam, de falsis, cum leg. 1. §. sive si premar, ff. de Tabul. exhib.
- 20 Pontifex iudex competens dicitur inter duos Principes superiores non recognoscens.
- 21 Actio ad exhibendum eis solis datur, qui corpora sua esse dicunt.
- 22 Pactum cum antecessoribus celebratum non obligat successores. Intelligitur ut ibi.

CONCLUSIO.

REUS actori sua propria instrumenta edere non tenetur. Idem probat textus in l. prætor, cum aliis, ff. de edendo, l. qui accusare, l. fin. Cod. eodem: cap. fin. de dolo & contumacia, cap. 1. de appellatione, lib. 6. cap. si testes, §. qui intendit, §. 9. l. cogi, C. de petitione hereditatis, l. de minore 10. §. formentis.

mentia, ff. de questionibus, l. nimis grave 6. Cod. de testibus, l. 1. §. 26. pars. 3. defendunt Tiraquell. de iure primog. quest. 35. numero vigesimo tertio. Antonius Gomez in l. 40. Tauri, num. 189. Anton. Gomez in l. 40. Tauri, numero secundo, capite primo, numero primo. Anastasius Germonius libro primo, anima:versionum, capite primo. Socinius reg. 112. Menoch. de arbitrariis libro secundo, casu 175. & 499. Cuiac. libro tertio, observ. capite trigesimo tertio, Idem libro decimo, observ. capite decimo quarto, Anton. Fab. in Rationali ad textum in l. 2. §. edendo, ff. de edendo, Donel. libro vigesimo tertio, capite quarto, quinto, sexto, & septimo. D. Ioannes Solorzano Pereira de iure Indiarum lib. 3. cap. 3. num. 11. usque ad 26. Anton. Pichardus in §. in summa autem, Institut. de Interdictis, a num. 16. Donellus in cap. actor 23. Cod. de probationibus, num. 3. & 11. Idem in l. ultima, num. 2. Cod. de fide instrum.

Ratio est, quia cum in presenti Rex Recaredus esset Actor, qui ad iudicium instructus venire debuerat, & proprias probationes suae intentionis adferre; Imperator autem reus, qui non paratus, sed invitatus ad iudicium accessit, iusta de causa Gregor. respondit, Imperatori dicendum non esse, ut instrumenta quae apud semetipsum erant, requirere deberet, & in medium proferte; hoc est, copiam deseribendi Regi actori in iudicio facere: nam cum æquissimum esset, actorem instrumenta propria reo edere, l. 1. ff. de edendo, è contrario ab omni æquitate alienum est, reum compelli ad instrumentorum editionem actori, dist. l. qui accusare: cum reus invitatus ad iudicium trahatur, l. inter stipulantem 83. §. Stichum, de verborum obligation. ac per consequens non teneatur parare arma contra se, d. l. nimis grave, Cod. de testib. sed actor debet venire instructus, Donel. libro 23. cap. 4. & 5. Cuiac. lib. 10. observation. cap. 14. Gilquenus in l. fin. Cod. de edendo, Menoch. de arbitrariis, casu 499.

Primo obstat dicere, quod in iudiciis non est exceptio personarum habenda, cap. in iudiciis 12. de regul. iur. lib. 6. cap. venerabilis, de probando, cap. non licet, de regul. iuris lib. 6. l. non debet 41. ff. eodem, l. final. Cod. de fructibus, sed actor tenetur reo edere instrumenta, l. 1. §. editiones, ff. de edendo: ergo & reus actori edere tenebitur. Qua in difficultate, omnia Menochij interpretatione libro secundo, presumptione 92. verissime est dicendum, quod quamvis regula sit, quod in iudiciis aequalitas sit servanda; tamen in specie editionis regula illa cessat: ratio differentiae est, quia ut diximus, reus invitatus, & non paratus in iudicium venit: actor vero sponte, l. 1. C. ut nemo invitatus, cum tunc rei favorabiliores sint, quam actores, l. favorabiliores, ff. de regul. iuris, & quamvis in iudiciis non sit exceptio personarum habenda, tamen in editione instrumentorum actor edere tenetur, non vero reus: nam quando actor habet instrumenta, quibus Rei exceptio probari potest, si ea negaverit, calumniosa actoris petitio praesumitur, & meritò rei occurritur, ut actor ei instrumenta edat: argument. text. in cap. do'o facit, de regul. iuris, lib. 6. Neque obstant verba nostri textus ibi: Nullis dicendum est, &c. quia etsi generaliter referri videantur, tam ad reum, quam ad actorem; tamen restringenda sunt ad reum: nam cum textus noster loquatur de actore petente, editio illa de reo tantum intelligenda est, quasi diceret, nullis reo dicendum est, &c. notat Glos. 2. communiter in presenti recepta. Neque etiam obstat dicere, quod reus actor in exceptionibus dicitur, l. 1. ff. de exceptionibus: quia non dicitur actor, nisi quoad effectum, ut teneatur probare suam exceptionem, si euri & actor suam intentionem, l. in exceptionibus 19 ff. de probationibus.

Secundo praedictis obstat dicere, quod is qui occultat scripturas, veritatem occultat, ac per consequens mortaliter peccare: sicut is, qui mentitur, cap. quisquis, 11. quest. 3. cap. 1. de crimine falsi, ergo cum finis iuris Pontificij sit vitare peccatum, cap. 2. de constitutionibus, lib. 6. dicendum est, quod etiam reus tenetur instrumenta actori edere, ut pateat veritas, & ne con-

tra naturam locupletetur cum alterius iactura, l. nam hoc natura, ff. de conditione indebiti. Quae difficultas, ut dissolvatur, annotandum est, quod reus occultando scripturam ab actore petitam, ad probandam eius intentionem non peccat; cum ex rationibus supra adductis à iure ei permittatur scripturas retinere: peccat tamen si conscientiam laesam habet ex retentione rei alienae. Neque obstant iura in argumentum adducta: quia locum habent in personis, quae faceri tenentur veritate, uti est iudex, & testis: Covarr. lib. 1. variar. cap. 2. num. 3. Idem in cap. quamvis patrum 1. part. §. 7. num. 5.

Tertio contra nostrum text. dum docet, quod si Imperator reus non esset compelli poterat ad instrumentorum editionem: obstat dicere, quod Imp. est mundi dominus, & ideo ad nihil compelli potest, l. de precatio, ff. ad legem Rhodiam, de iactu, l. Princeps ff. de legibus, ergo etiam si actor fuisset compelli non poterat ad instrumentorum editionem, nec ex contractu cum Rege invito potuit obligari. Cui difficultati ut satisfaciamus discrimen constituendum est inter vim coactivam, & directivam: nam vi coactiva Princeps compelli non potest ad aliquid faciendum, secus vero directiva, l. digna vox, C. de legibus, & ex contractu cum subdito celebrato Princeps efficaciter, & civiliter & naturaliter obligatur, hoc est vi directiva tantum, non coactiva, l. 1. & 5. ff. de rescindenda venditione, l. 1. §. fin. ff. de officio proconsulis, Moxla de legibus, quest. 1. numero 4. Duaren. de legibus, cap. 5. Fachineus lib. 1. controversionum, cap. 2. Cuiac. lib. 15. observ. cap. 30. & lib. 26. cap. 31. Antonius Faber in iurisp. Papiniana, tit. 2. princip. 8. illatio e 2. Cottasius lib. 1. animadversionum, cap. 25. Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, cap. 1. Neque obstat dist. lex, Princeps, ff. de legibus, ubi absolute dicitur, Principem legibus solutum esse: nam haec lex non est accipienda de quibuscunque legibus, sed de caducariis; quod ex inscriptione constat, quae est ad legem Iuliam, & Papiam. Cuiac. in l. ex hoc iure §. ff. de inst. & iure.

Quarto obstat textus in l. Papinianus 8. §. si Imperator, ff. de inoffic. testam. ubi ex rescripto Divi Severi, & Antonini cavetur, quod de inofficiosi quetela adversus Principem ex rescripto agi potest, §. final. Instit. quibus modis testam. infirm. Consideratio est, quod rescriptum fuit necessarium, ut Caesares iuri communi adstringerentur: ergo ante rescripta illa, non erant adstricti vi directiva. Cui dubio responderi posse arbitror, videlicet, quod quamvis in distis iuribus caveatur, Principem ius commune cum ceteris servare debere; non tamen exinde sequitur, Principem ante illa rescripta non teneri: cum ante ea, obligatio illa directiva existeret: sed Principes ibi tantum respondent ad speciem, de qua consulti fuerant. Duarenus lib. 1. dispensation. cap. 41. Donellus lib. 1. Commentar. cap. 9. Nec praedictis obstat dicere rescripta esse introducta ad iuris dubij interpretationem, notat Duarenus lib. 1. dispensation. cap. 41. ergo ante rescripta illa, dubium erat an Princeps vi directiva teneretur, necne. Quae difficultas dissolvitur ex eo, quod ex rescriptis illis dubium non erat an Princeps legibus, ob publicum commodum statutis, vi directiva teneretur; sed tantum dubium erat, an legibus ipsis testamentariis, & earum solemnitatibus Princeps esset solutus, l. ex imperfecto, cum aliis, C. de testamentis, l. ex imperfecto 23. ff. de legatis 3. & ideo quoad falcidiam, & similia, quasi ad iura privatorum scripta, videbatur legibus solutus; sed ex rescriptis illis apparet adstrictum fuisse, quia illa materia testamentaria publica, & communis videbatur, Mendoza lib. 1. de patris, cap. 5. num. 31. Cuiac. lib. 3. observation. cap. 30.

Sexto praedictis obstat textus in l. & in legatis 4. C. ad legem Falcidiam, ubi Princeps falcidia lege solutus non est. Sed huic dubio satisfacies si dixeris, ideo Principem falcidia lege solutum non esse, quia Princeps in testamentariis legibus iure privatorum videtur, l. 6. l. cum haerede 7. Cod. qui testament. facere possunt, l. ex imperfecto,

Cod. de testament. l. 19. l. & in legatis 20. Cod. de testam. Sed solutioni adhuc obstat dicere, quod quemadmodum Princeps in falcidia, privatorum iure vitur, ita ut ex legatis Principi relictis falcidia deducatur; sic similiter, & fortius, si ipse Princeps sit hæres institutus poterit illo privatorum iure uti, & integram Trebellianicam ex fideicommissis deducere, cum valeat argumentum de legatis ad fideicommissa, §. sed qui heredes, Institus. de fideicommiss. hered. Mynsinger. ibidem, numero secundo: at hoc est falsum, ergo: & illud Minor probatur ex text. in l. si legatus 30. §. & hæres, ff. ad Senatus Consult. Trebellian. Cui dubio cum Accursio ibidem dici solet, Principem ibi integram Trebellianicam non posse deducere, quia cum minus, quam Trebellianica, per legatum ei esset aliquid relictum si hereditatem integram restitueret; id quod sibi ad Trebellianicam deficit donare videatur. Sed hæc interpretatio ex eo dissolvitur; quia eius hypothesis non ita se habet, ut vulgò existimant, Principem hæredem institutum falcidiam donare debere; sed tantum mens illius text. est, quod quandoque ex testamento Principis fieri possit, ut effectum habeat voluntas privati hominis veteris falcidiam deductionem, etiam alio quam Principe hærede instituto: quæ interpretatio ex precedenti §. & eius mente pendet, ubi cavetur quod interest scire utrum pars quarta iure hæreditario retineatur; an in re, vel in summa: nam si iure hæreditario onera creditorum dividuntur inter hæredem, & fideicommissarium; si in re, vel in summa, omne onus creditorum sustinet fideicommissarius: prosequitur etiam idem text. & aliam differentiam constituit, videlicet si pars quarta iure hæreditario retinetur, si quid quartæ deest omnino supplendum est; si verò in re, vel in summa fuerit relicta, licet ei, quod deest, à iure suppleri debeat, tamen plerumque Princeps extra ordinem cogit hæredem, ut sit contentus ea re, vel summa, quod ex testamento Principis fieri solet: unde apparet malè Accursium in dist. l. si legatus, §. ultimo, ff. ad Trebellianum, existimasse Principem hæredem esse scriptum, cum tantum privatus esset: quo themate tentato, iam nihil obstat difficultas supra adducta: ut notat Cuiacius in Novell. 1. versicul. Posterior pars, apud medium, Donel. libro septimo, commentariorum, capite nono, & pro interpretatione ad textum difficilem in §. sed & quod Principi placuit, versicul. Quia populus ei, & in eum, Institution. de iure naturali: omnino videndus est Cuiacius libro quinto, observation. cap. & in l. ex hoc iure §. ff. de iust. & iure, versicul. Et de interpretatione.

10 Septimò obstat textus in capite secundo, de confessis, libro sexto, Clemens. sapè, versicul. Et quia positiones, de verborum signification. l. 1. & per totum tit. ff. de interrogat. actian. ubi reus contra se ipsum respondere ad actoris petitionem, & testificari compellitur: ergo & instrumenta edere compelli debet, cum in exercendis litibus parè vim habeant testes, & instrumenta, l. in exercendis, Cod. de fide instrumentor. Quam difficultatem ut dissolvamus, scire oportet, vñ, & consuetudine receptum esse, ut reus positionibus actoris, respondere teneatur, ut sic facilius veritas comperi possit cum ex illa responsione non adeò credatur reus, uti in exhibitione instrumentorum, cum non teneatur directè respondere fatendo ad fundandam actoris intentionem, sed verbis ambiguis, & æquipollentibus uti poterit, nisi conscientiam læsam habuerit; notat Doctor Balboa in presenti, num. 45. & 52.

11 Octavò obstat dicere, sapè in iure reum compelli instrumenta, seu rationes actori edere, l. Prætor ait 4. §. 1. & 2. l. si quis 6. l. argentarius 10. ff. de edendo: ergo non rectè in presenti Pontifex in univèrsum asserit: Nulli dicendum esse, &c. Quam difficultatem effugies dicendo, textum nostrum limitari debere: ita ut non procedat in illis, qui ratione publici officij rationes aliquas, aut instrumenta conficiunt: nam hi eas tenentur edere cuilibet petenti, si sua intersit; qua-

les sunt Argentarij, quorum officium publicam causam habet, erant enim Argentarij, qui apud Romanos in foro extantes mensas positas retinebant, apud quos fœneratitia pecunia deponeretur, & cum hi non tantam suam, quam aliorum causam conficere videantur, iusta de causa, eis tantum, quorum interest, & quorum causa instrumenta instructa sunt, edere tenentur, l. 4. §. 1. l. 6. §. unde §. ff. de edendo, Anton. Fab. in Rationali ad textum in dist. l. 4. §. 1. dist. l. argentarius 10. ff. de edendo, ita similiter est interpretandus text. in l. emptor 48. §. 1. ff. de pactis, l. si res pupillares 51. ff. de administration. tutor. l. procurator 24. ff. de liberatione legata, l. à divo Pio 15. §. sed si pecunia, ff. de re iudicata, l. si ventri, §. in bonis, ff. de privilegiis creditorum, videndus Alciatus libro quarto, disputationum, capite vigesimo secundo, Brissonius, verb. Argentarius, Menoch. de arbitrariis, casu 91. Covarruv. de veterum numismatum connexionem, cap. in fine, Cuiac. libro decimo, observat. capite decimo quarto. Idem in l. si unus 27. ff. de pactis.

Neque obstat textus in l. si quis ex argentariis 6. ff. de edendo, ubi non solum Argentarij ipsi, qui actualiter mensas exercent, verum etiam eorum hæredes edere instrumenta compelluntur; quamvis in illo edicto Prætoris non comprehendantur, de quo in l. 4. ff. de edendo, quia etsi hæredes non sunt eiusdem professionis, tamen adversus eos actio illa personalis ad exhibendum competit; quia in locum, & ius defuncti succedunt, & idèd eius partibus fungi debent, l. quadam, §. nihil interest, ff. de edendo, l. 175. ff. de regul. iuris, l. hac actio 13. ff. de edendo, Anton. Faber in l. 6. §. 1. & in dist. l. 13. ff. de edendo, legatarij tamen, quamvis eis rationes legatae sint, edere non compelluntur, quia iuris successores non sunt, & rationes illæ legari non possunt, l. quadam 9. §. 1. versic. Is autem, ff. de edendo. Neque obstant vltima illius textus verba, ibi: Legatarius cogendus est edere, &c. Quia verba illa referenda sunt ad anteriora verba illa: Causa cognita: quasi diceret, quod si nihil intersit legatarij rationes edere, edicto Prætoris causa cognita edere compellitur; nam quod mihi prodest, & tibi non nocet, facile conceditur, l. 78. in fine, ff. de evulsionibus, Anton. Faber in Rationali ad textum in dist. l. 4. §. 1. Neque etiam obstat textus in l. Prætor 4. §. etiam, ff. de edendo, ubi adversus eum, qui desit argentarius esse, edictum etiam editionis competit; quia cum actio quæ ex illo edicto datur, in factum sit, l. quadam, in principio, ff. de edendo, & ex facto ipso sit obligatus, iusta de causa non liberatur, etiamsi postea exercere desierit, cum actio semel nata, nisi certis, & legitimis modis tolli non possit, l. evulsa re 16. §. si servus, l. habere licere 57. in fine, ff. de evulsionibus, Anton. Faber, in Rationali ad textum in dist. l. 4. §. etiam, ff. de edendo.

Nonò obstat textus in l. 2. vers. Divus & vers. Item Divi, ff. de iure fisci, l. 3. ff. de edendo, ubi si fiscus actor est instrumenta reus ei edere tenetur: similiter & vltimatus reus, Clem. 1. §. ceterum, de usuris. Cui difficultati respondendum est, id specialiter procedere in fisco, cui privilegium concessum est, ut ad fundandam eius intentionem, quilibet reus teneatur illi instrumenta edere; Abbas in presenti, numero decimo octavo, Felinus numero nono, Decius numero tertio, Berouius num. 64. Mantua num. 32. Garcia de nobilitate glos. 1. §. 1. numero vigesimo sexto, Peregrinus de privilegio fisci, libro septimo, tit. 3. numero undecimo, Gaillius libro primo, practicarum observation. cap. 106. numero undecimo, Anton. Faber in dist. l. 3. ff. de edendo. Similiter & in vltimatio, id noviter est statutum, in odium, & detestationem tanti criminis, & in favorem animæ, ut constat ex d. Clem. 1. §. ceterum, verba: Decernimus, Felinus in presenti, num. 11. Decius num. 103.

Decimò adversus ea, quæ in presenti, & in distis iuribus notant omnes, videlicet Argentarium non totum Codicem rationum edere debere, sed tantum partem, quæ ad instruendum aliquem pertinet, iuxta textum

textum in *l. argentarius 10. §. edi 2. ff. de edendo*, quod etiam locum habere in qualibet instrumenti, vel privilegij editione, iuxta textum in *cap. contingit, §. in fine de fide instrumentorum*, notat Covarruvias in *practica, cap. 20. num. 7.* Obstat textus in *cap. cum persona, versic. Nos videmus, de privilegiis, lib. 6.* vbi constat, quod integraliter instrumentum privilegij edi debet. Verum respondendum est, textum illum agere de editione, seu vt proprie loquamur de exhibitione Iudici, vel Superiori facienda, cui totum instrumentum, vt inspiciatur exhibere debet: siquidem in Iudice cessat ratio, vel inconveniens, cui occurrere voluit textus in *dist. cap. contingit, versicul. Unde accedit.* Neque solutioni obstat textus in *cap. accepimus 4. de fide instrumentorum*, dum probat, actori simpliciter privilegium exhibendum esse, & sic in totum, quoad omnes sui partes. Quia textus ille procedit, casu in quo instrumentum petitur, ad hoc scilicet, vt de falso arguatur; nam tunc integrum cum die, & Consule exhibetur, vt sic rei veritas, & ipsius instrumenti falsitas apparere possit: Glossa verbo *iudicaciones, in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum*, Glossa *fin. in leg. optimam, Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione*, Azevedo in *l. 3. tit. 5. lib. 4. Recopilationis, num. 12.* Cenedo in *colleclaneis ad Decretales, cap. 165. n. ultim.* Anton. Faber in *l. 1. §. ediciones, & in l. 10. §. edi 2. de edendo.*

Vndecimò adversus communem sententiam in *præfenti* receptam, videlicet instrumenta, quibus reus usus est, semel tantum ab eo edenda esse, neque cogi posse, iterum edere; iuxta textum in *leg. boves, §. hoc sermone, ff. de verborum signific. l. si quis Argentarius, 6. §. neque iterum, ff. de edendo*, obstat text. in *dist. cap. accepimus, de fide instrumentorum*, vbi Abbas, & conventus cogitur iterum exhibere originalia privilegia, quæ iam apud se retinebat, nec sufficit ea semel exhibuisse. Cui objectioni responderi debet, decisionem illius textus procedere, cum duo simul concurrunt ex eo, quod reus illis usus fuit in iudicio; & insuper actor petit exhiberi, vt falsitatis causâ arguat, quibus simul concurrentibus cogitur reus instrumenta illa iterum, & integra edere, *l. fin. Cod. de fide instrumentorum*, cum iuxta de causa plerumque semel & iterum editio fiat, *l. 6. §. neque iterum, & fin. ff. de edendo*, vbi Faber in *Rationali*, Azevedo in *dist. l. 3. tit. 5. lib. 4. Recopil.*

Duodecimo obstat textus in *l. 1. §. 1. l. 3. §. si tabula, §. proinde, cum aliis, ff. de tabulis exhibendis*, vbi edictum de tabulis exhibendis locum habet, tam in actore, quam in reo, vt testamentum exhibeatur, sive valeat, sive non; sive verum, sive falsum sit, *dist. l. 1. §. sive autem, ff. de tabulis exhibendis, l. 2. ff. quemadmodum testamenta, aperiantur.* Quod dubium dissolvitur, si dixeris iura illa procedere, quando instrumenta sunt communia, tam reo, quam actori, *l. 4. §. fin. ff. familia herciscenda*, quia edictum illud de tabulis exhibendis commune est, & competit omnibus, quibus aliquid in testamento relinquatur, vel eorum interest, *l. 2. in princip. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, dist. l. 3. §. 9. & 10. ff. de tabulis exhibendis*, Iulius Paulus libro quarto, *sentent. tit. 7.* cuius verba extant in *l. penes te, 66. ff. de verbor. signific.* Anton. Pichard in *§. in summa autem, Instit. de interditiis, in princip. à numero 16.* Cuiac. *ad tit. Cod. de tabulis exhibendis*, apud medium.

Decimotertio prædictis obstat *l. fin. ff. de tabulis exhibendis*, vbi interdictum de tabulis exhibendis non competit, si ex tabulis hæreditariis controversia pendat, vel si ad publicam questionem pertineant, hoc est, si falsa dicantur, cum eo in casu interim tantum in re facta, aut apud virum idoneum deponuntur. In qua difficultate, ommissa Accursij emendatione in *dist. l. fin. verbo: Ad publicam questionem*, verissimè est dicendum, Interdictum illud de tabulis exhibendis, etiam locum habere, quoties ex eo principaliter agi-

tur, vt tabulæ exhibeantur, etiam si opponatur falsitatis exceptio: nam ea ommissa, testamentum exhiberi debet, *dist. l. 1. §. sive autem, ff. de tabulis exhibendis.* Neque obstat textus in *dist. l. fin. al. ff. eodem.* Quia procedit quoties principaliter in aliquem reum accusatio intenditur, videlicet cum aliquid in testamento sibi scripsisset, vel totum falsum fecerit: nam tunc cum præcipue de falsitate testamenti per viam accusationis agatur, testamentum exhiberi non debet, sed in re facta, aut apud idoneum virum deponitur, quia alias reus accusatus supprimeret, & deleter falsitatis vitium, vt eius delictum remaneret impunitum. Deinde cum Interdictum de tabulis exhibendis tantum competat, quoties agentis interest, *l. 3. §. solet; cum aliis, ff. de tabulis exhibendis*, & cum accusatori ex viribus testamenti emolumentum non perveniat, cum nihil ei relictum sit; mirum non est, si Iavolenus dicat Interdictum non competere, Bart. in *l. naturaliter 12. §. nihil commune, in fine, ff. de acquirenda possessione*, Iason in *§. præterea, Instit. de actionibus, num. 20.* Anton. Pichardus in *§. in summa, Instit. de interditiis, in principio, num. 18.* Pacius *centuria, 3. quæst. 14.* Osual. ad Donell. *lib. 15. cap. 36. litera D.*

Decimoquarto prædictis obstat textus in *l. si quis legatum 6. ff. ad legem Corneliam de falsis, verbe. Sicubi, nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet, &c.* Ex quibus verbis constare dictum de tabulis exhibendis locum non habere, quoties testamentum imperfectum est: nam quemadmodum Senatus Consulti Liboniani poena cessat, sic similiter & interdictum de tabulis exhibendis. Quod omnino contrarium docet Vlpian. in *d. l. 1. §. sive supra, ff. de tab. exhibendis*, dum asserit interdictum de tab. exhibendis competere, sive testamentum perfectum, sive imperfectum sit. In quo iurium conflictu dicendum est, interdictum de tabulis exhibendis cessare, quoties testamentum signatum non est; quia cum testamentum non est signatum, testamenti nomen non meretur; & ideo Senatus Consultum Libonianum, neque lex Cornelia, nec edictum de tab. exhibendis ad testamentum imperfectum pertinet, cum prius oporteat esse testamentum, deinde quæri an verum, vel falsum sit, cum non ante iuris ratio, quam testamentum quærat, *l. si quaramus 4. ff. de testamentis*: & ita obtinet Africanus responsum in *dist. l. si quis legatum 6. ff. ad legem Corneliam de falsis*, Cuiac. *tract. 3. ad Africanum, in dist. l. 6.* Cui non obstat *d. l. 1. §. sive, ff. de tab. exhibendis.* Quia Vlpian. ibi enumerat vitia, quibus iure civili testamentum turbentur, veluti si non iure factum, aut ruptum, irritum, falsumve existat; & postea concludit ad omnem testamenti scripturam etiam imperfectam, Interdictum de tab. exhibendis pertinere: sed proprie & specialiter non agit de testamento non signato, sed generaliter de quovis testamento iure civili vitioso, & sub illo verbo, *imperfecta scriptura*, apud Vlpianum, tantum debemus intelligere testamentum, quod signatum est, sed aliàs iure non valebat: nam cum supponat Interdictum de tabulis exhibendis ad illud testamentum pertinere, supponit etiam signatum fuisse, licet alio iure non valisset, Cuiac. *vbi supra, Donel. ad tit. Cod. de tab. exhibendis.* Pichard. *vbi sup. num. 20. & seqq.*

Decimoquinto, obstabit dicere, frustra Interdictum de tabulis exhibendis esse institutum, cum generalis actio ad exhibendum competit, quoties interest vt res exhibeatur, *l. 3. §. sciendum, ff. ad exhibendum*, & de testamenti exhibitione Prætor, etiam actionem pollicetur in *l. 1. ff. quemadmodum testamenta aperiantur.* Cui difficultati respondendum est, Interdictum de tab. exhibendis necessarium esse, quia neutra supradictarum actionum sufficiens erat, quia actio ad exhibendum eis solis datur, qui corpora sua esse dicunt, *l. 3. §. est autem, & §. interdum, ff. ad exhibendum*; at verò qui tabulas exhiberi desiderat, non est dominus tabularum, neque eas vindicare desiderat, cum interdictum

illud legatariis, & hæredibus, qui nondum adierunt hæreditatem competat: nec exhibitio, quam Prætor præstat in *dict. l. 1. ff. quemadmodum testament. aperiantur*, ad rem pertinet, cum Prætor ad alium dissimilem effectum id constituerit, siquidem ibi Prætor loquitur de eo qui non negat tabulas apud se esse; sed in Interdicto de tab. exhibendis agitur de eo qui confessus est tabulas retinere, sed eas se exhibere non oportere, vel dolo malo fecit, quominus patescere essent, Donel. in *tit. C. de tab. exhibendis, num. 12. Cuiac. ibidem, Pichard. ubi sup. num. 27.*

Decimosexto, obstat textus in *l. proximè, ff. de his qua in testamento delentur, l. 1. & hoc Tiberius 14. ff. de hæred. instis. ubi conitit, quod Imperator, qui superiorem non recognoscit, potest cognoscere de causa, quæ inter ipsum, & subditum pendet: ergo in præsentis non coram Pontifice, sed coram ipso Imperatore hæc causa tractari debebat; præcipuè cum pertineret ad temporalem iurisdictionem, iuxta textum in *cap. novis, de iudiciis, cap. causam qua, el segundo, cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi*. Qua in difficultate dicendum est, quod in præsentis non agitur de controversia Imperatoris cum subdito, sed de lite inter duos Principes non recognoscentes superiorem in temporalibus, quo in ca. u Pontifex est competens cum alium superiorem habere non possint; argum. textus in *cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, dict. cap. novis, cap. non est vobis, de sponsalibus, Clem. pastoralis, de re iudicata, Felin. in dict. cap. novis, num. 4. Anastasius Germonius de sacrorum immunitat. lib. 3. c. 13. num. 57.**

21 Decimoseptimo obstat textus in *cap. veritatis 13. de iure iurando, cap. 1. de solution. l. ille a quo 13. §. intempestinum, ff. ad Trebel. ex quibus conitit, quod pactum cum antecessoribus celebratum successores non obligat: ergo & in præsentis, pactum cum Iuramento celebratum non potuit nocere successori. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia iura in argumento adducta procedunt, quando pacta sunt celebrata nomine proprio: secus verò si nomine dignitatis, ut in præsentis; nam pacta illa fuerant celebrata ab utroque Principe pro causa, & utilitate utriusque Regni & idè successorum ultro, citroque obligant, iuxta textum in *cap. quoniam Abbas, de officio delegati, cap. dicti 17. de foro competentis, cap. presentata 50. de testibus, Covarr. lib. 2. variarum, cap. 5. Idem in cap. requisiti, num. 4. de testamentis, Valasc. de iure emphyteutico, quæst. 12. num. 15. Garcia de nobilitate, gloss. 3. §. 2. num. 16. & nos late diximus in *cap. quia 10. de iudiciis: de qua re plura diximus in c. quia 5. de iudiciis.***

Ad textum in *cap. Sicut, 2. de probationibus.*

SUMMARIUM.

- 1 Actor qui plene probavit, non compellitur iurare.
- 2 Iuramentum tres comites retinere debet, veritatem iudicium, & iustitiam.
- 3 Iuramentum malitia in quacunque litis parte admittitur.
- 4 Interpretatur textus in *l. 5. tit. 8. part. 5. in illis verbis: Lo que provere y jurate.*
Expenditur textus in *cap. ad abolendam, de hæretic.*
- 5 Manifesta surpitudinis, & confessionis est, nolite iurare.
- 6 Iuramentum in litem exigitur ab actore super articulis nondum ab eo plene probatis.
Interpretatur textus in *l. vulgo 7. l. si quando, Cod. unde vi.*

- 7 Consuetudo improbat per quam tollitur usus iurandi.
- 8 Consuetudine fit omne id, quod per legem fieri potest, vel contra. Testium numerus lege, vel consuetudine augeri potest.
- 9 In ore duorum, vel trium testimonium fit omne verbum: & ibi illa divina auctoritas interpretatur.
- 10 Expenditur remissivè c. cum esses, de testam. & c. cum parati 19. de appellat.
- 11 Consuetudo derogat legem.
Explicatur text. in *l. de quibus, ff. de legibus, cum l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.*
- 12 Consuetudo per rescriptum vincitur. Intellige ubi ibi.
- 13 Expenditur textus D. Thom. asserentis consuetudinem nunquam posse legem politicam vincere. Intellige ubi ibi.
- 14 Interpretatur textus in *cap. 1. vers. Nisi consuetudo, de cognatione spirituali, & cap. 3. eiusd. tit. Idem, num. 15.*
- 15 Expenditur text. in *l. quod non ratione 34. ff. de legibus.*

CONCLUSIO.

ACTOR qui plene probavit, non compellitur iurare. 1
Consonat text. in *l. in bona fidei, Cod. de iurando, l. admovendi, cum aliis, ff. eodem, cap. ex insinuatione, de procuratoribus, cap. fin. de iurando, cap. fin. quod metus causa, l. fin. Cod. de fide instrumentorum, l. si quando, Cod. unde vi, exornant Mascardus de probationibus, conclusionem 954. Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. tit. 9. num. 4. Menochius de arbitrariis casu 464. Scraphinus de privilegiis iuramenti privileg. 33. Socinus reg. 252. versic. Fallit 61. Covarr. in *cap. quomodo 1. parte, §. 6. num. 4. Cuiac. libro secundo, de feudis, tit. 1. Duatenus lib. 1. disputat, cap. 32. Donell. lib. 1. Comment. cap. 10. Antonius Faber tit. 1. princip. 2. & tit. 11. princip. 7. §. 1. 19. & fere omnes quos inferius apponam in *cap. finali, in fin. de iurando, Donel. in l. actor 23. Cod. de probationibus, num. 3.***

Ratio est, quia cum iuramentum tres comites retinere debeat, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam, *cap. est Christus, de iurando, cap. animadvertendum, 2. quæst. 2.* & consuetudo debeat esse rationalis, non contra ius divinum, vel naturale, *cap. fin. de consuetudine, iuxta de causa, consuetudo, quæ ultra probationem desiderat iuramentum, à iure improbat; quia contra ius divinum, Civile, & Canonicum est, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum, Deutoronomij, cap. 17. & 19. cap. in omni negotio 4. de testibus, l. ubi numerus 12. ff. eodem, & absque causa, hoc est, absque iudicio iuramentum esset, si post probationem admittitur; dicto *cap. animadvertendum 2. 2. quæst. 2.* quibus accedit, iniquum esse litigantes superflua onerare, *cap. 3. & Glossa fin. in fine, de maiestate, & obedientia, hæc stipulatio 14. ff. de legatorum, seu fideicommissorum nomine caveatur.**

Primo obstat textus in *cap. 1. in principio, cap. 2. §. in omnibus, de iuramento calumnia, lib. 6. ubi Religio iuramenti in quacunque litis parte omnino necessaria est: ergo non superflua. Cui dubio responderi oportet, quod in præsentis agitur de iuramento veritatis, quod probatorium, & asseritorium est: at verò iura in argumento adducta procedunt in iuramento calumniæ, & malitiæ, quod in quacunque litis parte, à iudice, ad repellendam, seu patgandam calumniæ præsumptionem, exigi potest, Antonius Faber in *rationali ad textum in l. si quis 6. §. est igitur, ff. de edendo, Gurtierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, capite decimo sexto, num. 65.**

Secundo obstat textus in *l. 5. tit. 8. part. 5. in illis verbis. Lo que provere y jurare, &c.* Ex quibus constat simul post plenam probationem iuramentum desiderari. Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur, quod non

non agitur, quando iam plena probatio extat, sed tantum semiplena, in qua iuramentum desideratur Gregor. Lopez *ibi*, *Glossa* 2. Neque obstat textus in *cap. ad abolendam, de hereticis*, ubi etiam si plena, & legitima sit probatio, iuramentum deferatur. Quia textus ille non loquitur de abiuratione, quæ sit principaliter ad coercendum crimen, cum legitima illa probatio sufficeret, sed potius *ibi* iuramentum exigitur ad publicam, vel solemnem erroris contra fidem detestationem, arg. textus in *cap. Clericos, de cohabit. Clericorum, Simancas de Catholicis, tit. 1.*

5. Tertio obstat textus in *l. manifesta 38. ff. de iureiurando*, ubi manifeste turpitudinis, & conf. sionis est nolle iurare: quæ Regula, tam ad actorem, quam ad reum pertinet, *l. sit Prator 3. in principio, §. quacumque, de iureiurando*, Donel. *libro vigesimo quarto, capite decimo sexto*, Idem sub *titulo de iureiurando, capite octavo, & decimo nono*. Cui difficultati occurritur, si dixeris, quod iuramentum, de quo in nostro textu agitur, est diversum ab eo, de quo discutitur in *dist. 1. manifesta*: nam *ibi* agitur de iuramento litis decisorio, nondum probatione facta & parte parti delato; quod recusari non potest, vetante Pratoris edicto, de quo in *titulo de iureiurando*, quod edictum interpretationem recipit, videlicet quod recusari possit, cum iusta subest recusatōis causa, veluti cum actor plenè probavit: Donel. *lib. 24. cap. 13. Duarenus ad tit. de iureiurando, cap. 4.*

6. Quarto obstat textus in *l. vulgo 7. l. 10. ff. de iureiurando*, ubi actori deferatur iuramentum in litem, etiam si plene probaverit. Idemque docet textus in *l. si quando, Cod. unde vi*. Cui iurium difficultati respondendum est, quod in *dictis iuribus* iuramentum in litem exigitur ab actore, super articulis nondum ab eo plenè probatis: nam qui probat se rei dominium esse, & vi ab eo fuisse rem ablatam, non probat quanti sua inter sit rem restitui, seu damnum illatum: meritò singulari beneficio, actoris iuramento statuitur, ad coercendum alterius rei dolum, Donel. *libro vigesimo sexto, capite duodecimo, & libro vigesimo sexto, capite sexto*, Duarenus *ad titulum de iureiurando, capite quarto*, & casus omnes, in quibus ob defectum probationis iuramentum non deferatur, refert Barb. *in collectione ad hunc textum, num. 27. & seqq.* & de hac latè inferius agemus in *cap. finali, de iureiurando*.

7. Quinto obstat textus in *cap. ceterum 5. de iuramento calumnia, cap. constitutus, de fideiussoribus*, ubi consuetudo improbat, per quam tollitur usus iurandi. Cui difficultati respondetur, quod *ibi* improbat consuetudo auferens iuramentum; videlicet quando iuramentum illud necessarium est, hoc est calumniæ: at verò in *presenti* improbat consuetudo desiderans iuramentum, quando est petitum sine causa, ut *supra* retulimus.

8. Sexto obstat textus in *l. de quibus 32. ff. de legibus, cap. in his, 11. distinctio, cap. cum consuetudinis 9. & fin. de consuetudine, cap. cum contingat 13. de foro competentis*, in quibus constat, quod id quod lege fit, consuetudine etiam potest fieri; sed lege fieri potest, ut maior testium numerus ultra legitimum requiratur, *l. hac consultissima, & fin. Cod. de testamentis, cap. Praesul, cap. nullum, 2. questio, 5.* ergo & consuetudine fieri potest, ut ultra plenam probationem iuramentum exigatur. Cuius dubij occasione disceptari solet, an lege, aut consuetudine augeri possit legitimus testium numerus? & quod possit, constat ex *iuribus supra aduersis*, & *infra referendis in cap. in omni negotio 4. de rebus, tenent Abbas in presenti, numero tertio*, Felinus *numero quarto*, Cortasius in *l. admonendi, numero vigesimo septimo*, Menchaca *illust. questio, capite decimo quarto, numero tertio*, cum traditis à Cencido in *columnæ ad Decretales, cap. 195.* Neque obstat illa: *Deuteronomij* autoritas, *cap. 19. ibi: In ore duorum, vel trium, &c.* ubi ex iure divino cavetur, quod in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: quod

neque lege, nec consuetudine mutari potest, §. *sed naturalia*, cum vulgatis, *Insit. de iure naturali*. Quia illa autoritas non pertinet ad moralia præcepta, sed ad iudicialia legis antiquæ, quæ cessarunt post Christi adventum, *cap. translatio, de constitutionibus, cap. unico, de Purificatione post partum*, Covarr. in *4. secunda parte, capite sexto, §. 10. numero primo*. Idem *libro primo, variarum, capite decimo septimo*. Neque obstat dicere, verba illa hodie, etiam in lege Evangelica scripta fuisse, *Matthai, cap. 18. Luca 17.* Quia *ibi* non præcipit Dominus, ut omne verbum stet in ore duorum, vel trium, uti in *veteri Lege* erat præceptum; sed explicatur naturale præceptum correctionis fraternæ, iubens Dominus in ea adhiberi unum, vel duos testes: ita ut cum correctore in ore duorum, vel trium stet omne verbum, & plena probatio fiat prout in veteri Lege fiebat; quasi iniquum esset unius testimonio aliquem damnari, *cap. ab isto die, el segundo, 35. quest. 6.* Dinius Thom. *1. 2. quest. 104. & 108.* Covarr. *ubi supra*, Sotus *libro secundo, de inst. questione quinta, art. 4.* Gutierrez *lib. 2. Canoniarum questionum, capite vigesimo, num. 13.*

Septimo prædictis obstat textus in *cap. cum esses, de testamentis*, ubi Pontifex improbat consuetudinem requirentem in testamento maiorem numerum testium, quàm duorum, vel trium, tanquam à Lege divina alienam, de cuius interpretatione agendum est in *cap. in omni negotio 4. de testamentis*. Neque obstat dicere, consuetudine fieri posse, ut unico testij credatur: iuxta textum in *cap. cum parati 19. iuncta Glossa, verbo: Suis nuntius, de appellationibus*. Quia textus ille procedit in eo qui publicum exercet officium; nam si affirmat aliquem citasse, ei credendum est, *l. 13. tit. 8. part. 5. l. 1. tit. 17. lib. 4. Recopilat. Avendaño de exequendis mandatis, prima parte, capite secundo, numero decimo quinto*, Azevedo *ubi supra, & in l. 11. tit. 6. libro tertio, Recopilat.* Neque etiam obstat textus in *cap. omnes, §. testium, 11. questione prima*, quia de eius interpretatione *infra* agendum est in *cap. licet universis 23. de testibus*.

Octavo obstat textus in *l. de quibus, ff. de legibus, cap. fin. de consuetudine, §. penult. & ult. Insit. de iure naturali*, ubi consuetudo derogat legem: ergo quantumvis lege humana inductum sit, actorem plenè probantem non compelli iurare, eidem legi contraria consuetudine potuit derogari. Quod omnino contrarium donec textus in *l. 2. Cod. qua sit longa consuetudo, cap. consuetudinis, 11. distinctio*. dum probant consuetudinem non habere tantam vim, ut rationem vincat, aut legem. Sed ut dissidium hoc componas, & has Iurisconsultorum controversias concilies, adnotandum est, quod text. in *dist. 1. 2. Cod. qua sit longa consuetudo*, non negat legibus per consuetudinem derogari posse; sed tantum probat, quod lex non habet plus roboris consuetudine, nec consuetudo lege, quia consuetudo tacita lex est, quæ in omnibus legem imitatur; & non vincit legem, neque lex consuetudinem; sed quemadmodum lex anterior posteriore lege abrogatur, ita & consuetudine: non quia consuetudo fortior sit lege: sed quia posterior: quemadmodum etiam lex posterior priorem consuetudinem æquè tollerit; nam quod lege fieri potest, etiam poterit consuetudine, & è contra, id, quod fieri non potest lege, id est, quod iuri naturali, aut divino, aut rationi contrarium est; neque etiam consuetudine fieri poterit, Osuald. *ad Donel. libro primo, capite decimo, littera L, Duar. lib. 2. disput. cap. 42.* Idem *ad tit. de legibus, cap. 12.* Revardus *lib. 2. rerum iudicarum, in principio*, Menochius *lib. 1. de arbitrariis, quest. 71.* Anton. Fab. *in dist. 1. de quibus, ff. de legibus*, Idem *tit. 1. in principio 1. consuet. 2. & tit. 2. princ. 11. illat. 1.* Neque obstat textus in *dist. 1. de quibus, in principio, & dist. c. consuetudinis, distinctio 11.* ubi patet, quod cum demum utendum est consuetudine cum deficit lex: ergo stante lege scripta, consuetudo locum non habebit. Quia iura illa procedunt, quando

lex scripta, & consueta est, sed post actus contrarios legitime præscriptos, iam deficit lex, & eius obligatio; qua deficiente, iam consuetudo incipit robur habere.

12. Nondè prædictis obstat textus in l. 3. §. diuus, ff. de sepulchro violato, vbi consuetudo municipalis sepeliendi mortuum in civitate, non potest rescipita Principis vincere, quæ generalia erant. Cui dubio communiter responderi solet idè ibi consuetudinem per rescriptum vinei, quia illud generale rescriptum post consuetudinem intervenerat, Covarr. lib. 3. variarum, c. 13. n. 5. cuius tamen sententia convincitur, ex eo, quod specialis consuetudo hoc est municipalis non derogatur per generale legem; nisi de speciali mentio fiat, cap. 1. de consuet. lib. 6. & cum in dict. §. diuus, non fuisset mentio facta de illa municipalis consuetudine, non potuit per illud generale, Divi Adriani rescriptum mutari: quare his, & aliis omissis, verissimè est dicendum, olim lege xii. tabularum prohibitum fuisse mortuos in urbe sepeliri, ibi: *Hominem mortuum in urbe ne sepelias*, refert Cic. lib. 2. de legibus, Paulus 1. sent. 22. §. 2. quod postea abrogatum fuit in Novella Leonis 53. de qua plura tradit Alex. ad Alex. libro tertio, generalium, capite secundo, & libro sexto, capite decimo tertio, Revardus ad leges xii. tab. capite decimo quinto, sed cum postea multi illa lege abuterentur, Divus Adrianus, teste Vlpiano in dict. §. Diuus, pœnam imposuit, non solum sepelientibus in civitate, sed etiam magistratibus id non prohibentibus: quare Vlpianus rectè respondit, illud generale rescriptum consuetudines municipales vincere, etiam de illis non facta mentione; quia illo tempore consuetudo illa erat contra publicam utilitatem inducta, cum apud veteres mortuum in urbe sepeliri funestum, atque ignominiosum reputaretur; & idè quasi irrationabilis, nulla, seu iniusta, illo tempore valere non poterat.

13. Decimò his omnibus, quæ de viribus consuetudinis diximus obici potest, cum D. Thoma 1. 2. quæst. 97. art. 3. dum asserit, quod consuetudo nunquam potest legem positivam vincere: reddens rationem ex eo, quod lex humana à lege divina, & naturali derivatur; & si ab ea separatur non erit lex, sed potius corruptio legis, ut notat D. Augustinus libro primo, de libero arbitrio, D. Thomas 1. 2. quæst. 95. art. 2. Sed ut hæc difficultas cesset, supponendum est, legem positivam dupliciter à lege naturali derivari posse, vno modo per infallibilem conclusionem deductam à lege naturali, quæ ex Dei voluntate pendet; vel alio modo à lege naturali derivatur per modum determinationis, veluti cum lex naturæ iubet delinquentem esse puniendum: sed certa pœna designatur à lege positiva in primo casu, cum lex positiva totam vim à lege divina retineat, & ex Dei voluntate pendeat, non poterit consuetudine mutari, cum tunc immutabilis sit: in secundo verò, mutari poterit, cum lex illa humana ab hominis voluntate pendeat, Gabriel Vazquez 1. 2. quæst. 95. art. 2. disput. 154. capite tertio. Nec obstat dicere, per actus omnino legi contrarios, hoc est, per consuetudinem nunquam legem humanam abrogari posse, siquidem actus illi fiant cum mortali peccato, cap. violatores, 25. quæstione prima, cap. resistit, 11. quæstione prima, capite secundo, de maioritate, & obedientia. Quia omnia interpretatione, quam refert Covarr. in regul. possessor, secunda parte, §. 9. num. 8. & Balboa in presenti, numero quadragesimo quinto, verissimè est dicendum, non esse novum, legum latores uti peccatis voluntatis subditorum propter aliquod bonum maius, quam illud, quod ex punitione, vel resistentia sequi potuisset, vel ad vitanda maiora mala, iuxta textum in cap. movet, versic. *Ac per hoc*, 22. quæst. 1. cap. omnes, 3. distinct. 1. legu. varius, ff. de legibus, cap. hac ratione, 31. quæstione prima, D. Thom. 2. 2. quæstione decima, articulo secundo, & quæst. 73. art. 4. Castro de iusta hæreticorum punitione, capite decimo quinto, quemadmodum etiam deceptio ultra dimidiam iusti

pretij permittitur, ne commercia impediatur, l. 2. C. de rescindenda venditione, & meretrices permittuntur, ne adulteria, & alia graviora carnis crimina insurgant, Covarr. in 4. part. cap. 4. num. 7. Navarrus in manuali, cap. 17. num. 193.

Vndecimò obstat textus difficilis in cap. 1. versic. *Nisi consuetudo Ecclesie, qua scandalum generet, aliter se habere noscatur*, &c. de cognat. spirituali. Ex cuius Alexandri III. decisione constat, matrimonium consistere posse inter duorum compatrum filios, nisi consuetudo, quæ scandalum generet aliter noscat: ergo consuetudo irrationabilis, etiam corruptela sit, potest vincere legem, hoc est iura, quæ permittunt filios duorum compatrum inter se matrimonium celebrare: uti est text. in dict. cap. 1. in princip. & textus in cap. super 3. eiusdem tituli, de cognatione spirituali. Ex quo constat, consuetudine posse ius divinum abrogari, hoc est legitime coniunctos separari; contra textum in cap. quos Deus coniunxit, 33. quæstione secunda. In quo iurium repugnantia omissis interpretationibus traditis ab Abbate in dict. capite primo, & tertio, de cognatione spirituali, verissimè est dicendam, consuetudinem nullas vires habere ad dissolvendum matrimonium legitime contractum, cum sit vinculum iuris naturalis, & divini, cap. fin. de sponsas. duorum; poterit tamen, consuetudo mixta Clericorum, & laicorum, dummodo rationabilis sit, inducere impedimenta dirimentia matrimonium, cum consuetudo illa habeat vim legis Pontificiæ, iuxta textum ita intelligendum in dict. cap. super eo 3. versic. *Si per neutrum*, de cognatione spirituali, Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis disput. 4. num. 2, 6. & 11. Neque obstat textus in dict. capite primo, versic. *si consuetudo Ecclesie, qua scandalum generat, aliter se habere noscatur*, &c. idem significant ac si diceret, nisi consuetudo iusta, & legitime præscripta, ex cuius transgressione scandalum oriri possit, aliter se habere noscatur: nam si ita est, ea observari debet; aliàs autem ex eius violatione scandalum orietur, siquidem ex violatione consuetudinis legitimæ scandalum generatur; quæ iura ita ad concordiam reduxit Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis, disput. 4. num. 11. & seqq. Basilius libro septimo, de imp. cap. 39. num. 5.

Duodecimò obstat textus in l. quod non ratione 34. ff. de legibus, vbi constat quod consuetudo, quæ non ratione, sed errore introducta est, valere debet. Sed responderetur, sensum illius textus esse, quod consuetudo, quæ non ratione, sed errore introducta est, ad alios similes casus post compertum errorem non debet trahi, cum rationem non possit vincere, dict. l. 2. Cod. de legibus, licet antea facta ob illam bonam fidem non revocentur, cum ex communi errore ius oriatur, l. 3. ff. de officio Prætoris, Antonius Faber in Ration. ad text. in d. l. quod non ratione 39. digestis, de legibus.

Ad textum in cap. Ex literis, 3. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1. In iudiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cum uterque alter & reus consensat; & obtinuit, qui melius

melius probaveris: quod si aequè probant, possessor absolvitur.

Assignatur ratio.

In iudiciis non est acceptio personarum habenda.

Vice duarum personarum in iure nostro, nemo fungi potest. Intellige ut ibi.

Iudicium consistere non potest, nisi ex litigatoribus alter sit reus, qui conveniatur, & alter actor qui conveniat.

Explicatur textus in l. in tribus 13. digestis, de iudiciis.

Finium regundorum actio non competit, nisi vero domino, & an usufructuario? Intellige ut ibi.

Qui alienare non potest, nec etiam sine mandato in iudicio experiri potest. Intellige ut ibi.

Beneficia ante Episcopatus promotionem obtenta, vacant per promotionem ad illum.

CONCLUSIO.

IN iudiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cum uterque actor, & reus censeatur; & obtinebit, qui melius probaverit: quod si aequè probant, possessor absolvitur. Consonat textus in l. iudicium 10. ff. finium regundorum, l. in tribus, ff. de iudiciis, l. 2. §. in familia, l. inter cohæredes 45. §. si familia, ff. familia herciscunda, l. 1. cum aliis, ff. communi dividundo, §. quadam 20. Inst. de actionibus, §. retinenda, vers. commodum, de interditiis, §. si familia herciscunde 45. & 6. Inst. de officio iudicis, l. actiones 37. §. mixta, ff. de obligationibus, & actionibus, cap. si a se de re probandis libro sexto, cap. duobus iudiciis fin. de re iudicata, cap. in pari 73. de reg. iuris libro sexto, l. favorabiliores, ff. eodem, l. 40. tit. 16. pars. 3. exornant Tiraq. de iure priuogeneratorum, questione decima septima, opinione 11. Menoch. de arbitrariis libro secundo, casu 48. Palacios Rubios in repetit. rubrica, §. 75. Mascardus de probationibus, conclus. 393. numero decimo tertio, Mariana de ordine iudiciorum, part. 1. distinct. 17. Barbof. in dist. l. tribus, numero quinto; Anton. Faber in Rationali ad eundem textum, Idem libro vigesimo, coniect. cap. 10. & de erroribus, decade 94. errore 1. & 2. Cuiacius lib. 4. observat. cap. 11. Osuald. ad Donel. lib. 19. cap. 2. littera G; Anton. Pichardus in §. quadam actiones 20. de actionibus, & in dist. §. 4. cum aliis, Inst. de officio iudicis.

Ratio est, quia in illis duplicibus iudiciis quilibet censeatur actor, siquidem uterque intendit hos, vel illos terminos observandos: hoc, vel illo modo dividendam esse hereditatem, vel aliam rem communem: & quatenus uterque petit, actor dicitur; & quatenus ab utroque petitur, reus censeatur; & data æquali probatione pro possessore iudicandum est, quia promptiora sunt iura ad absolvendum, quam ad condemnandum, l. Arrianus 47. ff. de actionibus, & obligat. cap. inter dilectos, in fine, de fide instrument. cap. duobus iudiciis fin. de re iudicata, Covarr. libro primo, variarum, cap. 1. num. 2. Menochius de arbitrariis casu 98. in princ. Idem de presumptionibus libro secundo, presumpt. 91. Quod verum est, si reus possessor sit: nam si actor possideret, & æquales sint probationes, pro possessore sententia ferenda est; quia fortior est præsumptio pro illo; d. c. in pari, Petrus Pechius ibi num. 6. & seqq. d. c. duobus, fin. de sententia, & re iudicata.

Primo obstat, quod in iudiciis non est acceptio personarum habenda, reg. in iudiciis, lib. 6. cum æqualis debeat esse rei, & actoris conditio, cap. 2. de mutuis petitionibus: ergo quamvis æqualis sit probatio, pro reo, vel pro actore possidente non est iudicandum. Cui dubio dicendum est, quod cum iura partium sunt obscura, potius favendum est reo, quam actori, quia pro eo præsumptio est, cum invitus accedat ad iudicium: quod verum est, si neuter possidet; secus verò, quando alter possidet, quia pro eo est præsumptio, & cessat dubium cum acceptio personarum admitti debeat, cum æqualitas inter eos est, & res, de qua agi-

tur, ita postulat: secus verò si aliter constat, & res postulat, veluti si actor possidet, & probationes sunt æquales, quia tunc iure fortior præsumptio pro possessore est, dist. cap. in pari, de reg. iuris, lib. 6. Pichardus ibi, num. 6. Felinus in presenti, num. 4.

Secundò obstat dicere, quod in iure nostro, nemo fungi potest vice duarum personarum, l. si plures 10. ff. de pactis, l. liber, tu 27. §. præscriptio, ff. ad municipalem, l. nemo, Cod. de aessoribus, cap. singula, §. 9. distinct. cap. presbyteros, 16. quasi. 1. cap. quia, de præbendis: ergo nec in presenti poterunt partes fungi vice actoris, & rei. In qua iurium difficultate, ommissa Glossæ interpretatione in presenti, verb. Vices, Abb. & Felin. num. 10. Decij, num. 14. verissime est dicendum, posse aliquem vicem duorum sustinere, & duo officia exercere si sunt incompatibilia: ita ut nec de iure, nec de facto impediatur; & ita obtinet text. noster, & text. in l. 2. ff. de officio præsidis, l. ille à quo 13. §. intemptivum, ff. ad Trebel. cap. 4. quasi 4. cap. super quasi. §. si vero, de officio delegati, cap. si in isto 46. §. porro, de electione, lib. 6. cum traditis à Glossa magna in presenti; iura verò in argumento adducta procedunt, quando impedimentum, impotentia nature, vel facti est, veluti cum quis duobus in locis personaliter assistere non potest, neque vices duarum personarum gerere, Panormit. in presenti, num. 5. Beronius num. 59. Menochius de arbitrariis casu 123. num. 7. Covarr. lib. 3. variarum, cap. 13. num. 6. Neque obstat textus in cap. 5 forus, de verbor. significat. ex quo constat, quod iudicium consistere non potest, nisi ex litigatoribus alter sit reus, qui conveniatur, & alter actor qui conveniat: quia textus ille procedit in iudiciis, qui dicuntur simplicia, in quibus necesse est actorem à reo esse distinctum; at verò textus noster procedit in iudicio finium regundorum, & similibus, quæ duplicia dicuntur in quibus neuter dicitur reus, aut actor principaliter: sed uterque simul actoris, & rei vicem gerit; ut constat ex iuribus supra adductis.

Tertio prædictis obstat textus in l. in tribus 13. ff. de iudiciis, ubi constat quod in his duplicibus actionibus, qui prius ad iudicium provocat actor dicitur; provocatus verò, reus appellatur; & si dubium sit, quis prius ad iudicium venerit, forte res dirimenda est. Cuius dubij facilis erit explicatio, si respondeas, quod in his actionibus in petitione agentis, etiam virtualiter continetur alterius petitio, cum etiam sua pars ei adiudicanda sit, dist. §. quadam, Inst. de actionibus, l. 3. Cod. communi dividundo, quod non fieret, nisi etiam ab ea parte petitum censeatur, cum sententia debeat esse conformis libello, l. ut fundus, ff. communi dividundo, c. licet Heli de Simonia, & ita unusquisque virtualiter respectu alterius censeatur reus, & actor. Nec obstat si istes in d. l. in tribus, prius provocantem verè, & realiter esse actorem, cum prius probet, iuret, & alleget; provocatum verò esse reum, ut sic evitetur confusio: Quia id procedit, quoad ordinem iudicium, cum necesse sit, ut alter onus actoris subeat; quia in his iudiciis oportet queri quis actor intelligatur, hoc est, quis perinde haberi debeat: nam aliàs iudicium constitui non posset, non tamen queritur quoad causæ decisionem, cum uterque iurare debeat de calumnia, probare & satisficere iudicio sibi, Gloss. 2. in presenti, Gloss. in l. duo indices, ff. de re iudicata, Menoch. de retinenda, rem. 3. n. 770. Anton. Fab. in Rationali ad text. in d. l. in tribus, ff. de iudiciis.

Quartò obstat text. in l. 1. C. finium regundorum, ubi actio finium regundorum non competit, nisi vero domino; at sic est, quod nec Episcopus, nec Canonicus est dominus præbendarum, sed Ecclesia ipsa, cuius proprium patrimonium appellatur, cap. nulli Episcopo, §. fin. 12. quasi. 1. cap. cum secundum Apost. de præbendis, cap. cum ex eo, de electione: ergo non rectè in presenti potuit agi iudicio illo. Cui dubio, ommissis plurimis Doctorum opinionibus disputantium, an beneficiarij usufructuarij sint, vel vsararij tantum in fructibus beneficij? verius dicendum est usufructuarios esse, & consequenter pro iuribus ipsorum fructuum posse agere actione, & iudicio

iudicio finium regundorum; quod iudicium etiam usufructuario competit, *Glos. 1. in presenti*, Sarmiento de *redadibus*, 2. part. cap. 2. & 4. part. cap. 2. Gutierrez lib. 2. *practicar. quest. cap. 114. num. 7.*

8 Quinto obstat textus in *l. ait prator*, *vers. Est enim absurdum ff. de iure deliberandi*, ubi constat quod is qui alienare non potest, nec etiam sine mandato in iudicio experiri potest, sed in *presenti*: nec Episcopus, nec Canonicus potest prædia præbendarum alienare, *c. nulli*, cum vulgaris, *de rebus Ecclesie*: ergo nec pro eis poterunt, sine mandato Capituli in iudicio experiri. In qua difficultate dicendum est, regulam *suprà* adductam non esse generaliter accipiendam; siquidem multoties reperitur, quem agere posse nomine proprio, quamvis alienare non possit, *l. 3. de his qui veniam a'at' impetra-verunt*, nec iuris Consultus in *diēt. l. ait prator*, generaliter loquutus fuit, sed eius verba sunt strictè intelligenda ad speciem de qua ibi; quia ibi pendente tempore ad deliberandum, ante aditam hæreditatem, pupillus neque dominus est, neque eius tutor administrationem occupat; qua de causa impeditur, ut neuter de rebus in iudicio agere, vel alienare possit, cum actiones suspendantur donec aditio appareat: quæ ratio cessat in *presenti*; quia licet in illis rebus alienatio prohibeatur, tamen necessaria est illa fructuum rerum administratio, ex qua pendet actionum exercitium.

9 Sexto aduersus nostrum textum in *vers. Te & Archidiaconum confines habere præbendas in villis*, &c. obstat textus in *cap. cum in cunctis 7. §. cum vero, de electione*, ubi per promotionem ad Episcopatum vacant beneficia ante Episcopatum obtenta. Sed res, ondeo regulam textus in *diēt. §. cum vero*, procedere, attento iure communi, textum autem nostrum de iure speciali ex dispensatione per privilegium Pontificis, Felin. in *presenti*, Beronius *num. 1. Barbof. in remissionibus ad hunc textum, num. 9.* Pro alia nostri textus parte, videre oportet ea, quæ inferius dicemus in *cap. fin. d. sententia, & de re iudicata*; & pro iudicio familiarum hereticarum, communi dividendo, finium regundorum, latè Ant. Pich. in *diēt. §. quadam actiones 20. de actionibus, & in diēt. §. 4. 5. & 6. Instis. de officio Iudicis.*

Ad textum in cap. Proposuisti, 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Non creditur marito asserenti, etiam cum iuramento, uxorem se cognovisse, si uxor per matronas probat contrarium.
- 2 In virginitate non potest dari certa, & indubitata probatio.
- 3 Viro iuranti uxorem cognovisse maior fides adhibenda est, quam uxori cum iuramento neganti.
- 4 Carnalis copula de visu probari potest.
Matrona non deponunt de his qua perceperunt sensu corporeo, sed de his qua intelligunt secundum peritiam sua artis. *ibid.*
- 5 Matrona quoad virginitatem non tantum deponunt de visu, verum etiam de tactu.
Expenditur textus in *l. 1. §. mittuntur autem, ff. de ventre inspiciendo.*
- 6 Matrimonialis causa cognitio solum ad Episcopum, vel eius Vicarium spectat.
- 7 Matrona de virginitate deponentes septem debent esse.

CONCLUSIO.

- 1 Non creditur marito asserenti etiam cum iuramento uxorem se cognovisse, si uxor per matronas probat

contrarium. Idem docet text. in *cap. quod se, cap. ne aliqua, 27. quest. 1. cap. fraternitatis, cap. fin. de frigidis, & maleficiatis, l. 1. in princip. ff. de ventre inspiciendo, §. primo mense, ff. de statu hominum, cap. significasti, de homicidio, cap. indicante de presumptionibus, l. in honorum 10. ff. de bonorum possessionibus, l. intestato 3. §. post decem, ff. de suis, & legitimis hered. l. semel, Cod. de re militari, libro duodecimo, l. 5. & 6. tit. 8. part. 4. l. 8. tit. 18. part. 3. disputant Covarr. in 4. 2. part. cap. 13. §. 1. num. 14. Mascardus de probationibus, concl. 312. 452. 1169. 1174. n. 48. & 1410. num. 16. Pacianus de probationibus, libro primo, cap. 45. Menochius de presumptionibus libro sexto, præsumpt. 89. Caldas in *l. securatorem habens, verb. Minoris, numero vigesimo primo, Cod. de in integrum restitutionem*, Thom. Sanch. tom. 2. de *matrim. libro septimo disput. 91. & 109. num. 9. & 113. numero tertio*, Basilius libro septimo, de *impedim. impotentia, cap. 63. Cavallos practicarum questionum, quest. 1. num. 24. Surd. cons. 126. num. 16.**

Ratio est, quia cum in virginitate non possit dari certa & indubitata probatio; cum corruptam, vel virginitatem esse mulierem, non cadat in sensu hominis; merito secundum subiectam materiam, magis verosimilis probatio admitti debet, cum pleniori semper standum sit, *cap. licet causam, versic. Quamquam, hoc tit. cap. in nostra 32. de testibus, l. ob carmen, §. fin. ff. eodem, & cum matronæ deponant secundam peritiam suæ artis, cum in iure nostro peritis in arte credendum sit, *diēt. l. 1. ff. de ventre inspiciendo*, iusta de causa in *presenti* matronis creditur, cum sit fortior probatio, quæ sit per corporis aspectum, *cap. testes, 3. quest. 9. & præfertur uxoris probatio contententis matrimonium dirimendum esse propter viri impotentiam.**

Primo obstat textus in *cap. si quis acceperit, 33. quest. 1. cap. cum tenebatur, de desponatione impuberum*, ubi constat quod maior fides adhiberi debet viro iuranti uxorem cognovisse, quam uxori etiam cum iuramento neganti; præsertim, quia vir deponit de affirmativa, uxor verò & matronæ de negativa, quæ improbabilis est per rerum naturam, *cap. quoniam contra, hoc tit. sed in presenti* constat virum iurasse: ergo viri iuramento standum erat potius, quam uxoris probationi. Quam difficultatem dissolves asserendo, quod iura in argumentum adducta procedunt, quando contra mariti iuramentum solummodo proponitur uxoris depositio; at verò textus noster loquitur, quando uxoris iuramentum adiuvatur matronarum depositionibus: nam tunc quia plenior est uxoris probatio, præfertur mariti iuramento, *Glos. fin. in presenti, communiter recepta ab Imola num. 4. Abbate, & Felino, Decio & Mynsingero num. 3.*

Secundo obstat textus in *cap. præterea 27. de testibus*, ubi constat, quod carnalis copula de visu probari potest: iuvat textus in *l. 3. §. 1. ff. de testibus, cap. testes, 3. quest. 9.* ubi tum demum fides testibus adhiberi debet, cum deponunt de visu, seu certa scientia; sed obstetrices de visu, nec de copula certam scientiam habere possunt, cum illarum manus, & oculus sæpe falluntur, *cap. ne aliqua, 27. quest. 1. cap. causam, in fin. hoc tit. cap. fin. de frigidis, & maleficiatis*, ergo nec in *presenti* mulieris probatio admitti debet. Cui difficultati occurritur dicendo, quod licet matronæ, & ceteri periti non deponant de his quæ perceperunt sensu corporeo, deponunt tamen de his quæ intelligunt secundum peritiam suæ artis, & ita veluti testes iurate tenentur, *d. c. fraternitatis*, non tamen proprie sunt testes, quia non iurant de veritate, sed de credulitate, iuxta peritiam suæ artis, *diēt. l. 1. ibi: Prægnantem videri, &c. ff. de ventre inspiciendo, & quamvis copula per vitum probari possit, tamen non inde sequitur aliis modis non posse probari, ut constat in diēt. cap. præterea 27. de testibus, cap. literis, de presumptionibus, hoc est per matronarum inspectionem; & quamvis aliquando fallantur, non tamen semper; & quamvis certam scientiam non habeant, tamen propter artis peritiam poterunt præsumptionem deducere, quibus creditur, cum nulla alia probatio reperiri*

reperiri possit, Mascardus de probationibus, conclusio 452.

Tertio adversus id, quod in presenti notant omnes, & ex iuribus supra adductis constat, videlicet quod ut matronæ de virginitate legitime deponant, necesse est, ut non tantum oculis perspiciant, verum etiam de tactu deponant, iuxta textum in cap. penult. hoc tit. Obstat textus in l. 1. §. mistuntur autem ff. de ventre inspiciendo, ubi cavetur, ne invita muliere obstetrices ventrem tangant. Cui dubio respondendum est, textum illum procedere quando tactus necessarius non est, veluti cum mulier est prægnans, quia tunc sola ventris inspicione cognoscitur, neque est tactus necessarius; at verò textus noster procedit in declaratione virginitatis, in qua simul utrumque desideratur, hoc est visus, & tactus, ex d. cap. penultim. hoc tit. Hostiensis ibi numero quarto, Idem in capite primo, de frigidis, & maleficiatis, numero primo, Pacianus de probat. libro primo, capite 1. num. 17.

Quarto obstat textus in cap. multorum, 35. quest. 6. cap. antecedentibus, de excessibus Prelatorum, & in Concilio Trident. sessio. 24. de reformat. capite vigesimo, versic. Ad hoc, ubi constat, quod cognitio causalium matrimonialium ad solos Episcopos, vel ad eius Vicarios spectat: ergo male in presenti causa matrimonialis coram Præposito sancti Cataldi, & Presbytero Casæ maioris disceptatur. Cui equidem difficultati dicendum est, textum nostrum procedere in causa matrimoniali per Romanum Pontificem prædictis delegatam; quo casu nihil mirum, quod de ea cognoscant, iuxta textum in cap. causam matrimonij, cap. ex literis, de integram restitutione, capite primo, ut lite non contestata, cap. literas, de restitutione spoliatorum, quæ interpretatio deducitur ex nostri textus verbis ibi: Tibi fuit de mandato Apostolico delegata, &c. Covarr. in 4. secunda parte, cap. 8. §. 12. in principio, plures refert Augustinus Barbosa in remissionibus ad Concilium Trident. in dist. cap. 20.

Quinto adversus nostrum textum ibi: Septem mulierum, &c. ex quo constat, quod ad hoc ut matronæ de virginitate deponant, septem numerus desideratur, obstat textus in cap. in omni negotio, de testibus, ubi in ore duorum, vel trium, stare omne verbum cavetur: ergo sufficere debebat, quod in presenti duæ matronæ de virginitate deposuissent. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod etsi verum sit, duas matronas sufficere, ut de virginitate deponant, ut resoluit Glossa, verbo: Obstrictum. Sanchez lib. 7. disp. 113. num. 16. tamen noster text. nil obstat, siquidem verba illa: Septem mulierum: non proponuntur ad iuris decisionem, sed ad facti narrationem; non quia tot obstetrices essent necessariæ, sed ad maiorem cautelam in facti narratione numerus ille fuit propositus: notat August. Barbos. plures referens in collectan. ad hunc textum, num. 7.

Ad textum in cap. Tertio loco 5. hoc titulo.

Super hunc textum vide ea, quæ infra dicemus in Scap. nuper 5. cap. insuper 6. de testibus.

Ad textum in cap. Qui iuravit 6. hoc titulo.

De materia huius textus, dicemus infra, in cap. cum venisset 25. de testibus, cap. lator, de sententiis, & re iudicata.

Ad textum in cap. In præsentia, 8. hoc titulo.

SUMMARY.

- 1 Si rogatus restituere hereditatem, si sine liberis decesserit, intret Monasterium, evanescit fideicommissum, & hereditas ad Monasterium pertinet.
- 2 Monasterium qui ingreditur, omnia bona in Monasterium transfert.
- Per oblationem conditio hæc, si sine liberis decesserit, & eius substitutio evanescit.
- 3 Votum metu ab extrinseco factum non tenet: secus verò si ab intrinseco fiat.
- 4 Minor se offerens Religioni ei transfert omnia bona, absque Prætoris decreto; cum oblatio, quasi per viam ultima voluntatis facta censetur.
- Interpretatur text. in cap. in præsentia 8. de prob. vers. Erat minor.
- 5 Filius vivo patre, quemadmodum dominus bonorum paternorum dicitur: mortuo verò patre, tantum libera bonorum administratio ei transfertur.
- 6 Donatio omnium bonorum presentium & futurorum est prohibita, cum liberam testandi facultatem adimat; valet tamen si Ecclesia fiat.
- 7 Oblatione sola absque professione Monasterium non succedit.
- 8 Verbum dubium in iudicio appositum iuxta preferentis intentionem interpretari debet. Intellige, ut ibi.
- Textus noster interpretatur in versic. Ad hæc.
- 9 Testes dubie deponentes iterum à Iudice interrogari possunt.
- 10 Substitutio à pagano per verba communia facta, infra pubertatem iure directo valet; post pubertatem verò ut fideicommissaria tenet.
- 11 Gravatus hereditatem restituere substitutus, si ingreditur Religionem, videtur eam alienare. Ideoque substitutus dantur actiones fideicommissariæ, ac si restituta essent bona.

CONCLUSIO.

SI rogatus restituere hereditatem si sine liberis decesserit, intret Monasterium, evanescit fideicommissum, & hereditas ad Monasterium pertinet. Iuxta text. in authent. de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc presentis, collat. 9. authent. ingressi, authent. si qua mulier, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, authent. nisi rogati, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum, Novella 123. §. si quis sub conditione, authent. de Monachis, §. si quis autem, & §. si vero, collatione l. l. ex facto, §. ult. ad Senatus Consultum Trebellianum, cap. Raynuntius, cap. Rainaldus de testamentis, cap. fin. de successionibus ab intestato, cap. si qua mulier, 16. quest. 3. l. 12. tit. 1. part. 6. Covarr. libro primo, variarum, cap. 19. Idem in cap. 2. de testamentis, tractant DD. Pareja in repetitione ad hunc textum, Tiraquellus in l. si unquam, verbo: Susceperis, num. 46. Cod. de revocandis donationibus, Molina libro primo, de primogeniis, capite decimo tertio, num. 71. & libro secundo, capite quinto, numero vigesimo octavo, & cap. 9. num. 45. Avendaño in l. 40. Tauri glossa 4. num. 17. Menchaca de successionum creatione, lib. 3. §. 12. num. 166. Matienço in l. 7. glossa 2. num. 21. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, Azevedo ibi num. 28. Colta in cap. si pater, verbo: Si absque liberis, num. 70. de testamentis, lib. 6. Peregrinus de fideicommissis, art. 28. num. 58. Spino in speculo testamentorum, glossa 11. principali, num. 27. Mantica de coniecturis ultimarum voluntatum lib. 11. tit. 7. & de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 13. tit. 46. num. 7. & 8. Gutierrez lib. 1. Canonicarum, quest. cap. 32.

2 Ratio est, quia statim quod Martinus testatoris filius hæres institutus, se, & sua Deo, & Monasterio dedicavit, substitutio evanescit, nec substituti ex ea quidquam capere possunt; nam qui Monasterium ingreditur, omnia sua bona ad eod. Monasterium præstat, ut iam bonorum dominus non sit, nec de illis possit testari, *authent. ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis*: nam ea quæ semel Monasterio dicata sunt, non possunt ad humanum usum converti, *cap. mancipia 3, cap. inustum 4, de rerum permutatione*; & conditio illa: *Si sine liberis*, quæ ante oblationem iusta reputabatur, post oblationem verò turpis efficitur, & pro non scripta habetur, *dict. authent. sed & hoc præsentis, de Sanctissimo Episcopo, collatione 9*, qua sublata, manet omnino pura institutio, *l. obtinuit 4, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, idcirco Monasterium bona omnia testatoris lucratur, cum non videatur sine liberis decessisse, qui Monasterium ingreditur, ut constat ex verbis nostri textus, ibi: *Non videtur sine liberis*, &c. Ex quibus constat per oblationem sublata fuisse conditionem, & substitutionem evanuisse, ut constat expressè in *dict. §. d. & hoc præsentis, & in authent. de Monachis, §. si quis autem, & §. si vero relinquens, collat. 1.*

3 Primò adversus nostri textus sententiam, & eius decidendi rationem, obstat textus in *cap. 1. & per totum, de iis qua vi, cap. porrellum, de Regularibus, l. 1. ff. de eo, quod metus causa*, ubi vorum, & omnia quæ metu facta sunt, non tenent; sed in præsentis Martini votum, & oblatio fuit metu facta, ut ex litera textus constat, ibi: *Quod fervore infirmitatis, seu metu, eam fecisset, &c.* Ergo valere non potuit. In qua difficultate responderi debet, iura in argumento adducta procedere in metu ab extrinseco, quando ab alio metus per iniuriam inferitur: at verò textus noster loquitur in metu ab intrinseco, qui ab alio non inferitur, sed solum intrinsecè patitur, quo casu votum valet, *cap. porrellum, de Regularibus, Covarruias in 4. secunda parte, cap. 3. §. 4. num. 16.* Præcipuè, quia ut syndicus Conventus affirmabat, quod etiam prima Martini oblatio non valeret propter eius imbecillitatem, & infirmitatis fervorem; valuit tamen secunda, quæ ex pot. facto, absque vilo mortis periculo fuit facta.

4 Secundò obstat dicere, quod Martini oblatio valere non potuit siquidem oblationis tempore fuit minor annis, ut constat ex textu nostro, ibi: *Erat minor annu, &c.* & minoris alienatio absque Prætoris decreto non tenet, *l. 1. versicul. Quod si fuerit, ff. de rebus eorum, l. prædium, l. siquidem, Cod. de prædiis minorum, l. lex qua tutores, Cod. de administratione tutorum*. Cui difficultati occurritur asserendo, quod quando aliquis per confessionem se obtulit in perpetuum Monasterio servitæ, potest etiam bona sua ferre sine iudicis decreto, & solemnitate illa, de qua in iuribus in argumento adductis, cum oblatio illa, quasi per viam ultimæ voluntatis facta censetur, argument. textus in *l. Deo nobis, Cod. de Episcopis, & Clericis*, quæ à maiore 14. facta nullam iuris solemnitatem desiderat, & Martinum in præsentis oblationis tempore fuisse maiorem 14. annorum præsumitur ex eo, quod substituti non probant Martinum minorem 14. annorum fuisse: ut colligitur ex *versicul. Præterea*. Neque obstat dicere, Monasterium suam intentionem fundasse in maiori Martini ætate, & consequenter probationem Monasterio incumbere, argument. textus in *l. de ætate 44, l. minor 33, ff. de minoribus*. Quia etsi verum sit, quod is qui in minori, vel maiori ætate se fundat, eam probare debeat, *dict. l. 33, & 44.* tamen cum in præsentis Monasterium in oblatione tantum, non vero in ætate maiori, vel minori Martini se fundaret, substituti vero suam intentionem fundassent in eo, quod Martinus ingressus fuisset in minori ætate, iusta de causa debent minorem ætatem probare, *l. cum 15, C. de probationibus, Pacianus lib. 2. de probationibus, cap. 24. num. 4.*

5 Tertiò obstat dicere, Martinum non potuisse bona Monasterio dedicare, quæ restituenda erant substitutis,

cum de illis disponere non possit, *l. fin. §. fin. Cod. communia de legatis*, præcipuè cum dedicatio illa esset contra expressam testatoris voluntatem, ut constat ex verbis textus ibi: *Si sine liberis decesserit*, quæ conditio à testatore imponi potuit, *cap. Raynuncius 16, cap. Raynaldus 18, de testamentis, cap. si pater 1. eodem tit. lib. 6.* Cui scrupulo respondeo, Martinum fuisse filium Antonij testatoris, quare adhuc vivo patre, quodammodo paternorum bonorum dominus erat: & idèd mortuo tantum liberam administrationem petcepit, adèd ut absque aditione possit ad alium bona transferre, *l. in suis 11, de liberis, & posthumis*, & cum iam post patris mortem Martinus liberam bonorum administrationem retineat, ac substitutio per ingressum religionis evanescat, recto iure potuit bona Monasterio offerre, non obstante patris voluntate, seu conditione; cum non peti de habeatur, ac si pure esset institutus, ex *dict. authent. sed hoc præsentis, collatione 9.*

Quartò obstat textus in *l. omnes 17. §. Lucius, ff. qui in fraudem creditorum, l. libertus 16. §. si quis, versicul. Magis, ff. de iure patronatus, & stipulatio 6, ff. de verborum obligationibus*, ubi dicitur, donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum esse prohibitam, cum liberam testandi facultatem adimat; sed in præsentis Martinus omnia sua bona Monasterio donavit, ut constat ex versicul. *Syndicus ipse*, & in versicul. *Verum syndicus*, &c. Ergo Martini donatio valere non potuit. Cui difficultati, ommissis plurimis interpretationibus, respondeo, quod licet verum sit, donationem omnium bonorum irritam esse; tamen donatio in præsentis iure iure voluit, quia facta fuit Ecclesiæ, & Religioni, cuius favore in iure permittitur, *l. sancimus 12. authent. ingressi, authent. si qua mulier, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. si qua mulier, 12. questione tertia, cap. de his 4. de sepulchris, cap. privilegia 24. versicul. Vel eis, de privilegiis*; & rationes illæ, quæ prohibent donationem omnium bonorum, videlicet, quia donans efficitur prodigus, & intestabilis, & quia occasio captandæ mortis præstat, omnino in præsentis cessant; siquidem per ingressum Religionis non efficitur quis prodigus, cum Religioni, & Ecclesiæ donat, cuius favor amplissimus est, *l. sunt persona 42. in fine, de religiosis, & sumptibus funerum*, neque per eam sit intestabilis, cum statim quod emisit professionem, intestabilis dumtaxat efficiatur: *dicta authent. ingressi*, cum similibus, neque datur votum captandæ mortis, siquidem ex dedicatione Monasterium bona adquisivit, & idèd donatio valuit, præcipuè cum propriè non sit donatio, sed oblatio à eo facta, ut similiter appellatur in iuribus supra adductis.

Neque obstat si in testes, Martinum in præsentis nullam fecisse professionem, siquidem absque illa se, & sua Deo obtulit, ob quam solum oblationem Monasterium non succedit, *cap. statuimus, de Regularibus, cap. si Religiosus 17. de electione lib. 6.* Quia etsi Martinus in præsentis non fuisset religiosus, neque professus, tamen se, & omnia sua obtulit Monasterio; quæ oblatio à Prælo in Ecclesia approbata recepta fuit, & vim professionis retinet, ut bona in Monasterium transferantur, Balboa in præsentis, num. fin. videndus Covarruias in *cap. alma mater, secunda parte, paragrapho secundo, numero octavo*. Vel potest dici, quod cum Monasterium in præsentis probet, Martinum duplicem fecisse ingressum, potuit vnum facere ante 14. annos, & alterum post; & licet substituti probent fuisse minorem, non ex eo probant non potuisse post legitimam ætatem ingredi, & professionem facere, cum eo tempore adhuc minor dicatur, & non probent, hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. ad probationem 25. Cod. de probationibus, l. etsi defensor 10. §. fin. ff. de interrogatoriis questionibus*.

Quintò solutioni obstat textus in *l. si quis 66. ff. de iudicis, l. inter stipulantes, §. 5. de verborum obligationibus, l. in ambiguis 96. ff. de regulis iuris*, ibi: *Verbum dubium in iudicio appositum, iuxta proferentis intentionem*

nam interpretari debet; sed in presenti verbum dubium minoris ætatis à substitutis fuit propositum, vt ex litera textus constat, in versic. *Ad hac*, ergo iuxta eorum intentionem explicari debebat.

In qua difficultate omnia Glossæ interpretatione, in presenti verbo, *Verbum dubium*; dicendum est, differentiam versari inter verbum dubium in contractibus, vel in iudiciis appositum: nam in contractibus interpretari debet contra dubium proferentem, cum ipse possit apertius verba contractus proferre, *l. veteribus*, 9. ff. de passis, *l. in contrahenda* 13. 3. ff. de regulis iuris, in iudiciis verò, verbum dubium interpretatur secundum proferentis intentionem, *dist. l. si quis* 66. ff. de iudicijs. Sed hoc verum est, quando dubium provenit ex parte actoris potentis, vel ex parte rei excipientis; non tamen quando provenit ex testium depositionibus: nam tunc non intelligitur iuxta intentionem proferentis: ratio differentia est, quia verba prolata ab actore petente, vel reo excipiente, pendunt ab ipso actore, vel reo, qui potest vno, vel alio sensu verba illa exprimere; & si dubia fuerint, secundum proferentis favorem interpretantur; cum verosimiliter præsumitur, secundum eius utilitatem respondisse: secus tamen in testium depositionibus respondendum est, quia verba testium non pendunt ab ipsius partibus producentibus, sed ab ipsis testibus, & à novitiis facti, de quo deponunt, & idèd eorum verba non explicantur in favorem producentis; sed si probatio non fuerit certa, nec efficax, tanquam vaga, & dubia rejicitur; *l. nec nates* 10. Cod. de probationibus. Ratio est, quia pars poterat alios testes producere, qui apertius deposuissent & si non fecerit, sibi imputetur. Vnde cum dubium ætatis in presenti non fuisset ex parte substitutorum, sed ex parte testium; iuxta de causa, iuxta substitutorum intentionem non interpretatur, sed tanquam testes nihil probantes debent rejici; & idèd substituti, ex defectu probationis, fuerunt condemnati; *Marranta in l. si actor*, n. 6. ff. de probationibus, *Menocho de arbitrarijs casu* 51.

Sexto solutioni obstat textus in *l. Osidius* 97. versicul. *Imperator, de lega. 3. l. ubicumque*, ff. de interrogatorijs actionibus, *cap. cum clamor* 57. de testibus. vbi constat, iudicem ex officio teneri testes dubium deponentes iterum interrogare, vt dicta clara remaneant: ergo in presenti Cardinalis iudex debuit iterum testes interrogare, vt clara apparerent eorum dicta. Quæ tamen difficultas cessat si dixeris, quod etsi in ordinarijs, non vero in summarijs iudicijs, iudices possint testes dubium deponentes iterum interrogare; tamen in presenti iusto Consilio dictus Cardinalis iudex eos non interrogavit, cognoscens per fallaciam, & dolum substitutorum productos esse, allegantium dubiam minorem Martini ætatem, absque distinctione, qualis & quanta esset; & dolum constat ex eo, quod substituti Martini, patruj essent, qui eius ætatem ignorare non poterant; argument. textus in *l. Octavianus*, in fine, ff. vnde cognati, *leg. Imperator, l. de iureta*, C. de in integrum restitutione.

Septimò obstat, textus in *l. Centurio* 15. ff. de vulgari, & pupillari, *leg. precibus*, Cod. de impuberum, *cap. si pater, de testamentis*, lib. 6. vbi substitutio à pagano per verba communia facta, vt bona ad substitutos devoluantur, hærede sine liberis decedente, est compendiosa; ita vt si fiat filio impuberi, infra pubertatem iure directo vt pupillaris, post pubertatem verò, vt fideicommissaria valeat; sed in presenti substitutio fuit verbis communibus filio impuberi facta, vt constat ex versicul. *Devolverentur*, quod commune verbum est, & tam ad directam, quam ad fideicommissariam pertinet; ergo filio in Monasterium ingresso, sine liberis intra pubertatem decedente, succedere debebant fratres substituti, infra pubertatem ex directa pupillari, post pubertatem ex fideicommissaria. Cui dubio responderi debet, quod etsi fateamur textum nostrum loqui de compendiosa substitutione; negari tamen debet, iure compendiosæ substitutionis bona pertinere ad substitutos; siquidem ex iuri-

bus, & rationibus supra adductis constat, quod eo ipso, quod gravatus proficetur Religionem, evanescit fideicommissum.

Octavò obstat dicere, substitutos in presenti, nulla alia actione, quam fideicommissaria univèrsali hæreditatis petitione experiri posse, vt constat ex versicul. illo: *Si absque liberis*, & ibi: *Bona devolverentur*; sed hæc actio competere non potuit, siquidem vt locum habeat, necesse est, vt præcedat actualis hæreditatis restitutio, *l. i. ff. de fideicommissaria hæredit. petitione*, *l. restituta* 37. in principio, *ad Trebellianum*: ergo substituti cum nullam actionem haberent, cum adhuc hæreditas non esset restituta, non poterant bona in fideicommissio contenta petere. In quo dubio omnia Ancharrani interpretatione, & Baldi in presenti, verissimè est dicendum substitutos egisse univèrsali hæreditatis fideicommissariæ petitione. Neque obstat *dist. leg. 1.* quia etiam locum habet, quoties is qui tenetur hæreditatem restituere, illam alienavit, quo in casu actiones ipso iure transeunt ad fideicommissarium, *leg. fin. §. sin autem sub conditione*, Cod. communia de legatis, & cum in presenti gravatus, se, & sua Monasterio dedicasset, & bona alienare videatur, & substitutis non restituere, idcirco in eos, ipso iure transeunt actiones fideicommissariæ, quibus recto iure experiri poterant: Glossa magna in *dist. leg. fin. §. sin autem sub conditione*, Cod. communia de legatis, Glossa verbo, *Ipso iure*, in *leg. fin. Cod. ad Trebellianum*, *Arctinus in presenti*, numer. tertio, *Beroius num. 32.*

Ad textum in capit. Licet causam 9. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Interdictio retinenda possessionis obtinet probans antiquiorem possessionem, maxime titulo iustificatam.
- 2 Ratio assignatur.
Possessio est penes eum, quò precario rogavit, & precario concessit.
- 3 Interpretatur leg. & habet 15. §. cum qui, ff. de precario.
- 4 Exponitur textus in leg. si duo 3. digestis, vt possidetis.
- 5 Iura incorporalia penes duos in solidum esse possunt.
Interpretatur textus in cap. licet causam 9. de probat. vers. Alijs ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis.
- 6 Duo si diversis respectibus possideant, uterque in sua possessione defendi debet.
- 7 Interdictum Retinenda competit ei, qui tempore litis motæ, seu contestationis, possidere reperitur, si non vi, non clam, non precario possideat.
- 8 Sola testium corruptio sufficit vt à testimonio repellantur.
Interpretatur textus in cap. licet causam 9. de probationibus, vers. Quoniam etsi de corruptione, cum c. licet 9. de testib.
Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
- 9 Probatio cum æqualis est, quid agendum? remissivè iura, & Doctores referuntur.

C O N C L U S I O.

IN interdictio retinenda possessionis obtinet probans antiquiorem possessionem, maxime titulo iustificatam. Idem probat textus in cap. cum venissent, de substitutionibus, capit. cum persona, versicul. Quod si tales, de privilegijs, lib. 6. leg. 1. leg. si duo, ff. vt possidetis, leg. unica, Cod. eodem leg. naturaliter 12. §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione, §. retinenda, §. in quorum, in fine. Insistitur de interdictionibus.

distis, Iulius Paulus lib. 5. *sententia* 6. in princip. insinuant Covarr. in *practico*, cap. 17. in fine, Menoch. de *retinenda*, *remed. secundo*, & *tertio*, num. 725. Idem de *recuperanda remed. 15 num.* 39. Malcard. de *probatione conclus.* 11. 34. & 1395. Fachineus lib. 8. *controverfiarum*, cap. 14. cum seqq. Anton. Gomez in l. 45. *Tauri*, num. 164. Matienço in l. 8. tit. 7. lib. 5. *Recopilat. glossa* 2. Octavianus *decis. Pedemontana* 55. Paulus *Emilius decis. Rota* 336. *Duatenus lib. 1. disp. cap. 21. Cujac. lib. 5. observ. cap. 21. & 27. Idem in tit. C. uti possidetis*, Don. lib. 1. 5. *comment. cap. 31. Idem in leg. unica, Codic. uti possidetis*, Andreas Gaillius lib. 1. *observat. capit. 71. Sarmiento libr. 2. selectarum, capit. 13. Anton. Pichard in §. retinenda, cum seqq. Insit. de interd.*

Ratio est, quia Ecclesia Ravennatensis probavit possessionem Castri, & villæ sancti Petri de Ariolo, & similiter eam retinuisse per 60. annorum spatium, titulo etiam iustificatam, quam sibi Pontifex, & Romani Imperatores concesserunt: Faventinorum autem communitas minus antiquiorem possessionem, & sine titulo probavit, hoc est per 40. annorum spatium: ostendit tamen aliqua servitia, & honores percepisse, & ideo interdictum retinendæ possessionis, ei non competit, cum eius possessio injusta præsumatur, sed tantum competit Ecclesiæ Rebanensi, cum duo in solidum possidere nequeant, *dist. l. 3. §. ex contrario, l. si ut certo §. duobus vehiculum ff. commodati.*

Decidendi rationi obstat primò, textus in l. 1. & habet 15. §. cum qui ff. de precario, ubi Pomponius asserit, quod si aliquis, precariò possessionem rogavit, simul is qui concessit, & qui rogavit, possident. Pro cujus dubij resolutione annotandum est, quod eadem possessio ex vna, eademque causa, penes duos in solidum esse non potest: & ita obtinet textus noster: at verò plures possessiones ejusdem rei, numero, & specie differentes, penes duos esse possunt; veluti cum quis precariò rogavit ut sibi possidere liceat, quia tunc naturaliter possidet; rogatus verò civiliter: cum quolibet momento precarium revocare possit, l. 1. & 2. l. cum precario 12. ff. de precario, & de illa possessionum diversitate, est interpretandus textus in *dist. leg. & habet 1. §. cum qui, D. de precar. Valencia tract. 2. illustratum quæst. cap. 3. num. fin. ita similiter est interpretandus textus in l. 1. §. deiecit, ff. de vi, & vi armata, ubi is qui deiecit est, & is qui deiecit possident, vnus civiliter, alter naturaliter; vnus iustè, alter iniuste. Vvelfembecius in *paratitulis ad titul. de adquirenda possessione, num. 5.**

Secundo obstat text. in l. si duo 3. ff. uti possidetis, in fine. Vbi duo possessores in solidum ejusdem rei admittantur, neque illi competit interdictum Retinendæ; & ideo licebit impunè vim facere, nec lis inter eos de proprietate vnquam exerceri poterit. In cujus textus difficultate, omiſſa Vaconij sententia declarat. 2. cap. 39. num. 4. Cuiacij in d. l. 3. §. ex contrario, de *adquirenda possessione*, veriore esse existimo, quam refert Menochius de *retinenda rem. 3. num. 740.* dum asserit, quod textus in d. l. 3. intelligi debet, cum iudex pronuntiat vtrumque possidere; sed diversæ possidendi specie, veluti cum vnus possidet ut fructuarius, alter ut proprietarius; non verò loquitur, cum ambo probant in solidum possidere cum eadem specie possessionis, quia hoc impossibile est; sed diversis respectibus, quo in casu, vterque vineat, & vincetur; tuebatur enim Prætor vnus in possessione proprietatis, alterum in iure servitutis: & iubet vtrique, ne alterum turbet: iuxta veram nostri textus sententiam. Notat Glossa, Illigerus ad Donel. lib. 15. cap. 32. *litera T.* Anton. Gomez in l. 45. *Tauri*, num. 178. Et quamvis in specie proposita omnibus competat interdictum *uti possidetis*, tamen, cum omnes possideant, ut iudicium expediatur, necesse est, ut vnus tantum possideat, & consilium, & remedium proponitur in *leg. unica, C. uti possidetis*, videlicet quod is qui de possessione obtinuit, satisfactionem præstet deteriorem rem non facturum, & eam, si in petitorio contra eum iudicetur, restitutum; & si vterque satisfacere paratus

sit, præfertur is qui priùs satisfactionem obtulit, ut is solus possessionem retineat; & si alter nolit satisfacere, is, qui satisfactionem præstare voluerit, hoc interdicto vincet Donel. in d. l. unica, C. uti possidetis, num. 25. Osuald. ubi supra, *litera V.*

Tertio obstat textus in l. Lucio 4. ff. de aqua quotidia, na, & aestiva, cap. 1. de iure patronatus, Clementina, plures, eodem: Vbi constat iura incorporalia penes plures in solidum esse posse; sed in presenti actum est de iuribus incorporalibus, jurisdictionis, & honoris, ut ex *litera* constat: ergo apud omnes existere poterit. In qua difficultate, omiſſa Iasonis interpretatione in *dist. l. 3. §. ex contrario, num. 82.* verissimè est dicendum, in presenti, non fuisse simpliciter disceptatum de iuribus incorporalibus, sed præcipue de re corporali, scilicet oppido sancti Petri, de cuius possessione præcipue & principaliter actum fuit; licet in ejus consequentiam deducta fuerint iura incorporalia, hoc est servitia, quæ ex ipsa oppidi possessione dimanabant, ut constat ex nostri textus verbis ibi: *Loca supradieta possedit, & ibi: Alge ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis, &c.* Quæ verba aperte insinuant, in presenti de iuribus incorporalibus fuisse actum: sed quia Ecclesia iustè cum titulo, Communitas verò injustè, sine titulo possidisset, cum penes duos in solidum possessio esse nequeat, iusta de causa Ecclesiæ competit interdictum; & communitati denegatur: & sic cessat difficultas; & obtinet supra adducta decidendi ratio.

Neque obstat dicere Faventinis interdictum Retinendæ competere debere, saltem quoad servitium, quod per spatium 40. annorum, quasi possidisse probaverant, iuxta textum in l. 1. §. interdictum autem, ff. uti possidetis, §. retinenda, *Institut. de interd. l. 3. §. uti possidetis.* Quia huic scrupulo responderi debet, quod licet Communitas probaret illam quasi possessionem, quoad servitia tamen præterquam quod injusta reputatur, habet etiam causam discontinuam, cum in ea desideretur hominis factum; argum. textus in l. fo. amen, ff. de servitutibus urbanorum, & cum pro iuribus incorporalibus causam discontinuam habentibus, sint inventa alia interdicta, l. 1. & per totum tit. ff. de itinere adluque privato, l. 1. ff. de aqua quotidiana, & aestiva, iuxta de causa in presenti, circa iura illa incorporalia interdictum illud *uti possidetis*, cessare debet cum illud tantum competat pro iuribus habentibus causam continuam, l. quoties, la segunda, ff. de servitutibus, l. sicuti 8. §. Aristo, ff. si servitus vindicetur, Bartolus in leg. 1. num. 15. ff. uti possidetis, Menochius de *retinenda remed. 3. num. 104.* Decius in presenti, num. 102. Bertrius num. 56. Felinus num. 8. Ancharranus num. 19. Innocent num. 5.

Quarto obstat textus in l. 1. ff. uti possidetis, §. quorum, *Institut. de interd. l. 3.* Vbi interdictum Retinendæ competit ei, qui tempore litis motæ, seu contestationis, possidere reperitur; sed in presenti, tempore litis motæ, & contestationis, Communitas quinquagenariam possessionem servitiorum probavit: ergo obtinere debebat. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quod ultra ea, quæ supra reculimus, etiam interdictum retinendæ Faventinæ communitati non competit, quamvis probaverit possessionem tempore litis motæ: nam cum Ecclesia probasset antiquiorem possessionem continuatam, eo ipso censetur vitiosa communitatis Faventinæ possessio; & ut interdictum retinendæ competat, necesse est, quod is qui possidet, non vi, non clam, nec precario possideat; l. 1. in princ. ff. uti possidetis, l. 1. ff. uti robi, Cov. in *pract. c. 17. Gom in leg. 45. Tauri, n. 26.* Matienço in *leg. 9. tit. 7. lib. 3. glossa 1. num. 3.* Menochius de *recuperanda, remed. 1. num. 158.*

Quinto adversus nostrum textum in versicul. *Quoniam & si de corruptione*, ubi Pontifex docet, solam testium corruptionem non sufficere, ut testes à testimonio repellantur; obstat textus in *cap. licet 9. de testibus, c. non sane, 14.*

fane, 14. quaestione quinta, ubi constat quod soli testium corruptio absque falsitatis probatione sufficit, ut testes à testimonio repellantur. Cui dubio satisfaciendum est, dicendo, quod quatenus regulariter presumendum sit, testes pecunia corruptos, falsum dixisse, & ob eam causam admittendos non esse, ut in dictis iuribus constat; tamen in presenti non repelluntur, quia communitas Faventinorum se adstrinxit probare, non tantum, quod testes Ecclesie fuerant pecunia corrupti, sed etiam simul, quod falsum deposuerant: & quatenus corruptionem testium probassent, non tamen probarunt falsum deposuisse, qua de causa contra Communitatem sententia fuit lata: argum. textus in l. Fulcinius 7. §. 1. ff. quibus ex causis in possessionem eat, l. qui testamento 17. ff. de excusation. tut. cap. ab eo 31. de electione, cum non probent hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, l. ad probationes 21. Cod. hoc titulo. Siquidem poterit esse, quod corrupti essent, & veritatem deposuissent: præcipue cum in presenti testes producti à Communitate de corruptione, varij existunt, ut constat ex textu nostro in versic. Quoniam etsi de corruptione: tum etiam improba opinio erat quorum testimonium admitti non poterat, cap. testimonium, cum vulgatis, de testibus: merito cum corruptio testium plenè non fuisset probata, testes ab Ecclesia producti non repellantur: quæ interpretatio deducitur, ex Anton. Augustino in 3. Decretalium, in collectione titul. de probationibus. Pro illa ancipiti questione, an videlicet, si Communitas, & Ecclesia probarent res illas æqualiter se possedisse, videre oportet ea, quæ refert Glossa magna in presenti, Bart. in l. 1. numero quarto, ff. uti possidetis, Sarmiento libro primo, selectarum, capite decimo tertio, numero nono, Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 179. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 1. num. 20. Cuiacius in posthumis ad hunc textum.

Ad textum in cap. Quoniam contra falsam 11 cap. Ad nostram 12. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 *Negantis factum, directa probatio fieri non potest; nec Iudici creditur, quoad acta iudicialia, sed apud Notarium in scriptis sunt deducenda: quod si Iudex non fecerit, puniri poterit per superiorem.*
- 2 *Negativa propositio per rerum naturam probabilis non est; & ibi ratio assignatur.*
- 3 *L. ne codicillos 5. C. de codicillis.*
- 4 *Negativa conceptio, qua in affirmativam convertitur, probabilis est.*
- 5 *Interpretatur textus in l. lex, ff. de probat.*
- 6 *Exponitur text. in l. cum pater 77. §. rogo 25. ff. de legat. 2. l. servus 20. ff. de Manumissionibus, l. omnimodo, C. de inoffic. testam.*
- 7 *Negativa, & coarctata probatio, non dicitur improbabilis, ubi exempla proponuntur; & remissivè, plura iura interpretantur.*
- 8 *Si fuerit probatum, reum deliquisse, nec admittitur eius probatio, quod non deliquerit.*
- 9 *Interpretatur text. in cap. ad nostram 12. de probat. & num. 8.*
- 10 *Purgatio Canonica, legitimis requisitis precedentibus, à sacris Canonibus est recepta.*
- 11 *Interpretatur textus in cap. Proposuisti 4. de probatione.*
- 12 *Verbum, Statuimus, ius novum inducit: Acta iudicialia in scriptis sunt deducenda.*
- 13 *Instrumento à Tabellione sine testibus condito, fides non est adhibenda. Intellige ut ibi.*

13 *Pro Iudice semper presumendum est in his, quæ ad officium eius spectant: in aliis vero actibus ad eum non pertinentibus, potius Tabellioni, quam Iudici credendum est.*

Interpretatur textus in cap. final de probationibus.

14 *Tabellionum creatio solam ad Principem spectat.*

CONCLUSIO.

Negantis factum directa probatio fieri non potest, nec Iudici creditur quoad acta iudicialia, sed apud Notarium in scriptis sunt deducenda: quod si Iudex non fecerit, puniri poterit per superiorem. Consonat textus in cap. bene, el primero, de electione, capite primo, de confessis, libro sexto, cap. super hoc, de renunciatione, cap. az. estaciones, in fine, de desponsatione impuberum, cap. causam 11. de testibus, cap. vitim de atage, & qualitate, cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis, capite secundo, de exceptionibus, libro sexto, cap. accusator fin. 6. quaestione quinta, l. fin. Cod. de iure deliberandi, l. que etiam, §. nihil, ff. de edendo, cap. statutum, §. Notarium, de rescriptis, libro sexto, l. fin. C. de testibus: l. Asserenti, Cod. de non numerata pecunia, l. 2. Cod. de edendo, l. gesta, Cod. de re iudicata, l. actor 23. Cod. de probationibus, l. 2. ff. eodem, tueri videntur Menochius de presumptionibus libro secundo, presumpt. 50. numero sexto. Idem de arbitrariis, casu 175. & quaestione decima septima, Mascardus de probationibus, conclus. 190. & 191. Martinus de Fano, & Franciscus Herculanus in tract. de Negativa, Covarr. libro secundo, variarum, capite sexto, numero quarto, undecimo, & decimo tertio, Idem libro unico practicarum, capite vagesimo, numero secundo, Costa in l. si ex cautione, Cod. de non numerata pecunia, Doncl. in d. l. actor, 23. Cod. de probationibus, Osuald. libro vigesimo quinto, capite secundo, Pichardus in §. item 13. de inutilibus stipulationibus.

Ratio primæ partis est, quia negativa propositio per rerum naturam improbabilis est, l. actor 23. Cod. de probationibus. Nam cum vel testibus, vel instrumentis fieri debeat probatio, etiam si mille testes dixerint non vidisse numerari pecuniam, vel aliquem non contraxisse, non inde sequitur pecuniam non fuisse numeratam: aut contractum celebratum non fuisse, cum fieri possit, ut alij viderint. Quod similiter de instrumentis dicendum est, cum fieri possit, ut sine instrumentis fieret contractus, Doncl. in dict. l. actor 23. numero nono, Cod. de probationibus, Osuald. ubi supra, litera A. Mascardus de probationibus, conclus. 1902.

Ratio secundæ partis est, videlicet acta iudicij scribenda esse, ut veritas locum habeat, & falsitas aboleatur, & ne propter falsam iniqui iudicis assertionem innocens litigator negans solemnitatem aliquam adfuisse, puta citationem, contestationem, aut similia, quæ verè abfuerunt, plerumque lædatur, cum (ut diximus) vera Negativa sit improbabilis per rerum naturam, merito ut hæc omnia cessent, & acta facile probari possint, Concilium statuit, ut in quolibet iudicio ordinario, vel extraordinario Iudex teneatur notarium secum adhibere: aut duos providos viros qui omnia acta iudicij in scriptis redigant.

Primò obstat textus in l. ne codicillos, 5. Cod. de codicillis, ubi dicitur quod hæres, qui prolatis à fidei commissario codicillis, negat defunctum fuisse competentem mentis, id probare debet. Cuius dubij expositio constat ex eo, quod oratio illa: *Nego defunctum competentem mentis esse*, etsi verbis negativis sit concepta, tamen re ipsa affirmativa est; cum idem sit, ac si hæres dixerit, defunctum fuisse furiosum, vel dementem; nam cum hæres id asserit, manifesta exceptione vititur adversus codicillos; quibus standum est, quamdiu contrarium probetur, l. cum precibus, Cod. hoc titulo, & cum reus in exceptione ipsa affirmat, tam probare debet, l. in exceptione, ff. de probat. Doncl. ubi supra, num. 11.

4 **Secundo** obstat tex. in *l. lex. ff. de probat.* vbi is qui negat emancipationem rite factam, id probare debet. In quo dubio, omnia nonnullorum sententia, assententium text. illum non loqui in negatione facti, sed in iuris negotiatione; quæ probabilis est; verior em esse existimo, quam refert Don. *vbi supra. n. 12.* dum asserit negationem illam similiter affirmationem esse; nam qui dicit Nego emancipationem rite factam, hoc dicit: *Aio emancipationem esse vitiosam.* & idem tam probare debet; non quia verbis negat, sed quia re, & sensu affirmat; iuxta textum ita intelligendum in *leg. v. usufructu, ff. si usufructus petatur, & exceptione* vtitur, quam probare debet, *in exceptionibus. ff. hoc tit. Don. vbi supra. n. 12. & 13. Olu. lib. 25. c. 1. lit. E.*

5 **Tertio** obstat tex. in *l. cum pater 77. §. vogo 25. ff. de l. 2. l. servus 20. ff. de manumissis testamento, leg. omnimodo, C. de inofficioso testamento.* vbi si legatum sit relictum eis, quos hæres iudicaverit legatum promeruisse, si hæres negaverit eos meruisse, id hæres probare debet. Quod dubium parum obest ex eo, quod similiter hæres, qui negat servos promeruisse, idem est, ac si affirmet servos esse indignos, & merito probare debet, primò quia affirmat, secundo, quia exceptione vtitur.

6 **Quarto** obstat tex. in *l. optimam 14. C. de contrahenda stipulatione §. item verborum 13. Insti. de inutilibus stipulationibus; c. 1. de confessis, lib. 6. c. tertio loco, hoc tit. cap. fin. §. sane, de iuramentis, cap. inter dilectos 11. §. praterea, de excessibus pralatorum l. inde Neratius, cum seq. ff. ad legem Aquiliam, c. series 26. tam literis 33 de testibus, vbi negativa probatio contra instrumentum publicum, vel per aliud publicum instrumentum, vel per idoneos testes probari potest. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod iura in argumento adducta, non procedunt in simplici, & indeterminata probatione negativa, quæ improbabilis per rerum naturam est, de qua in *nostro textu*; sed procedunt in negativa determinata & coarctata, quæ probabilis est veluti quoties factum certo loco, & tempore circumscriptum, & coarctatum est: nam tunc is, qui factum negat, aliis testibus, vel instrumentis coarctatam illam negationem probare poterit: nam qui negat, potest probare quod negat, si prius aliquid affirmet, & probet; quæ probatio, non negantis, sed affirmantis dicitur: exempli causa si me convenias Kalendis Ianuariis Salmantice tecum contraxisse, possum probare me Kalendis tecum non contraxisse, si prius affirmem, & probem me eo die fuisse Romæ. Neque obstat dicere, quod ex illa affirmationis probatione sequitur negationis probatio: quia id fit per consequentiam; nam principaliter affirmatio tantum probatur, Donel. *in d. l. actor 23. n. 9. Olu. lib. 25. c. 1. lit. A, Pich. in d. l. §. 13. Insti. de inutilibus stipul.**

7 **Quinto** prædictis obstat textus in *c. ad nostram 12. hoc tit.* vbi generaliter statuitur, quod si fuerit probatum, reum deliquisse, eius probatio, quod non deliquit, non est admittenda. Cui dubio responderetur, quod text. ille, non improbat legem Dacia Negativæ coarctatæ probationem admittentem, sed tantum *ibi* improbat consuetudo, per quam Sacerdotes abutentes illa lege, etiam Negativam probare intendebant per purgationem Canonicam, quæ probatio tanquam iniusta improbat, cum delicta manerent impunita & sic Summæ illius textus addenda sunt verba illa, *Per purgationem Canonice, ut recte penduntur Dec & Felin. ibi.*

8 **Neque** obstat dicere purgationem Canonicam in iure esse admittam, *c. 1. & per totum tit. de purgatione canonice, c. 1. & fere per totam 2. §. 5. quia in d. c. ad nostram,* non improbat purgatio Canonice; quæ legitimis requisitis præcedentibus à sacris Canonibus est recepta, veluti cum fama alicujus ob semiplenam probationem est gravata, sed tantum improbat consuetudo admittens purgationem Canonicam post plenam & legitimam probationem delicti cum tunc esset probatio contra meram negationem, quæ per rerum naturam improbabilis est: Abbas *in d. c. ad nostram, n. 4. Felin. n. 5. Dec. n. 16. Cuiac. in posthum. ad eundem textum, August. Barb. in col.*

*lectant ad eundem textum vers. In huiusmodi probatione negativa, Men. de arbit. casu 274. Neque prædictis obstat text. in c. proposuisti 4. hoc tit. vbi negativa mulieris probatio, tanquam firmior admittitur: quia de eius interpretatione late supra ibidem diximus. Ex quibus venit interpretandus textus in *l. fallaciter in fine, C. de abolitionibus,* in illis verbis: *Iudex non minus accusatorem ad probandum qua dicit, quam reum ad purganda que negat, urgere debet,* siquidem aliud est urgere reum ad purgandum quod negat, vel urgeri ad probandum, quod negat: nam probare est ostendere, quod dicitur, quod in meta negatione fieri non potest; purgare verò est se excusare, & rationem innocentie reddere, quæ purgationis indagatio admittitur, Don. *in d. l. actor 24. Cod. de probationibus, num. 14. Olu. vbi supra, lit. H. Pro interpretatione verò ad textum in l. vbi 22. Cod. ad legem Corneliæ de falsis,* videndus est idem Donel. *vbi supra numer. 13. Olu. d. l. litera H. & hæc de prima nostri textus parte.**

Sexto adversus secundam nostri textus partem, in *9 vers. Statuimus,* quod verbum ius novum inducit, iuxta text. in *cap. statuimus, de officio delegati,* obstat dicere, ante nostri textus decisionem ex Iurisc. Consultorum responsis, & Cæsarum telegraphis, universa acta inscribenda esse, ut constat ex textu in *l. 2. C. de evocato, l. a Proconsulibus 19. l. Præcipimus, §. quasi, C. de appellationibus, leg. 2. C. ut lite pendente, l. gesta. C. de re iudicata, l. acta 45. & 46. ff. eodem, cap. a non obis 28. de testibus, l. vbi v. sic. Sin autem, C. eodem, Ego nil novi in presenti est statutum. Cui dubio responderi posse arbitror, quod licet iure antiquo in scriptis nonnulla acta redigerentur; tamen in presenti plura noviter sunt statuta, & idem nova hæc Concilij decisio fuit necessaria. **Primò,** quia ius illud antiquum, iam fuerat neglectum. **Secundò,** quia in presenti iudicibus aliter agentibus poena infligitur, quæ olim non erat. **Tertio,** quia generaliter omnia acta iudicialia in presenti in scriptis debent reduci, quod olim non observabatur. **Quarto,** ut coram publica persona inscriptio fiat. **Quinto,** ut præsentè iudice, & in loco publico acta scribantur: quæ omnia olim non observabantur; quibus de causis necessaria fuit nova nostri textus decisio: Decius *in presenti num. 8. Parisius n. 26. Beronius num. 35.**

Septimò obstat textus in *authent. de heredibus & falsiciis, §. cum nobis, v. s. Si verò absim, collat 6. vbi constat instrumentis à Tabellione factis sine testium subscriptione, fidem non esse adhibendam: ergo nec in presenti Tabellioni subscribenti acta iudicialia credendum est; cum testium subscriptio deficiat, Cui difficultati occurratur dicendo, textum in *d. l. §. cum nobis,* procedere in actibus, & in instrumentis extrajudicialibus, in quibus testium subscriptio desideratur, ut sic pateat instrumentum, at verò textus noster loquitur in iudicialibus instrumentis, in quibus sola Tabellionis scriptura, cum eius subscriptione sufficit, ut ei fides adhibeatur; *in donationibus 31. C. de donationibus,* siquidem in presentia Iudicis notoria efficiuntur, argumento textus in *c. finali de cohabitatione Clericorum, & mulierum, c. cum olim 24. de verborum significat. Glossa in presenti, verbo, Duos, Decius num. 18.**

Octavo obstat textus in *cap. finali. hoc tit. cap. sententia & re iudicata, cap. in presentia, 6. de renuntiatione,* vbi aded pro Iudice semper præsumitur, ut magis de eo, quam de Tabellione ius confidat: ergo nec testes, nec Tabellionis inscriptio desideratur Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod iura in argumento adducta procedunt in his, quæ ad officium Iudicis spectant text. verò noster procedit in actibus iudicialibus ad Iudicem non pertinentibus, in quibus ei non creditur, cum iniuria ei non fiat, siquidem ad eius officium non spectant, cum sola illorum fides ad Tabellionem pertineat. Neque obstat textus in *d. c. finali. hoc tit. vbi Iudici credendum est, quoad acta iudicialia, & originalia apud eum recepta. Quia responderetur, quod etsi regulariter acta iudicialia apud Tabellionem remanere debeant; tamen si de facto*

facto, cum iam semel à Tabellione fuerint scripta, aliquando penes Iudicem remanserint, non eo fidem amittunt, & ita de facto procedit textus in dict. cap. finali, hoc tit. argument. textus in leg. quatuor, §. nihil interest, ff. de edendo, leg. qui tabulas 27. ff. de furtis, Abbas, Felinus, & Decius, in dict. cap. fin. vbi Barbola in collectaneis, num. 3.

Nonò obstat textus in authent. de Tabellionibus, collatione, 4. vbi Tabellionum creatio solum ad Principem spectat; ergo Iudex ordinarius in presentia, non potuit illos duos viros creare, ut apud eos acta judicialia celebrantur. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod duo viri qui in presentia in defectum Tabellionis subrogantur non efficiuntur veti Tabelliones, sed censentur subrogati, tanquam simplices scribæ, qui fidelitatis curam præstare debebant, & possunt ab ordinario Iudice in defectum Tabellionis subrogari, juxta nostri textus sententiam; quod locus esset si in proprietatem nominarentur, quia id ad solum Principem spectat, dict. authent. de Tabellionibus, collat. 4. notat Glossa in presentia, verbo, Duos viros, Decius ibidem, num. 35. & 37.

Ad textum in cap. Causam, 14. hoc titulo.

DE materia huius text. plura dicemus in c. 1. de exceptionibus.

Ad textum in capit. Bona finali, hoc titulo.

PLura circa huius textus sententiam dicta manent in c. quoniam contra, hoc tit. vbi videre poteris.

TITVLVS XX. DE Testibus, & attestatationibus.

Ad textum in capit. Placuit 1. cap. Quoties 5. capit. Sicut 9 hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes non debent pretio conducì.
- 2 Testes pro falso, vel vero testimonio ferendo, quidquid accipiunt, turpiter accipiunt.
- 3 Iudicium hominis quatuor modis corrumpitur timore, gratia, pretio, & odio.
- 4 Expenditur text. in c. licet causam 9. de prob.
- 5 Testis, pro impensis factis pro ferendo testimonio, potest pecuniam recipere.
- 6 Officium nemini debet esse damnosum.
- 7 Iudicibus, an sit permissum, esculenta, & potulenta recipere. Intellige ut ibi.
- 8 Expenditur textus in cap. statuimus, §. Insuper, verfic. Nisi fortè, de rescript. lib. 6. leg. 7. tit. 17. lib. 4. Ordinam.
- 9 Interpretatur textus in lab eo 3. §. 1. ff. de arbit. l. 9. §. sunt & alij, ff. cod.
- 10 Legatarius idoneus testis in testamento reputatur.
- 11 Expenditur text. in §. legatarijs, Instit. de testam.
- 12 Expenditur textus in cap. sicut 9. de testib.

9 Testes Catholici esse debent; nam Iudæi, nisi ob Fidei favorem ad testimonium non admittuntur.

10 Interpretatur textus in l. quoniam, in fin. Cod. de hereticis.

Expenditur textus in cap. de testib. verfic. Nisi.

C O N C L V S I O.

TESTES non debent pretio conducì. Consonat text. in c. licet causam, de probationibus c. non sanè 14. q. 5. c. placuit, c. si testes, §. item testium, 2. q. 3. c. Episcopus, 35. q. 6. c. cum ab homine 10. de vita, & honest. Clericorum, l. testimonium 14. verfic. Redemptos testes, C. hoc tit. l. Divus, ff. de re iudicata, leg. prima, in princ. ff. ad legem Corneliam de falsis, l. 3. & fin. tit. 6. p. 3. illustrant Menoc. de arbitr. lib. 2. cont. 4. casu 310. Mascard. de probationibus, concl. 454. n. 1. & concl. 579. n. 5. & 1358. n. 1. & 9. Farin. in praxi criminali, part. 2. q. 67. n. 236. Rebus. de probatione testium, n. 230. Barb. in tract. de officio, & potestate Episc. part. 1. tit. 2. glos. 11. n. 5. Don. lib. 25. c. 2. & c. 20. Osu. ibi, lit. A.

Ratio est, quia testes, & Iudices, equiparantur; cumque Iudices gratis officium suum impertire debeant, d. c. cum ab omni 10. de vita, & honest. Clericorum, Ita similiter, & testes; aliàs quidquid acceperint pro falso, vel vero testimonio ferendo, bene, vel male indicando, turpiter accipiunt, d. c. cum sanè, 14. q. 5. c. non licet, 11. q. 3. d. c. 10. de vita, & honestate Clericorum, leg. 2. & 3. ff. de conditione ob turpem causam. Tum etiam, quia cum præcipuum iudicij fundamentum sit testium depositio, & iudicium hominis quatuor modis pervertatur, videlicet timore, pretio, gratia, & odio, c. quatuor, 11. q. 3. merito testis, qui pretio corruptus est, cum ejus iudicium pervertatur, à ferendo testimonio tanquam suspectus repellitur, cum testis omni macula, & suspitione carere debeat, c. 1. de consanguinitate, & affinitate, cap. testimonium, cum aliis hoc titulo cap. 1. de exceptionibus, vbi & latius agemus de illo nostri textus versicul. Et ut quicumque idonei, & c.

Primò obstat textus difficilis in cap. licet causam de probationibus, vbi testibus ab Ecclesia Ravennatensi productis ad probandam iurisdictionem, & dominium in Castro Arioli, fuit à Syndico Faventinorum obiectum, quod corrupti testimonium exhibuerunt, & licet hæc exceptio probata fuisset, plenam fidem pro Ecclesia exhibent, nec ob corruptionem illam à testimonio repelluntur. Augeturque difficultas ex eo, quod exceptio illa, non solum ante, sed etiam post sententiam admittitur, & præjudicium fert, d. c. sent. d. c. licet, hoc tit. dict. l. Divus de re iudicata. Qua in difficultate, ommissa Felini interpretatione in d. c. licet causam, notabili 10. & Glossa ibidem, verbo, Alstrinxit; vetissimè dicendum est, ideo eorum testimonium admitti, nec sententiam retractari, quia quamvis iudicus Faventinorum plures testes produxisset, ad probandam exceptionem subornationis, tamen eorum dictis nulla, vel modica fides erat adhibenda, cum nonnulli damnatæ opinionis essent, alij verò sibi invicem contrariabantur; & cum Syndicus Faventinorum in probatione corruptionis defecisset, uti ex litera text. constat, ideo admittuntur; nam aliàs si probata esset, repellerentur; notat Abbas in d. c. licet num. 6.

Secundò obstat text. in c. statum 11. §. proferendo, de rescriptis, lib. 6. c. si testes, §. venturis, 4. q. 3. l. quoniam liberi, C. hoc tit. l. 26. in fine, tit. 16. par. 3. in quibus iuribus constat, posse testes pro ferendo testimonio pretium recipere. Cui difficultati dicendum est, iura illa procedere in impensis, & sumptibus factis à testibus ipsis, causa ferendi testimonium; quod mutuo compensari, ratio ipsa postulat; ne ex officio suo damnum sustineant, l. sed est quis, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. idemque 10. §. idem Labeo, ff. mandati, leg. si servus 61. §. quod verò, ff. de furtis, cum multum inter sit, an testis luctum capiet, vel damnum evitet, l. si. C. de codicillis, Hostiensis in praxi, n. 2. Ioan. Andreas n. 1. Bald. n. 2. Far. ubi sup. §. 7. n. 270. Donan l. quoniam 12. C. hoc tit.

- 5 Tertiò obstat text. in d. c. *statutum*, §. *insuper*. vers. *Nisi forte*. de *rescriptis*. lib. 6. ubi iudicibus est permittum munera recipere, hoc est, esculentum, & potulentum, l. 40. tit. 14. lib. 1. *Ordin.* quod expresse prohibet text. in c. *non licet*, 21. *quasi*. 3. c. *nulli*, 1. q. 1. l. 7. tit. 17. lib. 4. *Ordin.* ibi: *Ni viandas, ni otras vienas, ni cosas algunas*; &c. ergo si in d. §. *insuper*, iudicibus id permittitur, multo melius testibus permitti debuit; cum in iure valeat argumentum de iudice ad testem, ex *in iuris s. pra. adductu*. Sed dicendum est text. in *dist. 5. insuper*, procedere in iudice negotiato, quo in casu pro labore poterit post finitum delegato muneris illud recipere, iuxta text. in d. l. 40. tit. 14. lib. 1. *Ordin.* constarque ex illis verbis text. ibi: *Despues, que los debates fueron acabados*, notat Didacus Perez in d. l. 40.
- 6 Neque obstat text. in l. *Labeo* 3. §. 1. in *fin. ff. de arbitris*, ubi iudex arbiter sordibus corruptus, compellitur sententiam dicere. Omnino contrarium docet text. in l. 9. §. *sunt & alij, eiusdem tituli*. Nam multum differt, an iudex arbiter, vel testis sit corruptus, ut sic iudicet, vel testimonium ferat; an verò corruptus sit ut tantum testificet, vel pronunciet: nam primo casu loquitur text. in d. l. 9. §. *sunt & alij*, in secundo verò, text. in d. l. *Labeo*. §. 1. si quidem ibi forma testificandi, vel iudicandi, non est prescripta, Anton Fab. in *Rationali ad eundem textum*.
- 7 Quartiò obstat text. in §. *Legatarius*, *Instit. de testam.* ubi legatarij, qui lucrum ex hereditate capiunt nihilominus idonei testes reputantur. Cui dubio est verissime dicendum, quod quamvis legatarius testis idoneus non sit in causa particulari, hoc est in legato ipso: attamen legitimus dicitur in vniuersali, hoc est in ipso testamento, præcipue cum omnis suspicio cesset ex presentia Tabularij, & cæterorum testium, qui ad solemnitatem testamenti desiderantur, latè Pichard. Mynfingerus, & alij.
- 8 Quintò obstat text. *difficilis in c. sicut* 9. hoc tit. ubi sententia lata in causa matrimoniali, non retractatur, etiam si testibus corruptis sit prolata: si tamè res integra non est, hoc est si alter coniugum secundas nuptias contraxerit Cui dubio interpretationem Doctores reddunt, asserendo id procedere ex eo, quia cum solum sit primum matrimonium per iudicis sententiam, si aliud sit contractum tenet, quemadmodum si luctum ex causa iudicati repeti non potest, quamvis aliàs sit indubitum. l. 1. *ff. de conditione indebiti*, & ita primam partem *illius capitula* accipiendam esse opinatur Cuiacius in *posthumis*, ibi: & Hostiensis. Sed illius textus decisio ex nostri textus sententia indissolubilis reddatur: si quidem sententia falsis testibus pretio corruptis lata, non tenet: l. *domus* 37. de *re iudicata*, præcipue in causa matrimoniali, in qua eius sententia non transit in rem iudicatam. c. *latores*, c. *consanguinei* 11. de *sententia*, & *re iudicata*, tum etiam quia si loqueretur exinde posse aliquem vno, eodemque tempore plures vxores habere, contra c. *gaudemus*, cum vulgatis, de *divortijs*. Quare verius dicendum est, perpetuò posse agere ad revocationem sententiæ, si ex falsis testibus corruptis sit prolata, siue res sit integra, siue non, ex *dist. 1. deus*, de *re iudicata*, & ex rationibus supra adductis.
- Nec contrarium docet text. in d. c. *licet* 9. hoc tit. Quia tam in prima, quam in secunda parte asserit, secundum matrimonium adulterinum fuisse, cum primum constaret. Et clarioris doctrinæ gratia, eius hypothelisis sic se habet. Si duo legitimè coniuncti, ex causa consanguinitatis separentur; si testes post divortium affirmem se pretio corruptos falsum dixisse, tunc duo casus sunt distinguendi. Primus, quoties coniuges ad alia vota transferunt, in quo duplici pœna sunt puniendi testes, non solum propter falsitatem, & corruptionem, ut in *leor* 27. in *principio ff. ad l. Cornelianam de falsis*, verum etiam puniri debent propter adulterium, quod ob eorum causam fuit commissum ex secundis nuptiis constante primo matrimonio consummatis. Neque ex eo potest deduci, sententiam illam ex falsis testibus valere, imò potius constat revocari posse, cum secundum matrimonium non teneat, & adulterinum sit, & falsi testes de omni damno teneantur, notat Glossa ibi, verbo: *De-*

derat: Secundus casus est, quoties coniuges in eodem statu perseverant. Nam quamvis in eodem secundo casu sententia ita lata retractari debeat, tamen Pontifex a se ferit ad comprobendam testium corruptionem, ut coniuges restituantur, non sufficere, quod ipsinet testes, qui in causa divortij deposuerunt, affirmem corruptos deposuisse, sed an idonei testes ad probandam corruptionem desiderentur. Ratio est, quia testes illi semel pretio corrupti, iterum in nulla alia re idonei reputantur, iuxta textum in *cap. testimonium*, hoc tit. Neque obstat id, quod supra retulimus, videlicet solum ex causa iudicati non repeti, quia id provenit ex præsumptione, quæ ex vi sententiæ oritur, cum pro veritate habeatur; quæ præsumptio cessat in causa matrimoniali, ex *dist. cap. latores*, de *re iudicata*, cum legitime coniuncti ex divino præcepto, ab homine nequeant separari. Videte oportet ea, quæ inferius dicemus in *cap. accepimus* 4. de *fide instrumentorum*.

Sextò ad verus nostrum textum verbo, *Fideles*, ubi notant omnes, quod testes Catholicis esse debent, & Christianæ Religionis sectatores; non verò Infideles, vel Iudæi, cum id consentaneum rationi sit, ut qui Christi testimonio, & Ecclesiæ non credunt, digni fide non existimantur; & qui divina dogmata contemnunt, humani testimonij pondus perdidisse noscant, ut constat ex *cap. ipsa pietas*, in *principio*, 23. *quasi*. 4. c. *non potestis*, pagani 2. *quasi*. 7. Obstat videtur textus in c. *contra Christianos* 13. *cap. in fidei favorem*, de *hereticis*, lib. 6. In quibus iuribus constat testimonium Iudæorum contra Christianos, legitimè reputari. Huic difficultati dicendum est, id specialiter in *distis in iuris* admissum esse, propter fidei favorem; ideòque ad consequentias trahi non debere, Glossa magna, & Dominicus in *in d. cap. in fidei favorem*, in *principio*.

Septimò solutioni obstat textus in l. *quoniam*, in *fin. Cod. de hereticis*. Vbi abique fidei favore, hæreticorum testimonium in contractibus, & testamentis legitimè reputatur. Pro cuius difficultatis solutione, ommissa Glossæ interpretatione, ibi, quam sequitur Felinus in *cap. Iudæi* 21. hoc tit. num. 3. Mascardus de *probationibus*, conclus. 644. num. 11. dum asserunt, Iudæorum testimonium in contractibus, & testamentis in iudicio admitti, quoniam nihil deponunt; sed rei dumtaxat gerendæ interest; & Reipublicæ interest, ut probationum copia non extinguatur, sed ut commercia liberè exerceantur. Verissime tamen dicendum esse existimo ex nostri textus decisione, quod Infidelibus in iudiciis nullo modo sit danda fides, si deponunt de his rebus, de quibus in iudicio sit danda fides, siue in testamento, siue in contractibus. Nec contrarium docet text. in d. l. *quoniam*, in *fin.* quia tantum asserit, quod testimonia eorum, hoc est, instrumenta inter eos celebrata, siue in contractibus, siue in testamentis admittantur propter vilitatem necessarij vltus. Et ne probationum facultas extinguatur, ideòque in quacunque re in iudiciis ad testimonium non admittuntur, notat Bart. in *dist. l. quoniam*, *Cod. de hereticis*, Glossa in *presenti*, verbo, *Fideles*. Et quamvis ab aliquibus, hæc sententia sit recepta, tamen veriorum esse existimo, quam refert Cuiac. in *posthumis ad hunc text.* dum asserit aliam fuisse Concilij mentem, videlicet in verbo illo, *Fideles*, idem esse ac si dixisset, quasi omni fide præstantes viros, autoritate, & omni exceptione maiores exclusos, uti in eodem Concilio patet in *dist. cap. placuit*, 2. *quasi*. 5. ex quo textus nonnisi deductus fuit.

Octavo contra nostrum textum in vers. *Nisi ieiunus* ubi notant omnes necessarium esse, ut testes ieiuni deponant, hoc est, ut mane ante meridiem, scilicet absque esu & potu, propter memoriæ, & sensus periculum, testimonium profertant. Obstat dicere, quod tempus non privat sensu, nec impedit contractus, nec iuramentum, nec actus iudiciales, dummodo fiant ante noctem, *cap. consultus*, de *officio delegati*, ad *finem*, l. *notissimam*, *Cod. de transactionibus*. Qua in difficultate dicendum placet, quod verba nostri textus ibi.

Nisi ieiunus, non proponuntur ex ipsamet iuris necessitate, sed consilij tantum causa; cum honestum sit; ut testes jejuni testimonium exhibeant; idest nullo ante cibo potuque sumpto, *cap. honestum. 2. q. 3. Genesis 6. 6. cap. sacramenta, de consecratione, distinction. 1. cap. ut ieiunus, de consecratione, distinction. 5.* siquidem satur ita non discernit quid debeat, sicut jejunos: Glossa, verbo, *Epistola, in authen. de nuptijs, §. iucundum.* Tum etiam, quia jejuni majorem memoriam retinent, qua de causa in presenti, & in *cap. placuit, 2. q. 1. §. 5. q. 1. §. 5.* jejuni testes desiderantur propter honestatem; sed non idem minus illis credendum est, si post potum, & cibum testimonium proferant, Baldus, & Felinus post Glossam verbo, *Ieiunus*, in presenti: Farinacius *de testibus, quæstione 57. num. 434. Mascardus de probationibus, conclus. 579. num. 1.*

iudicium, vel luerum vnus, seu alterius partis testificant, necesse est, ut ad eorum receptionem partes citentur, ne alias priventur facultate obijciendi contra eos iustas exceptiones, quæ depositionis tempore opponi poterant. *ex parte 7. hoc tit. tum etiam, quia si non citato adversario, testes producerentur, in favorem producentis censerentur producti, & in odium alterius; quod non debet admitti, cum testes debeant utrique parti esse communes, c. non satis, 1. q. 5. d. authen. de testibus, §. ultimo. Quæ ratio, cum etiam in civilibus causis procedat, multo fortius militabit in nostri textus specie, vbi de criminali, & de Episcopi depositione agitur, iuxta text. in d. cap. in primis, 2. q. 1. dist. l. de servorum, §. ultim. in fin. ff. de penis, notant in presenti Panormit. num. 8. Felin. num. 9. Farin. plures referens, vbi supra, dist. quæst. 72. cap. 1. num. 81.*

Primo quilibet dicere, testes separatim, nullaque parte presente, secretè testificari debere, *c. venerabilis 52. hoc tit. l. nullum 12. C. hoc tit. constatque etiam ex illo Danielis testimonio. c. 13. vers. 51.* Ergo testes parte presente non debent testificari, cum tunc secretè non testificantur; tum etiam, quia si parte presente post didicita testificata iurarent, pars iterum alios contrarios testes produceret, *d. auth. de testib. §. illud, ergo rationi consentaneum videtur, ut testes secretè, & non presente parte testimonium proferant.* Verum hac in difficultate, ommissa interpretatione Bernardi in presenti, verb. *Audire*, verissime est dicendum, partem presentem esse debere in productione testium, & in juramenti exhibitione propter rationem supra adductam; non tamen in ipsa iuramenti relatione, vel probatione, ex rationibus in argumento adductis; itaque in primo sensu est interpretandus non sicut text. in verb. *Audire testes*, notant in presenti Panormit. Bald. & Speculator. Nec solutioni obstat text. in d. *auth. de testibus, §. fin. ex quo desumpta est auth. & si quis, C. hoc tit. ex quo constat partem presentem esse debere, & personaliter assistere, l. si ideo, §. ult. ff. de eversionibus, & testium dicta audire, c. fraternitatis, cum aliis, hoc tit. nam dicendum est, quod verba illa: *Audire testes iurantes, & audire attestaciones*, in prædictis iuribus, in eodem sensu accipi debent, quod est post testium publicaciones, non vero in tempore testificationis, in quo inest substantia causæ; notat Accursius in d. §. ult.*

Secundò obstat textus in *l. si postulaverit, §. quæstioni, ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, vbi in quæstione servorum in adulterij causa, partes presentes esse debent, hoc est reus, rea vè, & patroni eorum, seu defensores, qui Oratores dicebantur, & causam defendendam suscipiebant, Rosinus lib. 9. *antiquitatum Rom. cap. 14. versic. penult.* ergo partes, & accusatores in ipsa testium depositione interesse debent. Sed in hac controversia, ommissa sententia Baldi ibi, dicendum est, quod id speciali ratione in quæstione servorum constitutum est, ut partes sint presentes, ex illa *l. Julia, de adul.* quod idem fuit constitutum, quia huiusmodi crimen non solet committi sine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur, & propter criminis atrocitatem à iuris regulis receditur, quorum dicta absque aliis adminiculis fidem non faciunt, cum magis tendant ad criminis inquisitionem, quam ad ejus probationem, idem quoque economi, & defensores presentes esse debent in *l. si postulaverit 27. §. quæstione.*

Tertio obstat text. in *c. quoniam frequenter, ut lite non contestata*, vbi constat ad legitimam testium receptionem sufficere, quod post exhibita testimonia adversarius admoneatur; ergo non desideratur, ut tempore productionis, seu juramenti, pars sit presentis. Hinc autem difficultati ex eo satisfieri potest; quia licet regulariter, lite nondum contestata, testes non possint recipi ex *d. c. quoniam frequenter*, nec etiam parte absente ex nostri text. decisione, tamen si testes senes, vel valetudinarij sint, vel de eorum timeatur absentia, ita ut probationis inopia causa perire possit, tunc testes, absque litis contestatione, & partium citatione, admitti possunt, cum expediat ne probationum facultas coangustetur, *l. carent 12. ff. de*

Ad textum in cap. In nomine Domini 2. cap. Significavit 41. hoc tit. de testibus.

SUMMARIUM.

- 1 Testium receptio contra non citatum facta, est nulla.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Testes separatim secretè; nulla parte presente, testificari debent.
- 4 Adulterium committi non solet, sine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur.
- 5 Interpretatur textus in l. si postulaverit, §. quæstioni, ff. ad l. Iul. de adult.
- 6 Illustratur text. in cap. quoniam frequenter, ut lite non contestata.
- 7 Interpretatur textus in leg. 2. Codic. de naufragijs, libr. 11.
- 8 Expenditur text. in Clem. dispendio sam, de iud. Clem. 7. de verb. signif.
- 9 Filij nati ex secundo matrimonio, legitime celebrato in Ecclesia, etiam si primum exet, legitimi reputantur.
- 10 Interpretatur text. in c. perlatum 8. qui filij sint legitimi, cum alijs multis.
- 11 Sententia legis civilis in Pontificia lege relata, vim capit ab ipso Pontificio, non à Casareo iure.
- 12 Interpretatur text. in c. 2. de testib. vers. Lege noscendum est.
- 13 Expenditur text. in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. ad municipal.

CONCLUSIO

Testium receptio contra non citatum facta, est nulla. Consonat text. in *c. in primis, 2. quæst. 1. cap. tua, c. quoniam, ut lite non contestata: l. si quando 15. & auth. sed etsi quis, Cod. hoc tit. l. iudices 19. C. de fide instrumentorum, authen. de testibus, §. ultimo, l. in ser. vorum, §. ultimo, in fine, ff. de penis, tractant Farin. in praxi criminali, part. 2. tractatu de oppositione contra personas testium, quæst. 72. numer. 13. Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. cap. de citatione, à num. 26. Mascard. de probationibus, concl. 431. & 682. Don. in l. si quando, C. de testibus, à num. 18. & seqq. Idem ibi, 23. commentarior. cap. 2. vbi Osu. littera A. vbi plura de citatione, refert Pich. in §. fin. Instit. de pana temere litigantium.*

Ratio est, quia in vno quoque articulo, in quo de interesse alicujus agitur, is, cuius interest, temper citari debet, *dist. cap. in primis, 2. quæst. 1. cap. certe, cap. omnia, 3. quæst. 9. cap. 1. de causa possessione, & Clement. pastoralis, §. saterum, de re iudicata*; alias iudicium nullius momenti erit, Osu. vbi sup. Unde cum testes in præ-

testibus, l. C. de questionibus, cap. fin. de testibus cogendis, ubi latius dicemus.

6 Quartò obstat textus in lib. 2. Cod. de naufragiis libro undecimo, ubi una tantum parte presente in iudicio testes recipiuntur. Cuius textus difficultati dicendum est, illius decisionem singulari niti ratione: procedit enim in causis nauticorum, in quibus speciali ratione id concessum est; aiunt namque ibi Imp. nauicularios, dum publicas species vehunt, naufragij casum non prestare, si modò illum coram Præside Provinciæ intra annum contestentur, ex constitutione primæva: nam postea noviori constitutione fuit cautum, vt intra biennium possent, vt in l. vltim. eiusdem tit. sunt autem in huiusmodi causis requirenda duorum, aut trium nautarum testimonia, vel aliorum, si hæc deficient; quod expediri potest vna tantum parte presente, absque alterius citatione, cum in his controversiis, iuris ordo seruari non debeat; siquidem huiusmodi causæ, levato velo, & sine vilo strepitu, aut figura iudicij terminandæ sunt, dist. l. penult. Hieronymus Magius libro secundo, Miscellaneorum, cap. 13. & Cuiac. in dist. iis moribus.

7 Quintò solutioni obstat textus in Clement. dispendiosum, de iudiciis, Clement. sape, de verborum significatione, in quibus iuribus constat, quod etsi in causis ibi traditis iuris ordo non seruetur, & sine figura, aut strepitu iudicij procedatur; requiritur tamen partium citatio, & earum presentia, ad testium receptionem. Cuius serupuli facilis erit solutio: nam licet in causis de quibus in prædictis Clementis constitutionibus, requiratur partium citatio, & presentia, etiam si omitatur iudicij figura; id tamen non idem in naufragiis procedere debet, in quibus propter causas supra adductas, partium presentia non desideratur: quod singulari ratione admissum, & receptum fuit; siquidem si propter naufragium probationes deficient, comprobari id non posset, & iniuste nauicularij opprimerentur, quod non erat ferendum, iuxta regulam text. in d. l. i. Cod. hoc tit.

8 Sextò obstat textus in cap. Pe latum 8. qui filij sunt legitimi, in cuius specie divortij sententia lata fuit, auditis tantum mulieris allegationibus, viro autem absente; & tamen prædicta sententia in illa specie sufficit, vt proles ab eadem muliere, ex alio viro suscepta, legitima habeatur: ergo vnus tantum partis presentia sufficit, vt testes rite producantur, & iudicij acta subsistant. Verum huic difficultati ex eo fit iuris, quoniam ibi sententia divortij lata fuit propter absentiam mariti diuturnam; & licet nullius momenti extitisse, quia verè mortuus non erat, iuxta textum in cap. in presentia, de sponsalibus, cap. Dominus, de secundis nuptiis, Gutierrez libro secundo, practicarum, questione septima, & octava, valet tamen sententia ad eum finem, & effectum, vt filij ex secundis nuptiis primogeniti, legitimi fuissent; siquidem secundum matrimonium contractum fuit intercedente Ecclesiæ comprobatione, quod sufficit ad proles legitimationem, capite secundo, cap. quod nobis, qui filij sunt legitimi, ideoque in sententia divortij ordo fuit servatus, siquidem maritus absens erat, & fraudandæ mulieris causa contumax reputabatur; quo in casu sufficit, vt in domo ipsius citatio fiat, l. atque aliter, versic. Et si forte ff. quoniam vi, aut clam, cap. causam qua, sup. de dolo, & contumacia. Ita etiam est interpretandus textus in cap. tuam 3. de ordine cogn. cap. causam qua, qui filij sunt legitimi, cap. dudum 22. de election. cap. cum olim 12. de re iudicata, c. quoniam, s. porro, vt licet non contestata, Clementina, sape, de verbor. significat.

9 Septimò aduersus nostrum text. in vers. Lege noscendum est constitutionis novæ, &c. Ex quibus verbis denotare Pontifex videtur, aded ex lege Civili necessarium esse citationem, vt ea deficiente, actus sit nullus, ex dist. l. si quando hoc tit. ubi latè Donel. Obstat dicere, quod illius Authentica, & legum auctoritas sufficiens non videtur, cum in foro Ecclesiastico

non admittatur, iuxta textum in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitutionibus, cap. fin. de rebus Ecclesiæ. Cui dubio dicendum est, novum non esse, nec inuolens, vt Pontificij iuris conditiones in casuatum decisionibus, responsis à iure Civili petitis utantur; nam tunc non ex vi legis, sed ex vi iuris Pontificij auctoritatem sumunt, iuxta textum in capite primo, & secundo, de novi operis nunciatione, & ita est interpretandus textus in cap. in causis 15. cap. cum a nobis 28. infra hoc tit. capite secundo, de alienatione inuicij, capite primo, de iuramento calumnia, capite primo, cap. pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis, cap. si diligenti, de foro competenti, c. 2. de concessione prebendæ, cap. tuam, de panu.

Octavò obstat textus in l. 2. §. quod de fragmentaria, ff. de administratione rerum ad civitatem pertinentium, in cuius specie sententia contra absentem, & non citatum tenet. Cui difficultati respondendum est, textum illum tantum affirmare, sententiam contra absentem prolatam valere; sed non exinde colligitur, non fuisse prius citationem, imò potius citationem omnino interuenire præsumitur, iuxta textum in l. de vno quoque, de re iudicata, & ita est etiam interpretandus textus in cap. cum olim, de re iudicata. Plura de te. ium receptione, atque citatione recalamus supra, in cap. 1. & sequentibus, vt licet non contestata, vbi quæ hic deficient, peti possunt.

Ad textum in cap. Quoniam, 3. hoc titulo.

DE materia huius capitis agemas in cap. veniens 10. infra eodem.

Ad textum in cap. In omni negotio 4. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.
- 2 Ratio assignatur.
- 3 Correctio fraterna fieri debet hortando, reprehendendo, vel rogando. Quot testes in illo extraordinario iudicio correctionis fraterna desiderentur, ibi exponitur.
- 4 Intelligitur text. in cap. 4. de testib. versic. In omni negotio.
- 5 Duorum testium numerus potius, quam alius, in iure fuit designatus, quia ex illis brevius, & facilius veritas reperiri, & experiri potest.
- 6 Interpretatur illa Matthæi auctoritas, in capite decimo octavo. In ore duorum, vel trium, &c. quæ tantum minorem numerum testium, quam duo improbat, maiorem verò non reprobat.
- 7 Expenditur textus in cap. cum esses, de testament.
- 8 Illustratur textus in l. testium 14. Cod. de testibus.
- 9 Episcopi olim condemnari non poterant nisi septuaginta & duo testes intervenissent. Interpretatur text. in cap. 1. de appellat.

C O N C L U S I O.

IN ore duorum, vel trium stat omne verbum Idem deducitur ex Deuter. cap. 17. & 19. Matthæi capite decimo octavo, vers. 16. Ioannis, capite octavo, vers. 17. cap. veniens 10. cap. super eo 22. cap. licet unus vers. 23. cum

cum à nobis, hoc tit. cap. si testes, §. ubi numerus, 4. quaestione tertia, cap. fin. 35. quaestione sexta, l. ubi numerus, ff. de testibus, l. 3. Cod. de naufragiis, libro undecimo, illustrant Covarr. in cap. cum esset de testamentis, Mascard. libro secundus, de probation. quaestione quinta, numero 117. & conclus. 451. Petrus Magdalenus in tract. de numero testium, capite primo, numero primo, Fatinae. de testib. quaest. 63. cap. 5. Osual. ad Donel. lib. 24. cap. 19. & lib. 25. cap. 15. D. Balboa in cap. 2. de probation. conclus. 4. argumenti, num. 47. & seqq. Donel. in l. i. iur. iurand. 9. Cod. eodem, Morla in emporio tit. 2. quaest. 3. num. 10.

Ratio est, quia cum in iudicio actor affirmet, reus verò neget, & plus non sit credendum vni, quàm alteri; idèò cum de illis, aut de illorum iure, certa demonstratio haberi non possit, ex qua iudex recte possit iudicare, meritò iusta, & probabilis certitudo desideratur, quæ in multorum testimonio consistit, quæ multitudo non plurium, quàm in duorum, vel trium testium numero consistit, cum pluralis locutio duorum numero sit contenta, *dist. l. ubi numerus, dist. cap. si testes, §. ubi numerus*, notat Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 64. num. 31. Donel. ad titulum de testibus, fol. mibi 440.

Primo obstat dicere, quod si ratio supra adducta vera esset, sequeretur, quod præter actorem & reum, duo testes necessariò requirerentur; sed sic est, quod vnus tantum sufficit, vti constat ex prima nostri textus parte: ergo duos vel tres testes adhiberi non est necesse. Augèturque difficultas ex eo, quod nec Principis persona in vnicum testem admitti debet, DD. in l. nullus, ff. hoc tit. l. omnibus 10. Cod. eodem, & inferius dicemus in cap. licet vniuersis 23, hoc tit. ergo ex ratione supra adducta constat, in prima nostri textus parte, probabilem iudicij certitudinem vnicò testimonio fieri posse. Verùm his difficultatibus dicendum est, quod lege Evangelica Matthæi cap. 18. præceptum fraternæ correctionis fuit datum, vt fideles secretè corrigantur, cuius formula refertur in cap. si peccaveris, 2. quaest. 1. quæ admonitio fieri debet, vel hortando, vel reprehendendo, vel rogando, vt proximus ad meliorem fugam revertatur: & si transgressor peccati fuerit, & audire noluerit, vnus, aut duo adhibendi sunt testes, & si id non sufficiat, Ecclesiæ dicendum est, vt latè disputat Morla ubi supra, D. Thom. 2. 2. quaestione trigesima tertia, art. 2. & 6. Quare hoc supposito, distinguenda sunt iudicia ordinaria, & extraordinaria correctionis fraternæ lege Evangelica inductæ: nam in ordinariis duo testes extranei desiderantur, in hoc extraordinario sufficit vnus adhiberi, quia in hoc iudicio is, qui peccatorem admonuit, accusatoris, vel actoris vice in iudicio non fungitur, nec de crimine testificatur, sed de admonitione tantum, & cum ipse nullum sibi commodum expectet, sed de proximi emendatione sollicitus sit, meritò idoneus testis existimatur, & causa talis probata dicitur, vti animadvertit Cuiac. in posthumis ad nostrum textum.

Secundò contra solutionem obstant verba nostri textus, in versic. *In omni negotio, &c.* Ex quibus verbis constat, non tantum in staterna correctione, sed generaliter in omni negotio, & controversia solam principalem personam in testem admitti, etiam si actor sit, dummodo cum eo alius adhibeatur. Augeturque difficultas ex eo, quod verbum, *negotium*, litem, & controversiam significat, capite secundo, de iudiciis, c. deus, de verborum signific. Quibus difficultatibus, vt satisfacias dicendum est, quod verbum illud, *In omni negotio*, ad solam quaestionem denunciationis Evangelicæ debet referri. Primo, quia in confirmationem huius sententiæ, vtur Pontifex autoritate illa Evangelica Matthæi, cap. 18. quæ de correctione fraternata tantum est accipienda. Secundò constat ex textu in capite secundo, de consanguinitate, & affinitate, in 4. collectione, & eius integra relata ab Anton. August. in

prædicta 4. collectione, & à Cuiac. in posthumis ad nostrum textum.

Tertiò obstat dicere, nam si testes in iudicio desiderantur, vt probabilis veritas appareat, non videtur ad eam rem sufficere duo testes; nam duo sæpe falsum deponunt, vti constat ex 3. Regum cap. 21. idèòque in testamento scripto septem testes desiderantur, §. sed cum paulatim, Instit. de testamentis, l. hac consultißima, Cod. qui testamenta facere possunt, Osual. ad Donel. libro sexto, capite septimo, littera F. & in donatione causa mortis, & in divortio, Osual. plures alios referens ubi supra. Cui difficultati responderi debet, quod numerus ille duorum, vel trium testium accommodatissimus est, non quia infallibile sit, duos testes verum esse dicturos; imò potius contrarium apparet ex d. libro tertio, Regum, capite vigesimo primo, nec etiam, quod ex ampliori non sit magis secuta probatio; sed potius ex eo, quod numerus ille facilis sit inventu in omni negotio, ex duorum testimonio veritas manifestari solet.

Quartò solutioni obstat dicere, quod ea divina lege inspecta, lege humana ampliari non posset numerus testium; & tamen contrarium videmus in testamentis, in donationibus causa mortis, in divortijs, l. nullum 9. ff. de divortijs, & in purificatione Episcopi, cap. omnibus, in fine, 11. quaestione tertia, & in presbyteri, aut Diaconi, cap. si legitimi, 11. quaestione quinta, cap. placuit, §. hac 15. quaestione tertia, & in l. fin. Cod. si certum petatur, l. scripturas, Cod. qui potiores: & alios plures calus refert Speculator ad tit. de testibus, §. restituit, in principio. Cuius difficultatis nodus dissolvitur ex eo, quod divina lex non ostendit velle interdiceret probationem, neque coangustare illam, contra rationem textus in cap. fin. de testibus cogendis, sed tantum asserit illam probationem reiciendam omnino esse, quæ minori numero, quam duorum testium expeditur, Covarr. in dist. cap. cum esset, de testamentis, numero tertio.

Quintò solutioni obstat textus in dist. cap. cum esset, de testamentis, ubi constat consuetudinem Ostiensis Ecclesiæ improbari, cum septem, vel quinque testes exigat, quasi alienam à divina lege, quæ in ore duorum, vel trium stare omne verbum affirmat: ergo illa divina lex, non tantum adhiberi prohibuit minoremi numerum, sed etiam ampliorem coarctavit. Cui dubio respondendum est, quod in dist. cap. cum esset, forma præscribitur, quæ levati debet in testamentis in foro Ecclesiastico, & seculari, in Provinciis Romano Pontifici quoad temporalia subiectis, quæ forma in testamentis contra Casaream legem fuit admissa, vt testamentum coram parocho, & duobus testibus confectum valeat; quæ constitutio comprobatur sacre Scripturæ testimonio: & idèò non improbat consuetudo illa, quæ plures testes exigebat ex eo, quod divinæ legi contracta sit; sed potius, quia tendit contra generalem Ecclesiæ consuetudinem, quæ divina autoritate favente, iubet in foro Ecclesiastico prædictam solemnitate sufficere, Covarr. ubi supra, Fachineus libro sexto, controversiarum, capite quadragesimo septimo, Alciatus in cap. novit de iudiciis, numero quadragesimo septimo.

Sextò obstat textus in l. testium 18. Cod. hoc titulo, cui consonat text. in l. 28. & 32. tit. 16. parte tertia, ubi constat non aliter solutionem idoneè probati posse, quam si quinque testes adhibeantur: quorum decisio difficilior redditur ex eo, quia receptum est, duos testes contra instrumentum deponentes potiores instrumento esse, vti inferius dicemus in cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum. Deinde nam si ad probandam probationem duo testes sufficiant, dist. l. ubi numerus, l. vlt. ff. si certum petatur, eosdem adhiberi posse ad probandam debiti solutionem rationi consentaneum erit: cum promptiores debeamus esse ad liberationem, quàm ad obligationem: l. Arrianius 47. ff. de actionibus,

& obligationibus. Sed huic dubio responderi debet ad probationem solutionis necessario quinque testes desiderari, non tamen perpetuo, sed in illorum iurium specie tantum, cum scilicet quis damtaxat debitum in ipso solo instrumento voluit comprehendere; nam tunc duorum testium numerus non sufficit, sed quinque desiderantur, propter illam presumptionem, quae contra debitorem stat, cum non debitum, seu solutionem ipsam in ipso instrumento comprehendi promiserit; & verosimile est, quod si solutionem fecisset, aut instrumentum repertiisset, ne denuò pecunia exigetur, aut solutionis Apocham decepisset, per quam instrumenti fidem conuelleret; quod cum omisum fuerit, solutio facta non praesumitur, Donel. in d. l. Testium 18. Cod. hoc tit. Farinac. d. tract. de testib. cap. 5. num. 246.

9 Septimò obstat textus in cap. Praesul, cap. nullum, 2. quaestione quinta. Quibus cavetur, Episcopum, non aliter damnandum, quam per testimonium 72. testium, Presbyterum per 64. Diaconum per 27. Subdiaconum, Lectorem, & similes per 7. quae decreta confirmata sunt in constitutionibus Caroli Magni teste Cuiac. libro decimo septimo, observat. capite nono, ergo ad condemnationem, non sufficit numerus duorum, aut trium testium, Augeturque difficultas ex eo, quod in cap. 1. eiusdem quaestione, in causis criminalibus numerus duorum, vel trium testium sufficit. In qua difficultate, omiſſa interpretatione Gratiani in dict. cap. nullus, versicul. Sed hoc, quam sequitur Farinacius in dict. cap. 5. num. 244. verissime est dicendum; decreta olim in usu extitisse, ut sic non aliter Episcopi, Presbyteri, & similes ab Ordine removeri possent, cum id expediret, ut huiusmodi conditionis homines non facile damnarentur; quod omne ex nostri textus decisione, & similibus, postea desijt observari, cum Praelatorum causae etiam graviores, duorum aut trium testium numero, iam hodie discuti possint, Iulius Clarus in practica criminali §. fin. quest. 66. versic. Debet etiam scire, Cenedus collectanea 22. ad Decretum, in dict. cap. Praesul.

10 Octavò obstat textus in capite primo, de appellationibus, ubi ad hoc quod novata post appellationem recindantur, non sufficit numerus duorum testium, sed simul cum illis fama loci desideratur. In quo dubio omiſſa Alexandri, & Panormitani sententia ibidem, verissime dicendum esse existimo, quod idè ibi loci fama simul cum testibus desideratur, quia testes illi non integrè concludunt novata, ita post appellationem fuisse facta; & cum adhuc causa illa dubia remaneret, iusta de causa ad maiorem eius expositionem, & declarationem loci fama requiritur, ut inferius in eodem capite dicemus: & plura de nostri textus sententia agemus infra, in cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum.

Ad textum in cap. Insuper 6. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Pralatus, & Clerici, qui Ecclesia causam non procurant, testificari possunt in ea.
- 2 Singuli de universitate testificari possunt in causa universitatis.
- 3 Expenditur textus in cap. tuis quaestionibus 39. de testibus, versicul. In causis propriis procedere, &c.
- 4 Testes domestici idonei testes non reperiuntur.
- 5 Testes de universitate in eius causa, etsi à testimonio non repellantur, tamen idonei, & omni exceptione maiores non dicuntur.

- 6 Expenditur textus in cap. veniens, 38. de testibus.
- 7 Interpretatur textus in cap. etsi Christus, versicul. Praesenti gratia indulgemus, de iureiurando.
- 8 Procurator in eadem causa legitimus testis non dicitur.
Expenditur text. in cap. insuper, in eius summa, & in versic. Dummodo, de testibus.
- 9 Interpretatur text. in cap. 1. de donation. cap. edoceri, de rescript.
- 10 Illustratur text. in cap. super prudentia 1. versicul. Ceterum 14. quaest. 1. textus in l. fecit 18. §. decieverunt. ff. de iure fisci.
- 11 Testes singuli de universitate in causis criminalibus, tanquam suspecti repelluntur. Intellige ut supra num. 5.
- 12 Expenditur text. in cap. tertio loco, probat. cap. 1. de postulando.

C O N C L U S I O.

Pralatus, & Clerici, qui Ecclesia causam non procurant, testificari possunt in ea, iuxta textum in cap. cum in cunctis 12. cap. tuis quaestionibus 39. cap. nuper 51. hoc nostro titulo, cap. ult. eodem libro sexto, cap. tertio loco §. de probationibus, capite primo, decimo quarto, quaestione secunda, cap. ratio nulla, de praebendis, cap. Episcopus, §. qui manumittitur, 1. 2. quaestione secunda, l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divisione, l. sed etsi hoc, §. qui manumittitur, ff. de in ius vocando. l. 18. tit. 16. parte tertia, defendunt Menochius de arbitrariis, libro secundo, caso 116. Mascardus de probationibus, conclus. 295. & 366. 318. 1358. & 1416. Covarr. in practico, capite decimo octavo, numero quarto, Rebuff. de probatione testium, num. 571. Thom. Sanchez in praecipua Decalogi, tom. 2. libro sexto, capite decimo tertio, num. 102. Caldas Pereira de emption. & vendition. capite vigesimo primo, numero decimo sexto, Farinac. in praxi criminali, quest. 60. num. 450. Socin. regul. 519. Menchaca libro secundo, controversiar. cap. 13. Donel. in l. omnibus, C. hoc tit. Idem libro decimo quinto, capite secundo, Osual. ad eundem dict. librum vigesimum quintum, capite decimo, litera D. Balboa in dicto cap. tertio loco, de probationibus.

Ratio est, quia singuli de universitate testificari possunt in causa ipsius universitatis, dict. cap. tertio loco, de probationibus: & ratio rationis est; quia tunc non agitur de re singulorum, sed universitatis tantum: nam ea, quae universitatis sunt, non sunt singulorum, dict. l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divisione, nam quae Universitati debetur, singulis non debetur, l. fienti, §. 1. ff. quod cuiusque universitatis: merito cum Praelati in causa propria, non censentur iurare, & edictum de testibus prohibitorum sit, l. 1. §. primo, responsio, hoc tit. & cum specialiter singuli de universitate non sint prohibiti, iuste in causa universitatis admittuntur, Gloſſ. 3. in capite primo, de testibus, Menochius lib. 1. de arbitrariis, quest. 27. Mascardus conclus. 310. numero 4. Farinac. 2 tom. tit. 6. quest. 53. Duatenus ad titulum de testibus, cap. primo.

Primò obstat textus in cap. tuis quaestionibus 39. hoc tit. ubi causa universitatis, Ecclesiae, seu Monasterij, censetur propria singulorum universitatis, cum ex qua cumque Ecclesiae causa commodum, vel incommodum ad illos pertineat, l. 1. §. dies, versic. In propria causa, ff. quando appellandum sit, cap. viduum, versic. Palam, 2. quaestione sexta, & cum nemo in propria causa testis idoneus sit, l. nullus, ff. de testibus, l. omnibus, Cod. eod. dicendum videtur singulos de universitate in causa universitatis, tanquam in propria non esse admittendos. In qua difficultate asserendum est, quod ut supra diximus, causa universitatis, non est propria singulorum. Neque obstat verba textus in dicto cap. tuis quaestionibus, ibi: In causis propriis producere, &c. Quia non debent

debeant intelligi, ita vt proprie causæ illæ Monachorum appellentur, provt singuli sunt; sed singulorum, provt vniuersi sunt, ad quos, tanquam ad vniuersum tantum commodum spectat, qua de causâ à testimonio illo non repelluntur, quemadmodum legatarius, non repellitur in causa vniuersali ipsius testamenti, quamvis ex testamento commodum percipiat, §. *legatarij*, *Instit. de testamentis*. Neque solutioni obstat textus in *l. fin. ff. hoc tit. cap. quosies §. hoc eodem titulo*, vbi testis, non dicitur legitimus, qui commodum ex causa expectat: quia iura illa procedunt, cum commodum directè pertinet in particulari ad singulos testes: textus verò noster loquitur, quando commodum, vel damnum directè respicit ad ipsam Ecclesiam, vel vniuersitatem, cuius nomine actum est (licet per accidens iure secundario ad singulos de vniuersitate commodum redundet) quo in casu, in causa ipsius vniuersitatis non repelluntur, ex iuribus, & rationibus supra adductis.

Secundò obstat textus in *l. penult. ff. hoc tit. l. 3. Cod. eodem, cap. in iuris 24. hoc nostro titul.* vbi familiares testes, quasi minus idonei ad testimonium non admittuntur, sed singulares Clerici domestici, & familiares ipsius Ecclesie, vel vniuersitatis appellantur, cum sint de eadem domo, & familia, *capite primo, decimo quarto, questione secunda*, ergo in causa Ecclesie admitti non debent. Quod argumentum ex eo dissoluitur, quia iura supra adducta procedunt in testibus domesticis, quibus ratione patriæ, vel dominicæ potestatis imperari potest, vt testimonium dicant: secus verò est dicendum in illis, qui non dominicæ potestatis, sed lato modo Domestici appellantur, quales sunt Monachi, vel Canonici, de quibus noster textus loquitur, notat *Glos. in dict. capite primo, decimo quarto, questione secunda*, Antonius Gabriel *in tit. de testibus, conclus. 10. numero 2.*

Tertiò obstat dicere, quod adhuc Clerici, vel Monachi censentur habere aliquam affectionem, propter interesse, quod eis iure secundario peruenturum est; quare admittendos non esse ratio ipsa postulat. Sed huic scrupulo dicendum est, quod id non sufficit, vt à testimonio repellantur, siquidem illa levis suspicio per iuramentum testis auferatur, cum verisimile non sit, singulos de vniuersitate periuos esse, propter vniuersitatis iura, siquidem id, quod commune est, facile contemnitur, *l. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars, libro decimo*; nam licet illa suspicio sit sufficiens, vt testes illi non sint omni exceptione maiores, non tamen sufficit, vt à testimonio repellantur, cum aliud sit querere, an singuli de vniuersitate in causa vniuersitatis admittantur in testes, an vero idonei dicantur, & omni exceptione maiores, D. Balboa *in d. cap. 5. de probationibus, num. 24.*

Quartò obstat textus in *cap. veniens 38. hoc titulo*, vbi Canonici datur facultas testificandi in causa electionis, & assignatur ratio: quia gesta in Capitulo per alios, quam per Canonicos probati non possunt: ergo à contrario sensu, aliis testibus existentibus, Canonici in causis Ecclesie admitti non debent. Cui dubio responderi debet, quod Pontifex ibi non adducit eam rationem ad excusandum testimonium Canoniorum in causa Ecclesie, siquidem ibi Canonici, testes non erant in causa Ecclesie, sed in causa electionis inter duos contententes super Decanatu: tendit ergo ea ratio ad hoc, quod absolutio ad cautelam concedatur Canonici excommunicatis, vt possent esse testes, iuxta textum in *cap. decernimus, de sententia excommunicatis, lib. 6.* Anton. Gabriel *tit. de testibus, conclus. 18.* Covarruias *in cap. alma mater 1. part. 16. 7. num. 7.*

Quintò obstat textus in *cap. etsi Christus, de iuramento*, vbi singuli de vniuersitate Ecclesie, seu Capituli, legitimi testes non reputantur, siquidem in versiculo illo, ibi: *Presenti pagina indulgemus, &c.* Constat aliter indulgeri non posse, vt Monachi in causa

sua Ecclesie testificarentur, nisi aliis testibus deficientibus: ergo si ex indulgentia id permittitur, malè in presenti à iure communi constituitur. Cui dubio respondendum est, verbum illud de quo in *dicto cap. etsi Christus*, non significare aliquam novam gratiam, seu concessionem, sed tantum ad libitum consensum, seu complacentiam demonstrare, quasi sensus sit, *Indulgemus*, id est facile consentimus, notat Augustinus Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto capite etsi Christus, numero sexto*, D. Balboa *in dict. cap. tertio loco, num. 33.*

Sextò aduersus nostrum textum in versicul. *Quorum testimonium*, &c. vbi notant omnes, quod Religiosus Procurator constitutus ad testimonium non admittitur, *l. final. hoc titulo, cap. vltimo, eodem titulo, libro septimo*, siquidem procurator ad defendendum constituitur propter causæ victoriam, & affectionem, præsumitur suspectus; obstat dicere, quod contrarium est decisum in summa nostri textus in versiculo, *Idem Priori, &c.* ex cuius summa manifestè constat, Prælatum ad testimonium admitti in causa suæ Ecclesie, & tamen Prælatum semper procurator suæ Ecclesie dicitur, iuxta textum in *capite secundo, de donationibus, cap. Educere 21. in fine, de rescriptis*: ergo vel prima, vel secunda nostri textus pars suscipi non potest. Sed huic considerationi respondendum est, quod aut ipse solus Prælatum procuratorem constituit, absque approbatione suæ Communitatis pro defensione rei suæ Ecclesie debite, aut procuratorem constituit simul cum consensu Communitatis; in primo casu, nullo modo ad testimonium admittitur, & ita obtinet textus noster, in versicul. *Dummodo*, quia tunc tanquam principalis actor, & procurator reputatur, & ita inhabilis ad testimonium redditur, iuxta textum in *dict. cap. final. hoc titulo, libro sexto, l. finali, ff. eodem*; secundo verò casu rectè admittitur, sicuti alius quilibet de Communitate: nam tunc Superior, sicut alius quilibet particularis de Communitate reparatur; & ita obtinet summa, & prima nostri textus pars.

Neque prædictis obstat textus in *dict. capite secundo, de donationibus, cap. Educere, de rescriptis*. Quia iura illa non debent intelligi de proprio procuratore, de quo textus noster in *secunda parte* loquitur, sed tantum loquuntur in procuratoribus, hoc est in Prælati, qui procuratores appellantur, vt res Ecclesie detrimentum non patiantur, inter quos plurima est differentia.

Neque obstat textus in *cap. super prudentia 1. 4. 10 questione secunda, versiculo, Ceterum*, ex quo constat, potissimum assumendos esse testes illos, qui negotia tractauerunt: ergo & procuratores admitti debent, cum melius causam agnoscant. Quia textus ille non debet intelligi de tractatu Advocati, vel procuratoris, de quibus in *presenti*, & in *dict. l. finali*, sed de tractatu Capitularium, seu Fratrum electorum eiusdem Ecclesie, de quo tractatu rectè, & magis propriè ab illis testimonium exigitur, cum magis instructi, & informati sint, *dict. cap. tertio loco, de probationibus*.

Neque etiam obstat textus in *l. deferre 18. §. decreverunt, ff. de iure fisci*, vbi procurator in eadem causa interrogatur. Quia textus ille non loquitur de interrogatione facienda procuratori, tanquam testi, sed tanquam parti: nam quemadmodum pars, ita etiam eius procurator, si mandatum ad id retineat, interrogari potest, *capite secundo, de confessis, libro sexto, l. non solum, in principio, ff. de procuratoribus*, *Glossa, verbo, interrogari, ibidem*.

Octavò obstat textus in *cap. super prudentia, 1. 11 questione secunda, iuncto versiculo, Sed distinctio*, in exordio ipsius questionis, ex quo constat, quod singuli de vniuersitate non admittantur ad testimonium in causis ipsius vniuersitatis. Cui difficultati dicendum est, textum illum limitari in criminalibus causis, in quibus singuli de vniuersitate suspecti, & inhabiles reputantur. Ratio est, quia in criminalibus requiruntur

ut testes, & probationes dilucidæ; iuxta regulam textus in l. final. C. de probationibus, Abbas in præsentî, num. 3. Felinus num. 4. Rebuffus de reprobatione testium, num. 582.

12 Nondò solutioni obstat textus in cap. tertio loco, de probationibus, ubi singuli de Universitate sunt admissi ad testimonium in falsitate instrumenti oblato. Cui dubio responderi debet, quod ibi non tractatur principaliter de causa criminali, sed solum de civili, nempe utrum alienatio rei fuerit facta per Capitulum, licet consequenter ex illorum depositione falsitas instrumenti arguatur. Neque obstat textus in capite secundo, de postulat. in illis verbis: *Abbate nihilominus imperante, &c.* Ex quibus verbis cum præcedentibus iunctis constat, Religiosum in quacunque causa testimonium dicere non posse, sine licentia sui Superioris: quia id non obstat, cum ita observetur ex eo, quod Religiosi nullam voluntatem habere præsumuntur, nisi Superioris autoritas intercedat, cap. Monachi 2. 16. questione prima, cap. Religiosus 27. de electione, libro sexto, atque etiam deficiente Superioris licentia, voluntas Religiosorum deficere videatur, & idè abique eius licentia testimonium in iudicio proferte nequeunt.

Ad textum in cap. Ex parte, hoc titulo.

DE materia huius textus plura agemus in cap. primo, de exceptionibus.

Ad textum in cap. Si qui testium, 8. hoc titulo.

DE hoc capite latè disputabimus ad titulum, de testibus cogendis.

Ad textum in cap. Sicut, 9. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Testibus contrarium illius, quod antea dixerant, deponentibus non est credendum.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Testes contraria deponentes, tanquam periuri puniri debent.
- 4 Interpretatur textus in l. si postulaverit, §. sed si negaverit, ff. ad l. Iul. de adulter.
- 5 Illustratur text. in cap. accusatus 8. §. licet, de hæreticis, lib. 6.
- 6 Confessionis revocatio admittitur, cum erronea est, nec præiudicat, sive in tortura, sive ex intervallo fiat.
- 7 Actio realis, & personalis, tanquam contraria simul concurrere non possunt. Intellige ut ibi.

C O N C L U S I O.

1 **N**on est credendum testibus deponentibus contrarium illius, quod antea deposuerant. Consonat textus in cap. licet causam 9. versicul. Quamquam, cap. per tuas, de probationibus, cap. præterea 7. in fine, de testibus cogendis, cap. literas 14. ubi Glossa, verbo, Purgavit, de præsumptionibus, cap. accusatum 2. §. licet, de hæreticis, libro sexto, cap. nihilominus, §. questione nona, cap. si testis, §. item falsum, 4. questione tertia, cap. cum in, 16.

hoc titul. cap. periculoso, de penitentia, distinctione prima, cap. nihil 7. de verborum significat. l. si quis in gravi 3. §. 1. ff. ad Silvanianum, l. ubi repugnantia, ff. de regulis iuris, l. qui falsus, ff. de testibus, l. eos, in princip. ff. de falsis, l. cum precium, ff. de liberali causa, l. nemo, ff. de regulis iuris, cap. mutare, eodem titul. libro sexto, tractant Antonius Pichardus in §. quadam actiones 20. numero 3. Institut. de actionibus, Idem in §. familia 4. Institut. de officio iudicis, Petrus Pechius in ditto cap. mutare, de regulis iuris, libro sexto, Speculator in titul. de testibus, §. 1. num. 71. Alciatus de præsumptionibus, regul. 1. præsumptione 25. numero quarto, Surdus decisione 326. num. 90. Decius consilio 429. numero decimo septimo, Castillo de coniecturis ultimarum voluntatum, cap. 111. numero decimo septimo, Felicianus de la Vega in cap. cum non ab homine, de iudiciis, numero octavo, & 70. Bonel. libro vigesimo septimo, commentariorum, capite septimo, Osuald. ibi litera C. Idem libro vigesimo septimo, capite nono, litera L. & libro vigesimo quarto, capite decimo septimo, litera G. Azevedo in leg. secunda, titulo octavo, libro quarto, Recopilationis, numero quarto, Stephanus Gratianus disceptationum Forensium, cap. 191. numer. nono, Mascardus conclusione 359. numero trigesimo secundo, & conclusione 454. numero decimo, conclusion. 1311. numero sexto, & 37. latè Fatiniacius in praxi criminali, parte prima, quest. 45. numero primo, Covarruias libro secundo, variarum, capite decimo tertio, numero septimo, ad finem, Menochius de arbitrariis, casu 108. numero vigesimo primo, & casu 99. numero vigesimo, & casu 109. numero decimo nono.

Ratio quare testis non potest recedere à testimonio, quod prius in iudicio præstitit, ea est; quia in iudicio contraxisse videtur, cap. factum, de regul. iuris, libro sexto, l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio, & cum à contractu semel facto non receditur, l. sicut, Cod. de actionibus, ita quoque non licebit recedere à testimonio, quod in iudicio semel præstitum fuit, cum ex primo testimonio sit ius parti quæsitum, & ut virtute illius à iudice sententia proferatur, iuxta regulam textus in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio Præsidis, Covarruias libro primo, variarum, capite primo, in principio, quod ius sine ipsius consensu, auferri non potest, l. id nostrum, ff. de regul. iuris, meritò in eius detrimentum testimonium mutari non debet, l. nemo, ff. de regul. iuris, cap. mutare, eodem tit. libro sexto, præsertim cum data contrarietate, necessario, ut textus noster asserit, testis convictus remanet de periurio.

Primò obstat dicere, in præsentî testes deposuisse de sua correctione, & ita de facto proprio, ut constat ex illis verbis: *Se corruptos dicunt, &c.* Sed testificantis de proprio facto credendum est, iuxta textum in l. quaro, §. ultimo, ff. de adilitio edito; ergo & in præsentî, testes, tanquam de proprio facto deponentes, admittendi sunt. Augeturque difficultas ex eo, quod textus noster iubet testibus propter periurium imponendam esse penitentiam, ex illis verbis: *De periurio penitentia inducatur, &c.* Quæ penitentia, non esset imponenda, nisi posteriori testium dicto crederetur, cum de periurio non constitisset, nisi posteriori testimonio stetur. Tum etiam, quia data contrarietate, testes de falso conveniendi sunt, iuxta textum in l. eos 27. ff. de falsis. Sed his obiectionibus facilè satisfieri poteris, si dixeris, quod licet testes contraria deponentes periurium committant, & uti tales poena falsi puniantur, & ad id eorum testimonium admittatur; id tamen procedit respectu ipsius testis, qui sibi ipsi nocere potest, non verò respectu partis, cui ex priori testimonio ius iam quæsitum erat, quod, ex rationibus supra adductis, sine ipsius voluntate auferri non potest, Covarruias libro secundo, variarum, cap. 3. numero octavo, apud medium.

Secundò obstat textus in l. si postulaverit, §. sed si negaverit, ff. de adulteriis, ubi constat posteriori testimonio standum esse, non priori: sed responderetur, textum illum loqui de posteriori testimonio, tormentis adhibi

adhibitis, exacto: nam tunc secundo testimonio est credendum. Quod tamen verum est, quando quis non de se ipso, sed de altero tantum testificatur responderit: secus tamen dicendum est, ubi de se simul, & aliis, aut in propria, & aliorum causa quis testificatur, quia tunc priori testimonio standum erit, etiam si postmodum ex intervallo contrarium à Iudice tutus dixerit; notat Covarruias dicto libro secundo, variarum, capite decimo tertio, numero octavo, apud finem.

Tertio obstat textus in cap. accusatus 8. §. licet, de hæreticis, libro sexto, ubi deciditur standum esse posteriori responsioni in iudicio ex intervallo exhibitæ, etiamsi prior omiſsa fuerit cum iuramento. Verum huic difficultati satisfieri potest ex eo, quod Doctores omnes communiter affirmant, id ibi specialiter permissum esse in causa hæresis, vt data repugnantia in duplici testimonio in causa hæresis, non priori, sed posteriori standum sit; notat Glossa ibi, verbo: Postmodum, Dominus numero tertio, Ancharranus numero secundo. Verum hæc interpretatio convincitur ex eo, quod ex communi Doctorum sententia in cap. testimonium, de testibus, nec perituri in causa hæresis admittuntur, præcipue, quia si in cæteris criminibus retractatio illa non permittitur, multò fortius in causa hæresis admitti non debet; cum ea magis considerabile reputetur præiudicium, præcipue cum nemini permissum sit, ex intervallo à testimonio retrocedere, aded quod posterius dictum invalidum remaneat, cap. præterea, de testibus cogendis: quare verius dicendum est, non ita simpliciter in causa hæresis id esse permissum; sed tum demum, cum ex manifestis indiciis apparuerit, non animi levitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ suum velle corrigere testimonium, vt ipse textus probat, & eruditè animadvertit Covarruias libro secundo, variarum, capite decimo tertio, numero nono, in fine, sicque fidei favor non militat in eo, quod perituri in causa hæresis admittuntur, sed in eo, quod in causa hæresis testimonij correctio non repellatur, intervenientibus coniecturis supra traditis, quæ ad illum effectum requiruntur: ex quibus deducitur, decisionem textus in dicto cap. præterea, tantum limitari, per decisionem textus in dicto §. licet, non verò per decisionem textus in dicto cap. testimonium, de testibus.

Quarto obstat textus in l. prima, §. si quis ultro, ff. de questionibus, iuncta Glossa, verbo, Perseverante, ubi constat, delinquentem posse confessionem à se factam revocare; quæ revocatio aded permittitur, vt si fiscus fiet, esset reo denegare defensionem. Sed respondetur, quod quatenus in dicto §. si quis ultro, revocatio confessionis admittitur, id tamen intelligi debet, cum confessio ipsa erronea est, non verò & e contra; nam dato errore, sive confessio fiat in tortura, sive extra, non præiudicat, etiamsi ex intervallo fiat, cum error omnem consensum excludat, l. consensisse 2. ff. de iudiciis, l. si per errorem 15. ff. de iurisdictione omnium iudicium, Farinacius tertia parte praxis criminalis, questione decima octava, capite nono, num. 315. & plura de hac re inquirere oportet ex his, quæ inferius dicemus in cap. accepimus 4. cap. imputari 13. de fide instrumentorum, capite primo, de sententia, & re iudicata, & supra diximus in capite primo, hoc titulo, & in cap. licet causam, de probationibus, & de consilij mutatione in alterius præiudicium plura refert Petrus Pechius in cap. mutare, de regul. iuris, lib. 6.

Quinto obstat dicere, quod ille, qui agit familie hærescundæ, communi dividundo, finium regundorum iudicio, vt §. si familia 4. §. si finium regundorum Instituit, de officio iudicis, contraria prorsus agere videtur, & nihilominus auditur; agit contraria, quia quatenus actione reali rem petit, agit adversus eum, qui nullo modo obligatus est, §. omnium Instituit, de actionibus, & quatenus intendit, cohæredem, & similes in præstationes personales condemnari, agit cum

eo, qui obligatus est, vt constat ex dicto §. familia. Agitur contraria allegat, cum dicat adversarium obligatum esse, & obligatum non esse; & sic petens in illis tribus iudiciis, audiri non debet, cum actio personalis, & realis, tanquam contrarie, concurrere non possint, siquidem realis datur adversus eum, qui possidet rem, & obligatus non est; personalis verò adversus eum, qui non possidet, sed ex contractu obligatus est, §. omnium Instituit, de actionibus.

Cui difficultati satisfacere si dixeris, actiones illas familie hærescundæ, finium regundorum communi dividundo, mixtas esse, in rem, scilicet, & in personam, iuxta textum in §. quedam actiones 20. Instituit, de actionibus, cum simul res, & præstationes personales contineant, & in his tribus actionibus uterque vicem Rei, & Actoris retineat, cap. ex literis 3. de probationibus, ubi diximus; & quamvis neuter possideat, actio realis competit, cum uterque rei suæ dominium postulet, l. inter cohæredes 44. §. qui familia, ff. familia hærescunda, cum traditis ab Anton. Pichard. in dicto §. quedam 20. numero undecimo, & in dicto §. familia, cum similibus, Instituit, de officio iudicis. Donel. libro decimo nono, capitul. 2. Osald. ibi littera G. Anton. Faber libro 20. coniectur. cap. 10.

Ad textum in cap. Veniens 10. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Socius criminis, & muneris, non testificat, etiam in crimine simonia.
- 2 Simili morbo laborans à testimonio repellitur, cum sua intersit delictum socij celare, vt liber maneat.
- 3 Remissivè expenditur textus in cap. 1. de testibus, libro 6.
- 3 Interpretatur textus in capit. licet 21. de Simonia.
- 5 Socij criminis in atrocissimis delictis, veluti in accusatione falsa moneta, furti famosi, lese Maiestatis, & similibus, interrogantur de socijs, & receptatoribus, licet integra fides eis non præstetur.
- 6 Socij criminis in accusatione Senatus Consulti Silariani de mandatore interrogantur; nam in illo crimine famosi, & ceteri de familia interrogantur de mandatore, cum tale delictum frequenter cum mandatore perpetrari soleat.

C O N C L U S I O.

Socius criminis, & muneris, non testificat, etiam in crimine Simonia. Idem probat textus in cap. personas 20. hoc titulo, capite primo, de confessis, cap. cum Ecclesiastica, de exceptionibus, cap. causam qua, et secundo, de iudiciis, cap. indicet, cap. sine peccato 30. 3. questione septima, cap. fin. 15. distinctione, cap. literis, §. item liberi, 4. questione tertia, l. si filium, Cod. de liberali causa, l. sicuti, Cod. de questionibus, l. fin. Cod. de accusationibus, l. i. §. cum latrones, ff. de questionibus, l. quoniam liberi, Cod. de testibus, defendunt Cardo in praxi Iudicium Advocatorum, verbo, Testis, numero vigesimo octavo, Miranda de ordine iudiciorum, questione vigesima tertia, articulo septimo, conclusione 1. Menochius de arbitrariis, casu 474. numero decimo tertio, Idem consilio 378. numero quarto, Mascardus de probationibus conclusione 1311. & 1317. Cravallos communium contra communes, questione 280. Morla in Empario, titulo undecimo, in præludio, numero septuagesimo nono, Rebuffus de reprobatione testium, numero 483. Donel. in l. omnibus 10. & 11. Cod. de testibus, Idem libro 25.

commentariorum, capite undecimo, in fin. Decius consilio 342.

2 Ratio est, quia simili morbo laborantes à testimonio repelluntur: nam is qui criminofus est, alium accusare non potest, cum in eadem causa suspectus dicatur, cap. personas 20. hoc titulo, & sua inter sit delictum socij celare, vt is liber remaneat; & si confessus fuerit crimen, non debet interrogari de aliorum conscientia, cum ex confessione illa, iam sit infamis, vilis, ac suspectus, dicto capite primo, de confessis, Ancharranus consilio 189. Mascardus de probationibus, conclus. 1327. numero primo, Donel. in l. testium 18. numero octavo, & nono, Cod. hoc tit. Idem in l. quoniam 11. num. 11. C. eodem, & plura de hac re diximus in cap. 1. de confessis.

3 Primò obstat textus in capite primo, hoc titulo, libro sexto, vbi socius criminis simoniz admittitur ad testimoniam. Pro cuius dubij solutione, ne inculcare videamus ea, quæ scripta sunt, videri oportet, quæ supra diximus in dicto capite primo, de confessis, in primo, secundo, & tertio dubio; quæ omnia omnino hic sunt repetenda.

4 Secundò obstat textus in cap. licet 21. de simonia, vbi similiter socij testes, etiam in crimine simoniz ad accusandum, & testificandum admittuntur. Pro cuius dubij solutione, distinctio est adhibenda, an agatur de simonia crimine civiliter, vel criminaliter: nam in primo casu socius admittitur, & ita interpretari debet textus in dicto cap. licet 21. secus si criminaliter, vt in presenti, & in dicto capite primo, hoc titulo, libro sexto.

Neque obstat textus in cap. sane, 15. questione tertia, vbi generaliter omnes admittantur ad accusandum in crimine simoniz: ergo & ad testificandum: quia aliud in testificatione, aliud verò in accusatione observari debet: nam in testificatione non admittuntur simili morbo laborantes, quia tota vis litis consistit in testificatione; secus in accusatione, vbi dispar ratio vertitur.

Neque obstat textus in capite tertio, hoc titulo, vbi concubina in eodem crimine contra Clericum ad testimonium admittitur. Quia idem admittitur ad testificandum, licet socius criminis sit, in defectum probationis, cum de crimine civiliter agitur, cuius testimonium, non est sufficiens ad plenam probationem, sed ad indicium tantum.

5 Tertio obstat textus in l. provinciarum 9. Cod. de feriis, l. 1. Cod. de falsa moneta, l. diuus 6. ff. de custodia reorum, vbi latrones interrogantur de sociis, & receptatoribus. Quorum iurium difficultas ex eo dissolvitur, quia iura illa, & similia locum habent in crimine falsæ monete, furto famoso, & læsæ maiestatis, in quibus delictis propter eorum atrocitatem, socius criminis ad testimonium admittitur, vt sic facilius inquiri possit; non tamen ad eum eis creditur, vt ex illis integra, & plena fides adhibeatur, sed vt eorum indicis veritas appareat.

6 Quarto obstat textus in l. etsi percussor 6. ff. ad Silianum, vbi percussor, & socius criminis de mandatore interrogatur. Cui dubio dicendum est, quod ibi occisor convictus non interrogatur, vt sit legitimus, testis contra socium criminis, sed tantum ibi queritur, an interrogari possit de mandatore criminis? & Paulus respondit, quod quamvis de consociis interrogari, & torqueri non possit, iuxta textum in l. repeti, § 1. ff. de questionibus, l. vltim. Cod. de accusationibus, tamen in illo crimine, seruus, & ceteri de familia de mandatore interrogari possunt, cum delictum illud frequenter cum mandatore perpetrari soleat, l. 17. ff. eodem, Cuiacius lib. 46. Pauli ad edictum in dicto l. etsi 6. ff. ad Silianum. De secunda huius textus parte agendum erit in cap. licet 23. hoc tit.

Ad textum in cap. Super eo 22. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Pater, & mater non possunt testimonium ferre in causa filij, nec filius in causa patris.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Pater, vel mater ad testimonium admittitur, cum agitur de qualitate contrahentium, veluti si consanguinei fuerint; non tamen cum agitur de disparitate conditionis, cum pater filiorum incrementum, & honorem desideret.
- 4 Expenditur textus in cap. videtur 3. de accusationibus, & in num. 3.
- 5 Testimonio patri statur, cum de filiorum natiuitate agitur.
Interpretatur textus in l. cum de ætate, l. etiam, ff. de probat.
- 6 Illustratur textus in l. qui testamento 10. §. per contrarium, ff. qui testam. facere poss.
- 7 Explicatur text. in l. Parentes, vers. Parentes, & liberi aduersus te, C. de testib.
Interpretatur textus in leg. privatis 77. ff. de iudic. cum l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisdiction. omnium iudicum.
- 8 Pater & filius ratione patriæ potestatis, vna, & eadem persona censentur.
Filius quoad munera publica non sequitur patris potestatem.
Expenditur textus in l. cum eorum, §. C. de sententiis, & interlocut.
- 9 Exponitur textus in l. qui iurasse 26. §. si pater 1. & 2. ff. de iureiurand.
- 10 Intellegitur text. in cap. sicut, 2. quest. 3. cap. Præsens, 20. quest. 3.

CONCLUSIO.

Pater, & mater, non possunt testimonium ferre in causa filij, neque filij in causa parentum. Consonat textus in cap. consanguinei, 3. questione quinta, cap. accusatores, cum aliis, eadem causa, & questione, cap. si testes, vers. sicut. Testis idoneus, 4. questione tertia, l. parentes 6. Cod. de testibus, l. 3. d. lege Iulia 4. l. idonei 6. l. testis 9. l. nullus 10. ff. de testibus, cap. videtur, de iis qui matrimonium accusare possunt, §. si vero, Institus, de inutilibus stipulation. tractant Sanchez de matrimonio libro primo, disputat. 71. Rebuffus de reprobatione testium, numero 338. & 380. Mascardus conclusio 1153. Morla in emporio, prima parte, tit. 11. in præludiis, numero quadragesimo, Ludovicus Miranda de ordine iudiciorum, questione vigesima secunda, articulo quarto, conclus. 2. Fatimacius in præli criminali, questione quinquagesima quarta, num. 145. Anton. Gomez tom. 5. variarum, capite decimo quarto, numero decimo quarto, Mendochius de arbitrariis casu 106. num. 191. & casu 152. num. 8. Duarenus lib. 1. disputat. cap. 5. 1. idem Duarenus ad titulum de testibus, cap. 1. Donel. in leg. Parentes 6. Cod. hoc tit. Olwald, ad Donel. lib. 17. commentariorum, cap. 25. littera H. Idem lib. 25. cap. 12. littera C. & 23. littera B. D. Balboa in cap. tertio loco, §. de probationibus à num. 2. & sequentibus.

Ratio, quare pater pro filio in testem non admittitur, ea est, quia pater naturalem, & extremam erga filios charitatem habet, ad eum vt magis in rebus filij afficiatur, quam in suis, l. isti quidem, ff. quod metus causa; neque filius pro parte admittitur, quia ferè similis in eo eadem charitas observatur. Cum etiam ob patriam potestatem, quasi domesticum testimonium improbat, cum pater imperare possit, l. testis, l. idonei, ff. de testibus, l. nam etsi parentibus, de officioso testamento, cum

tum etiam quia vxor filij, vox patris est, §. *ei vero. Instit. de inutilibus stipulation.*

Primo aduersus primam nostri text. partem, quatenus ex ea constat, quod quoties de matrimonio contrahendo disceptatur, matris testimonium admitti non debet, obstat text. in cap. videtur 3. de accusationibus, vbi pater, & mater, & fratres, tam ad matrimonium contrahendum, quam ad dissolvendum admittuntur. In qua difficultate verissime est dicendum, multipliciter quoad validitatem matrimonij, & eius probationem agi posse: nam vel in contrahendo inter coniuges disparitas conditionis secretitur, vel qualitas; quia inter vtrumque illa est differentia, quod in priori parentum testimonium non admittitur, cum mater filia incrementum, & honorem videatur diligere, siquidem si vir superior est divitiis, & nobilitate, testimonium matris videtur esse suspectum, & ideo non admittendum, cum perituri præsumptio sit; non sic in posteriori casu, in quo rectè admittitur, cum illa suspicio vehemens perituri cesset: & de primo casu loquitur prima nostri textus pars, vbi tantum agitur de validitate matrimonij respectu disparitatis in divitiis, statu, conditione, seu honore.

Neque obstat textus in dict. cap. videtur 3. de accusationibus: quia loquitur cum tantum agitur de contrahendo, vel dissolvendo matrimonio, propter consanguinitatis impedimentum, quo in casu favore matrimonij admittitur patris, vel matris testimonium: cuius rationem reddit textus, quia vnusquisque suam genealogiam scire debet, & in illo consanguinitatis impedimento admittuntur, cum testes alij recipi non possint, quam pater & mater, qui scire eam possunt: quæ interpretatio aperte deducitur ex secunda nostri textus parte, in versiculo, Super illa vero. Et quod in prima nostri textus parte tantum agatur de matrimonio, non vero de consanguinitate, constat ex illis verbis: *Negante se mulierem adfidasse, siquidem verbum illud, adfidasse, contractum denotat, quasi diceret se fidem non dedisse; tum etiam ex illo versiculo, Super alia vero, &c.* Quæ verba aduersativa sunt casui præcedenti, Rebuffus de reprobatione testium, numero 338. & 380. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputatione 71. Mascardus de probationibus, conclusio 1148. late Menochius de arbitrariis, lib. 2. casu 102.

Secundo obstat text. in l. cum de atate l. etiam, ff. de probation. ex quibus iuribus constat, patris testimonio, seu eius professione, quoad filiorum natiuitatem sciri debere. Cui dubio responderetur, quod utilitatis causa, seu ob Reip. utilitatem fuit receptum, vt parentum professione stetur, cum ab omni falsitatis suspitione immunes sint tempore, & persona; tempore quia, tempore quo parentes in aëlis liberos profitentur, nondum vlla lis est cum libetis; neque sciant, vtrum illa professio liberis nocitura, an profutura sit; quoad personam, quia parentes, qui dicunt eos liberos suos esse, neutriquam suspecti sunt, siquidem nemo aded tam demens est, qui alienos liberos, vt proprios recipere velit, & nemo tam impius, qui velit proprios negare, merito cum illa parentum professio omni suspitione carcat, iuxta de causa admittitur, Donel. in dict. l. parentes 6. C. hoc tit.

Tertio obstat textus in l. qui testamento 20. §. per contrarium, ff. qui testamento facere possunt, vbi patris testimonium in testamento filij admittitur. Quia in difficultate, omissa Accursij solutione ibi, dum asserit potius hæredis, quam filij negotium actum fuisse, & ideo admittendum esse: cuius interpretatio convincitur: quia non tam hæredis, quam testatoris negotium factum dicitur, iuxta textum in §. sed neque, Instit. de testamentis ordinandis, verius respondendum est, textum illum esse intelligendum est in testamento militis, qui ante missionem iure militari testamentum condidit; quare propter privilegium militiæ, patris testimonium in testamento filij admittitur: quæ interpretatio deducitur ex textu in §. in testibus 9. Instit.

de testamentis, vbi scriptum est, quod si filius familias miles testamentum condiderit post missionem, pater in eo legitimus testis non sit. Ratio est, quia post missionem iure communi testamentum fieri debet, §. sed hætenus, Instit. de militari testamento: ergo ante missionem legitimus testis erit, Donel. in dict. l. 6. Cod. hoc titulo. Idem numero decimo tertio, disputat, an pater testis esse possit inter duos filios, vt pote si lis est inter duos fratres, & vnus pro se producat patrem in testem.

Quarto obstat textus in dict. l. parentes 6. Cod. de testibus, in illis verbis: *Parentes, & liberi aduersus se, ex quibus apparet, parentes, & liberos tantum aduersus se non esse admittendos: ergo pro se admitti debent. Quam difficultatem dissolves si dixeris, quod parentes, & liberi contra se, neque volentes admitti debent: secus verò dicendum est, si pro se testimonium dicant: nam tunc volentes admittuntur, hoc est, si adversario non recusante pater pro se filium in testem producat; nam tunc non tantum volens filius ad testimonium ob patris charitatem admitti debet, verum etiam, & invitus compellitur testimonium dicere, iuxta Donelli sententiam in dict. l. parentes 6. Cod. hoc tit. numero nono, & ita similiter interpretari debet Africanus responsum in l. in privatis 77. ff. de iudiciis, cuius hæc sunt verba: *In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest*, ex quibus manifestè constat in privatis, hoc est, in civilibus causis posse filium in causa patris, & patrem in causa filij ius dicere. Augetur difficultas ex textu in l. qui iurisdictioni, 10. ff. de iurisdictione omnium iudicum, vbi Ulpianus asserit, eum qui iurisdictioni præest, neque sibi, neque filiis suis ius dicere posse: nam textus in dict. l. in privatis, loquitur in magistratu filio ius dicente in patrem, vel è contra, qui omnes sibi invicem prohibentur ius dicere, parentes propter charitatem erga liberos, liberi propter eandem erga parentes, argument. textus in l. testes, ff. hoc titulo. At verò Africanus in dict. l. privatis, loquitur in iudice, qui à populo, non à litigatoribus eligebatur, & is nunquam causarum decisioni dabatur, nisi partes post sortitionem in eo consentirent, merito cum patrem sortitum iudicem partes cognovissent, & in eo consensissent, mirum non est, quod si ab illis exceptio non sit opposita, quod pater in causa filij possit esse iudex, ponderando verbum illud: *Potest*, notat Anton. Faber in Rationali ad textum in dict. l. in privatis, ff. de iudiciis, Cuiac. lib. 3. question. Africani, ibi.*

Neque etiam obstat si dixeris, quod ratione patriæ potestatis, filius, & pater, vna & eadem persona censentur, l. in Cod. de impuber. & aliis substitution. dict. §. ei verò, Instit. de inutilibus stipul. & necesse est, quod alius sit litigator, alius verò iudex, cap. forus, de verbor. signification. Quia huic difficultati occurritur, ex l. quippe 78. & sequenti, ff. de iudiciis, dum asserunt, iudicare, munus publicum esse, & quoad munera publica filius non sequitur ius potestatis, l. filius familias, ff. de his qui sunt sui, l. nam quod ad ius 14. ff. ad Trebellianum, Corralius libro secundo, Miscellanearum, capite nono, Antonius Faber in dict. l. in privatis, Idem in Papi-nianea, titulo 8. principio 6. illuione 5. Duatenus libro primo, disputation. cap. 51. Osual. ad Donel. libro decimo septimo, capite vigesimo quinto, litera H, sic similiter pater apud filium familias manumittere poterit, l. 1. ff. de officio Pratoris, quia manumissio, non est actus iurisdictionis contentiosæ, sed voluntariæ, & pertinet ad ius publicum, Anton. Faber in Rationali ad textum in d. l. 1. ff. de officio Pratoris.

Neque obstat textus in l. cum eorum 5. Cod. de sententiis, & interlocutionibus, vbi procurator Fisci in propria Fisci causa iudicat: quia alius est curator, alius procurator, procurator iudicat in d. l. 5. non verò curator, l. 2. Cod. si aduersus Fisc. videndus est textus in Lille à quo, §. in tempestinum, ff. ad Trebellianum, l. 7. §. 8. in principio, ff. de donation. inter.

- 9 Quartò obstat textus in *cap. qui iurasse* 26. §. si pater, ff. de iureiurando, vbi patris iuramentum prodest filio: quod omninò contrarium docet textus in §. si pater 2. eiusdem legis. Quorum solutionem omitto, quia de illa latè diximus in titulo de iuramento calumnia; interim tamen omninò videndus erit Antonius Faber in *Rationali ad eundem textum.*
- 10 Quintò obstat textus in *cap. sicut*, 2. quæstione tertia. *cap. Præsum*, 20. quæstione tertia, ex quibus constat, si ve agatur de matrimonio spirituali dissolvendo: si ve de coniungendo, patris testimonium admitti debere, Cui difficultati dicendum est, idèd admitti, quia inest favor Religionis, vt pater possit deponere, an filius habuerit animum profitendi, necne; & similiter admittitur in causa hæresis, vel correctionis, & plures alias limitationes refert Mascardus *dicitur conclus.* 153. Menochius *de arbitrariis*, lib. 2. casu 102. Barbof. in *colle-ctaneis ad hunc textum.*

Expenditur text. in cap. super eo 2. de consanguin. & affinit.

- 18 Testis vnus ad torturam sufficit; si de facto, & de delicto aperit, & sincero deponat.
Interpretatur textus in l. maritus 10. ff. de quæstionibus.

CONCLUSIO.

Nulla est causa, qua vnus testis testimonio, quantumvis legitimo, terminetur. Consonat text. in *cap. in omni negotio* 4. *cap. veniens* 10. *cap. super eo* 22. *cap. cum a nobis*, *cap. licet ex quadam*, cum aliis, hoc tit. *cap. novit*, de iudiciis, *cap. 1. de appellationibus*, *cap. cum esset*, de testamentis, *cap. 1. de consanguinitate, & affinitate*, *cap. nullum*, §. sed hoc in fin. 2. quæst. 4. *cap. si testes*, §. vbi numerus 4. quæstione prima, *cap. admonere* 33. quæstione secunda, *cap. fin.* 5. quæstione sexta. *Lucæ* 17. *Matthæi* 18. l. vbi numerus, ff. hoc tit. l. vt iurandi, & finali, *Cod. eodem*, l. maritus penult. ff. de quæstionibus, l. si quis in gravi, §. 1. ff. ad Silianum, l. cum probatio, ff. de probationibus, l. 3. *C. de naufragiis*, lib. 1. l. 32. tit. 16. part. 3. ita tenere videntur, *Covarruias* lib. 2. *variar.* *cap. 13.* Idem in *præctis*, *cap. 33.* & in *cap. cum esset*, de testam. *Cortasius* libro secundo, miscellaneorum iuris, *cap. 7.* *Fatinæ* libro secundo, tit. 6. quæst. 63. *Iaf. in repetition. leg. admonendi*, *Cod. de iureiurando*, *Gilchenius in l. vlt. iurandi*, *Cod. hoc tit.* *Petrus Faber*, libro secundo, *semestrium*, *cap. 24.* *Antonius Faber*, de erroribus, decade 2. errore 10. *Cuiac.* latè in *posthumis*, ad hunc textum, & tit. ff. & *Cod. de testibus*, *Donel. in l. in exercendis*, numero decimo tertio, *Cod. de fide instrumentorum*, idem in l. vt iurandi, num. 19. *Cod. hoc tit.* *Duaren. ad tit. de testibus*, *cap. 3.* *Pichardus in §. sed cum paulatim*, *Institu. de testamentis*, D. *Balboa*, in *cap. 2. de probation.* num. 30. & seqq.

Ratio est, quia cum Republicæ expediat, sententias ex integris, & legitimis probationibus expediri, & testium fides ex certi iuris disciplina in numero duorum, vel trium stet, *dicit. cap. in omni negotio*, hoc tit. consentaneum est, vt vnus testis ad probationem non sufficiat, siquidem testium numero credendum sit, non testi; cum vnus testis non sit legitima, sed semiplena probatio; cum non sit plenus numerus, sed seminumerus: vnde vulgariter dici solet, vnus testis, nullus testis, vox vnus, vox nullus, *Duaren. ad tit. de testib.* *cap. 3. in princ.* *Olsald. ad Donel. lib. 24. cap. 19. litera F.*

Primò obstat text. in *cap. omnes itaque*, 11. quæst. 1. vbi vnicum Episcopi testimonium sufficit, vt causa iudicari possit. In cuius textus difficultate, omittis pluribus interpretationibus, verissimè dicendum, textum illum hodie iam nullam iuris authoritatem retinere, siquidem non est desumptus ex corpore iuris Pontificij; sed ibi tantum refertur quædam lex Theodosiana relata in l. 1. §. quacunque, de Episcopali iudicio in Theodosiano Codice, vbi Constantinus Magnus privilegium Episcopis concessit, quod etsi vnico testimonio non sit credendum, quamvis testis prælatæ Curie honore præfulgeat; tamen si Episcopus in aliqua litis parte iuraverit, propter eius excellentiam, eius testimonium sufficit ad hoc, vt causa decidatur, vt etiam constat in capitulis *Caroli Magni*, lib. 6. *cap. 281.* sed cum privilegium illud sit contra iuris rationem, hodie iam consuetudine abrogatum est, vt advertit *Felinus in cap. cum a nobis*, hoc tit. *D. Balboa in cap. 2. de probation.* num. 35.

Secundò obstat text. in *l. Theopompus* 24. ff. de dote prælegata, vbi testimonio vnus statuitur, siquidem eadem doris quantitas præstatitur filie, quam sorori, ex eo solo, quod Polianus iurasset eandem quantitatem à parte testatore relictam fuisse minori, quam maiori. In cuius textus difficultate, omittis *Gothofredi* sententia in *notis ad eundem textum*, verissimè est dicendum, quod in *dicit. l. Theopompus*, non statuitur vnico Poliani iuramento, neque ex eo solo dos debetur; sed præcipuè quia id apparet ex proptia testatoris voluntate, cum testator omnes filios ex æquis portionibus hæredes scripserit, & sic potius ex testamento, quam ex Poliani iura

Ad textum in capit. Licet 23. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Nulla est causa qua vnus testimonio quantumvis legitimo terminetur.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Illustratur textus in *cap. omnes itaque*, 11. quæstione prima.
- 4 Expenditur textus in *l. Theopompus* 14. de dote præleg.
- 5 Bonus quilibet præsumitur, nisi contrarium probetur.
Interpretatur textus in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari, cum *l. iurandi* 9. *Cod. de testibus.*
- 6 Testamenti signatores debent sua sigilla recognoscere.
Expenditur text. in l. 1. §. fin. ff. quemadmodum test. aperiant.
- 7 Discutitur *l. si duo patroni*, ff. de iureiurand. *l. cum qui*, §. si libertus, *dicit. l. si duo patroni*, §. 2. ff. eodem.
- 8 Illustratur textus in *l. quæro*, §. seruum, ff. de Adilitio edicto, cum *l. cum probatio* 7. ff. de probat.
- 9 Interpretatur textus in *l. si quis decurio* 21. *C. ad l. Cocn. de fall.*
- 10 Expenditur text. in *cap. tanta*, 86. distinct.
- 11 Proponitur textus in *cap. cum a nobis* 28. de testibus.
- 12 Iudex magis suisinet oculis, quam auribus ad iudicium mouetur. *Intellige et ibi.*
Interpretatur textus in cap. quia iudicante, 9. de præscription.
- 13 Soli Ponderatoris dicto (qui Hispanè *Contraste* appellatur) standum est.
Expenditur textus in l. fin. in fine, *Cod. de ponderatoribus.*
- 14 Expenditur textus in *l. 1. §. vlt. digestis*, de verbor. obligat.
Plena probatio cum in favorem partium sit inducta, eorum passione remitti potest.
- 15 Interpretatur textus in *cap. ex insinuatione*, de procuratoribus.
- 16 Testis vnus sufficit cum agitur de probando matrimonio impedimento.
Expenditur text. in cap. præterea, de sponsalib. *l. 18. tit. 10. part. 4.*
- 17 Testis vnus de auditu non sufficit, etiamsi de impedimento matrimonio agatur; secus tamen ascendendum si de certa scientia deposuisset.

iuramento causa fuit decisa; notat Cuiac. in *diēt. leg. Theopompus, digesti de doro praelegata*, Idem in *posthumis ad hunc textum*, Osuald. ad Donel. *lib. 25. comment. cap. 7.*

Tertio obstat text. in *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari*, ubi miles, qui à militia discessit, ad eam restituitur ex eius solo testimonio, si affirmer in militia remansisse, seu ab hostibus captum fuisse. Augeturque difficultas ex eo, quod in re propria testificat, cum in re propria testimonium non admittatur, *l. nullus, ff. hoc tit. cap. nullus 4. quast. 4.* Quae difficultas, ut componatur, nulla alia interpretatio magis congrua reddi potest, quam quae traditur à *Contrasio lib. 3. miscellaneorum, cap. 7.* dum asserit, idē ibi militis assertioni standum esse, quia bonus antea, & semper fuit habitus; & cum quilibet bonus praesumatur, nisi contrarium probetur, mirum non est, cur credatur militi, se non esse transfugam asserenti. Neque solutioni obstat textus in *l. iurisiurandi 9. Cod. hoc titulo*, ubi singulari testimonio nulla fides adhibetur, neque interest, an magis, vel parae auctoritatis sit estimatus, Quia *text.* ille procedit, cum iuramentum alteri nocet; ac verò textus in *diēt. leg. non omnes, paragrafo, à barbaris*, loquitur, quando sibi soli prodest, & alteri non nocet: veluti cum quis affirmat se esse Clericum, vel baptizatum, *capit. cum itaque, capit. parulis, de consecratione, distinction. 4.*

Quarto obstat textus in *leg. 1. §. fin. ff. quemadmodum testamenta aperiam*, ubi testamentum ex solo vnus testis testimonio, negantis suum sigillum, suspectum efficitur. Cuius dubij occasio erit si dixeris tabulas ibi, non effici suspectas ex sola signatoris negatione, sed ex eo praecipue, quia sigillum incognitum redditur, cum signatores debeant sigilla sua recognoscere, *leg. cum ab initio 4. ff. eodem tit.* qua negatione non obstante, tabulae aperiuntur, Cuiacius in *posthumis ad nostrum textum, in fine.*

Quinto obstat textus in *l. si duo patroni, ff. de inuendando, l. cum qui, §. si liberus ff. eodem*, ubi ex solo liberti testimonio patronus excluditur à successione ipsius liberti, ita ut neque operarum petitio, neque bonorum possessio ei competat. In qua iurium difficultate verissimè est dicendum, quod illud vnicum liberti testimonium non facit plenam probationem, sed qualemquam praesumptionem tantum. Moveorque ex eo, quia patronatus à libertis exclusus, non excluditur ipso iure ab illius hereditate, sed tantum ope exceptionis, si quidem adhuc, patrono excluso, remanet actio ad ius patronatus persequendum; prodest tamen illud vnicum liberti testimonium patrono admissio, ad hoc, quod si probationes aequales essent, major fides adhibetur patrono à libertis admissio, quam patrono à libertis excluso; quae interpretatio deducitur ex mente illius *textus*, si quidem non datur ius accrescendi alteri patrono ex illa deficiente parte, Antonius Faber in *Rationali ad eundem textum in diēt. leg. si duo patroni, §. 2.*

Sexto obstat textus in *leg. quaro, §. seruum ff. de aduocato edito*, ubi si quis emerit seruum sub dupl. stipulatione, si fugitivus fuerit, & postea; empto seruo, ablatis rebus fugisset, mox inventus, & interrogatus an cum anteriori domino manens aliquando fugisset? si respondit, se ante venditionem fugisse, Paulus indicavit, ut illo solo servi testimonio duplam deberi, & servi responsioni standum esse: quod contrarium in eadem specie, docet idem Paulus in *l. cum probatio 7. ff. de probationibus*, dum asserit, absque tormentis eius responsioni stari non posse. Ex quibus iuribus constat, quod sine cum tormentis, siue sine tormentis vni conferti testimonio standum erit. Ex quo iurium contrarietate, omnia emendatione, quam refert Cuiacius in *l. 4. ff. de probationibus*, & in *lib. 20. observat. cap. 23.* verissimè est dicendum, quod idē in *diēt. leg. quaro, §. seruum*, simplici servi responsioni, absque tormentis statuitur; & in *diēt. leg. cum probatio*, absque tormentis non creditur,

quia in *diēt. §. seruum*, plurima indicia praecesserant, quae vtilia, & necessaria erat ad semiplenam probationem; meritoque tormenta excusantur, ac verò in *diēt. leg. cum probatio*, tortura desideratur: quia etsi aliqua adminicula praecesserant, erant tamen minus necessaria ad semiplenam probationem, quare de seruo haberi quaestio necesse fuit, siquidem serui absque tormentis ad testimonium non admittuntur, *leg. 8. ff. de quaestionibus*. Ex quibus constat, quod in *diēt. iuribus*, non statuitur simplici servi testimonio, etiam si de facto proprio agatur; sed simul ei creditur cum caeteris iudiciis, & adminiculis concurrentibus: quod admissum est, ne veritas occultetur, *leg. serui ff. de testibus*, notat Emendus Merilius *lib. 3. observat. cap. 30.* Eodemque modo est interpretandus textus in *leg. quicumque fugitivum, Cod. de servis fugitivis*: nam idē ibi serui responso statuitur, quia etiam plurima indicia praecesserant, notat Cuiacius in *leg. quicumque 4. Codice de servis fugitivis*, Antonius Faber in *suo Codice distinction. 9.* Menochius *lib. 2. de arbitrarijs, casu 92. Covarruvias in practico, cap. 33. num. 3.*

Septimo obstat textus in *leg. si quis Decurio, 21. Cod. ad legem Corneliam de falsis*, ubi in quaestione illa, an scilicet instrumentum sit publicum; vel privatam, verum, vel falsum? vnicò, & singulari Tabellionis testimonio standum est. In cuius textus difficultate, omnia *Gilcheny* interpretatione, ibi verissimè dicendum esse existimo, quod in *diēt. leg. si Decurio*, longe, ac diversa species refertur, quam communiter Doctores ibi existimant; siquidem non agitur de vnus testis testimonio recipiendo, sed de Decurione, seu de Senatore torquendo, qui ante decurionatum Tabellionis officio fungeretur: nam si contra Tabellionem arguatur, se falsum testamentum subscripsisse, et si postea municipalis Senator, seu Decurio factus sit, illo honore seposito, aliis indicibus concurrentibus, ob testamenti falsitatem tormentis subijcitur, ut sic alijs adminiculis concurrentibus, simul cum suo testimonio veritas elucescat; notat Cuiacius in *posthumis ad nostrum textum.*

Octavo obstat textus in *cap. tanta, 86. distinctione*, quod loci scribit Pontifex, se fidem facere Siriaco Abbati de criminibus commissis Ianuario Episcopo. Cuius textus difficultas explicata manebit, si animadvertamus ejus decisionis sententiam iuri consentaneam esse, neque superioribus refragari; siquidem ibi dictum illius sufficit ad condemnationem, quia de mandato Pontificis Abbas inquisivit, an vera essent crimina contra Episcopum obiecta, & ex depositione testium ab eo receptorum cognovit ea perpetrasse, quo in casu creditur Siriaco, non ex eo, quod de crimine testificet, sed ex vi inquisitionis, quae iussu Pontificis ab eo solemniter fuit facta, uti constat ex verbis illius *text.* ibi: *Quia ita se cognovisse perhibuit*: cuius relatio tantum sufficit, juxta textum in *capit. 1. §. quast. 3.* notat Archiepiscopus Bracarenis, D. Rodericus de Acuña in *prima Decreti parte, in diēt. cap. tanta, 86. distinctione.*

Nono huic sententiae obstat textus in *capit. cum à nobis 28. hoc tit.* ubi iudicis dictum non sufficit ad probationem actus ab ipso gesti, nisi adiciatur, alius testis, qui simul cum eo testificet. Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod sententia illius *textus*, tunc procedit, quando iudex, ut privatus, eius rei fidem facit, non vero iudiciario munere fungens: nam tunc solemnitas desideratur, quae habetur in *cap. quoniam contra, de probationibus*: ac verò in *diēt. cap. tanta*, iudex non ut privatus testificat, sed utens commissione, & mandato Apostolico, & relationem facit de iis, quae coram eo legitime sunt probata; notat Rodericus de Acuña in *diēt. cap. tanta.*

Decimo obstat textus in *cap. quia indicante 9. de praescriptionibus*, ubi contentio super finibus orta, solo Agrimensoris iudicio terminari potest: ex quo constat, ynicum testimonium sufficere. Sed hic nodus

omissa Decij interpretatione in *cap. proposuisti*, de probationibus, Cuiacij in dicto *cap. quia iudicant*, facile dissoluitur ex eo, quod et in prædictis causis plurimum peritorum iudicium desideretur, iuxta textum in *l. si irruptione*, §. ad officium, ff. finium regund. rum, Donel. in *l. iurifurandi*, Cod. hoc tit. numero decimo nono. Otual. ad eundem libro vigesimo quarto, capite decimo octavo, littera B. Garcia de expensis, capite vigesimo quarto, numero vigesimo, tamen in dicto *cap. quia iudicant*, vnus sufficit, quia Iudex ipse loca, de quibus erat contentio, suismet oculis prospexit, vt ex eius littera constat, quo in casu cum ipsius rei euidencia instructus sit iudex, dicendum videtur, quod non ex solo Agrimensoris iudicio causa illa fuit decisa, siquidem iudex magis suismet oculis, quam auribus, ad iudicium illud moveatur; argument. textus in §. final. Institut. de gradibus, *cap. Apostolica*, in fine, de donationibus, *cap. de præscriptionibus*, 16. quasi. 7.

13 Vndecimo solutioni obstat textus in *l. fin. in fine*, Cod. de ponderatoribus, libro vndecimo, vbi constat, quod quoties de qualitate solidorum auctorum contentio fuerit orta, standum est soli dicto ponderatoris, qui Hispanè *Contraste* appellatur: ex eo videlicet, quia ad auri qualitatem, & eius veram æstimationem, peritus censetur: ergo vnus periti dictum, absque aliis adminiculis, ad lites dirimendas sufficit. Cui dubio ex eo satisfieri debet, quod id singulari iure observatur in eo, qui ad æstimandam auri qualitatem præficitur; quia eius fides publicè propter publicam vtilitatem ita comprobata est, *l. 1. tit. 23. libro quinto, Recopilationis*. Antonius Gomez 2. tom. variarum, capite nono, in fin. Garcia vbi supra, dict. capite vigesimo quarto, num. 22. in fine.

14 Duodecimò solutioni obstat textus in *l. 1. §. vltimo*, de verborum obligationibus: Vbi stipulatio valet, si alia lingua stipulator, alia promissor fuerit loquutus, dum tamen congrua sit interrogatio, & responsio, & vterque, vel per se, vel per vnum linguarum peritum, seu interpretem elocutionem intelligant: ergo cum interpretem elocutionem adiectus vicem testis gerat, & sufficiat; dicendum videtur, vnus testis testimonium in ipsa stipulatione sufficere. Sed huius dubij facilis erit expositio, si dixeris, textum in dict. §. final. non asserere, vnico interpreti, quasi vnico testi standum esse, vt stipulatio valeat, si promissor stipulationem illam in iudicio deduxerit: videlicet si in iudicio non ita promississe affirmat: nam tunc alius plurimis vtriusque linguarum interpretibus, id probari debet; nec soli interpretis testimonio standum est: si verò inter contrahentes convenerit; vt interpretis dicto stetur, contentio illa ex edicto Prætoris servanda est, textum in *l. iurifgenium 7. §. Prætor ait*, ff. de pactis: nam cum in favore partium plena probatio sit inducta, eorum probatione remitti potest; quæ pactio omnino servanda est, *cap. suis*, hoc tit. *l. circumvento*, ff. de minoribus, *l. pactum inter hæredes*, ff. de pactis, *l. penultima*, Cod. eodem, *l. hæc venditio 9. digestis*, de contrahenda emptione, *cap. quod semel*, de reg. iuris, libro sexto, Gomezius vbi supra secundo tomo, variarum, capite nono, Donel. in dict. *l. 1. §. fin. de verborum obligation. numero sexto*, Covarruias in prædictis, capite decimo sexto, numero secundo.

15 Decimotertio obstat textus in *cap. ex insinuatione 3. de procuratoribus*, vbi mandatum procuratoris coram duobus testibus revocatum, si vnus ex illis decessisset, superstitis testimonium sufficit de revocatione, vt omnia in iudicio gesta rescindantur. Et licet duo iuraverint, vnus tamen actoris viceungebatur, vnde nec dicto eius standum est, *l. nullus*, ff. de testibus, *l. omnibus*, C. eod. ergo vnus testis testimonio plena fides adhibenda est. Cui dubio secundum Bernardum ibi, verbo Clerici, dici solet, quod ibi mandati revocatio sufficienter fuit probata ex iuramento vnus testis, simul & partis, quæ deferente Iudice iuravit, siquidem Iudices solent in dubiis controversiis ex inopia probationum, etiam vno

solo teste extante; iusiurandum, tam à reo, quam ab actore exigere, provt visum fuerit, *l. admonendi*, ff. de iurifurando, *l. in bona fidei*, Cod. de rebus creditis, *cap. final. §. vltimo*, de iurifurando, Cuiacius libro vigesimo secundo, observation. capite decimo sexto, Duarenus libro secundo, disputat. capite trigesimo tertio, Donel. ad titulum de iurifurando, capite vndecimo, Iarè Osuald. libro vigesimo quarto, comment. priorum, capite decimo nono. Cuius Bernardi sententiam sequutus est Mascardus de probationibus conclusion. 1016. numero decimo septimo. Sed verius dicendum esse existimo, quod iusiurandum in dict. *cap. ex insinuatione*, idèd facilius à Iudice potuit deferri, quia ea probatio non dirigebatur ad exitum causæ principalis, sed ad decisionem illius articuli incidentis, videlicet, cum asseruisset, se coram duobus testibus admonuisse procuratorem, ne mandato vteretur.

Decimoquarto obstat textus in *cap. præterea*, de sponsalibus, *l. 18. tit. 18. tit. 10. parte quarta*, quæ iura docent, quod vni testi est credendum. Cui difficultati occurritur ex eo: nam idèd in illis iuribus vni testi statur, quia agitur de probando matrimonij impedimento, quo in casu vnus tantum testis sufficit, iuxta textum in *cap. super eo 21. hoc titulo*, quod admissum est propter vitandum maximum inesse peccatum, Gutierrez libro primo, canonic. question. capite vndecimo, numero vigesimo octavo, Covarruias in 4. capite sexto, paragrapho primo, numero vigesimo, Mascardus de probationibus, conclusion. 135. ex numero quinto, secus verò dicendum est, si de dissolvendo matrimonio iam contracto agatur: nam tunc plures testes desiderantur, *cap. super eo 22. hoc titulo*, *cap. de illo*, de eo, qui conuovit, consanguineam uxoris suæ, Mascardus vbi supra, numero 19. & 20.

Decimoquinto huic sententiæ obstat videntur textus in *cap. super eo 2. de consanguinitate, & affinitate*, vbi vni testi non creditur in probatione impedimenti matrimonij. Cui difficultati occurritur, quia idèd ibi, non sufficit testimonium vnicum, ex eo, quod testis ille de auditu tantum deposuit, cuius probatio parum firmitatis habere solet, iuxta textum in *cap. licet ex quadam 47. hoc titulo*, nam si de certa scientia deposuisset, solus ille sufficeret, Gutierrez vbi supra, numero trigesimo secundo, Covarruias dict. paragrapho primo, numero vigesimo primo, Donel. libro vigesimo quinto, commentar. capite sexto, & videri oportet ea, quæ supra diximus in primo, & secundo dubio in *cap. in omni negotio, hoc tit.*

Decimosexto aduersus id quod Doctores omnes in præfenti notant, videlicet vnus testis testimonium sufficere, vt reus torqueri possit, si testis de facto, & delicto apertè, & syncerè deponat, iuxta textum in *l. 3. Cod. ad legem Iuliam de adulteriis*, Antonius Gomez libro tertio, variarum, capite decimo tertio, Paz in praxi prima parte, tom. 1. capite decimo secundo, numero trigesimo nono. Obstat videtur textus in *l. maritus*, 20. ff. de quest. Vbi vnico testimonio in causa depositi, non potuit maritus de ancilla Syrii questionem habere: ergo vnus testis testimonium, neque ad torturam sufficit. Quæ difficultas dissoluitur ex eo, quod ibi nec ad torturam ex solo vnico testimonio proceditur, quia testis ille, qui de quantitate deposuerat, non erat legitimus, cum esset filius vnus liberti ipsius mariti; ex quo familiari testimonio, neque semiplena, neque indicium oriri poterat, siquidem idonei non sunt testes, quos actor de familia produxit, *l. idonei*, ff. hoc titulo, Quæ solutio constat ex illius textus verbis ibi: *Et in eam rem vnum testem liberti filium produxit, &c.* De altera nostri textus parte late supra est actum in *cap. in omni negotio quarto*, hoc titulo.

Ad textum in cap. Literis, 24. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1. *Testes non sunt idonei, quos actor de familia produxit.*
2. *Testes domestici suspecti dicuntur, cum nimis sui domini causam affectare videantur.*
3. *Testes familiares sunt, qui melius scire possunt ea, qua in alicuius domo peraguntur. Intellige ut ibi.*
4. *Testes consanguinei in impedimento consanguinitatis admittuntur, cum melius, quam extranei de propria ipsorum familia deponere possunt. Expenditur textus in capit. videtur 3. qui matrimonio accusare possunt, capit. ex parte, de sponsalibus.*
5. *Canonici idonei testes reputantur ad ea, qua in Capitulo gesta sunt. Interpretatur textus in capit. super prudentia, 14. quaest. 2.*
6. *Servi, & familiares in tribus iudiciis legitimis testes dicuntur, veluti in accusatione fraudati census, adulterij, & laesa Maiestatis. Interpretatur textus in l. hoc quod placet in fine, C. de quaestionibus.*

C O N C L U S I O.

Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit. Idem docet tex. in c. 11. & 3. 3. quaest. 5. capit. super prudentia 14. quaest. 2. capit. si testes, versicul. Testes eos, cum aliis, 4. quaest. 3. capit. insinuante, de officio delegati, 3. l. in legibus, l. idonei, l. servi 7. leg. testes 24. ff. de testibus, leg. etiam 3. leg. servus 8. C. eodem leg. pridem, leg. libertus, Cod. de quaestionibus, leg. pronuntiatio 195. de verborum significatione, l. 1. §. familia, C. de publicanis, leg. final. §. sane, Cod. de iis, qui ad ecclesiam confugiunt, leg. 11. §. 1. ff. de panis, leg. adiles 25. §. 1. leg. quod si nolis, §. item melius, ff. de aditio edicto: leg. 1. tit. 19. part. 3. sic defendunt Gotofredus in dicta l. testes 24. ff. hoc tit. Covarruvias in practicus, cap. 18. num. 4. Motla in empirio 1. part. 2. in prealudo, Farinacius in praxi criminali, part. 2. 21. in prealudo, Mascardus de probationib. concl. 533. & 758. & 1357. & 1358. Menochius consilio 31 num. 29. & consilio 193. num. 48. Rebuffus de probatione testium, num. 191. & 115. versicul. Quarto, Gutierrez de matrimonio, cap. 44. num. 85. Duarenus lib. 1. disputat. cap. 28. Cuiac. in l. 6. ff. qui testamenta facere possunt. Donel. in l. 2. num. 7. C. hoc tit. Idem in leg. instrumenta, C. de fidei instrumentorum.

Ratio est, quia testes eius naturae, & conditionis esse debent, in quos nulla exceptio cadere possit, cap. 1. de exceptionibus, capit. 1. de consanguinitate, & affinitate, & domestici exceptionem patiuntur, siquidem idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant, l. idonei 6. ff. hoc tit. merito tanquam de fide suspecti omnino reiciuntur, cum nimis sui domini causam affectare videantur, cap. insinuante de officio delegati, & per fas, vel nefas domino obedire solent, ne in eius iram incidant, à quo male accipi possunt, si non obediunt; vel si adversus eum testimonium dixerint, cum à domo eiici possint, vel aliis domini multis modis vlcisci possint, sive iure, sive injuria. Quae omnia, ut evitentur, cum credibile sit, domesticos facile pro domino esse dicturos, iusta de causa eorum testimonium rejicitur, Donel. in dict. l. 2. Cod. hoc tit. num. 14.

Primo obstat dicere, quod illi sunt admittendi testes, qui melius de rei veritate deponere possunt, cap.

quoniam 3. hoc tit. Sed familiares sunt, qui melius scire possunt ea, quae in alicuius domo peraguntur, iuxta textum in cap. veniens 38. versic. Quia verò, infra, hoc tit. ergo idonei erunt testes, quos actor de familia produxerit. Sed respondetur, quod iura in argument. adducta procedunt in testibus habilibus, à iure non prohibitis: illi enim bene recipiuntur, cum melius de re deponere possint; at verò textus noster procedit in testibus inhabilibus, hoc est in domesticis, quia à iure ipso prohibentur testimonium dicere, in causa domini, iuxta textum in l. penult. ff. hoc tit. Neque solutioni obstat dicere, quod Religiosi, quoad Monasterium, & Collegæ, quoad Collegium, familiares appellantur, dict. l. pronuntiatio, versic. Servientium, de verborum significatione, l. 1. §. familia, C. de publicanis, & tamen in causa sui Monasterij, vel Collegij ad testimonium admittuntur, cap. super eo 6. vbi late diximus, hoc tit. Quia dicendum est, Religiosos, & Collegas, non esse proprie familiares, seu domesticos testes in sui Monasterij, aut Collegij causa, sed improprie, cum non domini, vel patriae potestati subiecti dicantur, ut in presenti, & idem admittuntur ex rationibus supra adductis in dict. cap. 6. hoc tit. Et licet familiares denominentur, id vetum est, quo ad ipsam Superiorem, seu in eius negotio, quibus imperari possit: secus verò, quo ad negotium ipsius Collegij, vel Universitatis, Don. in l. omnibus 10. num. 4. Cod. de testibus.

Secundò obstat dicere, quod in presenti agitur de causa matrimoniali, ut ex litera constat, & tamen in matrimoniali causa testes familiares admittuntur, iuxta textum in cap. videtur 3. qui matrimonium accusare possunt, cap. ex parte, de sponsalibus, & nos supra diximus in cap. super eo 21. hoc tit. ergo frustra in presenti domestici repellantur. Cui dubio satisfacies si dixeris, text. in dict. cap. videtur 3. & similia iura procedere in familiaribus lato modo, in quibus etiam consanguinei comprehenduntur: nam licet consanguinei per ius ipsum à ferendo testimonio repellantur, tamen matrimoniali causa quoties de consanguineis quoad separationem, vel è contra, quoad coniunctionem agitur, consanguinei admittuntur, cum melius, quam ceteri extranei de propria ipsorum familia deponere possint; an verò textus noster loquitur in testibus proptie familiaribus: & licet illi etiam favore matrimonij admitti debuerant, quia quoties res aliter probari non potest, proptie familiares admittuntur, l. prius 17. ff. ad Senatus Consultum Sylanianum, l. quoties 3. Cod. de naufragiis, lib. 10. c. super prudentia 14. quaestione secunda, cap. veniens 38. hoc tit. & in presenti agatur de copula, & sic tanquam è re, quae occultè in domo peragitur, tamen non admittuntur, quia ex illa cohabitatione septennij, maxima insurgebat praesumptio de calumnia mariti, cum in tanto septennij tempore tacuisset, & impedimentum non opposuisset. Iuvat etiam, quod testes illi erant inhonesti, ac asseriebant se intervenisse factò à marito inhonestè perpetrato, & in separatione matrimonij admitti debent testes, qui sint probatae vitae, & opinionis, cap. ex literis, de consanguinitate, & affinitate, cum melius sit aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta divina separari, c. licet, infra, hoc tit. Glossa in presenti, verbo; Vita, Tum etiam, quia in presenti urgebant plurimè aliae praesumptiones, ob quas repulsi fuerunt: notat Barbosa in remiss. ad hunc textum, num. 21. Gutierrez de matrimo. cap. 40. num. 85.

Tertiò valde obstat textus in cap. super prudentia, 14. quaestione secunda, siquidem in prima textus parte Panchasius Pontifex asserit, quod domestici in causa criminali ad testimonium non debent admitti: & in versic. Caterum, affirmat in civili Ecclesiastica, admittendos esse. Cuius textus difficultas dissolvitur ex §. potest etiam eiusdem capit. dum asserit, quod Canonici pro aliis Canonicis testes domestici appellantur, meritoque à testimonio repelluntur; sed pro Ecclesia, etiam si domestici sint, ob eius favorem admittuntur; siquidem ad

ad ea quæ in Capitulo gesta sunt, Canonici idonei testes reputantur, *dist. cap. veniens, hoc tit.* Neque obstat dicere aded domesticos esse, ut ab ipsa Ecclesia imperari possint: quia id favore Religionis est admittum. siquidem pro Religione semper est iudicandum. *h. sunt persona, ff. de religio. & sumptibus funerum, Gloss. verb. Stephani, in dict. c. super prudentia, l. 4. q. 2. & ibi Turrecrinata.*

- 6 Quartò obstat textus in l. consensu, §. servis, C. de repudijs, l. 1. in fine, Cod. de quaestionibus, ubi servi, & familiares legitimi testes appellantur. Sed dicendum est, quod quamvis servi etiam in causis criminalibus in caput domini torqueri non possint, *leg. 3. §. eiusdem, ff. de quaestionibus*, tamen in tribus iudiciis legitimi sunt testes, videlicet in accusatione fraudati census, adulterij, & læsæ Maiestatis, *leg. 1. Cod. de quaestio.* Neque obstat text. in *leg. hoc quod placet, in fin. Cod. eiusdem tit.* ubi extra illa crimina in caput domini torquentur: quia textus ille loquitur, quando servus interrogatur inter duos dominos; nam tunc propter patrem rationem amoris, & affectionis erga dominos removetur omnis mentis suspicio, argum. text. in *leg. non solum, §. 1. ff. de ritu n. ptiar.* Donel. in *leg. servus 8. Codic. hoc titul. numer. 7. & 8.* & de hac re plura dicemus in titul. de testibus eogendis.

Ad textum in cap. Cum venisset 25.
hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Testes ante publicationem recipi possunt publicatis verò attestacionibus, et eorum super eisdem articulis, vel directo contrariis, nec in prima, nec in secunda instantia admittuntur.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Instrumenta post testium publicationem admittuntur, & ibi assignatur ratio.
- 4 Attestacionum appellatione testes, & instrumenta comprehenduntur, ad hoc tamen ut tanta fides testibus, quam instrumentis adhibeatur, non tamen adq̄ ut post publicationem aequaliter admittantur; & ibi differentia ratio assignatur.
Interpretatur textus in leg. prima, digestis de testibus.
- 5 Testes post publicationem admittuntur, cum simul cum instrumento ad eius fidem producantur.
Expenditur textus in cap. series, versic. Tam testes offerens, quam publicum instrumentum, de testibus.
- 6 Testes post publicationem in matrimonialibus causis admittuntur; & ibi assignatur ratio.
Explicatur text. in cap. causam matrimonij, penult. de probat. ibid.
- 7 Obstetrices, etsi perita fuerint facile tamen decipi possunt.
- 8 Testes post publicationem admittuntur, cum ordo iuris in receptione non servatur.
Expenditur textus in capit. constitutis 46. hoc titulo.
- 9 Purgatio vulgaris per duellum est à iure improbata.
Interpretatur textus in capit. secundo de purgat. vulgar.
- 10 Interpretatur textus in cap. cum bonæ memoriæ, ult. de probat.
- 11 Testes in iudicio arbitrario post publicationem admittuntur.
Exponitur text. in cap. presentata 50. de testib.
- 12 Gesta & allegata in compromissario iudicio, fidem faciunt in ordinario. Intelligit ut ibi.
Interpretatur textus in l. penult. §. ad hæc, C. de receptis arbitris.

- 13 Publicatis attestacionibus, si novi articuli oriuntur, etiam ex prioribus dimanati, tam testes recepti, quam alij noviores possunt recipi.
Expenditur textus in leg. produci digestis, de testibus.

- 14 Interpretatur textus in capite veniens 38. de testibus.

- 15 Testationes sunt recipiende, quoties per illas facilius ad veritatis lucem perveniri possit. Intelligit ut ibi.

Illustratur tex. in l. unius, §. cognitorum, vers. Quocunque tempore, ff. de quaestionibus.

Interpretatur etiam textus in cap. iudicantem, 30. q. 1. vers. Tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniat.

- 16 In iudicis nihil magis attendi debet, quam ipsa veritas.

- 17 Testes post publicationem etiam in Criminalibus non admittuntur, & supr. n. 9.

- 18 Expenditur text. in c. non est nostrum, 23. q. 5. vers. Non est nostrum mortem arripere, sed ab alijs libenter accipere illatam.

- 19 Testes post publicationem in prima instantia, non admittuntur in secunda super eisdem articulis, vel directo contrariis, & supr. n. 1.

Interpretatur l. eos, §. si quid, C. de appellat. l. in offerendis, §. is videtur, C. cod.

- 20 Illustratur l. cum à nobis 5. C. de dilation. succumbentis in prima instantia, si minus probaverit, vel allegaverit, poterit in secunda plene probare, vel allegare. Idem supr. num. 19.

Expenditur text. in l. per hanc 4. C. de temporib. appellationum.

CONCLUSIO

Testes ante publicationem recipi possunt; publicatis verò attestacionibus, et eorum super eisdem articulis, vel directo contrariis, neque in prima, neque in secunda instantia admittuntur. Confirmatur ex text. in cap. in causis 15. cap. fraternitatis 17. cap. intimavit 18. cap. causam qua 19. cap. de testibus 29. cap. veniens 38. cap. cum in tua 44. cap. constitutus 46. hoc tit. Clem. 2. eodem, cap. causam qua, cap. Iuravit, cap. licet causam, de probationibus, cap. placuit 4. quasi. 3. anthen. qui semel, Cod. de probationibus, §. quia vero, collation. 7. leg. 34. 36. 37. 39. tit. 16. part. 3. l. 4. tit. 11. lib. 3. ordinamenti, leg. 10. tit. 6. lib. 4. Recopilati. nov. ita tenet Cuiac. in posthumo ad nostrum textum, & in d. cap. fraternitatis: Mascardus de probationibus, concl. 1287. Paz in praxi 1. part. tom. 1. tempore 8. Sanchez de matrimonio, lib. 7. de impedimento, disputacion. 103. num. 8. Covarr. vias in practico, cap. 12. & 18. Farinacius de testib. lib. 2. tit. 16. quest. 68. Gaillius lib. 1. observacion. 105. Nyn. singecus lib. 1. observat. 36. Donel. in dicta anthen. & qui semel, Codic. de probationibus, Osiwald. ad eum lem lib. 26. capit. ultimo, fere per totum, Magister Sanctus in repetitione ad textum in dicta Clementina secunda de testibus.

Ratio est, quia pars post perspectas, atque examinatas testium depositiones, jam cognoscit minus à se probatum esse, quam ad victoriam causæ oporteat. & facillimo negotio, adhibita subornatione, posset novos testes ad falsam probationem inducere, per quos probationi antea factæ, in magnam alterius partis injuriam, posset aliquid addere, mutare, vel detrachere, proxi sibi magis expediti videretur; meriti propter testium corruptionem; & ad vitanda calumniam crimina, ut veritas magis elucescat, prudentissime in presenti, & in dictis iuribus fuit constitutum, quod testes super eisdem articulis, vel directo contrariis publicatis attestacionibus, neque in prima, neque in secunda instantia admittantur.

Primo obstat textus in cap. cum dilectus, cap. cum Iohannes, cum alijs de fide instrumentorum, in quibus iuribus cavetur, instrumento, post testium publicationem ad-

mitti posse, & tamen testes, & instrumenta equiparantur, *cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum*. Sed huic dubio communiter respondetur, idem instrumenta post testium publicationem admitti posse, quia illa non secretè, sed palam celebrantur, & idèd cum in instrumentorum productione cesset omnis subornationis timor, Glossa in *cap. series, de testibus*, iusta de causa in specie nostri textus, & in dictis iuribus, nulla prohibitionis mentio post publicationem de receptione instrumentorum habetur.

Secundò solutioni obstat text. in *leg. 1. ff. de testibus*, ubi attestationum appellatione, testes, & instrumenta comprehenduntur: ergo quemadmodum testes post publicationem non admittuntur, sic similiter nec instrumenta admitti debent. Qua in difficultate responderi posse arbitramur, quod etsi lato loquendi sermone, *Attestationum* appellatione testes, & instrumenta comprehendantur; id tamen procedit ad hoc, ut tanta fides sit adhibenda testibus, quam instrumentis siquidem in exercendis litibus parem vim obtineant, *leg. in exercendis, Codic. de fide instrumentorum, cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum*; at verò quoad temporis productionem, testes, & instrumenta plurimum inter se differunt, siquidem testes post publicationem non admittuntur; secus instrumenta: ratio differentie in eo consistit, quia ut supra diximus, instrumentorum fides, neque corrumpi, nec mutari potest; testium verò depositionem pecuniis, aliòve inordinato affectu post publicationem mutari possunt.

Tertio obstat textus in *cap. series 26, hoc tit.* in illis verbis: *Tamen testes offerens, quam publica instrumenta*. Ex quibus verbis constat, testes, & instrumenta, etiam post publicationem admitti posse. In qua difficultate, omnia Cuiaci, interpretatione, in *posthumis ad eundem textum*, dum asserit idèd ibi testes recipi posse, quia testium publicatio nondum erat facta; siquidem apertè convincitur ex illius *textus* mente, ubi constat, quod ex parte adversa, adversus testium dicta, exceptio fuit proposita; quod fieri non poterat, nisi publicatis iam attestationibus: quare verissime est dicendum, quod ibi etiam post testium publicationem testes admittuntur, quia simul cum instrumentis ad maiorem instrumentorum fidem sunt producti, Abbas *ibi n. 6. Felin. n. 8. Berroius n. 5.*

Quarto obstat text. in *cap. causam matrimonij, penult. de probationibus*, ubi post testium publicationem, novi testes super eisdem articulis, vel directò contrariis admitti possunt. Cuius difficultatis nodus ex eo dissolvitur, quod *text.* ille procedit in causa matrimoniali, in qua sententia non transit in rem iudicatam, *c. lator 7. de sententia, & re iudicata*, merito post publicationem testes admittuntur, iuxta text. in *c. constitutus 46, hoc tit.* quod admittum est, quia in matrimonialibus causis grave animarum periculum vertitur: veluti ne separentur, qui legitimum vinculum copulati sunt; vel ne copulentur, qui ex lege divina prohibiti sunt Sanchez *de matrimonio, lib. 7. de impedimentis, disp. 103. Covar. in pract. c. 18. num. 6.*

Quinto solutioni obstat dicere, quod ratio, propter quam testes post testium publicationem non admittuntur, ea est, ut veritas elucescat, & vitentur subornationis periculum; sed idem periculum post publicationem est in causa matrimoniali, sicuti in alia quavis causa civili ergo nec etiam in matrimoniali admitti debent. Cui considerationi dici solet, quod etsi idem sit periculum, non tamen est tantum, quantum versatur in conjunctione prohibita inter affines, & consanguineos, quod in ceteris periculum maius, & certius est, quam subornationis, & de duobus malis, quod minimum est eligere debemus. Quæ interpretatio, etsi generaliter in causa matrimoniali sic recepta, verissime tamen dicendum esse existimo, quod in *d. cap. causam, de probationibus*, non ex eo solum testes post publicationem admittuntur, quia causa matrimonialis erat, sed etiam quia ibi agebatur de virginitatis causa, arte, & peritorum testimonio

decidenda, uti sunt obstetrices de virginitate, qui testes, etsi periti essent, facile decipi poterant, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Quia super oculi solentur, & manus obstetricum*, late disputat Osuald. ad Donellum libro 29. commentar. capite nono, littera P.

Sexto obstat textus in *c. constitutus 46, hoc tit.* ubi testes post publicationem admittuntur. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod ibi non solum post publicationem testes admittuntur, quia causa matrimonialis erat, sed etiam quia testium publicatio, juris ordine non servato, fuerat facta; siquidem Regina Bohemiorum, ad testium publicationem non fuerat citata, neque unquam suam intentionem probare potuit, cum à satellitibus illius Provincie, & Regni, fuerat impedita; merito ex iure communi, quamvis causa matrimonialis non esset, testes iterum post publicationem admitti debebant, notat Cuiacius in *posthumis ad eundem text.*

Septimo obstat textus in *cap. 2. de purgatione vulgari*, ubi post diffinitivam sententiam, iterum testes in eadem causa, & super eisdem articulis admitti possunt. In qua difficultate, omnia Abbatis interpretatione, ibi, dum asserit in criminalibus causis id admittum esse; cuius sententia convincitur ex eo, quod nec in criminalibus post publicationem testes, admitti debent, iuxta text. in *cap. plucius 4. q. 3.* quare hac, & aliis ommissis, verissime dicendum est, quod idèd ibi testes post publicationem admittuntur, quia sententia illa nullitatem expressissimam in se continet, cum prolata sit contra iuris primordia; siquidem illa vulgaris purgatio, & testium productio facta fuerat per duellum, quæ quidem purgatio à sacris canonibus improbat, iuxta text. in *c. 1. & fin. eiusdem tituli*, merito cum sententia illa nullius sit momenti, & perinde habeatur, ac si prolata non esset ideo post eam testes admittuntur, notat Glossa *ibi*, verbo, *Restituar*, Anastasius Germonius in *paratisis, ad eundem titulum*.

Octavo obstat text. in *cap. cum bona memorie, ult. de probationibus*, ubi in restitutionis causa testes semel recepti à primis iudicibus, iterum à secundis super eadem restitutionis causa, & eisdem articulis recipi possunt. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod in specie illius textus non probatur, testium publicationem jam coram primis iudicibus fuisse factam, & iterum in eadem causa, & super eisdem articulis coram secundis iudicibus admittendos esse; sed tantummodo probatur, quod si lis est jam contestata coram primis iudicibus, & probationes receptæ, non tamen testium dicta publicata; si causa illa fuerit sublata primis iudicibus, & secundis delegata, tum super eadem causa, & spolio, iterum novæ probationes, simul cum prioribus admitti possunt: & sic illius *text.* decisio nihil obest adversus nostri textus sententiam, uti animadvertit Cuiacius in *posthumis ad Decretales, in d. c. fin. de probationibus*.

Nondò solutioni obstat text. in *c. presentata 50, hoc tit.* ex quo constat, quod etiam si testium publicationes fuerint factæ coram arbitro iudice, poterunt iterum, non solum in eodem arbitrario iudicio testes recipi, verum etiam coram ordinario super eisdem articulis, vel directò contrariis. Cuius textus difficultas salva manebit ex eo, quod idèd in iudicio arbitrario etiam post publicationem testes admittuntur, quia Arbitri veram jurisdictionem non habent, sed tantum privatam causæ cognitionem administrant, *leg. priorum, Cod. de jurisdictione omnium iudicum*, ideoque cum illa testium publicatio arbitrario iudicio nullam iuris solemnitatem retineat, & Arbitrorum sententia in rem iudicatam non transeat, *leg. 1. Cod. de receptis arbitris*, mitum non est, quod etiam post publicationem in arbitrario iudicio factam, etiam in ordinario iterum testes admittantur.

Decimo solutioni obstat text. in *l. penult. §. ad hoc generaliter, Cod. de receptis arbitris*, ubi generaliter Imperatores constituunt gesta, & allegata in compromissario iudicio, fidem facere ordinario. Cuius difficultas

solvitur ex eo quod in *dist. l. penult. ad hoc*, non simpliciter ab Imp. est deciderit, quod testium receptio in arbitrario iudicio, apud ordinatum omnino si eam prelatate debeant, sed tantum ibi Casares constituunt, quod gesta apud Arbitros, possunt valere apud ordinarios, non vero debent, siquidem inter verbum, *potest* & verbum, *debet*, plurima est differentia: nam verbum *potest*, significat arbitrium, & voluntatem; at vero verbum, *debet*, significat necessitatem; notat Morla in *tempore ad titulum de iurisdictione in procuratio*, num. 14. & valere possunt apud Ordinarium gesta apud arbitrum, si partes in eo consenserint, alioquin parte vna contradicente, noviter in Ordinario testes sunt admittendi; nisi forte testes in arbitrario iudicio recepti, fuerint mortui, vel peregre absint: nam in hoc casu ex æquitate fidē apud Ordinarium faciunt, *l. fin. C. de testibus*, Cuiacius *ibi*, *Dor. in auth. & qui semel, C. de testibus*, *Ql. ad Don. l. 2. §. o. si. litera l.*

13. Undecimo adversus nostrum *textum* in versicul. *Si vero fuerint quæstiones*, ex quo deducunt DD. quod in articulis novissimis, ex prioribus emergentibus, publicatis attestacionibus, non solum admitti possunt testes novissimi, verum etiam illi, qui ante deposuerant, *dist. l. fin. C. de testibus*: obstat *textus* in *l. produci, ff. hoc tit.* cuius hæc sunt verba: *Producei testis is non potest, qui ante in eum veni testimonium dixit, ex quibus verbis constat, neminem posse testem pro se producere, qui semel adversus eum in alia causa testificaverat, & ratione comprobatur: nam qui semel contra me testificavit, iterum pro me, nec adversus me admitti potest, cum semper censetur esse inimicus, & vltor, iuxta *textum* in *e. placuit. 2. q. 3.* Cui dubio, omnia Cuiac. interpretatione, *lib. 2. observat. cap. 23.* Budæi in *annotationibus ad Pandectas, ad eundem textum*, veritatem esse existimo, quam refert Daarenus *lib. 2. discept. cap. 29.* dum asserit illius *text.* sententiam esse eadem ac si diceret, quod testes antea contra me recepti, iterum contra me, nec in aliis novissimis causis admitti possunt; & id solummodo secundum *Venuleij* sententiam procedit in causis criminalibus, non vero in civilibus: ratio est, quia non levis in micis coniectura est, cum testem inimicum esse in causa posteriori, qui iam in priori adversus me testificaverat: merito nihil obstat adversus prædictum nostrum *textum* sententiam, siquidem in præsentibus solummodo agitur de recipiendis eisdem testibus super novissimis articulis, ex primis dimanantibus in causis civilibus, in quibus cessat illa affectata inimicitia: cuius *Duarenij* interpretatio comprobatur ex eo, quod decisio illius *textus* desumpta est ex *Venuleio* in tractatu de publicis iudicijs, uti demonstrant verba illius *textus* in eius fronte deposita.*

14. Duodecimo obstat *textus* in *cap. veniens 38. hoc tit.* vbi probatio in continenti oblata in causa summaria, & publicatis in ea attestacionibus, iterum novi testes super iure Decanatus, & eisdem articulis, vel directo contrarijs vsque ad plenariam causæ cognitionem, tã ab vna, quam ab alia parte admitti possunt. In qua difficultate *Innocentius* & antiquiores *ibi* existimant, quod non obstante publicatione facta in summaria iterum testes possunt produci in plenaria cognitione etiam super eisdem articulis vel directo contrarijs: rationē reddit *Innocentius ibi*, quia in summarijs causis non observatur illa iuris solemnitas, siquidem celeriter absque strepitu, & figura iudicij proceditur: deinde quia si iterum testes non admitterentur iustitia, & ius ligantium periclitaretur, ob defectam probationis, iuxta *textum* in *Cl. 2. de verb. significatione, Clem. 2. de iudicijs*; merito ut hæc mala evitentur, etiam facta publicatione in summaria, iterum in plenaria, testes super eisdem articulis admittendos esse affirmat iuxta *textum* in *capit. cum in tua 44. hoc titul.* Sed licet hæc sententia communiter sit recepta, tamen verius dicendum esse arbitramur, quod in *dist. capit. veniens. 38. hoc tit.* non ex eo solo, testes post publicationem factam in summaria, iterum in plenaria recipiuntur; sed

præcipue, quia summaria de diversa, & separata agitur causa cum in summaria non fuisset actum de meritis ipsius causæ sed solummodo legitimanda meriti oppositis persona, ad impediendam Decanatus sententiæ executionem; quare mirum non est, quod non obstante publicatione in summaria, iterum testes in alia nova causa, tam ex parte vnius, quam ex parte alterius recipiantur: vti bene animadvertit *Cuiacius in posthumis ad Decretales in dist. capite, veniens.*

Decimotertio obstat dicere, quod toties testes sunt recipiendi quoties veritas per illos ad lucem produci potest, iuxta *Pauli responsum* in *l. vnus, §. cognituram, versicul. Quocumque tempore, digest. de quæstionibus, cap. indicantem, 30. quæst. 5. ibi: Tandem actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniat: sed nemo est, qui nesciat, adhuc post testium publicationem ad veritatis lucem perveniri posse: ergo vt veritas elucescat, etiam post publicationem, iterum super eisdem articulis testes recipi possunt. Cuius difficultas salva manebit ex eo, quod verissimum est, testes toties recipi debere, quoties per illos ad veritatis lucem perveniri possent; non tamen legitime veritas constare potest, quoties receptionis tempore legibus definitio non constat. Quo supposito, non obstat *textus* in *dist. l. vnus §. cognitum, versic. Quocumque tempore.* Quia verba illa sunt intelligenda de omni tempore idoneo, iuxta *textum* in *l. 1. & eius Glossam, verbo. Quibusunque. C. de fide instrum.* & idoneum tempus non dicitur post publicationem, et rationibus, & iuribus *supra* adductis: & ita similiter est interpretandus *text.* in *dist. cap. indicantem, versic. Tandem*, quia verbum illud, *Tandem*, restringi debet, quando tempus à iure definitum id permiserit. Neque obstat verba illius *textus*, *ibi: Quam peractis omnibus &c.* Quia idem est, ac si diceretur, *per actis omnibus, quæ ad legitimam testium publicationem desiderantur.**

Decimoquarto, obstat dicere quod in iudicij nihil magis attendi debet, quam ipsa veritas, *capit. 1. de iudicijs, lib. 6. l. illicitas, §. veritas, dig. de officio Præsidis*, sed veritas aliter, quam per testes in lucem produci potest, *l. nec omnia, Cod. de liberali causa l. penultima, dig. de probationibus, capit. 3. capit. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis*, ergo non admittere probationem, etiam post publicationem, est veritati tenebris effundere, & procedere contra proprium indicantis munus. Quæ difficultas parum oberit, si dixeris iura in argumento adducta non esse contraria nostri *textus* decisioni, siquidem ex nostri *textus* sententia, non occultatur veritas, neque officium iudicis læditur imo potius prohibitio post publicationem, vt testes iterum non recipiantur, præcipue fit, vt veritas illucescat, & vt omnis subornationis timor vitetur: vti latè *supra* diximus in decidendi ratione.

Decimoquinto, adversus ea quæ *supra* in *numer. 9.* diximus, videlicet in criminalibus etiam post publicationem testes, non esse admittendos. Obstat dicere, quod in causis, in quibus est vitium irremissibile, ac irreparabile, testes possunt post publicationem produci, *cap. 1. 1. or, capit. consanguinei de sententia, & re indicata*, sed vitium in causa criminali est irreparabile per partes, cum nemo sit dominus membrorum suorum, *l. liber homo, cum vulgatis, dig. ad legem Aquiliam, capit. contingit, de sententia excommunicationis*: ergo in criminali causa, quemadmodum in matrimoniali, cum in eisdem sit vitium irreparabile, testes post publicationem possunt produci. Sed hoc dubio non obstante, verissime est dicendum, quod criminalis causa, etiam capitalis, in se non retinet vitium irremissibile, sed remissibile per partes; nam licet reus condemnatus se ipsum occidere non possit, *dist. l. liber homo, cum similibus*, poterit tamen pati se iuste occidi, & per patientiam omittere licitam defensionem, ob aliquam iustam causam, vel charitatis zelo, ne alius occidatur, iuxta *textum* in *cap. non est nostrum, 23. quæstion. 5. Covarr. in 4. 2. part. §. 12. numer. 16.* fecus vero dicendum in matrimonio, vbi

damnum Ecclesie extat, quod à privato remitti non potest.

Decimosexto solutioni obstant verba textus in *dist. cap. non est nostrum*, 23. *question. 5.* vbi his verbis D. Hieronymus scribit: *Non est nostrum mortem arripere; sed illatum ab alijs libenter accipere.* Cui dubio communiter dici solet; quod D. Hieronymus ibi tantum affirmat, neminem debere libenter mortem arripere; sed si ab altero fuerit illata, eam pati, & libenter consentire; & cum Iudex non intendat mortem iniuste inferre, sed solam reum, quem criminofum ex probatione et si iniusta apparet, punire, à quo omnes legitimas, & iuridicas defensiones prius receperat; merito si reus tacito consensu, ob omissam probationem velit pati, ex ipsamet legis dispositione, sententia in causa criminali transit in rem iudicatam; siquidem lex positiva pro bono publico potuit statuere, quod ille qui intra legitimum tempus se non defenderit, amplius contra sententiam non audiatur, nisi per restitutionem à Principe impetratam, *leg. secunda in fine, digestis, de quaestionibus, leg. divi, digestis de penis, Abbas in capit. de his, de accusationibus, Bartol. in dist. leg. divi*, videndus est Divus Thom. 2. 2. *question. sexta, articulo quinto*, Idem 2. 2. *questione 59. articulo 3.* cum traditis à Doctor Balboa in *capit. lator 7. numer. 22. de sententia, & re iudicata.*

Decimosextimo adversus ea, quæ communiter in presentis, notant Doctores omnes; & nos in conclusione diximus; videlicet similiter in appellationis causa, post publicationem in prima instantia super eisdem articulis, tam de iure Pontificio, quam Cæsareo, testes non esse admittendos, cum etiam tunc existat idem subornationis timor, vt expressè demonstrat textus in *Clemem. 2. versio. Cum non minus, hoc titulo, dist. Authen. de testibus, §. quia vero, collatione 7. versio. Ommino alterius licentiam, &c.* Obstat textus in *eos, §. siquid tamen, C. de appellationibus*, vbi succumbens in causa principali, si minus allegaverit, vel probaverit, poterit plus, & iterum eotam Iudice appellationis probare. Sed responderetur, textum illum non asserere, iterum posse examinari testes eosdem super eisdem articulis in appellationis causa, sed tantum affirmat, quod is qui minus allegavit, vel probavit in causa principali, poterit iterum plenius allegare, & probare in causa appellationis, hoc est super novis articulis, etiam ex primis dependentibus. Ita similiter est interpretandus textus in *leg. in offerendis 37. §. is videtur, in fine, Cod. eodem.* Quod adeo verum est, vt etiam si ad Principem fiat provocatio, neutriquam post publicationem, iterum testes possunt admitti, nisi super novis articulis, ex *dist. §. is videtur, Roland. de Valle cons. 45. volum. 2. num. 15. Covar. in practis, c. 18. num. 6. Maranta de ordine iudiciorum 6. par. cap. de testium productione, num. 22. Don. in dist. authent. Et qui semel, Olu. ad eundem lib. 25. comment. cap. fin. littera I.*

Decimosextavo solutioni obstat text. in *leg. cum à nobis 5. Cod. de dilationibus*, vbi generaliter in appellatione ad Principem absque distinctione illa dilatio, seu testium receptio admitti potest. Sed respondendum est in *ti. de dilation.* quæ tribuuntur instruendæ litis causa, de qua nondum instructio facta est, quæ dilatio in cognitionibus Principum non tribuitur, cum iam ratio dilationis cesserit, siquidem causæ, quæ ad Principem mittuntur, plenè instructæ transmittuntur, l. 1. *eiusdem tit. C. de dilationibus, & relationibus.* Cæterum aliæ probationes, quoad novissimos articulos admittuntur, si adduntur causæ satis instructæ, notat Cuiac. in *dist. l. eos, C. de appellationibus.*

Decimonono obstat text. in *l. per hanc 4. Cod. de temporibus appellationum*, vbi si exceptio, quæ in principali causa est proposita, & minus probata est, vel instrumentum suspectum, poterit in causa appellationis plenè, & integrè probare, vt constat ex verbis illius textus, ibi: *Pleniore subvenitur veritatis lumine, &c.* Cui dubio satisfaciendum erit, si dixeris, sensum illius *versio*

esse, videlicet quod et si causa fuerit competentèr instructa, probatis quibusdam articulis in prima instantia, probationes tamen quoad novissimos articulos ex primis dimanantes melius, & dilucidius illustrari poterit: Aretinus in *cap. fraternitatis, hoc tit. num. 2. & 9. Salicet in dist. leg. per hanc in 3. colum. versio. Sed adverte.* Neque obstat si dixeris, quod idem, quod præstat restitutio minoribus, præstat etiam appellatio majoribus, l. *præf. ff. de minoribus*: sed minor restituitur adversus omissam probationem, etiam super eisdem articulis, l. *minor 33. ff. de minor.* ergo, & similiter idem dicendum est in majoribus. Quia responderetur, id speciale in minore esse statutum, in quo illa iusta restitutionis causa tollit etiam omnem subornationis suspicionem, l. 1. §. *nunciario. ff. de novi operis nunciatione*; omnino vide ea quæ inferius dicemus in *c. cum dilectus 9. de fide instrument. & iur. lator 7. de sententia, & re iudicata.*

Ad textum in cap. Testimonium 54. cap. Non debent, fin. hoc titulo.

DE horum iurium expositione, supra diximus, in *cap. veniens 10. hoc tit. & inferius dicemus in cap. 1. de exceptionibus.*



AD TITVLVM DE Testibus, cogendis, vel non. XXI.

Ad textum in capit. 1. Cum aliis, hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes qui à ferendo testimonio in causa civili, vel criminali, odio, gratia, vel timore se subtrahunt. Ecclesiastica disciplina compelli debent in iudicium venire; nisi fuerint privilegiati, qui in domo compelluntur iurare.
- 2 Veritatem celare lethale peccatum est.
- 3 Testis, qui compellitur testimonium dicere, non compellitur vt sub certa forma dictum præferat, sed prout sciverit deponit: ac ideo eius dictum non coactum, sed voluntarium dicitur. Expenditur text. in c. superiore 3. de testib. cogendis.
- 4 Testes tam in civili, quam in criminali causa, compellendi sunt testimonium dicere. Interpretatur textus in c. dilectorum 10. de testibus cog. versio. Præterquam super criminibus.
- 5 Illustratur textus in capit. pervenit 5. de testib. cog. versio. Quod ij qui de rebus Ecclesiasticis testificati recusant, &c.
- 6 Interpretatur text. in c. pervenit 4. de testib. cog. versio. Ad detegendum tantæ fraudis, & calliditatis commentum, c. fin. ejusd. tit. c. olim penult. de accusation. versio. Absolvi debent ab illo iuramento per Iudicem competentem, &c.
- 7 Illustratur textus in l. nimis grave, C. de testibus, l. si post, C. de assessoribus.
- 8 Testes prius sunt monendi testimonium dicere, & postea compellendi: & in n. 3. Expenditur textus in authent. rogati, C. de testibus, l. cum ab initio 4. cum l. 7. ff. quemadmodum testam. aperiantur.
- 9 Famina privilegio gaudent, ne compellantur personaliter

- in iudicium venire, testimonij dicendi causa: ne virorum caribus miscantur.*
Interpretatur textus in cap. quoniam 3. de testibus.
- 10 *Expenditur textus in capite secundo, de iudiciis, libro sexto, versic. Invitas, iuncto versic. Ceterum.*
- 11 *Testes tunc demum compellendi sunt cum aliter veritas non possit haberi.*
Qua differentia ratio exet inter privilegiatos, & non privilegiatos: ibi proponitur.
- 12 *Egregia persona an compellantur in iudicium venire? Intellige ut ibi.*
Interpretatur textus in l. iubemus 37. §. 3. C. de Episcop. & Cleric. cum l. inviti 8. ff. de testib. l. ad personas 15. ff. de iureiurando.
- 13 *Index potest Tabellionem mittere, ut à quibuscunque personis testimonium exigat, nisi causa criminalis, vel ardua fuerit.*
Expenditur textus in l. quæ tota, digestis, de rei vindic.
- 14 *Servi in caput domini torqueri non possunt.*
- 15 *Illustratur textus in l. 1. §. item Mummio, ff. de quæstionibus.*
- 16 *Servus in caput domini in crimine Incesti, & Adulterij torqueri potest.*
Interpretatur textus in l. si quis viduam 5. ff. de quæstionibus.
- 17 *Ad concordiam reducuntur textus in l. cum probatio 7. ff. de probationibus, cum l. quæro, §. servum, ff. de ædil. edicto.*
- 18 *Pater pro filio, vel filius pro patre, non compellitur testimonium dicere.*
Interpretatur textus in l. qui iurasse 26. §. si pater, ff. de iureiurando.
Ibi remissive expenditur textus in l. videamus 4. ff. de in litem iurando, l. divo 11. ff. de quæstionibus, l. 2. §. in filiis, ff. de Decurionibus.

CONCLUSIO.

ISTES qui à ferendo testimonio in causa civili, vel criminali odio, gratia, vel timore se subtrahunt. Ecclesiastica disciplina compelli debent personaliter in iudicium venire; nisi fuerint privilegiati, qui in domo compellantur iurare. Consonat textus in capite primo, sicando, versio. & fere per totum hunc titulum, cap. quoniam 3. cap. iniuravit 18. & 45. de testibus, cap. statutum, §. in proferendo, de rescriptis libro sexto, l. post legatum 3. §. si vero, ff. de his quibus ut indignis, l. inviti 2. §. & 19. ff. de testibus, l. cum ab initio 4. ff. quemadmodum testam. aperiantur, l. ad personas 15. ff. de iureiurando, l. si quando, l. parentes, Cod. de testibus, l. iubemus 37. §. omnes, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. 15. in 16. parte tertia, l. 6. tit. 6. libro quarto, Recopilationis, sic amplectuntur Fatinac. de testibus, tom. 2. quæst. 78. capite primo, Navarrus in manuali, capite vigesimo quinto, numero quarto, Gilchenius in l. iudices, Cod. de fide instrumentorum, Riccius in praxi Ecclesiastica, decis. 447. Menochius de presumptionibus, libro secundo, presumption. 55. Covarruvias in cap. quamvis pactum, in principio, numero vigesimo quinto, & numero vigesimo septimo, Duarenus ad tit. de testibus, capite secundo, Donel. in leg. 1. Cod. de quæstionibus, Idem in l. si quando, l. parentes 9. Cod. de testibus, & libro vigesimo quinto, commentar. capite decimo, Cuiac. in paraphrasi ad hunc titulum, Idem ad titulum, Cod. de quæstionibus, & libro secundo, observat. capite trigesimo tertio, & libro decimo sexto, capite decimo nono, & libro decimo tertio, capite trigesimo octavo, & libro octavo, capite decimo tertio, Antonius Faber in Rationali ad textum in dict. l. ad personas 15. de iureiurando, D. Balboa in cap. 1. de foro competenti, quæst. 3. Præceptor noster D. Martinus de Hontiveros, in repetitione ad textum in cap. 1. hoc titulo.

Ratio est ne veritas in defectum probationis occultetur, quia aliàs quilibet testis subterfugeret, & actoris ius suum consequi non possent, & bonus pro malo haberetur, & e contra, ac etiam delicta impunita remaneret. Deinde quia mortalis reatus est veritatem celare, merito, ut omnia hæc mala videntur, proceditur contra testes recusantes testimonium proferte, cum remediis in hoc tit. expressis, præcipue cum testimonium dicere sit manus publicum, ad quod subeundum omnes compelli possunt, nisi privilegiati sint, cap. licet ex quadam, de testibus, l. si quis manus, ff. de muneribus, & honoribus.

Primo obstabit sequens consideratio, videlicet, quod ea omnia quæ quis metu coactus facit, Prætoris officio rescinduntur, l. 1. & per totum tit. ff. quod metus causa, capite primo, de iis, quæ vi: ergo si testimonium à teste eo invito metu carceris exigitur, qui iustus est, & cadens in virum constantem dicitur, testimonium illud non firmum, sed infirmum, & revocabile erit; præcipue quia exinde finis testimonij corrumpitur, cum non sit verosimile, veritatem dicere, qui coactus iuratur. Quæ difficultas dissolvitur si dixeris, quod non obstante metu illo testis dictum valet, cum voluntarium sit: nam licet compellatur in iudicium venire, non tamen compellitur, ut testimonium certa forma, sic vel sic proferat, sed prout sciverit deponat, siquidem in eius arbitrio relinquatur Bart. in l. post legatum, §. si vero, numero primo, ff. de his, quibus ut indignis, Præcep. nost. D. Martinus de Hontiveros, ubi supra. Neque solutioni obstat textus in cap. super eo 3. hoc tit. ubi potius sunt monendi, quam cogendi testes. Nam dicendum est, quod prius sunt monendi, et si admoniti venire noluerint, cogi possunt.

Secundo obstat textus in cap. delictorum 10. hoc tit. versic. Præterquam super criminibus, & c. Ex quibus verbis deducitur, quod et si testes in causa civili compelli possint, non tamen in criminali. Cui difficultati ut occurramus, adnotandum est, regulam esse tam in Civili, quam in criminali causa, testes esse compellendos. Neque obstat verba illa: Præterquam super criminibus. Quia non sunt generaliter accipienda, ita ut in omnibus causis criminalibus testes non debeant compelli; sed tantum mens Pontificis fuit, videlicet quod in specie ibi proposita, ubi inter Episcopum, & Capitulum, partim fuit actum de criminalibus, partim vero de civilibus causis, quamvis in civilibus testes compelli poterant; tamen in criminalibus compelli non poterant. Ratio est, non quia criminalis esset causa; sed quia ibi in criminali adhuc lis non erat contestata, cum reus absens non poterat per procuratorem audiri; sed cum propria eius presentia defendi debet, cap. tua 5. de procuratoribus, cap. veniens 15. de accusationibus, Cuiac. libro vigesimo, observat. capite vigesimo, Donel. lib. 18. cap. 10.

Tertio solutioni obstat textus in cap. pervenit 5. hoc tit. versic. Quod si qui de rebus Ecclesiasticis testificare recusent, & c. Consideratio est, quod si testes tantum super rebus Ecclesiasticis recusantes compelli poterant, consequens videtur, quod super iniuriis Clerico illatis non poterant compelli: siquidem de illa causa criminali, etiam fuit consultus Pontifex. Cuius textus difficultas dissolvitur ex eo, nam quamvis de iniuriis illatis in dict. cap. pervenit 5. non sit directè expressa responsio, tamen indirectè, & obliquè Pontifex respondit; quasi diceret: quod si in rebus Ecclesiasticis compelluntur, præcipue, & maxime super personis Ecclesiasticis compelli debent, cum Clerici etiam nomine rerum Ecclesiasticarum comprehendantur, notat Gloss. ibi, verb. Ecclesiasticis.

Quarto prædictis obstat textus in cap. pervenit 4. hoc tit. versic. Ad detegendum tanta fraudis, & calliditatis commentum. Ex quo constat, quod tantum propter fraudem, & calliditatem compelluntur testes, non tamen propter causam principalem, & criminalem. Cui dubio satisfaciendum est, quod ibi super utrumque debent compelli testimonium dicere; sed prius de malicia,

rium, Clement 1. §. sane, de hereticis, & inter cetera, vers. In de, de officio Ordinarij, c. 2. de iudicijs lib. 6. In causis autem criminalibus delegatio illa non facile admittitur, siquidem Iudex tenetur ire ad domum testium, qui impediti sunt, *authent. apud eloquentissimum, Cod. de fide instrumentorum.*

Neque obstabit dicere, quod Iudex potest delegare totam causam criminalem; arguunt textus in *l. si quid eris 11. ff. de officio Proconsulis*, ac per consequens committere testium examinationem, uti partem totius causae, iuxta regulam textus in *l. que de tota, ff. de rei vindicatione*. Quia dicendum est, argumentum recte procedere, nisi longè diversa ratio esset, in receptione testium, quam in delegatione totius causae: quia in causis criminalibus, ipse Iudex debet testes examinare, cum ex illa examinatione totum causae pondus dependeat: siquidem in eorum vultu Iudex ex titubatione cognoscere possit, an sit verum, quod deponant: aliter autem pronuntiatio tam commodè fieri non posset, si per Tabellionem testes recipere-
rentur.

14 Duodecimò obstat textus in *l. servus 8. Cod. de testibus, l. prima, Cod. de quaestionibus*, ubi servus in caput domini, etiam in defectum probationis, siue causa sit civilis, siue criminalis, adhibitis tormentis non compellitur testificare; & tamen servus in defectum probationis ad testimonium admittitur, *l. servi 7. ff. de testibus, l. diuus, ff. de quaestionibus*. Pro qua difficultate annotandum est: in iure admissum esse, ut servus in caput domini non possit torqueri: tum propter magnam reverentiam domino debitam, tum etiam quia servi quodammodo hostes, & inimici suis dominis sunt. Quod adeò verum est, ut neque possit torqueri in caput illius, qui olim fuit dominus ipsius in memoria prioris domini, *l. unus 18. §. servus, ff. de quaestionibus, l. servus 14. Cod. eodem, Donel. in dist. l. servus 8. C. de testibus.*

15 Decimotertiò huic sententiae valdè obstat textus in *l. 1. §. item Mummio, ff. de quaestionibus*. Vbi deportati servus, qui per deportationem in eius potestate esse desijt, hac de causa in eius caput torqueri potest. Quia in difficultate alijs omissis dicendum esse existimo: huius dubij sententiam non esse generaliter accipiendam: sed specialiter adaptandam ad speciem propositam in *dist. l. 1. §. item Mummio*: nam idè ibi servus in caput prioris domini torqueri potest, quia simul atque est capite diminutus, amittit bona simul, & servos, ac reverentiam à iure civili sibi debitam, qua cessante, cessat etiam sententia supra adducta, Cuiac. in *dist. l. 1. Cod. de quaestionibus*.

16 Decimoquartò, prædictis obstat textus in *l. si quis viduam, vel alij nuptam 5. ff. de quaestionibus*. Vbi servus in caput domini torqueri potest. Cui dubio verissimè dicendum est, regulam supra adductam restringi alijs in casibus: Vtuti si dominus cum vidua, vel alij nupta, adulterij crimen patravit, cum qua ob affinitatem nuptias contrahere non poterat; nam tunc servus in caput domini torqueri potest: specialitatis ratio est, quia tunc dominus duplex crimen commisit. Incesti videlicet, & adulterij, qua de causa propter atrocitatem criminis in caput domini servi torqueri possunt. Idem etiam est dicendum in crimine laesae Maiestatis, census, fundationis, hoc est in tributum usurpatione, iuxta textum in *l. 1. Cod. de quaestionibus*, de quibus omnibus latè Cuiac. *lib. 6. observat. cap. 19.*

17 Decimoquintò obstat textus in *l. cum probatio 7. ff. de probationibus*. Vbi si servus sit emptus sub duplæ stipulatione, si fugitivus fuerit, servi dicto adversus dominum, ut dupla debeatur, non est credendum absque tormentis. Consideratio est, ergo adhibitis tormentis ei contra dominum fides adhibetur. Quod omnino contrarium refert textus in *l. quaro, §. servum, ff. de adilitio edicto*. Quae iura ad concordiam reducuntur ex eo, quod in *dist. l. cum probatio 7.* idè de servo adversus

dominum quaestio haberi debet, quia servus de facto proprio deposuit: quo in casu, servi etiam contra dominum torqueri debeant, *l. servus, Cod. de testibus, l. interrogari, Cod. de quaestionibus, l. quoriam 12. C. eodem, Donel. in d. l. C. de quaestionibus.*

Neque obstat textus in *dist. l. quaro, §. servum, ff. de adilitio edicto*. Quia idè ibi servus, neque etiam ex facto proprio torquetur in caput domini, quia indicia ad torquem non praecesserant, uti in *dist. l. cum probatio 7.* Emundus Merclies libro tertio, *observat. capite trigesimo*, videndus est etiam Cuiac. *lib. 5. observat. cap. 38.* & ea quae supra retulimus in *cap. licet universis 23. de testibus.*

Decimosexto adversus ea, quae in praesenti notant omnes, videlicet quod nec filius pro patre, nec pater pro filio compelli possunt testimonium dicere, iuxta textum in *cap. super eo 22. cum alijs, de testibus, l. 4. & 5. ff. eodem*, & specialiter refert Gothofredus in notis ad text. in *l. 3. Cod. de testib. litera I.* Quod adeo verum est, ut neque volentes admittantur, *l. parentes 6. C. de testibus*: valdè obstat textus in *l. qui iurasse 26. §. si pater, ff. de iurando*. Vbi patris iuramentum filio prodest. Sed nihil obest, quia textus ille non asserit, quod pater compelli possit, de peculio in causa filij iurare; sed si iuraverit prodest filio, cum sibi imputare debeat, qui iuramentum à patre exegit, & eo solo sit contentus, *dist. l. qui iurasse 26.* Et pro conciliatione ad textum in *dist. l. qui iurasse, §. pater 1. cum §. pater 2. eiusdem legis*: omnino est videndus Antonius Faber, in *Rationali ad textum in dist. l. qui iurasse, §. 1. & 2. ff. de iurando*. Similiter videndus pro interpretatione ad text. in *l. videamus 4. ff. de in licem iurando*, in *Rationali ad eundem textum*, & pro interpretatione ad textum in *l. divo 11. ff. de quaestionibus*, cum *leg. 13. §. in filiis, ff. de Decurionibus*, videndus Cuiacius in notis ad eum. *Cod. de quaestionibus*, & plura quae ad hunc titulum pertinent supra retulimus in titulo, de iuramento calumnia.

AD TIT. DE FIDE Instrumentorum. XXII.

Ad textum in cap. Si scripturam in hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenti exemplum non solemniter sumptum fidem non facit absque originali.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Instrumenti exemplar auctoritate Iudicis desumptum, interveniente partis citatione, in iudicio admittitur.
Ex protocollo instrumentum absque partis citatione deduci potest, si tempore celebrationis contra illius partes consenserint, ut cuilibet deur transcriptum.
- 4 Expenditur textus in l. 9. tit. 9. part. 3. l. 17. lib. 4. Recop. in princip. tit. 25.
- 5 Interpretatur textus in capite primo, de fide instrumenti.
- 6 Expenditur textus in l. si quis ex argentariis, §. prohibet, ff. de edendo, l. publicati, Cod. de testamentis, l. 1. §. si quis in duobus, versic. Sed si vnum, ff. de bonor. possess. secundum tab.
- 7 Exemplare instrumentum deductum ex protocollo ab eodem Tabellione, qui rogatus, & praesens fuerat, originale reputatur.
Interpretatur textus in l. 1. §. si quis in duobus, in principio, ff. de bon. possess. secundum tab.

- 8 Privilegium amissum probari potest per testes depo-
nentes de ipsius privilegij tenore.
Illustratur textus in cap. cum olim 12. de privi-
legiis.
9 Inventario creditur cum auctoritate Iudicis cele-
bratur.
Exponitur text. in l. Chirographi 57. in princip. ff. de
administ. tutor.
10 Falsa demonstratio non viciat legatum.
Explicatur textus in l. si quis ita 30. l. qui volebat
61. ff. de hered. instituen. l. optimam, C. de contra-
henda stipul.
11 Expenditur text. in l. in fraudem 43. §. nec, verli. Iple
autem, ff. de iure fisci.
12 Interpretatur textus in l. Imperatores, §. 1. ff. de
probat.
13 Instrumentum perfectum dicitur, cum partes nihil ad-
dere, vel minuere velint, & subscriptio ab illis fue-
rit facta.
Interpretatur textus in l. contractus, Cod. de fide
instrum.
14 Illustratur text. in l. exempla, ff. de edendo.

CONCLUSIO.

ISTRUMENTI exemplum non solemniter
sumptum, fidem non facit absque originali. Ita
habetur in capite secundo, & fin. hoc tit. l. 2.
ff. eodem, l. si qua, l. Pomponius, ff. familia,
hereditaria, l. 2. & fin. ff. quemadmodum test. aperiantur,
l. 1. §. sed si unum, ff. de bonorum possessione secundum tabul-
as, l. 5. & 6. Cod. de probationibus, l. 3. Cod. de di-
versis scriptis, l. procurator, Cod. de edendo, l. exem-
pla 11. ff. eodem, l. unum 24. ff. de testamentis, l. scri-
pturas, Cod. qui postiores in pignore habeantur, l. contra-
ctus, Cod. de fide instrumentorum, Authent. de Tabellioni-
bus, §. nos autem, collat. 4. l. 54 tit. 18. parte tertia,
l. 114. eod. tit. ita tenet Mascard. de probationibus, con-
clus. 110. 111. & 1303. Menochius de arbitrariis libro
secundo, casu 113. & 187. Covarr. in Practicis, capite
decimo nono, numero primo, & secundo, & capite vige-
simo primo, numero secundo. Morla plures referens in
Emporio, tit. 11. questione prima, per totam, Azvedo
in dict. l. 1. numero vigesimo septimo, & in l. 2. numero
primo, tit. 21. libro quarto, Recopilat. Osuald. ad Do-
nel. libro vigesimo quinto, Commentariorum, capite septi-
mo, littera F. & in eodem libro capite octavo, littera A & V.
Duarenus ad titulum, ff. de fide instrumentorum, capite
tertio, Fachineus libro undecimo, cont. oversiar. cap. 31.
& 38.

Ratio est, quia Tabellioni publico non creditur, nisi
fidem faciat de iis in quibus à parte rogatur, vt non
eodemque tempore præsens sit, Authent. de Tabellioni-
bus, §. nos autem, iuncta Glossa verbo, Iniungatur, col-
lation. 3. Innocentius in cap. quoniam contra, de proba-
tionibus, numero sexto, & cum in exemplari simul à
partibus non sit rogatus, fides exemplari adhiberi non
debet, nisi in ipso exemplari à partibus sit rogatus, vel
partes conserferint, vt exemplar fidem faciat, argu-
ment. textus in l. optimam, Cod. de contrahenda stipu-
latione. Quæ decidendi ratio iuuatur ex eo, quod quan-
do vnum instrumentum reducitur ad aliud, oportet, vt
de primo constet, vt sic omnis suspicio fraudis cesser,
Authent. vt sponsalia largitatis, §. 2. collatione 9 quia
exemplo tantum crederetur, daretur materia fabri-
cati falsum; cum absque originali de falsitate con-
stare non possit, Innocentius in præsenti, numero sexto,
& nono.

Primo, prædicta decidendi ratio, ex eo impugnatur,
nam si vera esset, sequeretur, exemplum transumptum
iuxta solemnitatem traditam in cap. fin. hoc titulo, & in
cap. cum Tabellio, eodem, fidem non facere, cum par-
tium rogatio, consensus, vel approbatio non interces-
sit; & tamen ex dictis iuribus constat fidem facere: ac
per consequens ratio supra adducta sustineri non po-

test. Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod iura in
argumento adducta procedunt, quando exemplar de-
sumptum est auctoritate Iudicis interveniente, simul
cum partium citatione, quæ citatio vim consensus retin-
et, cap. qui tacet, de rez. iuris, libro sexto. Covarr.
in Practicis, capite secundo, numero tertio, Mascardus
conclus. 711. numero decimo nono. Neque obstat textus in
l. 9. tit. 19. parte tertia, l. 17. in princip. tit. 25. libro quarto,
Recopilation. Vbi Notarius cuilibet parti absque
citatione, & Iudicis mandato potest instrumentum
tradere, & publicum, ac solemne dicitur. Quia iura
illa procedunt in instrumento inscripto ex proto-
colo, quod Originale dicitur, de quo aliud primum
instrumentum potest deduci, & cuilibet parti absque
citatione tradi, quia tempore celebrationis contractus,
quo primum instrumentum conficitur partes ipsæ con-
sentunt, vt cuilibet detur transcriptum, quod au-
thenticum dicitur, Mascardus dict. conclus. 211. numero
vigesimo sexto. Neque obstat si testes superfluum esse
dicere, quoc non valet exemplum, nisi originale pro-
ducatur: siquidem si originale producat, ipsam per
se tantum probat, & sic nihil curandum erit de exem-
plo. Quia resp. quod in eo differunt: nam in exem-
plum producat intra terminum præfixum produ-
ctioni instrumentorum, vt in hoc Regno intra viginti
dies, l. 2. tit. 5. libro quarto, Recopilation. & originale
post terminum producat, confirmatur fides exem-
pli, & quasi videtur originale in termino productum,
Decius in præsenti, numero primo, Baldus etiam numero
primo, Mascardus dict. conclusione 711. numero 86. Paz
in praxi 1. tomo 7. pars. cap. unico, num. 101.

Secundo obstat textus in capite secundo, hoc titulo. 5
Vbi scriptura authentica fidem non facit, nisi per ma-
num publicam facta fuerit, aut authenticum sigillum
habeat: ergo malè in præsenti, scriptura authentica
absque illis adminiculis plene probat. Cui dubio oc-
curritur, si dixeris, quod authentica scriptura etiam
dicitur, quæ certum authorem habet, & ab ipso au-
thore auctoritatem, & fidem accipit; vnde quælibet
scriptura dummodo sit originalis, dicitur authentica,
etiam si privata sit, sed per se solummodo non facit fi-
dem, nisi per manum publici Tabellionis sit facta, vel
authenticum habeat sigillum; & ita interpretatur tex-
tus in dict. capite secundo, hoc titulo, At verò in hoc
nostro capite primo, scriptura authentica sumitur, non
tantum pro originali, sed pro ea, quæ de se auctori-
tatem sine alio adminiculo retinet, Abbas in pra-
senti, numero secundo, Covarruias in Practicis, capite
decimo nono, numero primo, Petrus Gregor. lib. 48. ca-
pite 14. num. 4.

Tertio obstat textus in l. si quis ex argentariis, §. 6
prohibet, ff. de edendo. Vbi quis cogitur edere exem-
plare instrumentum; quod difficile redditur, siquidem
nemo cogitur instrumenta edere, nisi quæ fide digna
sunt, l. 1. ff. de edendo. Quæ difficultas excluditur, quia
textus noster loquitur, quando exemplaria transcripta
sunt ex originali alterius Tabellionis: nam tunc Ta-
bellioni, tanquam ex auditu non creditur, cap. licet ex
quadam, de testibus, cum Tabellioni non credatur, nisi
de quibus fuit à partibus rogatus at verò textus in d.
§. prohibet, loquitur, quando primum exemplum trans-
criptum est ab eodem Tabellione, qui præsens; & ro-
gatus fuerat in originali; nam tunc fidem facit, &
originale reputatur; ita similiter est interpretandus text.
in l. publicati, Cod. de testamentis, l. unum 24. ff. eodem,
cap. dudum, de conversione coniugatorum, Morla in Em-
porio, tit. 11. questione prima, numero undecimo. Osuald.
ad Donel. libro vigesimo septimo, capite octavo, littera A.
D. E. F. Quod etiam locum habet, si partes in exem-
plari conserferint, Osuald. ad Donel. libro vigesimo
quinto, capite octavo, lit. V. & T. Cuiac. in l. 8. ff. de sta-
tu hominum. Neque solutioni obstat textus in l. 1. §. si
quis in duobus, ff. de bonorum possessione secundum tabul-
as, verfic. Sed si unum. Vbi in eadem specie, exemplum
ab eodem Tabellione conditum, vt possessio bonorum,
nullam

nullam fidem facit, nisi iussu iudicis sit delumptum; nam idem ibi exemplum fidem non facit, quia non erat authenticum, sed simpliciter confectum ad memoriam ipsius testatoris, cum non haberet eandem formam, & essentiam, quam ipsum originale habebat, Alciatus in l. procurator, Cod. de edendo, numero septimo, Alexan. in authent. si quis in aliquo documento, Cod. de edendo, numero quinto, Morla dict. tit. 1. questione prima numero 12.

7. Quarto solutioni obstat textus in dict. l. 1. §. si quis in duobus, in principio, ff. de bonorum possessione secundum tabulas. Vbi si in duobus exemplaribus testamentum sit scriptum, & aliud extet, aliud verò non extet, ex illo, quod extat recte bonorum possessio peti potest: quod etiam docet textus in l. si in duobus, ff. quemadmodum testam. aperiantur. In qua iurium difficultate dicendum est, illud procedere quando exemplum fuit delumptum ab ipso Tabellione, qui in originali præsens, & rogatus fuerat: nam tunc idem Tabellio plura exempla poterit conficere, quæ (vt diximus) originalia reputantur: at verò textus noster procedit, quando exemplum transcriptum est à protocollo alterius Tabellionis, quod fidem non facit, Morla d. sit. 1. quest. 1. num. 17.

8. Quinto obstat textus in cap. cum olim 12. de privilegiis. Vbi privilegium amissum probari potest per testes deponentes de ipsius privilegij tenore: ergo multo melius probari poterit per exemplum ipsius privilegij, quocumque Tabellione attestante. Cuius nodi solutio pendet ex eo, quod principium iuris est, testes sufficere, si de ipso publico instrumento, & de tenore privilegij, ac de aliis circumstantiis deponant, quæ depositio, & solemnitas, & legitima probatio actus gesti dicitur, & eandem fidem facit, ac ipsum instrumentum; præcipue cum textus in dict. cap. cum olim, loquatur de diplomate Principis, cuius autoritas ex genere membræ, scripturæ, & sigilli à peritis cognosci potest: non verò instrumento creditur, & si à pluribus Tabellionibus sit subscriptum, quia tunc Tabelliones deponunt absque iuramenti solemnitate de eo, de quo à partibus non sunt rogati: Covarruias in practice question. capite vigesimo, in principio, Morla vbi supra, tit. 1. quest. 1. num. 16. Osual. ad Donel. lib. 25. cap. 8. litera L.

9. Sexto obstat textus in l. chirographi 57. in principio, ff. de administratione tutorum. Vbi exemplum instrumenti, hoc est, Inventarium tutoris, in quo mentio dicti instrumenti referentis debitum pupillare, fuerat reperita, fidem facit. Cui difficultati respondetur, idem ibi Inventario referenti debitum instrumentum creditur, quia iudice iussu iudicis partibus citatis fuerat factum, iuxta textum in cap. fin. hoc tit. Covarruias in practice, capite vigesimo primo, numero quarto, & quinto, ita est interpretandus textus in l. publicati, Cod. de testamentis, & textus difficilis in l. in fraudem 1. §. ipse autem, ff. de iure fisci, de quo dubio, latè disputat Morla dict. tit. 1. quest. 10. num. 19.

10. Septimo obstat dicere, verba narrativa in ultima dispositione comprehensa fidem facere super his, quæ narrantur, l. qui volebat 61. l. si quis ita 36. ff. de heredit. institutis: ergo similiter exemplum fidem faciet absque originali; si in exemplari sit mentio facta de originali. Quo in dubio communiter dici solet: discrimen versari inter contractus, & ultimas voluntates: nam in his, verba narrativa non vitiant testamentum, sed fidem faciunt, cum falsa demonstratio non vitiet legatum, l. si ita legatum 12. l. falsa 33. ff. de condition. & demonstrat. Secus tamen in illis, hoc est, in contractibus, de quibus intelligendus est textus noster, & textus in capite primo, hoc titulo, notat Glossa verbo, Testatrix, Cod. de donationibus. De qua re plura videre oportet apud Morlam in Emporio tit. 1. questione prima, numero vigesimo tertio. Nec solutioni obstat textus in l. optimam, Cod. de contrahenda stipulatione. Vbi si in instrumento enuntietur, aliquem tanquam servum

alicuius stipulatum fuisse, id fidem facit, etiam si non constiterit in instrumento originali stipulationem precessisse: Nam idem ibi enunciatio alterius instrumenti tenet; quia partes fuerant præsentibus circa ea, quæ necessaria erant ad illius actus substantiam: Morla in Emporio, tit. 1. quest. 1. n. 3.

Octavo obstat textus in l. in fraudem 45. §. neque, vers. l. si autem, ff. de iure fisci. Vbi exempla instrumentorum fiscalium, à fisco edita, plentiam fidem faciunt: ergo exemplare instrumentum absque originali fidem facit. Qua in difficultate dicendum est, quod ibi instrumenta illa fuerant transcripta ex fisci voluntate, cum cautione, vt adversus eum, instrumento illo non vteretur, & quando exemplum transcribitur ex originali, partium consensu, fidem facit: Covarruias in practice, questione vigesima prima, numero quinto, vers. Poterit, Morla d. sit. 1. quest. 1. num. 21. Neque exempla illa adversus fiscum fidem faciunt: nam si facerent, fiscus vinceretur, notat Osual. ad Donel. lib. 25. cap. 8. litera V.

Nono obstat textus in l. Imperatores, §. 1. ff. de probationibus. Vbi testatio, & parentum confessio de nativitate, & statu liberorum, fidem faciunt. Augetur difficultas ex eo, quod domesticum instrumentum non admittitur, l. 5. & 6. de probationibus, Donel. in dicta l. 5. & 6. Quæ difficultas ita dissolvitur: Nam idem ibi testatio, & parentum confessio fidem faciunt, quia publice sunt peracta, iuxta formulam textus in l. census, C. de probationibus, Donel. in dict. l. 6. C. de probationibus, & nus supra diximus in cap. super eo 22. de testibus.

Decimo obstat textus in l. contractus, C. de fide instrumentorum. Vbi cavetur non aliter instrumentum valere, seu vires habere, quam si in mundum sit receptum, ac à partibus confirmatum, debitisque partium subscriptionibus munitum: ergo protocolum, seu originale omnino desideratur, vt fides ei adhibeatur; cum in eo solo, partium subscriptio scripta reperitur. Quæ difficultas facile dissolvitur, si attendamus, quod textus in dict. l. contractus, non probat, instrumentum ab ipsomet Notario in authenticam formam redactum fidem facere, cum huiusmodi exemplum authenticum dicatur, vt supra diximus, & vim originalis obtineat, ex textu nostro, & l. unum, ff. de testamentis, l. publicati, Cod. eodem, sed tantum textus ille asserit, quod tunc perfecta scriptura dicitur cum partes nihil addere, vel minuere velint, & tunc perfectum præsumitur, cum partium subscriptio fuerit facta. Notat Paulus de Castro in dict. l. contractus, C. de fide instrumentorum, Covarruias in practice, cap. 25. numero quinto, Fachineus libro nono, controversiarum, cap. 38.

Vndecimo obstat textus in l. exempla 11. ff. de edendo. Vbi exempla instrumentorum, absque subscriptione edentis, edi possunt. Augetur difficultas ex eo, quod editio instrumentorum non fit, nisi ad probationem, l. 1. §. 1. & per totum tit. ff. de edendo: præcipue quia vt textus noster asserit, exempla non probant, nisi cum authentica, & originali scriptura conferantur: præcipue cum subscriptio vim, & robur instrumento conferat, l. 1. §. sed etsi, ff. quod iussu. In cuius textus difficultate, omnia Bartoli interpretatione in dict. l. 1. ff. de edendo, verissime est dicendum, quod textus ille non asserit, exempla aliena manu scripta, sine sigillo argentarij edi posse; sed tantum affirmat, exempla manu propria argentarij edita, absque eius subscriptione fidem facere, cum illud sufficiat, vt non possit videri necessaria eius subscriptio, cum nulla alia vis esse possit, quam vt omnia, quæ continentur in scripta charta, perinde habeantur, ac si ab eo, qui scripsit, subscripta essent; vt erudite animadvertit Anton. Faber, in Rationali ad eundem textum. Nam olim ad exonerandum argentarium sufficiens erat, vt exemplum rationum ipse argentarius edidisset, Anton. Faber, in Rationali ad textum in dict. l. exempla 11. ff. de edendo, & an liber rationum probet contra scribentem? Videndus est Fachineus lib. 11. controversiarum, cap. 32.

Ad textum in cap. Scripta 2. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum corrumpit, si testes scripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à Notario sit confectum.
 - 2 Instrumentum à patre negatum nullis testibus munitum, fidem non facit.
 - 3 Instrumentum authenticum etiam dicitur, quod à partibus absque Tabellione, presentibus testibus subscribitur; eis tamen decedentibus desinit esse authenticum.
 - 4 Instrumentum privatum à debitore recognitum, quoad eius præiudicium vicem publica scriptura habet. Intellige ut ibi.
- Expenditur textus in l. scripturas, in principio, C. qui potiores.
- 5 Epistola missa, absque testium subscriptione, fidem facit, si cum sigillo scribentis sit recepta, & comparatio literarum fuerit facta.
 - 6 Comparatio literarum non plenam, sed semiplenam probationem infert, nisi vnus testis de actu principaliter deponat.
 - 7 Liber rationum plenè probat, nisi in eo sit scriptum pro scribente, & contra scribentem; hoc quod ex debito recepit, & quod ipse debet.

C O N C L U S I O.

1 **C**orrumpit instrumentum si testes scripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à Notario sit confectum. Habetur ita in Authentica de instrumentorum cautela, & fide, §. si quis igitur, & §. si tamen quisquam, collation. 6. cap. indicat, 3. questione nona, versiculi. Nos uni parti, cap. penult. hoc titul. l. instrumenta, l. rationes, l. exemplo, Cod. de probationibus, l. 114. & 119. titul. 18. part. 3. l. 1. titul. 21. libro quarto Compilationis. Ita videntur amplecti Rebuffus primo tomo, titulo, de chirographorum recognitione, per totum, Covarruias in practico, capite vigesimo secundo, Menochius de arbitrariis, censura 1. casu 91. cum sequentibus, Rolandus consilio 26. volum. 1. Morla in Emporio, plures referens, titul. 11. questione tertia, per totam, Mascardus consilio 1294. numero decimo octavo, Caldas Peteyra de emptione, capite sexto, numero 16. & 17. Osuald. ad Donel. lib. 25. commentariorum, cap. 8. litera A. D. E.

2 Ratio est; quia scriptura privata nullam fidem facit, siquidem deficientibus testibus, qui eam possent probare, tota eius vis pendeat ex ipsa parte producente, cui credendum non est in præiudicium alterius, dist. c. indicat, 3. questione nona, versic. Nos uni parti: metitò, si debitum per scripturam probatum, testibus non munitum, à parte negetur, instrumento nulla fides adhiberi debet, dist. Authent. de instrumentorum cautela, §. si tamen quisquam, Decius in presenti, numero quarto, & sequentibus, Morla ubi supra, quasi. 3. num. 6. Covarr. in practico, cap. 22. num. 6.

3 Primò obstat textus in cap. 1. hoc titul. Vbi sola authentica scriptura, etiam si testes in ea scripti decesserint, fidem facit: ergo malè in presenti, privata scriptura, authentica appellatur: nam si authentica esset, etiam si testes decessissent, utilis esset. Cuius dubij facilis erit evasio, si attendamus, quod non solum scriptura authentica dicitur, quæ manu Tabellionis, vel per iudicem cum testium subscriptione facta est; sed etiam illa authentica dicitur, quæ presentibus testibus à partibus facta est; & de hac loquitur sextus noster, iuxta textum in dist. l. scripturas, cum authentica. si quis igitur, C. qui potiores: Glossa 1. in cap. 1. hoc tit. Decius in pra-

senti, num. 4. Morla in emporio titul. 11. quasi. 3. num. 14. Neque obstat si testes, quod si authentica est, quare fidem non facit ex se sola, independentè à testibus, ut cetera authentica instrumenta, l. cum precibus, Cod. de probationibus? Nam responderi debet: quod etsi à principio, viventibus testibus, authentica fuisset, eis tamen deficientibus desinit esse authentica, ut in nostro textu. Quæ ratio cessat in scriptura authentica à publico Tabellione facta, quæ, etiam si testes decesserint, fidem facit: sicque non est veta illatio; Omnis publica scriptura est authentica: ergo omnis authentica est publica: cum authentica etiam dicatur, quæ privatim à partibus simul cum testibus est subscripta, Covarruias in practico, cap. 19. numero primo, versicul. Hinc denique, Morla dist. titul. 11. questione tertia, numero 14. Osuald. ad Donel. lib. 25. commentariorum, capite octavo, litera A. & V.

Secundò obstat textus in l. scripturas, in principio, C. qui potiores: Vbi privata scriptura à partibus subscripta, quamvis in ea non sint testes scripti; vim habet publicæ scripturæ; aded ut ex ea actio personalis exerceri possit contra debitorem. Quæ difficultas dissolvitur, ex eo, quod textus in dist. l. scripturas, loquitur de scriptura privata à debitore recognita, quæ quoad eius præiudicium vicem publicæ scripturæ habet, quoad actionalem personalem, etiam absque subscriptione testium: non verò quoad præiudicium hypothecæ, seu temporis; quoad alios creditores, qui publicam retinent, etiam si posteriores sunt, ut constat ex eodem textu, versic. Sin autem, & Glossa nostra in presenti, verb. Authentica, & plures refert Morla in dist. tit. 11. quasi. 3. cum sequentibus, Fachineus libro undecimo, controvers. cap. 29. & 31.

Tertiò obstat textus in l. publica, §. fin. ff. de depositis, l. 6. l. si aliquid 1. Cod. de donationibus. Vbi debitum per epistolam probatur, etiam si in inscriptione testium careat. Cui difficultati occurritur dicendo, id esse speciale in epistola missiva, facta comparatione literarum, si in ea sigillum scribentis sit, & fuerit recepta ab eo, cui mittitur; nam tunc contra scribentem plene probat: Covarruias in practico dist. cap. 21. num. 7. Nicolaus Genua de scriptura privata, libro tertio, cap. 1. num. 66. Morla in emporio, tit. 11. quasi. 3. num. 19. Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria prima, casu 94. num. 9. Fachineus lib. 11. controversiarum, cap. 33.

Quartò obstat textus in l. comparationes, cum authent. & si contractus, Cod. de fide instrumentorum, l. 115. tit. 8. part. 3. Vbi comparatio literarum à iure prohibita est, ob vitandum crimen falsitatis: ergo quamvis epistola, seu scriptura testibus sit comprobata, fidem non faciet. Quæ difficultas parum obest, siquidem sola comparatio literarum non sufficit ad plenam probationem: nam sola non admittitur, cum plerumque soleat variari litera, vel tempore, vel ætate, vel valetudine, seu calamo: metitò depositio testium asserentium, sibi videri literam esse Titij debitoris, non sufficit, nisi tantum quoad semiplenam probationem, quamvis si comparatio literarum fiat simul cum vno teste de actu principaliter deponente, plenam probationem faciat, cum semiplenæ probationes, etiam diversè generis, si ad vnum finem, & effectum tendunt, plene probent: Morla in emporio, tit. 11. questione tertia, num. 21. Osuald. ad Donel. lib. 25. commentariorum, cap. 8. litera S. & Fachineus lib. 11. controversiarum, cap. 35.

Quintò obstat textus in Clement. 1. §. ceterum, de usuris, l. Lucius 47. §. tutela, ff. de administratione tutorum, l. final. §. fin. autem, C. arbitrium tutela: Vbi libet rationum, quæ privata scriptura est, si debitum in eo sit comprehensum, plene probat: ergo & scriptura privata, absque testium in inscriptione fidem faciet. Quod dubium dissolvitur ex eo, quod iura illa tantum locum habent, in libro rationum, si in eo sit scriptum pro scribente, & contra scribentem, hoc est, quod ex debito recepit, & quod ipse debet, Covarruias in practico, d. cap. 22. num. 8. Menochius de arbitrariis, centuria 1. casu 93. per totum. Neque

similiter obest l. etiam, l. Imperatores, §. 1. ff. de probationibus: Vbi testatio, & parentum professio de natiuitate, & statu liberorum fidem facit: quia de illis late supra diximus in cap. super eo 22. de testibus, & in cap. 1. hoc tit.

Ad textum in cap. Literis, 3. hoc tit.
& cap. Ex parte 11.

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptum Apostolicum propter defectum litera, vel rasuram in narratione facti, vel in loco non suspecto, non censetur vitiosum.
- 2 Cancellatio, cum in loco non suspecto existit, in dubio presumitur facta ab eodem Notario: & in numero 3.
- 3 Ius omne instrumenti, privilegij, vel rescripti, plerumque pendet ex praesatione, & facti narratione.
- 4 Rescriptum vitiatum ex falsa latinitate, non tamen ex defectu litera.
De cancellatione instrumenti plura iura ibi summarie proponuntur.

C O N C L U S I O.

- 1 **R**escriptum Apostolicum propter defectum litera, vel rasuram in narratione facti, vel in loco non suspecto, non censetur vitiosum. Idem traditur in cap. accepimus, hoc tit. cap. cum olim, & Glossa verbo, Rasura, de privilegij, cap. fin. de crimine falsi: Glossa ibid. verbo, Vitium, l. si unus, Cod. de testamentis, l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo, & argumento textus in leg. si servus plurius, §. fin. l. qui filius, ff. de leg. atis 1. l. 1. & 2. ff. de iur. qua in testamento delentur, l. errore, l. ambiguitates, l. quoniam indignum, Cod. de testamentis, l. in legatis, Cod. de legatis, l. Imperator, ff. de statu hominum, l. 2. Cod. de error. Advocatorum, l. qui habet, ff. de manum. testamento, l. 44. & 111. tit. 18. parte tertia, l. 12. tit. 19. parte tertia, docent Matheus de Afflictis de iurisd. 404. numero decimo, & duodecimo, Fachincus libro nono, controversiarum, cap. 79. Mascardus conclusion. 1253. Idem conclusion. 257. Menochius de arbitrariis, casu 187. numero trigesimo quarto, Morla in empirio, tit. 19. quaestione nona, per totam, Antonius Gomez in l. 3. Tauri, num. 91. & l. 45. num. 145 Molina libro secundo, de primogeniis, capite octavo, numero trigesimo quinto, cum sequent. Farinacius in praxi criminali, parte sexta, de falsitate, & simulat. quaestione 151. numero quadragesimo sexto, & quinquagesimo septimo, Flamin. de resignatione benefic. libro nono, quaestione septima, numero 46.

- 2 Ratio est, quia quando rasura, seu cancellatio in loco non suspecto existit, in dubio presumitur facta ab eodem Notario: ideoque rescriptum non vitiat: siquidem quando ex praecedentibus, & sequentibus potest deprehendi veritas, & intentio disponentis, non est attendendum in minima instrumenti cancellatione, Glossa in cap. venerabilis, de Religiosis domibus, cap. licet ad regimen, versic. Quinto, de crimine falsi, cap. cum olim, de privilegij: Neque litera defectus vitiat rescriptum, quia oculi Officialium saepe falluntur; argument. textus in cap. causam matrimonij, de probationibus: & de minimis non est curandum, argument. textus in cap. cum inter 13. de re iudicata, cap. etsi quaestiones, de simonia.
- 3 Primò obstat dicere, quod regulariter instrumenta, vel privilegia Cancellaria, abolita, vel ex quacumque parte sua formae vitia, tanquam suspecta fidem non faciunt, l. final. versicul. Sancimus, Cod. de edicto Divi Adriani tollendo, l. final. Cod. hoc tit. cap. inter dilectos 6. eodem: Ergo propter vitium cancellationis, vel

rasurae, inutile erit instrumentum. Cui difficultati ve satisfaciamus, dicendum est, iura in argumento adducta procedere, quando cancellatio contingit in principali dispositione: diversum tamen esse, si cancellatio, seu vitium in facti narratione, seu praesatione existit, ut in praesenti. Neque solutioni obstat textus in cap. 2. cap. super literis, cap. cetera, de rescriptis, cap. inter dilectos, hoc tit. Ex quibus iuribus deducitur, quod ius omne instrumenti, privilegij, vel rescripti, plerumque pendet ex praesatione, & facti narratione. Quia dicendum est cum Abbate in praesenti, qui postquam tres impugnavit solutiones, in quarta concludit, quod ideo in nostro, cap. ex literis, rescriptum non vitiat, quia cancellatio illa contingit in parte non suspecta, nec in integra facti narratione, sed in eius parte, hoc est, in nominibus Ecclesiarum, & possessionum, de quibus ad maiorem cautelam in facti narratione facta fuit specialis mentio in rescripto. Quae interpretatio deducitur ex integra decretali Gregor. VIII, capite tertio, post alia Lateranensis Concilij, 1. tom. Conciliorum, pag. 925. Felinus in praesenti, numero octavo, Morla dict. tit. 1. quaestione sexta, numero tertio. Quam interpretationem veriore existimo, et si Cuiacius in posthumis, ad hunc textum, pro illo verbo, In possessionibus, legendum affirmet, in propositionibus.

Secundò obstat textus in cap. ad Audientiam, de rescriptis, l. Plantius, ff. de auro, & argento legato, in quibus iuribus defectus literarum ex falsa latinitate vitiat rescriptum. Quorum iurium difficultati dicendum est, quod quamvis falsa latinitas vitiet rescriptum, non tamen defectus litterarum, cum modicus sit: & de rasura, seu instrumenti cancellatione, videndus est textus difficilis in l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo, l. lege Aquilia 40. ff. ad legem Aquiliam, l. empirio, §. vitium, ff. de patris, l. final. ff. de his quae in testamento delentur, l. 1. §. fin. ff. de bonorum possessionibus secundum tabulas, l. qui tabulas 27. & ibi Glossa 1. ff. de furtis, l. fello, §. fin. ff. eodem, & omnino vide à nobis inferius tradita in c. inter dilectos, hoc tit.

Ad textum in cap. Accepimus 4. cap.
Contingit 5. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Redarguenti privilegium de falso, faciet illud exhiberi coram Iudice, & paucis, & in illo loco congruo, & securo, & interim stabitur sententia lata per illud.
- 2 Instrumenta non possunt redargui, nisi suspecto illorum tenore.
- 3 Instrumentum in iudicio productum, licet antea proprium producentis esset, ex productione tamen commune efficitur.
Expenditur text. in l. fin. vers. Si exim, Cod. de fide instrumentorum.
- 4 Exceptio falsitatis impedit instrumenti executionem, quoties falsitas absque ulla extrinseca probatione in ipso instrumento demonstratur.
Interpretatur textus in l. si Praetor 75. §. Marcellus, ff. de iudic.
- 5 Probare qui se obtulit testes esse corruptos, & falsum dixisse, utrumque probare debet, nec alterum sufficit.
- 6 Instrumentum integraliter parti adversa edit debet, nisi Iudici visum fuerit, periculum esse; veluti cum ex illa integrali productione, clausula aliqua producenti noceret, tunc enim sola clausula de qua agitur edit debet.
- 7 Interpretatur text. in l. qui agnitis, ff. de exceptionibus, l. fin. §. fin. C. de fide instrument.

CONCLUSIO.

Redargenti privilegium de falso iudex facit illud exhiberi coram se. & pauca, & in loco congruo, & securo & interim stabitur sententia lata per illud. Simile traditur in cap. licet causam, vers. Post hoc, de probationibus, cap. cum venerabilis, de exceptionibus, l. 1. l. 2. l. 3. ff. de transacionibus, l. si ex falsis instrumentis, l. diuus, ff. de re iudicata, l. querela, Cod. ad legem Corneliam, l. fin. in fine, Cod. de ordine cognitionum, l. 2. Cod. ad legem Corneliam de falsis, l. 1. & 2. tit. 26. part. 3. l. 3. tit. 1. 4 part. 5. defendunt Paulus, & Iason in d. l. Diuus, ff. de re iudicata, Padilla plures referens in d. l. si ex falsis, Morla in emporio, tit. 11. quest. 7. per totum, Malcardus de probationibus, conclus. 12. 4. Covarruvias lib. 1. variatum, cap. 1. num. 5. Idem in practicis, cap. 20. num. 6. & 7. Oluald. ad Donel. lib. 23. cap. 6. litera N. & lib. 27. cap. 8. litera X. & litera Z. Duarenus ad hunc titulum, cap. 3.

2 Ratio est, quia instrumenta non possunt redargui, nisi inspecto illorum tenore, argument. textus in l. de his, ff. de transacionibus, Glossa, in presenti, verbo, Scilicet, nec impediunt executionem, quia falsitas illa maiorem indaginem requirit, d. l. fin. in fine, C. de ordine cognitionum, cum prælumat calumniosè apposta, l. 2. C. ad legem Corneliam de falsis, & postea falsitas illa appareat, & iudicem esse fraudatum, subveniatur parti per restitutionem in integrum l. iudices 33 ff. de re iudicata, Glossa verbo, Retractari, in cap. venerabilis, de exceptionibus. Quæ restitutio ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa, ex edicto d. leg. Diuus, intra quadriennium postulari potest, cap. final. de temporibus in integrum, cap. penult. de rebus Ecclesia.

3 Primò obstat textus in l. nimis grave, Cod. de testibus, l. fin. Cod. de edendo, cap. 1. de probationibus. Vbi reus non tenetur actori edere instrumenta: ergo nec in presenti ad exhibitionem instrumenti reus cogi debet. Quam difficultatem effugies, si advertas, quod iura in argumento adducta tantum habent locum, quando instrumentum non commune, sed proprium ipsius Rei est, & Actor illud petit ad fundandam suam intentionem; quo casu, reus illud actori edere non tenetur: Secus verò, quando instrumentum est commune, vel quando petitur ad redarguendum illud de falso, vt in nostro textu; nam simul atque instrumentum in iudicio produxit, licet antea proprium illius esset, ex productione tamen illa, commune efficitur, cap. contingit, c. imputari, hoc titulo, latè Morla in emporio, ubi supra, num. 18.

4 Secundò obstat dicere, quod exceptio illa falsitatis opponi non potuit post sententiam, siquidem omnis exceptio opponi debet vel ante contestationem in vim dilatorie, vel post in vim peremptorie, vsque ad cause conclusionem; ac per consequens post sententiam nullo modo opponi potuit. Cui difficultati dicendum est, prædictam regulam limitari in exceptione falsitatis, iuxta d. l. Diuus, ff. de re iudicata, l. quia inuito, ff. de exceptionibus. Nec solutioni obstat textus in l. fin. vers. Si enim, Cod. de fide instrument. Vbi hæc falsitatis exceptio contra instrumentum post sententiam non admittitur: nam idè ibi non admittitur, quia præter instrumenta, aliæ intervenierunt probationes, ex quibus iudex potuit plenè instrui, vel ex eo quia in prædicto textu, de falsitate illa ante sententiam opposita fuerat exceptio, & plene de ea fuerat cognitum; notat Bart. in d. l. Diuus, à numero primo, Alexand. & Iason ibi, numero undecimo.

5 Tertiò obstat textus in cap. super eo, de crimine falsi, l. fin. Cod. si ex falsis instrumentis. In quibus iuribus exceptio falsi instrumenti impedit executionem. Cui difficultati dicendum est, idè in prædictis iuribus exceptionem prædictam, executionem impedire, quia de ipsa falsitate in instrumento constabat, absque vlla extrinseca probatione, vel vt alij interpretantur, quia in continenti probatio fuit oblata, quo in casu calumnia, & mali-

tia opponentis cessat; vt constat ex eadem l. fin. vers. Falsi crimine, &c. cap. literas, vers. sic. Præterea, de restitutione spoliatorum. Nec solutioni obstat text. in l. si Prætor 75. §. Matcellus, ff. de iud. Vbi executio sententiæ suspenditur, & post sententiam querela falsitatis admittitur. Quia ibi admittitur, ex eo, quod sententia lata fuit falsis testibus, & instrumentis dolo adversarij contra absentem productis; quo in casu cum sententia sit ipso iure nulla, eius executio impeditur, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, Bart. in d. l. diuus, num. 1. Alexand. & Iason ibidem, num. 4. Oluald. ad Donel. omnino videntur lib. 27. comment. cap. 6. per totum, & lib. 2. cap. 8. litera T. E. I. Cuiacius lib. 23. observat. cap. 38.

Quartò adversus id, quod in presenti notant omnes, videlicet, quod vt supra retulimus sola falsitatis testium probatio sufficit, quamvis de corruptione non conitet: sicuti, & sufficit probare tantum instrumentum esse falsum, l. penult. & fin. C. si ex falsis instrumentis: cum testes, & instrumenta patem vim habeant, l. in exorcendis, Cod. hoc tit. Obstat textus in l. diuus, de re iudicata, cap. licet causam, de probationibus: in quibus iuribus constat vtrumque probare necesse esse vt sententia retractari valeat. Cuius dubij solutio pendet, ex eo, quod in prædictis iuribus pars se obtulit vtrumque probare, idèque id non de necessitate, sed de voluntate fuit, Bartolus in d. l. diuus, num. 3. Iason num. 18. Morla ubi supra d. l. questione septima, num. 12. qui aliam interpretationem refert ad textum in d. l. Diuus, quem omnino vide.

Quintò adversus id, quod ex d. l. cap. contingit 5. hoc 6. tit. deducitur, nempe solum capitulum, sive clausulam, de qua agitur, edendam esse; valde obstat textus difficilis in cap. cum persona, de privilegiis, lib. 6. ex quo constat, quod is qui vititur privilegio, vel instrumento in iudicio, tenetur illud exhibere ad integraliter legendum. Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur, quia tunc tantum prædicta decisio locum habet quando Iudici visum fuerit nullum subesse periculum, seu damnum ex eo, quod parti adversæ ad legendum integraliter traderetur; interveniente namque timore, vel periculo, standum est decisioni textus in d. l. cap. contingit, hoc 6. tit. Morla in d. c. cum persona, num. 1. videndus Greg. Lop. in d. l. 13. tit. 18. part. 3. glossa finali.

Sextò adversus id, quod diximus, sententiam ex falsis instrumentis latam valere, obstat textus difficilis in l. qui agnitis, ff. de exceptionibus. Vbi si quis ex falsis instrumentis condemnatus fuerit, & solverit, repetere potest; neque exceptio rei indicatæ admittitur. Quia in difficultate dicendum est, idè ibi exceptionem rei indicatæ non admitti, sed repetitionem tantum competere, quia postea elidi sententia poterat per restitutionem in integrum Prætoris auctoritate constitutam, Guiac. in d. l. 1. C. si ex falsis instrumentis. Neque obstat textus in l. fin. §. fin. C. de fide instrumentorum. Vbi in eadem specie decisum est, quod si quis falsis instrumentis condemnatus fuerit, & solverit, repetere non posse. Nam dicendum est, multum interesse, an pars à principio cognoscens falsa esse instrumenta solverit, an verò ignorans: nam in primo casu non repetit, vt in d. l. fin. §. fin. in secundo verò sic, vt in d. l. qui agnitis. Neque huic solutioni obstant prima textus verba in d. l. qui agnitis: ex quibus inferre videtur, partem cognovisse instrumentorum falsitatem; nam verba illa, Agnitis, &c. intelligenda sunt de agnitione instrumenti mera non tamen circa falsitatem, siquidem rectè dici potest agnitum fuisse instrumentum, etiam si illius falsitas agnita non sit. Quæ interpretatio deducitur ex eiusdem textus verbis ibi: Si postea cognita rei veritate, &c. vt bene animadvertit Duarenus in d. l. Diuus 33. ff. de re iudicata, videndus est etiam D. Balboz in tit. de exceptionibus, in comment. ad textum in cap. venerabilis 6. à num. 49. & seqq. & super hunc textum videnda sunt etiam quæ diximus in cap. 1. de probationibus.

Ad textum in cap. Inter dilectos 6. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum manu publica confectum, habens sigillum vitiosum, in quo concurrant presumptiones falsitatis, non probat.
- 2 A signatur ratio.
- 3 Error Notarii potius in instrumento presumitur, quam falsitas, nisi cancellatio seu aliud vitium visibile sit, ut in num. 2.
- 4 Expenditur textus in l. falsis, C. de transactionibus, l. iubemus, verfic. Quod si, C. de testam.
- 5 Falsitas instrumenti probari debet per necesse, & non sufficit obliquè.
- 6 Alienare cui interdicitur, etiam interdicitur actiones exercere.
- 7 Rei vindicatio possidenti non datur.
- 8 Libellus ante licem contestatam addi, & emendari potest; post contestationem vero nequaquam, nisi clausula illa sit inserta: Salvo iure addendi, &c.
- 9 Feudum Imperiale per dignitatem Episcopalem amittitur. Intellige ut ibi.
- 10 Defectus Indictionis, licet vitiet instrumentum, error tamen non vitiat quando de tempore constat.
- 11 Sententia inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest. Intellige ut ibi.
Expenditur text. in cap. inter dilectos 6. de fide instrumentorum l. fideiussor, §. ff. de pignoricibus, cum l. Gaius Scius, ff. eod.
- 12 Inter concedentem, & confirmantem, debet esse distinctio.
- 13 Dominij questio non potest opponi contra locatorem agentem adversus conductorem.
- 14 Instrumentum etiam si manu aut vultu sit scriptum, tenet, dummodo Tabellio perfectioni assistat, & ab eo sit subscriptum.

C O N C L U S I O.

- 1 Instrumentum manu publica confectum habens sigillum vitiosum, in quo concurrant presumptiones falsitatis, non probat. Ita traditur cap. ex literis 3. supra, hoc tit. cap. tertio loco, de probationibus, cap. cum olim, de privilegiis, cap. ultim. de criminis falsi, cap. Abbate, de verborum significatione, cap. cum venerabilis, de Religiosis domibus, l. 1. §. si quis negat, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. si vnus, Cod. de testamentis, l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo, l. iubemus, Cod. de probationibus. Ita docent Mascardus tomo secundo, conclus. 740. Menochius de presumptionibus, libro primo, questione 99. numero tertio, & decimo secundo, Paulus Castrensis in dist. l. iubemus, Anton. Gabriel, plures referens libro septimo, communium, titul. de crimin. conclus. 6. numero decimo sexto, Osuald. ad Donel. libro 25. cap. 8. littera X.
- 2 Ratio est, quia cum in hoc textu actum sit civiliter excipiendo, ad infringendam fidem instrumenti, merito ex illis coniecturis, simul & presumptionibus provenientibus ex vitiis visibilibus in instrumento, suspecta redduntur instrumenta producta ab actore, ideoque in dubio reus absolvitur, cap. ex literis, de probationibus, l. Arrianus de actionibus, & obligationibus, l. respiciendum ff. de penis.
- 3 Primo obstabit dicere, quod semper presumitur pro instrumento, l. cum precibus, C. de probationibus: ita ut magis presumatur error Notarii, quam falsitas, l. penult. C. de his, qui sibi in testamento adscribunt, l. nec exemplum, Cod. ad legem Corneliam de falsis: ergo male in

presenti, ex similibus coniecturis falsa instrumenta presumuntur. Cui difficultati dicendum est, iura supra adducta limitari, quando apparet instrumentum aliquo vitio apparente, & visibili abrasum, & cancellatum esse: nam tunc non presumitur pro instrumento, seu Notario: imò fides ei non adhibetur, cum hæc visibilis presumptio aliam vincat: Menochius d. lib. 1. quasi. 99. num. 3. & sequentibus, & lib. 5. presumption. 20. numer. 10. Mascardus conclus. 740.

Secundò obstabit textus in l. ex falsis, C. de transactionibus, l. iubemus, verfic. Quod si, C. de testam. In quibus iuribus constat, quod etsi instrumentum in aliqua sui parte vitiosum sit, in reliquis tamen vitiosum non censetur: ergo & in presenti, instrumenta in parte suspecta tantum, non verò in totum vitari debent. Cui dubio respondendum est, iura in argumento adducta locum habere, quando defectus est in parte, seu in vno capitulo contingente ad negotium de quo agitur, vel illi connexo: tunc enim cæteris capitulis non nocet: at verò textus noster loquitur, quando suspicio falsitatis versatur in parte, in qua erat solemnitas, & substantia negotij de quo agebatur; idèoque totum instrumentum suspectum dicitur, ut illi fides non adhibeatur, Bart. in d. l. ex falsis, num. 10. Mascardus, & Menochius ubi supra.

Tertio obstabit textus in l. nec natales, Cod. de probationibus, cap. in presentia, eodem tit. Vbi probatur, quod ad probandam instrumentorum falsitatem, probatio debet concludere per necesse, & non per obliquè: ergo male in presenti ex omnibus, quæ allegantur contra instrumentum, concluditur per obliquè, seu minus probabile. Cui difficultati dicendum est, quod in specie nostri textus, sufficit probatio per coniecturas, ut fidei instrumentis ab Abbate productis non habeatur: nam licet quælibet per se non sufficeret; tamen simul iunctæ plenam probationem faciunt, Menochius de presumptionibus, lib. 1. quasi 40. num. 11.

Quartò contra singulas nostri textus partes obstabit dicere, quod rei, cui interdicitur alienare, etiam interdicitur actiones exercere, l. ait prator, §. quid sit autem, ff. de iure deliberandi, sed Abbati sine Conventu non licet alienare, cap. 1. & 2. de iis qua fiunt à Prelato, sine consensu Capituli: ergo nec in presenti Abbas actiones exercere potuit, sine mandato Capituli, cum in omni negotio eius consensus desideretur, cap. contingit, de transactionibus, c. novis, cum aliis, de his, qua fiunt à Prelato, &c. Qua in difficultate, ommissa Glossæ interpretatione, in presenti asserentis, Abbatem ostendisse mandatum procuratorium sui Monasterij, sine quo comparere non potuit in iudicio, iuxta textum in capite primo, de procuratoribus, verissimè dicendum est, in presenti non fuisse necessarium mandatum, siquidem Prelatus in iudicio sine mandato agere potest, Glossa prima in cap. edoceri, de rescriptis, Glossa in cap. contingit, de transactionibus, Glossa penult. in capite primo, de Procuratoribus, Glossa in cap. causam qua de iudiciis, & plures relati à Paz in praxi, annotatione 4. num. 34. Nec obstat textus in dist. cap. contingit, de transactionibus: Quia ad transactionem speciale mandatum desideratur, cap. qui ad agendum, de Procuratoribus, lib. 6. l. mandato generali, ff. de Procuratoribus.

Quintò obstabit dicere, quod possidenti non datur rei vindicatio, l. vnica, Cod. de alienatione iudicij mutandi causa facta, l. qui petitorio, l. in rem, ff. de rei vindicatione, cap. examinata, de iudiciis: sed in presenti Abbas obtinuerat in possessione, uti textus asserit: ergo frustra petit rem sibi restitui. In qua difficultate, ommissa Glossæ solutione in presenti, verissimè dicendum est, quod licet lata esset sententia in iudicio possessorio ab Episcopo Veronensi in fauorem Monasterij, uti textus docet: hæc tamen non fuit executioni mandata, siquidem rerum possessio apud Archiepiscopum mansit, meritoque rei vindicatio non extinguitur, sed interim ea actione agere poterit.

Sextò obstabit dicere, quod petitio, & libellus minus addi

addi, & emendari potest, *l. edita actio, C. de edendo, cap. 2. de libelli oblatione*: ergo illa clausula *Salvo iure addendi*, non erat in libello necessaria. Cui difficultati dicendum est, clausulam illam ad majorem abundantiam appositam fuisse, siquidem libellus, & si emendari, & in eo addi ante litem contestatam possit; non tamen poterit postea, Glossa, & omnes in *lege prima, digesto, de edendo, & in cap. significatiōis, de libelli oblatione*.

Septimò obstat, quòd feudum Imperiale per dignitatem Episcopalem amittitur, *cap. unico, de vassallo milite, qui arma bellica dep. suis, cap. unico, §. qui Clericus, titulo si de feudo defuncti contentio sit: in feudis*; sed Comitatus est feudum Imperiale, *cap. vn. quia dicatur Dux, Marchio, vel Comes*: ergo in presenti Luithardus non potuit esse Comes, & Episcopus simul. In quo dubio, ommissa solutione, quam refert Anton. de Butrio in presenti, num. 13. pro verissima illius interpretatione distinctio est adhibenda: videlicet discrimen constituendum esse inter feudum, quod de novo adquiri desideratur, & inter illud, quod jam est constitutum, & retineri desideratur: nam primo casu, Clericus poterit de novo investiri de feudo: quia & Pontifex videtur cum eo dispensare, vt per substitutionem seruiat, argum. textus in dicto *cap. unico, §. si minori, si de feudo defuncti contentio sit*: secundo verò casu, quando agitur de succedendo, distinctio est etiam adhibenda: nam vel feudum requirit seruitutem personalem, & tunc non retinet: nam seruire domino, & militare est incompatible, & ita obtinet textus in dicto *cap. qui Clericus, nec aliud retinere potest, cap. Praeses, 20. quæstion. 3.* si verò non habet seruitium personale, sed reale, tunc Clericus poterit succedere in feudo; quæ omnia in Episcopis, Archiepiscopis, & Cardinalibus cessant, qui omnes etiam si feuda personale seruitium requirant, poterunt ea retinere, statim quo electi fuerint, & ita obtinet textus in *c. 2. de re iudicata, lib. 6.* notat Afflictis in *d. c. unico, §. qui Clericus, n. 8.* videndus Covar. in *practico, c. 4. num. 2.*

Octauò obstat textus in *leg. si nominatim, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, leg. quoties, §. 1. ff. de hereditibus instituendis, leg. qui habet, ff. de rebus dubijs*. Ex quibus iuribus constat, quod error in Indictione non vitiat instrumentum. Cui difficultati dicendum est, quod licet defectus Indictionis vitiet instrumentum, error tamen non vitiat, quando de tempore constat per annos Domini, & potius præsumitur error in Indictione, quam in anno Domini: videndus Mascard. *concl. 644. à num. 4.* Covar. *lib. 1. variarium, cap. 12.* Otalora *de nobilitate, 1. part. cap. 2. num. 22.* Brissonius *de verbis iuris*, verbo: Indicio.

Nonò aduersus textum nostrum, in versiculo, *Porrò;* dum Abbas se tuerit per sententiam Mediolanensis Archiepiscopi prolatam in favorem Monasterij: Obstat dicere, quod defensio illa, sibi præiudicat ex eo, quod inter alios esset acta, juxta textum in *leg. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum, leg. sape, de exceptione rei indicata, cap. suborta, de re iudicata*, ergo hoc intercedente se tueri non potuit ex eo, quod sententia fuit inter alios acta. In qua difficultate dicendum est, quod ad hoc vt noceat alicui sententia inter alios acta, oportet quod litigans possit prohibere, & non prohibuit; vel quod cum ipse habeat causam ab eo, qui litigat, & patitur illum litigare, cum ad ipsum pertineat defensio, & tunc sibi nocet, cum donare videatur: *leg. permisce, §. 1. de adquirenda possessione, Glossa in l. Casus, ff. de pignoratitia actione*; & cum in presenti Archiepiscopo neuter casus applicetur, non nocebit illi sententia inter alios acta, Covarruvias in *practico, cap. 13. numer. 7.* Neque obstat dicto *leg. sape, de exceptione rei indicata*, de qua videndus Cujacius *lib. 12. observation. cap. 25.* & similiter non obstat textus in *leg. fideiissor, §. 1. ff. de pignoribus*, de cuius interpretatione, & conciliatione cum *leg. Gaius Seius, ff. eodem*, videndus Antonius Faber in *Rationalibus ad dicta iura, Cujac. lib. 12. observ. c. 25.*

Decimò obstat dicere, quod inter concedentem, & confirmantem, debet esse distinctio; *leg. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. fin. de institutionibus*: nam quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest, *leg. possideri, §. ex pluribus, ff. de adquirenda possessione*. In qua difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Glossa verb. *Conferebat, Butrius, & Abbas, in presenti à num. 8.* verissime est dicendum, quod donatio in presenti fuit nulla: quia de rebus feudilibus, sine consensu domini fuerat facta; & ita per confirmationem fuit de novo collata; & sic merito dici potuit confirmata, & collata de novo: quia hoc in casu confirmare, est donare, notat Orosius in *dict. leg. & quia, num. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum*. Neque obstat textus in *cap. in Synodo 63. distinctio*, cum traditis à Glossa, verbo, *Confirmari*. Quia procedunt quando confirmans posset actum perfectum revocare, & non revocat: nam tunc dicitur aliqua ratione donare, vt notat Felinus in *presenti, à numer. 16.* & plura de hoc dicemus in *ritual. de confirmatione, utili, vel inutili*.

Vndecimò contra nostrum textum in versiculo *Locatio*, obstat dicere, quod contra locatorem agentem aduersus conductorem, non potest opponi quæstio dominij; *leg. si quis conductionis, Cod. locati*. Cui difficultati dicendum est, textum in *dict. leg. si quis*, loqui quando locator agit actione locati aduersus conductorem; at verò textus noster procedit, quando agit rei vindicatione, & dominus vult probare dominium per instrumentum locationis, *leg. ad probationem, Cod. locati*, notat latè Glossa in *presenti, verbo: Locatio. Menoc. de recuperanda, remedio primo, n. 109.* & de *presumptionibus lib. 6. presumptione 62. & 63.*

Duodecimò contra nostrum textum in versiculo *Instrumentum quoque, &c.* cum probat sufficere, instrumentum esse subscriptum manu alterius; obstat textus in *Authent. de Tabellionibus, §. nos autem*, iuncta Glossa verbo, *Ipsis per se*, vbi constat, quod Tabellio per se ipsum debet instrumentum conficere. Cui dubio, ommissa interpretatione, quam refert Decius in *cap. quoniam contra, de probationibus, à num. 48.* verissime est dicendum; textum illum non asserere, quod Tabellio per se ipsum scribat, sed quod ipse inter sit ipsi contractui, & perfectioni; & hoc non potest alteri demandare, etiam se subscribendo: Abbas in *presenti num. 7.* De nostri textus versiculo, ibi: *In omnibus autem Imperialibus, à nobis est agendum in capite quatuor vigesimo quinto, de sententia & re iudicata*, vbi regulam illam disputabimus, quando res inter alios acta aliis noceat, nec ne; Reliqua vide in his quæ infra dicemus in *cap. fin. de re iudicata*.

Ad textum in cap. Cum dilectus 9: hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Post publicatas attestaciones usque ad conclusionem possunt instrumenta produci; & consuetudo loci facit instrumentum authenticum.
- 2 Per conclusionem in causa inducitur renunciatio allegationum, & probationum.
- 3 Instrumenta, & testes, omninò equiparantur.
- 4 Terminus simpliciter à Iudice datus ad probandum, solum comprehendit productionem testium, non autem refertur ad instrumenta; quoniam hæc à iure terminum præfixum habent nempe usque ad conclusionem in causa.
- 5 Instrumenta etiam post conclusionem admittuntur, si noviter reperta fuerint, & adhibito instrumento in iudicio producantur.
- 6 Expenditur textus in lege videamus, paragrapho finali

finali, versiculo Et postea, digestis, de in litem iurando.

- 7 Scripta vel dicto Regis standum est quemadmodum & Pontificis.
- 8 Consuetudine induci potest, ut credatur scriptura alicuius valde legalis personae, ut illa vim publicae auctoritatis habeat; ubi remissive refertur text. in l. Divi, ff. de panis, c. pastoralis, de except. l. admonendi, ff. de iurand.
- 9 Instrumenta semel edita, postea edi non possunt, nisi iusta subest causa, qua prius probari debet. Interpretatur textus in leg. 7. digestis, de edendo, leg. plures 15. §. vltim. ff. de reb. authent. iudic. possid.

CONCLUSIO

- 1 Post publicatas attestaciones, usque ad conclusionem possunt instrumenta produci, & consuetudo loci facit instrumentum authenticum. Comprobat text. in cap. cum venissent 25. de testibus, cap. pastoralis de exceptionibus; leg. admonendi, ff. de iurand; leg. videamus, §. vltimo, ff. de in litem iurando; leg. sub specie, Cod. de re iudicata, leg. 6. tit. 11. lib. 3. Ordinem leg. prima, §. 2. tit. 5. lib. 4. Recopilacion leg. 34. tit. 16. part. 3. defendunt Fachineus omnino videndus lib. 11. controver. siarum, cap. 26. Maranta de ordine iudiciorum, 6. part. acta 15. Morla in empirio, tit. 11. quest. 4. Covarruvias in practico, cap. 20. num. 8. Tiraq. de nobilitate, cap. 3. num. 92. Malcat. de probationibus, concl. 973. num. 16. Menoch. de arbitrar. casu 24. Azevedo in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopilacionis. Cavallos commun. contra commun. quest. 650. Andreas Gail. lib. 1. observat. cap. 117. num. 10.
- 2 Ratio est, quia per conclusionem in causa inducitur renunciatio, & conclusio allegationum, & probationum, Glossa prima in presenti, Glossa, verbo: Concesserint, in Authen. de testibus, §. quia vero, collation. 6. merito post eam auditi non debent, cum iuri suo renunciaverint, argument. textus in leg. si quis in conscribendo, Cod. de pactis, Morla in empirio, tit. 11. quest. 4. num. 2.
- 3 Primò obstat dicere, quod testes, & instrumenta omnino æquiparantur, cap. cum Ioannes, hoc tit. leg. in exercendo, Cod. eodem, sed testes post publicatas attestaciones super eisdem articulis, vel directò contrariis, non possunt recipi, cap. fraternitatis, de testibus: nam etiam si non sit conclusum in causa, sola testium publicatio impedit productionem: Igitur idem in instrumentis dicendum erit, ut produci non possint post publicationem, etiam si in causa non sit conclusum.
- 4 Cui difficultati dicendum est, quod terminus simpliciter datus à Iudice ad probandum, solum comprehendit productionem testium; non autem refertur ad instrumenta, quoniam hæc à jure terminum præfixum habent, nempe usque ad conclusionem in causa, uti in presenti definitum est; nam instrumenta reputantur, uti probatio probata, & liquidissima; l. cum precibus, ff. de probationibus, Abbas in cap. causam, de probationibus, n. 20. & si aliter Decius ibi, num. 15. Præcipue cum sit diversa ratio in testibus, quam in instrumentis, cum in testibus adsit timor subornationis, quæ ratio in instrumentis cessat.
- 5 Secundò obstat textus in leg. videamus, §. final. versic. Et postea, ff. de in litem iurando, ubi etiam post conclusionem instrumenta admittuntur. Cui difficultati respondendum est, textum nostrum non procedere in instrumentis noviter repertis, juramento de calumnia adhibito: quia renunciatio, quæ ex conclusione resultat, non debet extendi ad ignorata, argument. leg. mater decedens, ff. de inofficioso testamento, notat Covarruvias in practico, cap. 20. num. 8. Nec similiter obstat textus in cap. pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis, ubi etiam post conclusionem in causa licet instrumenta producere. Quia textus ille procedit, quando iusta subest causa, videlicet quando invalor, impedi-

mento adhibito, subtrahit, spoliato facultatem probandi dominium: nam tunc poterit post conclusionem intentare possessorium; quod aliter non permitteretur.

Tertio contra nostrum textum, dum asserit valere consuetudinem, ut rescriptis Regis fides adhibeatur, obstat dicere, quod etiam absque consuetudine eis sit standum: nam quemadmodum soli scripto, vel dicto Pontificis stamus, cap. cum à nobis, de testibus; ita etiam soli Imperatoris dicto, Clement. pastoralis, junda Glossa, verbo, Asserente, de re iudicata, leg. 32. tit. 16. part. 3. ergo frustra requiritur in presenti consuetudo, ut rescriptis Regum fides adhibeatur. Cui objectioni dicendum est, iura in argumento adducta procedere in Rege non habente superiorem, at verò nostrum textum procedere in Rege superiorem recognoscente, Decius in cap. post cessionem, numero decimoquinto, de probationibus, ubi rationem differentie assignat.

Quartò obstat dicere, quod hæc consuetudo non debet observari, tanquam corruptela, & iuri contraria, siquidem ex ea occasio ad delinquendum datur, & fabricantur falsas scripturas, cap. ex parte, de consuetudine, præcipue cum repugnet iuri divino disponenti, non esse credendum vni testi, cap. licet universis de testibus, cum ibi traditis. Qua in difficultate est dicendum, iuri divino repugnare ut in præiudicium Tertij vnico testimonio standum sit, & ited scripturæ privatæ standum non est; sed non repugnat, quod consuetudine induci possit, ut credatur scripturæ alicuius valde legalis personæ, cum consuetudo illa vim publicæ auctoritatis habeat, seu præstet; Abbas in c. bona, el segundo, n. 30. de postulatione prelatorum, Decius in c. 2. de probationibus, num. 10. videndus est textus in l. Divi, ff. de panis, & textus in cap. pastoralis, de exceptionibus, & textus in l. admonendi, ff. de iurand, vide tradita in c. impulari, hoc titulo.

Quinto adversus ea, quæ communiter in presenti docent Doctores omnes: videlicet quod instrumenta semel ab argentario edita, postea ex edicto Prætoris edi non possunt, juxta textum in leg. si quis ex argentariis 6. §. Prætor ait, & §. prohibet, ff. de edendo, obstat textus in leg. veluti 7. ff. eodem, ubi semel edita, postea exhiberi debent. Cui dubitationi responderi debet, quod etsi semel edita instrumenta postea edi non possunt; tamen si iusta subest causa, quæ probanda est, iterum editio fieri debet: veluti si minus plene sit edita, & quod non semel, sed iterum, atque iterum, quoties id causa ita postulaverit: dist. leg. veluti, §. fin. Nec obstat dist. leg. plures 15. §. vltimo, ff. de reb. authent. iudicis possidendis, ubi non amplius quam bis exhibitio debet fieri. Quia textus ille est intelligendus, quoties nulla subest causa: nam si subest, ob probationis favorem, semel, & iterum, atque iterum editio fieri oportet; cum tunc non minus in prima, quam in secunda, & cæteris, ratio eadem existat: quam sententiam veriorum esse existimo; & si aliter sentiat Anton. Faber in Rationali ad textum in dist. leg. 7. & in paragrapho 1. ff. de edendo.

Ad textum in cap. Cum Ioannes 10. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitas instrumenti, vel quod illi deest, per testes potest probari.
- 2 Viva voci potius, quam mortua credendum est, cum probatio qua fit per testes à iure divino inventa sit; qua vero per instrumenta, tantum ad fueram rei mortuam à iure positivo sit introducta.
- 3 Interpretatur textus in leg. cum de indebito 25. §. fin.

finali, versiculo. Tum enim, digestis, de probatione.

4 *Ætas potius instrumentis, quam testibus probanda est, cum in memoria hominum annos retinere difficile sit.*

Illustratur textus in l. 3. Cod. si minor se maiorem dixerit, l. optimam 14. Cod. de contrahend. stipulation. cum l. iuris gentium 7 §. quod fere, ff. de pactis. ibid.

5 *Natalia publica instrumenta adeo perpetuam firmitatem habent, ut testibus infirmari nequeant.*

Expenditur textus in l. census 10. ff. de probationibus.

6 *Illustratur textus in authent. de instrumentor. fide, in princip.*

7 *Probatio una, ut aliam vincat oportet, quod sit fortior, aliam si aequalis sunt, neutra provalet.*

8 *Interpretatur textus in cap. ad audientiam, de præscript.*

9 *Duo testes ad reprobandum instrumentum de iure communi sufficient, quatuor verò de iure Regio desiderantur.*

10 *Instrumentum si fuerit deperditum, non tantum perditio, seu amissio, sed etiam tenor ipsius probari debet. Intellige ut ibi.*

Illustratur textus in capit. cum olim, de privilegiis.

11 *Expenditur textus in l. si de possessione 10. Cod. de probatione.*

12 *Sententia debet esse conformis libello.*

13 *Testes super novis articulis etiam ex primis dependentibus in secunda instantia admitti possunt.*

14 *Iudex, si nulla subest causa, non debet eius officium, parte non petente, ad privatam utilitatem impartiri.*

15 *Instrumenta si instrumentis, vel testes testibus contrariantur, fieri debet concordia per multiplicationem actuum.*

16 *Instrumenta adoptionis, vel emancipationis, si deperdita fuerint, poterunt testibus comprobari.*

Interpretatur textus in l. final. Cod. de adoptionibus.

17 *Expenditur textus in leg. 2. Codice de emancipatione.*

18 *Sola testium attestatio absque causa & ratione attestations fidei non facit.*

Præsentia Iudicis testem movet, ne mendaciter deponat.

Illustratur textus in leg. solam, Codice de testibus.

19 *Acta coram uno Iudice inter easdem personas facta fidei faciunt coram alio.*

CONCLUSIO.

Falsitas instrumenti, vel quod illi deest, per testes potest probari. Confirmatur ex textu in cap. tertio loco, cap. post sessionem, versicul. Quibus standum est, cap. cum a nobis, de testibus, l. in exercendis, Cod. hoc tit. l. cum precibus, l. cum res 12. Cod. de probationibus, l. optimam, Cod. de contrahenda stipulatione, ita tenent Rebuffus de reprobatione testium, num. 125. Mascardus de probationibus, conclus. 1095. numero tertio, Menochius de arbitrariis, casu 105. numero vigesimo secundo, & consilio 508. numero quinto, Morla dict. titul. 11. questione quinta, Covarr. libro secundo, variarum, capite decimo tertio, numero undecimo, Osuald. ad Donel. libro vigesimo quinto, capite octavo, litera K. & L. & sequentibus, & lib. 21. cap. 10. litera H.

Ratio est, quia ius non adeo unam probationem approbat, quin admittat meliorem aliam, argumentum textus in cap. proposuisti, cap. causam qua, de probationibus, cum potius credendum sit vivæ voci, quam mortuæ, Authent. de instrumentorum cautela, & fide, §. si verò: recipiunt cum probatio, quæ sit per testes, natu-

ralis & à iure divino inventa sit; probatio verò quæ sit per instrumenta, ad futuram facilioremque rei memoriam, à iure positivo tantum fuit introducta; ideoque quemadmodum acta iudicij per testes probari possunt, ita etiam ea quæ in scripturis acta sunt, poterunt per testes iterum probari. Glossa in l. si prator, ff. de iudiciis, Imola in cap. tertio loco, de probationibus, num. 9.

Primo obstat textus in l. cum de indebito 25. §. final. versicul. Tunc enim, ff. de probationibus, ubi causa stipulationis, mutui, vel depositi, in scripto redacta; non nisi alio simili scripto improbari potest. Cui difficultati dicendum est, textum in dict. l. cum de indebito, loqui, quando reus chirographum à se scriptum fateatur; negat tamen id ex ea causa deberi, quod in chirographo continetur; quare cum in eo casu, nullus esset testis, qui de ea re iurare valeat, merito testimonium non admitti textus docet; sed alias probationes in scriptis redactas desiderari, iuxta textum in l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia, Osuald. ad Donel. libro vigesimo quinto, commentariorum, capite secundo, & ad titulum de fide instrumentorum, in interpretatione leg. in exercendis, Cod. eodem, Cuiac. lib. 3. question. Pauli, in dict. l. 25. §. fin.

Secundo obstat textus in l. 3. Cod. si minor se maiorem dixerit, in cuius specie si minor tempore contractus se maiorem esse iuraverit, & postea tanquam minor velit restitutionem consequi, non auditur, etiam si id testibus velit probare, nisi instrumenta statim exhibeat. Quia in difficultate est dicendum, quod ideo in prædicta specie non testium depositio, sed instrumenti exhibitio desideratur, ea speciali ratione, quia annos in memoria hominum retinere difficile est, Barr. in dict. l. 3. numero quarto, eodem fere modo, & interpretandus textus in l. optimam 14. Cod. de contrahenda stipulatione, cui ex adverso repugnat textus in l. iurisdictionum 7. §. quod fere, ff. de pactis, de quorum iurium conciliatione, videndus est Cuiacius in l. sciendum 31. ff. de verborum obligationibus, & in dict. l. optimam, C. de contrahenda stipulatione.

Tertio obstat textus difficilis in l. census 10. ff. de probationibus, ubi Marcellus inquit, publica instrumenta potiora testibus esse: Ex quibus verbis constat, instrumenta viva voce infirmari non posse. Cui difficultati respondendum est, textum illum procedere in Natalibus, & publicis tabulis, quæ instrumenta ita publice, & solemniter acta, adeo perpetuam firmitatem retinent, ut testibus infirmari nequeant: notat Donel. libro vigesimo quinto, commentariorum, capite secundo, Brissonius libro primo, selectarum, capite quinto, Pancirolo libro secundo, variarum lectionum, capite 151. Edmundus Merillius libro secundo, observat. capite trigesimo tertio, videndus est etiam textus in l. etiam, l. Imperatores, §. 2. cui obstat l. 14. Cod. eodem: conducit etiam pro hac parte, venitque interpretandus textus in l. 15. Cod. de probationibus, cui obstat l. 9. ff. eodem, de quibus videndus Donel. lib. 25. cap. 8. & Osuald. ibi litera DD. & litera CC.

Quarto obstat textus in Authentico, de instrumentorum fide, in principio, ubi generaliter statuitur, quod ea quæ viva voce proferuntur, digniorem fidem faciant, quàm instrumenta, præcipuè cum instrumentorum fides pendeat ex sola Tabellionis autoritate, argumentum textus in l. si quis Decurio, Cod. ad legem Corneliam de falsis. Cui difficultati dicendum est, quod textus in dict. Authentico, non loquitur de instrumento publico palam Magistratibus, & Tabellione celebrato; sed de chirographo, & privata scriptura; in quo casu dignior viva, quàm mortua vox dicitur; nec unico Tabellionis testimonio statuit, siquidem non pendet ex eo solo scriptura, sed ex partium, & testium præsentia, quæ autoritatem recipit; iuxta textum in l. 114. titul. 12. parte tertia, videndus est textus in l. generaliter 15. Cod. de non numerata pecunia, & l. quidam 25. de probationibus.

- 7 Quinto obstat dicere, quod ad hoc, ut una probatio vincat aliam, oportet quod sit fortior; aliis si æquales sunt, neutra prævalet, *cap. in nostra, de testibus*; sed testes, & instrumenta pariter vim obtinent, *l. i. exercendis, Cod. hoc titul.* ergo instrumentum non poterit per testes reprobari. Cui obiectioni respondere oportet, regulam illius textus procedere, quando testes, & instrumenta producantur ab eadem parte, vel quando testes, non contradicunt instrumento, aliis enim testes prævalent instrumento, Glossa fin. in dict. *cap. tertio loco, de probat. & ibi Abbas num. 3. & communiter omnes in presenti.*
- 8 Sexto, obstat textus in *cap. ad Audientiam, de prescriptionibus*, ubi probatio instrumenti præfertur probationi, quæ fit per testes. Cui difficultati dicendum est, illius decisionem procedere tantum in instrumento privilegiato, quod a sui essentiam requirit scripturam, *c. porro, de privilegijs.* argum. textus in dict. *l. census, ff. de probat.*
- 9 Septimo contra nostrum textum, in vers. *si trium, vel plurium idoneorum testium, &c.* Obstat text. in *cap. in omni negotio, cap. licet universis de testibus*, ubi in omni causa sufficere duos testes cavetur. Cui difficultati dicendum est, quod iure communi attento, duo testes ad reprobandum instrumentum sufficiunt, notat Covar. *lib. 2. variar. cap. 20.* quare verba illa nostri text. non sunt dispositiva, seu præceptiva Pontificis, sed relativa partis, quæ non inducunt iuris dispositionem. Vel aliter responderi potest, quod idem in presenti tres testes contra instrumentum desiderantur: quia in favorem instrumenti aderat dispositio Tabellionis, & alterius testis instrumentalis, uti constat ex eodem textu, in vers. *Tabellionem quoque, Abb. & Felinus in presenti, num. 43.* Covar. *lib. 1. variar. cap. 13. num. 11.* Hodie tamen iure Regio quatuor testes desiderantur, juxta text. in *leg. 18. tit. 13. part. 3.* Covar. *lib. 2. variar. c. 20.* Guttier. *conf. 38. num. 7.* Menoch. *lib. 2. de arbitrarijs, censura 21. casu 105.*
- 10 Octavo adversus ea, quæ communiter in presenti notant omnes, nempe non sufficere probare tantum, instrumentum esse deperditum, & eius tenorem, sed etiam necesse esse, ut testes digni deponant, se legisse instrumentum, & debitorem ete litori certam illam pecuniam debere ibi contentam; & sic duo esse probanda, amissionem instrumenti, & tenorem seu omnia quæ in instrumento scripta erant, juxta textum in *l. sicut 5. cap. hoc tit.* Obstat text. in *cap. cum olim, de privilegijs.* ubi si privilegium ab Abbate sit deperditum, sufficit probare privilegij tenorem, et si perditio non probetur. Sed huic difficultati dicendum est, textum illum procedere in diplomate publico decem testibus comprobato, ideoque ibi recte iubet Pontifex, ut iterum in publicam formam reducatur; latè Donell. in dict. *leg. sicut, Codic. hoc titul.* vel tradita in *cap. licet causam, de probat.*
- 11 Nondè obstat textus in *leg. si de possessione 20. Cod. de prob.* ubi ut quis ad servitutem reducat, sufficit probare instrumentum emptionis deperditum esse, quamvis eius tenor non probetur. Quam difficultatem effugies dicendo, quod textus ille procedit, quando instrumentum emptionis furatum fuit ab ipsa ancilla, quare in eius odium sufficit probatio deperditæ, quamvis instrumenti tenor non probetur: videndus est Donell. in dict. *leg. si de possessione 20. C. de probationibus,* videndusque etiam text. in *leg. 11. C. de fide instrumentorum.* cui obstat textus in *leg. 2. C. de emancipationibus,* de quibus latè Osuald. *lib. 25. c. 8. lit. D.*
- 12 Decimo contra nostrum textum in principio, obstat dicere, quod sententia debet esse conformis libello, *cap. licet Heli, de Simonia*, sed in hoc textu Iudices prima instantia pronunciarunt super domus vacuæ causa, quæ non fuit in libello petita. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quia Ioannes in presenti, non solum petit matuum, sed etiam traditionem vacuæ domus venditæ, ut patet ex textu, in vers. *Quibusdam alijs articulis,*

ut in integra Decretali, quam refert Hostiensis in presenti num. 1.

Vndecimo contra nostrum textum, in vers. *Committitur*, obstat dicere, quod in causa appellationis super civilem articulis, non possunt produci novi testes, propter subornationis timorem, *capit. fraternitatis, de testibus, Clementina secunda, eodem*: ergo non rectè in presenti quatuor testes in appellationis cognitione producantur. Quorum iurium difficultas salva manebit, si attendamus, illorum decisionem procedere in productione testium super articulis, jam in prima instantia probatis: super novis tamen articulis, etiam ex primis dependentibus, admitti testes poterunt in secunda instantia; quo in causa nostri textus decisio procedit.

Duodecimo contra versiculum: *Verum*, obstat dicere, quod Iudex non debet impartiri officium ad utilitatem privatam, parte non petente, *leg. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto*; ergo Pontifex in presenti non debuit partes ex officio suo interrogare. Cui difficultati dicere oportet: jura in argumento adducta locum habere, quando nulla subest causa; secus si adit: nam etiam post conclusionem in causa poterit Iudex ad veritatem indagandam, circa merita causæ partes interrogare; latè Maranta *de ordine iudiciorum 4. part. num. 28.*

Decimotertio obstat dicere, quod quando testes testibus contrariantur, vel instrumenta instrumentis, fieri debet concordia, etiam per multiplicationem actuum, ut faciant probationem, *cap. cum tu, de testibus*: ergo in presenti concordia fieri debuit, præsumendo duplicem fuisse venditionem, unam purè, & aliam sub conditione. Qua in difficultate dicendum est, quod in presenti fieri non potuit hæc concordia per multiplicationem actuum, quia partes omnes consentirent semel tantum fuisse celebratam venditionem: ut patet ex vers. *Verum*, ita Abbas, & Felinus *num. 6.* Vide circa hoc, quæ tradimus in *cap. imputari 13. hoc titul.* vide etiam textum in *l. 2. C. de emancipationibus, & Osualdum, ubi supra, videndusque Duaren. in commentarijs ad hunc titulum.*

Decimoquarto adversus id quod communiter in presenti notant omnes: videlicet testes, & instrumenta aded talem vim obtinere, quod etiam si instrumentum fuerit amissum, sive sit adoptionis, sive emancipationis acta illa poterunt testibus comprobari, juxta textum in *leg. emancipatione 11. C. hoc tit.* obstat text. in *leg. fin. Cod. de adoptionibus*: Vbi cavetur adoptionem, & emancipationem aliter, quam actis intervenientibus fieri, & probari non posse: quod idem docet textus in *leg. iubemus, penultima, Cod. de emancipationibus.* Vbi emancipatio absentis, vel eius acta, aliter, quam per rescriptum Principis suppleri non poterunt. Quorum iurium difficultati dicendum est, quod id, quod in prædictis iuribus cavetur: nempe emancipationem probari posse per testes, si actorum tenor existat, ita intelligi debet, hoc est, cum acta iam intervenerant. Quo casu nil nocet, si nunc jam non extant, cum eorum interitus non noceat: siquidem acta testibus poterunt probari, notat Donellus in dict. *leg. emancipatione 11. Cod. de fide instrumentorum, & lib. 25. commentar. cap. 2. ad dict. leg. 11. Codic. hoc titul. Osuald. dict. lib. 25. commentariorum, cap. 8. littera D.*

Decimoquinto solutioni obstat textus in *l. 2. Cod. de emancipat. liberorum.* Vbi in emancipationibus magis veritas, quam scriptura desideratur: ergo in ea non debet spectari scriptura. Cui obiectioni dicendum est, verba illa: *Magis in emancipationibus veritatem, quam scripturam attendendam esse*, non negare acta, seu scripturam in emancipationibus non debere intervenire; sed potius, quod si scriptura intervenierit, & aliud actum sit in emancipatione, quam quod scriptum est; eo in casu scriptura non nocet, quo minus veritati standum sit, ut notant Donell. & Osualdus ubi sepr.

Decimosexto, obstat textus difficilis in *leg. solam 4. Codice de testibus*. Vbi Imperatores asserunt, sola attestata iure, absque aliis adminiculis, nihil congrue probati posse: & in *leg. instrumenta, Codice de probationibus*, similiter constat, sola instrumenta probata, nisi aliis adiumentis firmentur, fidem non facere. Cui difficultati communiter dici solet, solam testium attestatorem absque causa, & ratione attestatorem fidem non facere, & ita intelligendam esse *dict. legem solam 4.* Idemque dicendum, si instrumentum sit publicum, vel privatum: nam si sine causa debiti consistit, inutile est: *leg. iurisperitum 7. §. sed cum nulla, digestis, de pactis, leg. 2. §. causa, ff. de doli exceptione, capit. si cautio 14. de fide instrumentorum*. Notat Gilquenus in *dict. leg. testium 14. Codice, hoc titul.* Accursius in *dict. leg. solam*, quem Bartolus, Baldus, & antiquiores sequuntur. Verum hæc communis interpretatio, quamvis admitti possit; non omnino tota videtur: Quare veritiorem existimo, quam refert Donellus in *dict. leg. solam, Codice de testibus*, dum asserit: sensum illius textus esse, solam testium depositionem in scriptis habitam, & Iudici oblatam, absque aliis adminiculis, nihil prodesse: siquidem, illo tempore usus fuit ut non aliter testibus crederetur, quam si coram ipso Iudice deposuissent, & interrogati fuissent; quod duplici ex causa fuit admissum: primo, quia Iudicis presentia testem movet, ne mendaciter deponat, quod in absentia Iudicis eum nihil pudeat, aliis non fieret: tum etiam, quia Iudex ex ipsa testium examinatione æstimare debet, quanta fides testibus adhibenda sit; *leg. 3. in principio, versicul. Ideoque, & in 3. eiusdem, ff. hoc titul. Covarruvias lib. 8. variarum, cap. 5. num. 6.*

Decimoseptimo solutioni obstat dicere, quod testium receptio valet, etiam si coram eodem Iudice interrogati, & recepti non fuerint, juxta textum in *cap. final. de probationibus, cap. veniens 38. hoc titul. leg. fin. Codic. eodem*. Cui difficultati dicendum est, idem in illis iuribus testium depositionem fidem facere, quia coram alio Iudice, jam semel recepti, & interrogati fuerant, & eorum testimonium in iudicio tum actis habebatur; quod admissum est, primò ne partes sumptibus vexentur, cum expediat acta coram vno Iudice, inter eadem personas fidem facere coram alio: tam etiam, quia si in secunda instantia iidem testes, post publicationem super eisdem articulis recipi possent corruptio, & falsitas timeretur; quod maxime cavendum est, uti inferius dicemus in *cap. fraternitati, de testibus*: & an si instrumentum, vel sententia fuit recepta, possit sententia ipsa testibus comprobari? Latè disputant Doctores in *cap. sicut 16. de sententia, & re iudicata, & præcipuè Doctores Balboa ibi à num. 4. & seqq.*

Ad textum in *cap. Ex parte, 11. hoc titulo.*

DE materia hujus textus, vide quæ diximus in *cap. 3. hoc titulo.*

Ad textum in *cap. Perpetuus, 12. hoc titulo.*

DE sententia huius textus latè diximus in *cap. 1. de probationibus.*

Ad textum in *capit. Imputari 13. hoc titulo.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Scriptura repugnantes, ab eodem producta, fidem non faciunt.*
- 2 *Duo contraria, nec vera, nec certa esse possunt inter se; & ideo neutri fides adhibenda est. Contraria allegans non est audiendus.*
- 3 *Interpretatio textus in leg. cum de potestate, ff. de probationibus. Scriptura derogatoria, non dicuntur contraria, ibidem in num. 3.*
- 4 *Interpretatur textus in leg. Sempronius 47. ff. de l. 2. l. cum de ætate 13. ff. de prob.*
- 5 *Testes ab eadem parte producti: si nonnulli contraria deponunt; non ob id improbantur, sed digniorum testimonij statuer.*
- 6 *Interpretatur textus in l. in exercendis, Cod. de fide instrumentum.*
- 7 *Instrumenta à diversis partibus producta, etiam si contraria sint, digniori, & verosimiliori standum est: secus si ab eadem parte. Expenditur textus in leg. scripturas, C. qui potiores in pign. habeantur.*
- 8 *Instrumento, si aliud sit scriptum, quam actum, actum standum est. Expenditur textus in leg. 2. Cod. plus valere quod ag. cum antiquæ 23. Cod. ad Senatus Consultum Velleian.*
- 9 *Nemo tam amens censetur, ut adversus se quidquam affirmet. Expenditur leg. fin. vers. Sin autem, Cod. arbitrium tutelæ.*
- 10 *Instrumenta in iudicio producta, si videantur sibi contraria, reduci debent ad concordiam. Nemo prohibetur pluribus defensionibus etiam contrariis uti. Intellige, ut ibi.*
- 11 *Scriptura novissima in testamentis, & si contraria sint, prævalent.*
- 12 *Testes contrarium deponentes, non ex eo excluduntur, si in posteriori dicto turpitudinem allegaverint, sed prioris testimonio standum. Cum ex prima depositione, quasi contraxissent.*
- 13 *Interpretatur textus in leg. si postulaverit, paragrapho, sed si negaverit, ff. ad leg. Iulian. de adult. terijs.*

C O N C L U S I O.

Scriptura repugnantes ab eodem producta fidem non faciunt. Consonat textus in *cap. sollicitudinem, de appellationibus, cap. literas, de presumptionibus, cap. ex quinquata, de iudicijs, leg. duo sunt Titij, ff. de testamentaria tutela, leg. si Titius, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, leg. ubi pugnantia, ff. de regulis iuris, leg. scriptura, Cod. hoc titul. leg. optimam, Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione, leg. 111. titul. 18. part. 3. refert, & sequitur Covarruvias *practicarum questionum lib. 4. cap. 130. numer. 7. Zavallos communium contra communes, question. 696. Menchaca libr. 1. illustrium question. capit. 2. numer. 9.* latè Donellus in *dict. leg. scriptura 14. Cod. hoc titul. & lib. 25. commentar. capit. 8.* vbi Osualdus *littera Z. Azevedo in leg. 3. titul. 5. libr. 4. Compilationum. Duarenus ad titulum, de fide instrumentorum, apud medium.**

Ratio est, quia duo contraria, nec vera, nec falsa intra se esse possunt, cum inter se repugnent: quare merito neutri fides adhibenda est: nam contraria allegans, non est audiendus, *dict. capit. sollicitudinem, de appellationibus, cap. licet, & ibi Glossa verbo, Contradictant, de probationibus.*

Decimò obstat textus in *leg. si postulataverit, §. sed si negaverit, ff. ad leg. Jul. de adulteris*, ex cuius textu decisione colligunt Doctores omnes, standam esse posteriori testimonio, etiam si contrarium priori sit. In qua difficultate dicendum est, textum illum loqui in testimonio posteriori tormentis exacto, non quoad se, sed quoad alios, Covar. *lib. 3. variarum, cap. 3. num. 8.* & notat Barbosa *ibi, num. 2.* vide plura, quæ scripsimus in *cap. sicut 9. de testibus.*

Ad textum in cap. Si cautio 14. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio debiti, sine causa, redacta in scripturam, non inducit obligationem.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Stipulatio sine causa valet. Interpretatur textus in *leg. 2. §. circa, digesti, de doli exceptio.*
- 4 Confessio debiti recepti in instrumento facta, etiam sine causa, prevalet. Expenditur l. tale pactum, in princip. ff. de pactis.
- 5 Qui sciens se non teneri, aliquid alteri promissit, donare videtur. Illustratur textus in *leg. Campanus, ff. de operib. libertor.*
- 6 Confessio sine causa in iudicio facta obligat, præcipue si post confessionem partem pecunia quis caput solvere. Interpretatur textus in *c. fin. de confessis, cum l. eunte, ff. ne vxor pro marito.*
- 7 Expenditur textus in *lin. contractibus, C. de fide instrumentorum.*
- 8 Illustratur textus in *leg. Titius 24. ff. de constitut. pecun.* Epistola aliquando inter presentes mittitur.

C O N C L U S I O.

Confessio debiti, sine causa, redacta in scripturam, non inducit obligationem. Idem demonstrat textus in *cap. cum de indebito, §. fin. ff. de probationibus, leg. non solum, §. fin. ff. de peculio, leg. nuda ratio, ff. de donationibus, leg. 1. §. nudo, ff. de pactis, leg. iuris gentium 7. §. igitur nuda, ff. eodem, leg. manumissionem, ff. de iustitia, & iure, leg. 13. Cod. de non numerata pecunia, l. obligationum substantia, ff. de obligationibus, & actionibus, l. 119. tit. 8. part. 1.* illustrant Gomez *tom. 2. variar. c. 9. & 11. à num. 3.* Mascard. *de probationibus, conclusionem 345. & 346.* Zavallos *quasi. 38.* Guttier. *de iuramento prima part. cap. 47. à num. 14.* Covar. *in cap. quamvis, de pactis in 6. part. secunda, §. 2. num. 15.* Tiraquel. *in leg. si unquam, Cod. de revocandis donation. verb. Donatione largitus, num. 56.* Menochius *de presumption. lib. 3. question. 132. num. 16.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. part. 1. cap. fin. §. 12. limit. 3.* Osual. *ad Donel. lib. 25. cap. 8. lit. O. & Z.*

Ratio est, quia ubi non est causa, non potest esse cautum, *leg. manumissiones, ff. de iustitia, & iure*, sed obligatio est, quoddam cautum à contractu inter partes inito, *leg. licet, §. ea obligatio, ff. de procuratoribus*: ergo obligatio sine causa esse non potest. Deinde, quia ubi non adest consensus, obligatio adesse nequit, *dicit. leg. 1. §. adeo, dicit. leg. obligationum substantia*; sed qui profertur debere, non adjecta causa, non habet consentum, cum potius presumatur, id errore fecisse, Baldus *in leg. sed est quis, §. idem queritur, ff. si quis cautionibus*: ergo nec obligari potuit; cum nil tam contrarium sit consensui, quam error, *l. si per errorem, cum aliis, ff. de iurisdictione omnium iudiciorum.*

Primo obstat dicere, quod stipulatio sine causa

valet, *leg. hoc iure, §. final. versicul. Sed & ha stipulationes, ff. de donationibus*, notant omnes in *leg. 1. §. per totum tit. ff. de verborum obligation. §. 1. Instunt, eodem ergo absque causa adjecta obligatio valebit. Cui difficultati dicendum est, idem in stipulatione causam adijcere ad sui validitatem necesse non esse, quia contractus firmissimus est, qui solemniter, & deliberate, interrogatione præcedente, & sequuta responsione, contrahi debet; quæ verborum solemnitate inspecta, robur accipit absque alia cause adiectione, cum de verborum solemnitate constet, nec error, nec indiscreta presumitur promissio; *dicit. leg. 1. ff. de verborum obligationibus.* Nec solutioni obstat textus in *leg. 2. §. circa, ff. de doli exceptione*. Vbi stipulationem sine causa valere non potest constat: siquidem adversus, eam exceptio doli mali opponi potest. Quia dicendum est, textum in *dicit. §. circa, procedere casu, quò quis per stipulationem promissit spe futuræ numerationis, seu traditionis, vel ob causam de præterito, vel de præsentem, quæ vere non subest; nam tunc cum non subest, vel finita fuerit causa, doli exceptionem obitare convenit. Glossa 1. in *leg. si stipulatus esses, ff. de fideiussoribus*, Pinellus *in dicit. leg. 2. Cod. de rescindenda venditione, 1. part. cap. 1. num. 8.***

Secundo obstat textus in *leg. tale pactum, in principio, ff. de pactis*: Vbi pactum, etiam sine causa valere constat. Cui difficultati dicendum est, textum illum procedere in confessione facta ad liberandum debitorem, quæ non indiget causa ad sui valorem; *leg. Arrius, ff. de actionibus, & obligationibus*, licet aliter, & proprius responderi posset, quod ibi nihil agitur de causa; sed solum dubitatum fuit, an pactum illud: *Proferentem non teneri, &c.* tanquam personale, locum habeat solum inter pacificentes, vel transeat ad hæredes? Et respondit Consultus, ad hæredes transire: attamen circa resolutionem causæ ibi propositæ, ex confessione liberatoria nihil respondit, quoad nostrum textum.

Tertio obstat textus in *l. Campanus, ff. de operis libertorum*: Vbi si libertus, cui fidei commissaria libertas relicta est, operas promittat hæredi, valet promissio, etiam si alia causa non subest. Cuius textus difficultati dicendum est, illius decisionem procedere, quando quis sciens se non teneri aliquid alteri promittit: nam eo casu donare videtur, *leg. si is qui perpetua, ff. de conditione in lib. l. fin. Cod. ad legem Falcidianam*: secus vero si id ignoret; nam tunc presumitur error, & omnino non valet promissio, uti in nostro textu, Abbas *in presenti, col. 3. Felinus num. 4.*

Quarto obstat textus in *cap. fin. de confessis*: Vbi confessio, etiam sine causa in iudicio facta obligat. Cui difficultati responderi oportet, quod inter alias limitationes, quas ad nostrum textum proponit Mattienzo in *leg. 2. tit. 16. lib. 5. nova Recopil. glossa 1. num. 11.* ea est una nempe cum in iudicio facta est, vel iuramento adhibito, vel in foto conscientie, vel cum post confessionem partem pecuniæ debite capta solvere: nam postea non poterit allegare defectum causæ intervenisse, *l. cum fidem, C. de non numerata pecunia: auth. sed cum testator, vers. Item si heres, Cod. ad legem Falcidianam, l. 1. vers. Item si sine causa, ff. de probationibus.* Nec huic sententiæ obstat textus in *l. eunte, ff. ne vxor pro marito*. Vbi etiam si solutio capta esset, non obligatur: quia ibi nulla præcesserat promissio solventi, idcirco ex solutione nomine alieno facta non obligatur, cum exinde nulla resultet præsumptio debiti: at verò in proposita specie, & doctrina, præcesserat promissio, quæ quamvis presumatur erronea propter defectum causæ, tamen hæc præsumptio, tollitur per solutionem partem, ex qua presumitur agnitio debiti, & erroris purgatio, *arg. text. in l. 2. C. de his qua vi.*

Quinto adversus nostrum textum dum docet; quod confessio debiti cum causa in instrumento scripta, plenè probat: nisi probet se indebitè illam promississe. Obstat textus in *leg. in contractibus, C. hoc tit. Vbi is, qui*

in scriptura confitetur se recepisse pecuniam ex causa mutui, poterit intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & per hoc transferre onus probandi in adversarium, iuxta textum in *l. si ex cautione, ff. hoc tit. principio Insti. de literarum obligationibus, l. 9. tit. 5. parte quinta*. Cui dubio, ut satisfacias, dicendum est, speciale esse in confessione ex causa mutui, ut illa intra biennium non obliget, cum effectus, opposita exceptione; quoniam facile quis induci solet ad confitendum sub spe futuræ numerationis; aliud verò in confessione ex alia causa; illa namque statim præiudicat, non expectato biennio, ut in præsentibus *Glof. verb. Confessioni*, quam Abbas, & omnes sequuntur.

8. Sextò obstat textus in *l. Titius 24. ff. de constituta pecunia*: Vbi scriptura simul cum causa non sufficit, ut obligatio nascatur: sed necessaria est stipulatio. Cui difficultati dicendum est, idè ibi non sufficere scripturam simul cum causa, sed necessariam esse stipulationem, quia non agitur de Constituto, sed de Novatione; siquidem stipulatio novandi animo facta, novat Constitutum, *l. 28. ff. de constituta pecunia*. Nec huic solutioni obstat dicere, quod ibi novatio non potuit fieri per stipulationem inter absentes, siquidem per epistolam fuit facta, quia dicendum est, quod etiam epistola aliquando inter præsentibus mittitur, & sic ibi negotium inter præsentibus fuit factum, Anton. Fab. in *Rationali ad textum in dicta l. Titius 24. ff. de constituta pecunia*.

AD TITULUM DE Præsumptionibus. XXIII.

Ad textum in capit. Sicut, 1. hoc titulo.

S V M M A R I U M.

Sicut manifestè nocens est pena obnoxius, ita & occultus, licet postea dicat se ioco fecisse.

2. Voluntas agentis in maleficiis spectatur, dummodo per exteriores actus illius intentio dignosci valeat.
3. Iniuria non præsumitur per iocum illata, & cogitatio non nocet, nisi sequatur effectus.
Explicatur text. in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iuris.
4. Interpretatur textus in leg. genero 8. versic. Nec ignorantia puniatur, ff. de his qui notantur infamia.
5. Conatus in crimine læsæ maiestatis puniatur pena ordinaria.
6. Quid si error in delictis interveniat?

C O N C L U S I O.

SICUT manifestè nocens, est pena obnoxius, ita & occultus, licet postea dicat, se ioco fecisse. Consonat textus in *cap. fin. de sponsalibus, cap. nuper, de bigamis, l. item apud Labconem, §. 1. ff. de iniuriis, capite primo, de homicidio, libro sexto, cap. quoniam multi, vers. Conatus, 14. questione quarta, l. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. quisque, Cod. ad legem Iuliam maiestatis, l. 1. in principio, l. seculari 7. ff. de ordinariis criminibus, l. 1. ff. de parricidiis, l. 2. & 12. tit. 8. l. 6. tit. 9. l. 2. tit. 31. part. 7. l. 2. tit. 13. libro octavo, Ordinamenti, exornant Covar. in Clementi si furiosus, de homicidio, prima parte in principio, numero sexto; Duenas regula 63. verb. Attentione, Zavallos communium contra communes, quest. 340.*

Flores de Mena libro primo, variarum questione decima octava, Azvedo in l. 1. tit. 21. num. 7. & in l. 2. tit. 22. numero nono, libro octavo, Recopilationis, Cuiacius in postulis ad hunc textum, & in l. 3. ff. de obligat. & actionibus, apud finem, & libro octavo, observat. capite vigesimo secundo, & libro decimo quinto, capite vigesimo quinto, Anton-Gomez 3. tom. variarum, capite tertio, num. 5. & 16. Duarenus ad tit. de penis, capite secundo, Osvald. ad Donel. libro decimo quinto, capite vigesimo tertio, litera C. & D. Solozano libro secundo, de parricidiis, capite decimo sexto, Amaya libro primo, observat. capite secundo, num. 6. cum 2. sequent. D. Valent. illustr. questione trigesima, cap. 1.

Ratio est, quia in maleficiis voluntas agentis spectatur, dummodo per exteriores actus illius intentio dignosci valeat; nam conatus, & delinquendi animus puniri debet, cum iniuria non præsumatur per iocum illata; imò potius omne maleficium probè semper præsumitur factum, l. 1. §. diuus, l. diuus Adrianus, ff. ad l. Corneliam de sicariis, l. qui iniuria, ff. de furtis, notat Barbof. in collectaneis ad hunc textum; à numero tertio, & quarto, Fatinacius in praxi criminali, par. 3. quest. 35. num. 35.

Primò obstat textus in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iuris, ubi conatus non nocet, nisi sequatur effectus. Cuius textus difficultati dicendum est, illius declarationem non loqui, non solum in delicto non consummato, verum nec in delicto opere declarato, in quo dumtaxat animi intentio, & cogitatio fuit, ex qua quidem cogitatione, si ad exteriores actus non perveniatur, nemo puniri potest, cap. cogitationis 14. de pœnitentia, distinction. 1. cap. cum ex voluntate 54. de sententia excommunicat. l. cogitationes 18. ff. de panis, quæ interpretatio deducitur ex eo, quia textus in dicto §. hæc autem, desumptus est ex Ulpiano lib. 3. ad edictum, cuius originis est etiam textus in dicto l. 18. Cuiacius lib. 8. observat. cap. 22.

Secundò obstat textus in l. genero 8. ff. de iis, qui notantur infamia, ubi si pater ignorabat generum esse mortuum, & filiam intra annum in matrimonium collocavit, à pœna infamiae non liberatur; si verò cognovit esse mortuum, liberatur: quæ decisio difficilior redditur ex eo, quod multo melius propter ignorantiam puniri debebat, siquidem vult filiam vno eodemque tempore duobus nuptam esse. Ecce ubi & conatus, & effectus fuit, & tamen pœna illa infamiae non tenetur. In qua difficultate, omnia interpretatio, quam refert Antonius Faber in *Rationali ad eundem textum*, Osvald. ad Donel. lib. 18. sup. 7. litera C, verissimè est dicendum, verba illa: *Ne ignorantia puniantur, &c.* non esse referenda circa mortem generi, cum verò mortuus esset, & hoc sciret, ut constat ex eodem textu ibi: *Cum mortuum esse scires, sed referenda sunt circa tempus mortis, de quo loquebatur Prætor in edicto illo, ita ut sensus sit, quod quamvis sciret esse mortuum, iusto errore ductus cogitabat, iam annum locutus esse præteritum, merito propter ignorantiam illam, etiam si intra annum filiam in matrimonium collocasset, liberatur à pœna infamiae, latè D. Amaya libr. 1. observat. capite secundus, num. 15.*

Tertio obstat textus in l. quisque, Cod. ad legem Iuliam maiestatis, ubi conatus in crimine læsæ maiestatis puniatur pœna ordinaria. Cui difficultati dicendum, id ibi specialiter esse statutum: quia crimen illud gravissimum est, & præcipuè quia conatus ad actum exterioriorem fuit deductus, videlicet ad tractatum, & consilium initum cum aliis, meritoque absque criminis consummatione illius gravissimi delicti, & similium perpetrator dicitur, iuxta textum in l. 1. & 2. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Ita similiter est interpretandus textus in l. unica, Cod. de rapto virginum, l. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcopo, & Clerico, cap. 1. de homicidio, lib. 6. & textus difficilis in l. si quis servo, 20. & ibi Glossa, ff. de furtis, l. hæc quidem, Glossa ibi verberat.

In fructuosæ, Cod. qui militare possunt, cum aliis mul-
tris traditis à Covarr. dist. 2. part. 5. primo, num. 6. &
sequent. de errore in delictis, vide textum in l. si postu-
laverit 27. §. si liber homo, l. si adulterium, §. 1. ff. ad le-
gem Juliam de adulteriis, & vide textum difficilem in l.
cum qui 18. §. si iniuria 5. §. 4. ff. de iniuriis, quibus
obest l. apud Labeonem, §. invidictum, ff. eodem. Sed
an mentalis simoniacus, seu usurarius ex solo conatu,
vel mente, puniri possit: vide iura omnino inter se
contraria in cap. final. de Simonia, cum cap. consue-
tudo 10. de usuris, de quibus disputavi in antinomii De-
cretalium, antinomia 81.

Ad textum in cap. Afferte, 2. hoc
titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex violenta præsumptione fertur diffinitiva.
- 2 Amor parentum erga liberos vehementissimus est.
Dilectio matris erga liberos maior est, quam patris.
- 3 Filiatio, etsi quoad matrem sit certa, tamen quoad pa-
trem est incerta: adeo ut nisi consuetudo, & præsum-
ptionibus in iure admittatur.
- 4 Ex violenta præsumptione fertur sententia, dummodo
apertè fuerit allegata. Intellige ut ibi.
Interpretatur textus in l. si adulterium, §. penult. vers.
Utique si allegetur, ff. ad legem Juliam, de
Adulter.
- 5 Iuri suo liberè renuncians amplius non auditur.
Interpretatur textus in cap. afferte mihi, 2. hoc tit. de
præsumptionibus.
- 6 Iudex postea, quem iudicavit, desinit esse Iudex, hoc
verum est in diffinitiva, non tamen in interlocu-
toria.
Iudex per dolum sententiam proferre non potest. Intelli-
ge ut ibi.
- 7 In re obscura, potius vero, quam alteri favendum est.
Probatio est duplex, est directa, qua inartificialis dicitur,
& indirecta que artificialis appellatur.
- 8 Pœna ordinaria an ex violenta præsumptione imponi
possit? remissivè discutitur, & in num. 9.
- 9 Accusatio, & inquisitio in causa hæresis, quoad pur-
gationem canonicam, inter se affert: nam accusatus
deficiens in purgatione punitur pœna ordinaria, secus
inquisitus.
- 10 Præsumptio iuri, & de iure sufficit, ut quis pro delicto
condemnari possit.
Expenditur textus in l. absentem, in versic. Sed nec de
suspicionibus, ff. de pœnis.
- 11 Iudex secundum allegata, & probata, debet iudicium
proferre.
- 12 Interpretatur textus in cap. literas 14. versicul. Quo
circa, de præsumptionibus, l. 1. §. fin. Cod. de
hæretic.
- 13 Expenditur textus in cap. præterea 17. de testibus.

C O N C L U S I O.

EX violenta præsumptione fertur diffinitiva. Consonat
textus in cap. literis 12. cap. literas 14. hoc tit. cap. contumacia,
de hæretic. lib. 6. cap. cum in inuentute, hoc tit. c. cum
in tua diocesi, de usuris, cap. de hoc, de Simonia. l. consiliarius,
C. de assessoribus, & domesticis, l. 1. C. ad legem Corneliam de
fiscariis, l. 1. qui adulteri, C. ad legem Juliam de adulteriis,
l. cum qui, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. 12. tit. 4. part. 3.
& l. 12. tit. 17. part. 7. cap. decernimus, 3. quæst. 9. cap. 1. de
confessione, cap. 15. qui fidem, de sponsalibus, cap. præterea, de
confirmatione vtili, vel inutili, l. confirmatio, ve. sic. Verisimile,
ff. de negotiis gestis, l. fin. C. de accusationibus, exornant Al-
ciatus de præsumptionibus 2. & 3. part. Menochius eodem
lib. 1. quæst. 9. num. 7. & de arbitrariis casu 270. num. 5. Ze-

vallos communium contra communes, quæst. 33. cum traditis
à Morla de variis quæstionibus, tit. 12. quæst. 1. Donel. in l. 1.
Cod. de probationibus, Osuald. ad eundem lib. 23. cap. 3. li-
tera A. & lib. 25. cap. 3. & 24. cap. 19. litera F. Fachincus
lib. 11. c. controversiarum, cap. 70. Iulius Clarus lib. 5. recepta-
rum sententiarum, quæst. 10. num. 8. Farinacius plures referens in
præxi crimin. 3. part. tit. 13. quæst. 86. num. 52. Mascardus de
probationibus, consensio 222 8. Anton. Gomez lib. 1. varia-
rum, cap. 12. num. 25. Matienzo in repetitione ad hunc tex-
tum, num. 54 fol. 25.

Ratio est, nam Salomon non fuit vana coniectura
vsus, siquidem certissimum est parentum amorem erga
liberos vehementissimum esse, l. isti quidem, in fine, ff.
quod metus causa, Anton. Fab. in Iurispract. Papinianæ,
lib. 7. principio 1. illation. 11. Osuald. lib. 19. cap. 17. litera D.
cum filius portio corporis patris censeatur; vti etiam
portio viscerum matris partus dicitur, l. 1. §. 1. ff. de ven-
tre inspiciendo, Donel. lib. 4. cap. 21. Osuald. ibi litera A.
præcipuè, quia dilectio matris erga liberos longè ma-
ior est, quàm patris: cum magis diligamus, quod ma-
iori dolore consequimur; quod in matre inest, quæ in
vtero filios portavit, & proprio sanguine nutrit, cap.
fin. de conversione infidelium, cap. si mulier, cap. 19. §. di-
stincta. merito Salomon in præsentis hanc sententiam pro-
tulit propter violentissimam præsumptionem amoris
matris, cuius viscera super filium fuerunt commota:
tum etiam propter impietatem alterius: nam ut inquit
Cic. in Verrem; vanus Iudex esse non potest, qui sus-
picionem certa movetur; Panormitan. in præsentis, num. 1.
Butrius num. 4. & 5. Imola num. 2.

Primo obstat textus in l. Lucius 83. ff. de conditioni-
bus, & demonstrationibus, vbi filiationis probatio ex
præsumptis probationibus non sufficit: siquidem condi-
ditio illa, si in unum filium esse probaverit, tanquam im-
possibilis indicatur, etiam per præsumptiones; at in
præsentis filiatio per præsumptionem tantam fuit habita:
ergo ex ea, quæ etiam impossibilis dicitur, sententia
ferri non potuit.

Cui difficultati responderi debet quod quamvis fi-
liatio quoad matrem sit certa, l. quia semper, ff. de in-
iuris vocando: non tamen quoad patrem, Menochius de
arbitrariis, casu 89. num. 3. 4. & 11. poterit tamen, quoad
patrem filiatio ex veris coniecturis, & præsumptioni-
bus probari, leg. prima, §. pœna, ff. de liber. agnoscendis,
& filius in dist. 1. Lucius, erat in illa quasi possessione
filiationis, præsumptionibus illis concludentibus: vti
constat ex illis verbis: Filium de quo queritur, &c. &
præcipuè, quia textus supponit testamentum nullum
esse, quod alias non admitteretur, absque præsumptio-
ne illa; merito probatio illa plena filiationis, tanquam
impossibilis; pro non scripta habetur; cum in eius vo-
testate non sit: videndus est Antonius Faber, in Iu-
rispr. tit. 3. princip. 4. pagin. 113. Menochius de arbitra-
riis, casu 89. num. 7. Osuald. ad Donel. lib. 6. cap. 19.
litera D.

Secundo obstat textus in l. si adulterium, §. penult. vers.
Utique si allegetur, ff. ad legem Juliam de adulteriis, vbi
constat, tum demum ex violenta præsumptione diffi-
nitivam sententiam ferri posse, cum pars eam allega-
verit, & probaverit: at in præsentis pars, nec eam allega-
vit, nec probavit: igitur non recte iuxta illam fuit lata
sententia: In qua difficultate dicendum est, quod aut
præsumptio dicitur ex facto partis, aut aliunde: in pri-
mo casu, allegati, & probati debet; in secundo verò,
poterit Iudex animum informare ad proferendam sen-
tentiam, etiam non allegata præsumptione pro parte, &
ita nostri textus ratio procedit: quia cum præsumptio
oritur ex facto partis, & non allegatur, non præsumitur
vera; quæ ratio cessat, cum aliunde oritur, ut in præ-
sentis. Nec solutioni obstat dicere, quod in præsentis
præsumptio ex facto partis fuit orta, & non allegata,
nec aliunde; siquidem præsumptio fuit orta ex eo, quod
vera mater filij vitam desiderabat, quia præsumptio
non tantum fuit orta ex parte veræ matris, sed etiam
ex parte impiæ mulieris dicentis, nec mihi, nec tibi adiu-
dicetur,

dicitur, sed dividatur, quæ præsumptio fuit orta aliunde, hoc est, ex actibus processus, & præcipue cum repente fuisset incognita à Salomone: idè non potuit à matre allegari, & ita nihil obest dict. §. *ultim. vers. Vtigne.*

5 Tertio obstabit dicere, quod ex quo vera mater consensum præbuit, ut litiganti filium Salomon adiudicaret, iuri suo renuntiasset videretur, nec amplius debuit audiri, *cap. cum inter 16 de electione. l. postquam liti. C. de pallio.* ergo non potuit Rex in favorem eius sententiam dicere. Cui obiectioni satisfacti potest ex eo, quod regula supra adducta locum habet, quando quis libere, & voluntarie hunc deserit, & iuri suo renuntiat: at verò in nostro textu mater metu mortis sui filij liti cessit in favorem impiæ mulieris, qui metus vehemens, & iustus diiudicatur, *l. isti quidem. ff. quod metus causa,* vel melius dici poterit, quod idè Salomon potuit post matris renunciationem sententiam proferre, quia matris renuntiatio adhuc ab altera parte non fuerat acceptata cum effectu, meritoque, ut nulla, non tenet ante acceptationem alterius partis, à qua non solum non fuerat acceptata; verum etiam negata, uti constat ex verbis illis ibi: *Obsecro mi Domine, date illi, &c.*

6 Quarto obstabit dicere ex eo, quod semel Rex diiudicavit infantem esse dividendum, sanctus est officio suo, *l. index postquam. ff. de re indicata:* ergo non potuit postea diiudicare in favorem matris. Cuius textus difficultati dicendum est, illius textus regulam locum obtinere in sententia diffinitiva; secus verò in interlocutoria, quæ per diffinitivam revocari potest, *l. quod iussit. ff. de re indicata,* de qua interlocutoria loquitur noster textus, siquidem ut veritatem Rex indagare posset, simulans interlocutus fuit, ut infans divideretur.

Nec huic solutioni obstabit dicere, quod Iudex per dolum sententiam ferre non potest, iuxta textum in *cap. sane 7. de renunciatione:* at in præfenti Salomonis dolum arguitur ex eo, quod simulaverit divisionem, quæ minime ad effectum perducere poterat: quæ simulatio doli constat ex *leg. prima. §. dolum. ff. de dolo:* Nam dicendum est, textum in *dict. cap. sane,* loqui de dolo malo: at verò noster textus loquitur de dolo bono, quæ solertia appellatur in *dict. §. dolum,* & eo Iudex uti poterit ad detegendam veritatem, cum talis simulatio licita, & honesta sit, *cap. utile. 22. quest. 1.* notat Covarruvias plura huius simulationis exempla referens, *lib. 1. variarum, cap. 2.* Barbosa in *collectaneis ad hunc textum.*

7 Quinto obstabit dicere, quod in præfenti mulier, quæ non erat mater, filium possidebat; unde Salomon, omiſſa divisionis cautela, in eius favorem debuit sententiam proferre; siquidem vera mater, nec plenè, nec semiplenè suam intentionem probabat, & sic mulierem illum in possessione tueri debebat, iuxta regulam textus in *l. actor. Cod. de probationibus. l. qui accusare. C. de edendo. cap. fin. §. sane. de iurjurando.* Augeturque difficultas ex regula illa, qua cavetur, quod in re obscura, potius reo; quam actori, est favendum, *cap. cum sunt. de reg. juris, lib. 6. l. favorabiliores, ff. eodem.* Cui difficultati, ut satisfaciamus, animadvertendum est, quod probatio in duplici est differentia: nam vel est directa, quæ artificialis dicitur, vel est indirecta, quæ artificialis appellatur, Duatenus *lib. 1. dispn. cap. 27.* directa est, quæ ex testibus, & instrumentis constat, *l. testium 18. C. de testibus;* indirecta verò, quæ etsi id, de quo queritur, directè non probet; tamen certis de causis illa uti oportet; ut id de quo queritur, cognoscatur, etsi non certè, & per necesse, tamen probabiliter ei standum est, & eam Iudex amplecti debet: & in hac indirecta probatione, nostri textus decisio procedit: & sic ei non obstant regulæ ex prædictis iuribus desumptæ, Menochius de *presumptionibus, lib. 1. in præfatione, ex num. 6.* Tum etiam, quia nec in præfenti, causa fuit par, nec obscura, ob illam iuris, & de iure præsumptionem; idè que rectè potuit Salomon sententiam ferre, Matienzo ubi supra, Mascardus *conclus. 1221. num. 4.*

Sexto contra nostrum textum obstabit dicere, sententiam Salomonis fuisse nullam ex eo, quod non declaravit mulierem incidisse in pœnam plagij, sibi imponendam, ex *leg. plagij 14. §. fin. C. ad legem Flavianam de plagiaris:* siquidem ex illa violenta præsumptione in iudicio constabat, mulierem verè matri filium abstulisse, Cuius dubij solutio pendet ex illa ancipiti questione, an ex sola violenta præsumptione imponi possit pœna ordinaria, cuius examinatio ab iustitio nostro aliena est, & quia longiora commentaria desiderat, consulo illius disputationem omitto, quam videre liceat apud Morlam de *variis questionibus, tit. 12. quest. 1.* Interim tamen nonnulla videbis in sequentibus dubiis, & nunc pro prædictæ difficultatis solutione dicendum erit, quod in nostro textu, pœna plagij locum habere non poterat: quia in eo non erat actum criminaliter, sed tantum civiliter ad faciendam restitutionem infantis verè matri, & nulla alia exitit probatio, quam violenta illa præsumptio, quam ex divina inspiratione Salomon exegit, & de violenta præsumptione impudicitæ, vide textum in *l. vim passam. §. ff. ad legem Iuliam de adulteriis.*

Septimo adversus principium illud violentæ præsumptionis, & an pœna ordinaria ex violenta præsumptione imponi possit? Obstabit dicere, quod hæreticus impœnitens quamvis non sit relapsus, traditur Curie seculari, *cap. ad abolendam, de hæreticis,* & præsumptus hæreticus deficiens in purgatione canonica, impœnitens est, Glossa in *cap. infirmatum, de Simonia,* & tamen non traditur Curie seculari, sed solummodo privatur officio, & beneficio, vel deturditur in Monasterium, *cap. inter sollicitudinem, de purgatione canonica.* Augetur difficultas ex eo, quod qui Simoniam committit, officio, & beneficio privatur, *cap. 2. de confessis, cap. de hoc, de Simonia,* sed qui deficiit in purgatione Simonie propter præsumptionem privatur beneficio, non officio, *cap. infirmatum, de Simonia:* ergo ex violenta præsumptione non est quis pœna ordinaria puniendus. Quæ difficultas facile tollitur si animadvertamus, discrimen constituendum esse inter accusationem, & inquisitionem, quoad purgationem Canonicam: nam in primo casu, qui deficiit in purgatione canonica, pœna ordinaria punitur, quia inest præsumptio iuris, & de iure; secus verò in secundo, in quo obtinent iura pro ratione dubitandi supra adducta, Abbas in *cap. acceptum, num. 7. de accusationibus,* Felinus in *dict. cap. infirmatum, de Simonia,* Morla in *emporio, dict. tit. 12. quest. 3.*

Octavo, obstat textus in *l. absentem §. ff. de pœnis,* in illis verbis: *Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnare,* ex quibus verbis constat præsumptionem sufficientem non esse, ut per eam Iudex pœnam ordinariam imponere possit: cuius textus difficultati dicendum est, non probari ex illius decisione, delinquentem non posse ex præsumptionibus iuris & de iure puniri; sed solum affirmare ex solis suppositionibus non posse aliquem puniri: secus ex violenta iuris & de iure, Matien. in *præfenti, num. 86.*

Nono obstat textus in *l. illicitus §. veritas, ff. de officio præfidis, cap. iudicet, 4. quest. 7.* in quibus iuribus apparet Iudicem teneri, secundum allegata & probata sententiam proferre: ergo Salomon non secundum præsumptionem, sed secundum allegata & probata sententiam diffinitivam proferre debebat. Cui difficultati est dicendum, quod quamvis secundum communem sententiam Iudex secundum allegata, & probata debeat iudicare; tamen in notoriis ex facto iuris resultantibus, Iudex omiſſam allegationem, absque vlla partis petitione, eam supplere potest, quare cum in præfenti detur præsumptio iuris & de iure, quæ vera probatio est, & ex notorio facto resultans, rectè potuit Salomon sine partis allegatione sententiam proferre, Mascardus de *probationibus, lib. 2. conclus. 1040. à num. 5.* Matien. in *repetitione ad hunc text. num. 18.*

Decimo obstat text. in *cap. literas 14. vers. Quo circa, infr. hoc tit. in cuius specie ex præsumptione etiam violenta non condemnatur quis de crimine hæresis, in quo dubio*

dubio dicendum est, illius textus decisionem non loqui in præsumptione violenta, vel vehementi legitima, sed de alia minus idonea, quæ non sufficit ad profertendam sententiam, siquidem præsumptio illa non ex maximis, sed ex minimis signis coniecturis, seu præsumptionibus sumitur; quæ interpretatio deducitur ex verbis eiusdem textus, ubi: *Propter solam suspicionem quamvis vehementem, &c.* Glossa ibi verbo: *Vehementem*, Panoim. num. 5. Felin. num. 21. & 22. Nec solutioni obstat textus in l. 1. §. fin. Cod. de hereticis: Nam ibi captum sufficit leve argumentum, quoad facultatem inquitendi contra hereticum; non verò ad hoc, ut habeatur tanquam convictus, Glossa ibi, verbo: *Vehementem*.

Vnde ceterò obstat textus cap. præterea 17. de testibus, ubi sola violenta præsumptio absque aliis adminiculis non sufficit ad hoc, ut quis condemnetur. Cui dubio satisfieri potest ex eo, quia ibi non probatur, præsumptionem violentam iuvandam esse testimonio de visu, vel auditu, aut aliis adminiculis, cum per se sola sufficiat ad imponendam pœnam delicti; unde illius textus longe diversus sensus est, videlicet præsumptionem violentam desumi ex testimonio de auditu, fama etiam interveniente, iuvantibusque aliis adminiculis, quorum iudicio inspecto Iudici remittitur, ut perpenderit, an hæc omnia sufficiant ad inducendam violentam præsumptionem: non tamen animum suum confirmare debet ex argumentis, vel testimoniis, vel fama, vel aliis adminiculis. Vel aliter dici potest, ubi præsumptionem violentam appellari largo modo & improprie. Vel ibi sumitur pro præsumptione vehementi, quæ per se non sufficit ad puniendum adulterij delictum, de quo ibi agitur, docet Glossa ibi, verbo: *Intellectu*, quam probat Aretinus ibi num. 6. sed primus intellectus magis placet.

Ad textum in cap. Ex studiis 3. cap. Mandata 6. cap. Scribam, 9 & cap. fin. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Conversatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute.
- 2 Natura prima fuit in homine perfectissima, bona ad bonum a perfectissimo Creatore ordinata.
- 3 Animus hominum, in quo bonitas, vel malitia residet, miris fructibus agitatur, nec in eodem tractatu permanet.
- 4 Facta non præsumantur, nisi probentur. Semel bonus, semper præsumitur ille bonus; quemadmodum semel malus semper præsumitur ille malus.
- 5 Olim qui possidebat, hodie non præsumitur possidere.

C O N C L U S I O.

Conversatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute. Consonat text. in cap. mandata 6. cap. scribam 9. cap. duorum fin. hoc tit. cap. proxi. de dolo, & contumacia, cap. præterea 2. de transactionibus, cap. cum venerabilis, de exceptionibus, cap. ex literis, de probationibus, l. non omnia, §. à barbaris, ff. de re militari, l. si quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo, l. matrem, C. de probationibus, l. testium, C. de testibus, argument. textus in cap. semel malus, de reg. iuris lib. 6. exornant Tiraquel. de pœnis temperandis, cap. 5. l. a num. 3. Azevedo in l. 6. tit. 14. num. 4. lib. 4. Recop. Gaillius lib. 1. observat. observat. 110. num. 1. & 6. Menochius de præsumptionibus, præsumpt. 5. & seqq. Petrus Pechius in dict. cap. semel malus, Mynsingerus in §. quia, num. 1. Institut. quæ bonorum raptorum. Ratio est, quia natura prima fuit in homine perfectissima, bona ad bonum a perfectissimo Creatore ordinata, cap. naturalia, 6. distinct. quam Cicero lib. 1. de offi-

eius, & lib. 1. de legibus, Ducem optimum appellat, quo duce nullo modo quis errare potest; merito quilibet semper præsumitur bonus, nec immemor salutis æternæ, cap. Audum, fin. hoc tit. cum quidam, cum pater, §. rogo, de legatis 1. Gaillius ubi supra, observat. 10. num. 6. & 10. num. 2. Dinus in dict. reg. semel malus, Menochius de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 1. & sequentibus. Præterea, quia mutatio non præsumitur, cum mutari est quid accidens, & accidentia non præsumantur, Glossa in l. si vero, §. qui pro rei, ff. qui satisfacti cogantur, pluraque bonorum literatum testimonia refert Petrus Pechius in regul. semel malus, num. 8. in fine, & num. 9. in princ.

Primò obiicit dicere, quod regulariter mutatio non præsumitur abesse, nisi in his quæ semper permanent, l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excusationibus tutorum, sed animus hominum, in quo bonitas, vel malitia residet miris fluctibus agitatur; nec nunquam in eodem statu permanet: ergo in homine præsumitur mutatio. Cui difficultati dicendum est, quod quamvis mutatio semper præsumatur in omnibus, detractis iis, quæ semper permanent, & licet homo mutabilis sit, & ex eo mutabilitas præsumi possit, non tamen implicat, quod qui semel est bonus non præsumatur malus: nam cum hæc sit bene fundata præsumptio, altera illam tollere non potest, ex iuribus supra adductis.

Secundò obiicit dicere, quod an quis bene, vel male vivat, seu agat, est quid facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur, l. in libello, ff. de captivis; ergo dicendum videtur, quod nemo iudicari debet ex actis bonus, nisi acta probentur. Cui difficultati dicere oportet, quod quamvis ea quæ facti sunt, non præsumantur, nisi probentur, hoc tamen verum est, si nihil præcedat, ex quo illa bonitatis præsumptio duci, & trahi possit: secus verò si aliqua antea præcesserunt: nam tunc semel bonus, semper præsumitur esse bonus; quemadmodum semel malus, semper præsumitur malus, ex dict. reg. semel, & aliis supra adductis.

Tertid obiicit, nam qui olim possedit, hodie non præsumitur possidere, l. observare, ff. de officio Proconsulari, & valet comparatio de malitia, seu bonitate ad possessionem, vel quasi, l. si possessio, Cod. de probationibus: ergo sicut possessio non præsumitur continuata, ita nec bonitas, seu conversatio in adolescentia præsumi debet in senectute. Quod dubium dissolvitur ex eo, quia bonitatis, seu malitiæ vitium est connexum personæ committentis, & idè semper pro eo, qui semel est bonus, est præsumendum, quemadmodum si semel fuit malus, in eodem genere mali, semper præsumitur malus: possessio autem alicuius rei non coheret personæ, cum sit in rebus separatis à corpore possidentis; quare magis præsumitur animi perseverantia in bonitate, seu malitia, quam in constitutione, & actione possessionis, præcipue quia possessio aufertur potest factio alterius, l. 1. ff. de rei, & rei arm. Virtus autem, seu vitium animi aufertur non potest per alium sine approbatione animi agentis, Dynus in dict. reg. semel, num. 8. 9. & 10. vide textum in l. si defunctus, Cod. arbitrarium tutela, l. non epistolis, l. non iudis, Cod. de probatione.

Ad textum in cap. Nonne 5. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui ex duobus illatis alterum negat, alterum affirmare præsumitur.
- 2 Qui tacet, in favorabilibus quoad eius utilitatem, consentire videtur; nisi contrarium ostenderit, vel alia qualibet demonstratione.
- 3 Iudæi Christum vocabant Samaritanum, tanquam legis Iudæicæ violatorem, & novam religionem inducentem: permittique Samaritanum se vocari, non proprie, sed allegoricè.

- 4 Interpretatur text. in cap. qui tacet 43. cum cap. is qui tacet 44. de reg. iuris, lib. 6.
 5 Interrogatio, si de duobus con- exis precedat, & de uno tantum sequatur responsio, id quod de uno dictum est, ad alterum etiam adaptari debet: & num. 6.
 6 Expenditur text. in cap. postulasti 27. de rescriptis.

CONCLUSIO.

1 **Q**uia ex duobus illatis alterum negat, alterum affirmare praesumitur. Consonat tacet textus Ioannis, cap. 8. cap. fin. §. fin. de iureiurando, cap. 2. de his, qua sunt à P. d. ato, sine consensu Capituli, cap. qui tacet 43. cap. is qui 44. de reg. iuris, lib. 6. l. 2. §. fin. ff. soluto matrim. l. si remunerandi, §. si passus, l. si pro te, ff. mandati, l. et si sine §. sed quod Papinianus ff. de minoribus, l. obligamur, ff. de obligationibus & actionibus, l. maritus, Cod. de procuratoribus, authent. si seruus, Cod. de Episcopis & Clericis, exornat Glossa in l. consilio, §. fin. ff. de curatore furiosi, Menochius de praesumpt. lib. 6. praesumptio. 99. & de arbitrariis, casu 37. num. 22. & conf. 106. num. 314. Mascardus de probationibus, conclus. 12. & Covarr. lib. 3. varior. cap. 5. Myltingerus in §. sed est, num. 6. & seq. In his quibus modis ius patr. potest. soluitur, Oluad Donel. lib. 20. cap. 3. litera P. & lib. 12. cap. 27. litera A. & lib. 15. cap. 48. litera D. Donel. in l. 6. C. mandati, D. Pichardus in princ. Instit. de exheredatione liberorum.

2 Ratio est, quia tacens in favorabilibus quoad eius utilitatem consentire videtur, nisi contrarium ostenderit, natu, verbis, vel alia qualibet demonstratione, l. si remunerandi, ff. mandati; tum etiam, quia is qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur, dict. reg. is qui tacet, de reg. iuris, lib. 6. vbi late Dynus, & Petrus Pechius, de.

3 Primò adversus illa nostri textus verba, ibi: Samaritanus es tu, aut Daemonium habes? Respondit Iesus: Ego Daemonium non habeo. Ex quibus videtur consentire Samaritanum esse. Obstat illa Ioannis auctoritas, cap. 7. vbi Christus Dominus Galileus appellatur ex genere David descendens, & natus in Castello Bethleem, seu eius oppido, Cui difficultati dicendum est, quod licet ex taciturnitate illa videatur Christus Dominus se Samaritanum confiteri; non tamen confessus fuit, se propriè Samaritanum esse, hoc est ex Provincia Samaria, sed Samaritanum allegoricè, qui sic fuit à Iudeis interrogatus tanquam custos, seu pastor, (nam Christus Dominus vere Custos est, Psalms 116. ibi: Nisi Dominus custodierit civitatem,) fuitque interrogatus an Samaritanus esset? quia Samaritani plura contra legem Iudaicam retinebant: idèd Iudei Christum vocabant Samaritanum, tanquam legis Iudaicæ violatorem, & novam Religionem inducentem, vel existimabant eum Daemonium habere quia aliter miracula fieri non posse cogitabant, sicque de utroque illum interrogarunt; & Christus Dominus tantùm se Daemonium non habere respondit: sicque respondens permisit, se Samaritanum vocari, non tamen propriè, sed allegoricè, sicque verba illa non in sensu literali, sed in mortali accipi oportet.

4 Secundò obstat textus in cap. is qui tacet 44. de reg. iuris lib. 6. vbi licet is, qui tacet negare non videatur, tamen neque etiam fateri videtur. Cui ex adverso obstat d. reg. qui tacet, vbi absolute dicitur: quod qui tacet consentire videtur: uti etiam nostri textus decisio procedit. Pro cuius difficultatis solutione, & iurium concordia dicendum est, taciturnitatem medium quoddam esse inter consensum, & dissensum: vnde qui tacet nec consentire, nec contradicere videtur, licet utrumque appetere videatur; sed aliquando medium effectum sumit unus extremorum, aliquando alterius, iuxta textum in l. 1. §. scientiam, ff. de tributoria actione, veluti cum agitur de ipsius tacentis praesidio, vel commodo, aliquando verò media via extremorum eligitur, ut in d. reg. is qui tacet, Dynus ibi num. 5. & 6. & Pechius ibi.

Tertiò obstat textus in cap. translato, §. fin. de constitutionibus, vbi sancitum est, quod si de duobus interrogatio precedat, & de uno tantum sequatur responsio, necesse esse, ut id, quod de uno dicitur, de altero etiam dictum intelligatur. Cui difficultati respondendum est, illius textus decisionem loqui, quando interrogatio de duobus connexis, & similibus facta; quo in casu responsio unus, alteri etiam servit: siquidem lex, seu constitutio, quæ de uno connexorum dicitur, de alio etiam debet intelligi; notat Glossa 1. & fin. in dict. cap. translato.

Quartò obstat textus in cap. postulasti 27. de rescriptis, vbi si de duobus esset quaesitum, scilicet de paterna hereditate, & de Vicaria, id quod de beneficio, seu Vicaria responsum est, extenditur etiam ad paternam hereditatem, ut rescriptam, quasi subreptitium dicatur, & sic negato uno, hoc est, quod qui beneficium obtinet, non possit compellere Episcopum ei alimoniam prestare, iuxta textum in cap. cum secundum Apostolum, de prebendis, non ex hoc videtur concedere, ut et si patrimonium sufficiens retineat, non possit congruam ab Episcopo petere. In qua difficultate dicere oportet, quod quamvis principaliter fuit responsum de Vicaria, accessorie tamen & consequenter fuit quaesitum, & similiter per consequentiam responsum de patrimonio, quo in casu tanquam in connexis regula nostri textus cessat, uti docet Glossa, verbo, Proventibus, in dict. cap. postulasti, de rescriptis, vnde est, quod quando responsio, affirmatio, seu negatio unius consistit in ratione alterius, utrumque negatum, seu affirmatum praesumitur; iuxta textum in l. 1. Cod. de diversis rescriptis, vbi Bart. & Baldus notant.

Quintò obstat textus in l. consilio 7. §. fin. ff. de curatore furiosi, & c. vbi interrogatus de duobus, si de uno tantum respondeat, videtur idem de alio respondisse, & responsio unius prodest alteri. Cui difficultati dicendum est, idèd responsum unius alteri prodest, quia etiam si diversi sint, tamen simul de illis fuit interrogatus, de quibus eadem militabat ratio: nam quemadmodum curator furiosi recte potest alienare, sic similiter & ei solui poterit, Glossa omnino videnda in dict. §. fin. verb. Resse solui. De duobus interrogationibus in iure factis, plura refert Felin in praesenti, Imola, Paulus de Castro, & Cuiac. in d. l. §. fin. §. 1. ff. de legum. 1. & an tacens consentire videatur, plura refert Petrus Pechius, & Dynus in dict. regul. qui tacet 43. 44. de reg. iuris, lib. 6. Praeterea pro interpretatione textus in l. Gallus 39. ff. de pignoratitia actione, l. Titius 9. §. ultim. ff. quibus modis pignus, vel hyp. l. Titia 34. §. Lucia Titia ff. de legum. 2. vide Cuiacium lib. 4. respons. Modestini, Barbol. in l. que dotis, ex num. 152. & 159. vers. Tertia, ff. soluto matrim. Cuiac. lib. 3. observat. cap. 11. Oluad. lib. 3. cap. 2. litera D.

Ad textum in cap. Quia verosimile 10. hoc tit. de praesumptionibus.

DE materia huius text. plura diximus in cap. quæstionem contra falsam 11. de probatione.

Ad textum cap. Illud 11. hoc tit.

SYMMARIUM.

- 1 Per diutinam cohabitationem, & per samam loci, & instrumenta matrimonialia, & alia aumnicula, matrimonia probantur.
 2 Singula, quæ non prosunt, multa collecta iuvant.
 3 Expenditur text. in cap. aliter 1. 30. quæst. 1. in l. bera 24. ff. de ritu nuptiarum.

Interpretatur text. in c. 5. §. quoniam novella 74. quibus mod. natur. efficiantur legitimi.

CONCLUSIO.

PER diutinam cohabitationem, & per famam loci, & instrumenta matrimonialia, & alia adminicula, matrimonium probatur. Consonat textus in cap. aliter. 30. quæst. 5. c. solus 32. quæst. 3. in libera 24. ff. de ritu nuptiarum, l. in concubinato, §. 1. ff. de concubiniis, Novella 74. cap. 5. §. quoniam, quibus modis naturales legitimi efficiantur, exornant Malcardus de probationibus, concl. 124. Menochius de præsumptionibus lib. 3. c. 1. n. 66. Alciat de præsumpt. regul. 2. præsumption. 5. Anastasius Germonius lib. 2. animadversionum, c. 8. Covar. de sponsalibus, 2. p. c. 1. n. 5. Decius in l. nuptias, ff. de reg. iuris, n. 4. Ant. Fab. in Iurisp. Papiniana tit. 8. principio §. allatione 18.

Ratio est, quia quando interveniunt diversæ species probationum respicientes ad diversum finem, si singulæ non prosunt, simul tamen iunctæ poterunt prodesse, c. cum causâ, de probationibus, siquidẽ eû cohabitationis, adiungitur fama, & instrumenta dotalia, aut matrimonialia hæc omnia simul iuncta sufficiunt ad probandum matrimonium: quia ut inquit vulgaris regula, singula quæ non prosunt, multa collecta iuvant.

Primo obstat textus in c. aliter. 1. 30. q. 5. vbi constat cõiugia longa consuetudine continuata, alio non apparente, non matrimonium, sed stupra, adulteria, & fornicationes esse: ergo non ex diutina cohabitatione probari poterit matrimonium. In qua difficultate, c. omnia nonnullorũ erronea interpretatione, verissimè est dicendum, textum in dist. c. aliter, idem probare, quod noster textus: siquidem similiter ibi dicitur, quod matrimonium etiam ex sola consuetudine, & longa cohabitatione, nõ poterit probari nisi fama loci, aut actus matrimoniales intercedant; quibus ultimis adminiculis deficientibus non matrimonium, sed adulterium erit: quod omnino consentaneum est nostro textui, in quo disponitur, matrimonium per longam cohabitationem non probari, nisi accedant alia adminicula à Pontifice in præsentis proposita, seu sigillatim enumerata. Nec solutioni obstat textus in l. in libera 24. ff. de ritu nuptiarum vbi ex Modestini sententia aperte constat, quod in libera muliere, ex sola diutina consuetudine habitationis, matrimonium contrahitur. Quia textus ille procedit iure Cæsareo, quo iure matrimonium inter æquales illo tempore Modestini præsumebatur ex diutina cohabitatione, seu maris & feminae coniunctione, Ant. Fab. in Iurisp. Papiniana, tit. 9. pr. §. allatione 18. ad medium, Dec. vbi supra n. 4. ita etiam est interpretandus textus in d. l. in concubinato, §. 1. ff. de concubiniis, siquidem vbi eadem ratio, & materia inest, idem ius etiam constitui oportet: quam differentiam inter Cæsareum ius, & Pontificium, constituit etiam Covar. vbi supra 2. part. cap. 1. num. 5.

Secundo, solutioni obstat textus in cap. 5. §. quoniam novella 74. quibus modis naturales efficiantur legitimi, vbi Imperator Iustinianus iubet, mulierem etiam per multos annos in viri domo communiter existentem, non aliter legitimam vxorem reputari, quam si eam vitæ uti vxorem sub figura matrimonij habuerit, seu in domum traxerit. Cui difficultati dicendum est sententiam illam Modestini relatam in d. l. in libera 24. sublaram fuisse per Iustin. in dist. novella 74. §. quoniam; motusque Iustinianus ex eo fuit, quod mariti mulierũ desiderio fatiati, eas filios extra domum eiciebant, cum a principio propter desiderium explendum, eas in legitimis vxores semper retinere fallendi causa proponerent; hodie tamen iuxta Concilij Trid. decisionem Sessio. 24. c. 1. de reform. aliter observatur: nam non tantummodo consensu, uti antea, sed coram testibus, & Parocho, iuxta illius decisionem debet matrimonium celebrari, Anastasius Germonius lib. 2. animadversionum c. 8. Men. de præsumptionibus, præsumptione 2. Malc. de probationibus conc. 1022. Cov. de sponsalibus, c. 4. n. 3.

Ad textum in cap. Cum in iuventute
15. hoc tit.

SUMMARIUM.

- 1 Per senectutem, & consanguinitatem, probatio incontinentia excluditur, & qui incontinentis in iuventute fuit, erit etiam in senectute.
- 2 Incontinentia non præsumitur inter consanguineos, quæ etiam suspicio in senibus cessat: quia ex illa naturali ratione, senes continentes reputantur.
- 3 Copula præsumitur ex vehementi iuris & de iure præsumptione, scilicet si nudus cum nuda, solus cum sola in eodem lecto reperiantur.
- 4 Interpretatur text. in c. 1. & c. à nobis, pen. de cohabitatione Cleric. & mulierum.
- 5 Expenditur text. in cap. is qui 4. 34. dist. cap. Christiano, cad. dist.
- 6 Interpretatur text. in c. omnis, 12. cap. ancillam 11. 32. quæst. 2.
- 7 Illustratur text. in c. omnino 11. 31. dist.

CONCLUSIO.

PER senectutem, & consanguinitatem, probatio incontinentia excluditur, & qui incontinentis in iuventute fuit erit etiam in senectute. Consonat textus in cap. interdixit 31. dist. cap. in cunctis, 11. quæst. 3. cap. penult. de cohabitatione Clericorum, cap. cum in iuventute 12. de purgatione canonica, capit. qualiter, & quando, de accusationibus, l. cum qui probabilem, C. de Episcopis, & Clericis, l. si hi qui Cod. de adulterijs, exornat Menochius de præsumptionibus lib. 1. præsumpt. 17. Malcardus concl. 810. num. 11. & conclus. 981. num. 8. Farinacius tit. 16. quæst. 136. capit. 5. num. 205. Cuiac. lib. 2. observat. cap. 29. Riminald. conf. 264. Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, c. 18. Donel. lib. 25. c. 2. & 3. & 4. Osu. ad eundem, dist. c. 2. littera N.

Ratio est, quia inter consanguineos non præsumitur incontinentia, siquidem inter eos naturale foedus suspicionem ullam generare non sinit, cap. penult. de cohabitatione Clericorum, quæ etiam suspicio in senibus cessat: quia ea ipsa naturali ratione senes continentes reputantur naturalis namque ratio docet senectutem ipsam tueri ex nimia siccitate; nam grauescente ætate, & gravescit etiam siccitas, & frigiditas, qui defectus voluntati, & potentia coeundi opponuntur, iuxta textum in l. innito, ff. de testibus; vnde mulier, quæ senem maritum habet, vidua reputatur in l. ultima, Cod. de plagiarijs: ac idè in præsentis nostra facti specie accusatio Regis Vngariæ adversus Episcopum de incontinentia cum nepte in propria domo retenta excluditur propter nimiam consanguinitatem, & senectutem; quia vehemens præsumptio, iuris, & de iure est.

Primo obstat textus in c. literis 12. hoc tit. c. præterea de testibus, vbi copula non solum fuit præsumpta, sed etiam probata, ex eo quod duo consanguinei simul in vno lecto dormierunt. Cui equidem difficultati dicendum est, quod idè in dist. iuribus copula præsumitur, & sententia divortij promulgata fuit: quia vehemens fuit iuris, & de iure præsumptio, plurimis circumstantiis concurrentibus scilicet nudus cum nuda, solus cum sola, & in eodem lecto manentes, quasi non essent otiosi, ut ait textus in l. quod ait, ff. ad legem Iulianam de adulterijs, præcipuè, quia in dist. cap. literis, post contractum matrimonium se misceverunt ad invicem, uti docet Contius, & Antonius Augullinus in secunda Decretalium Compilatione, novissimèque etiam norant Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, cap. 18. Cuiac. in posthumis ad textum in dist. cap. literis 12. hoc tit. at vero in nostro textu, non intervenit aliqua vehemens præ-

sumptio, sed solum adversus Episcopum proponebatur cohabitare simul cum nepre sua in eadem domo; quod Sacerdotibus permissum est, neque ex in aliqua presumptione mali oritur, cap. penult. de cohabitatione Clericorum, leg. cum qui, Cod. de Episcopis, & Clericis.

Secundo solutioni obstat textus in cap. 1. de cohabit. Clericorum, ubi Concilium Maguntinum prohibet Episcopis, & Sacerdotibus, ut nec matrem, nec sororem simul in eadem domo retineant: quod idem docet text. in c. interdixit 32. distinct. In qua difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Cuiacius in posthumis ad Decretales, in d. c. 1. & quam late, & eruditè refert Anastas. German. dist. lib. 1. c. 18. magis propriam esse existimo, quam refert Abbas in d. c. penult. dum asserit text. in d. c. 1. procedere quando uterque, mater & filius, soror & frater sunt juvenes, & aded incontinentes, ex quibus sinistra, & mala opinio oriri poterat: at vero text. in d. c. penult. procedit, quando aded sunt senes, ut ex illis nulla suspicio præsumi possit, nec vila præsumptio dari etiam si juvenes essent, ex probitate morum.

Tertio solutioni obstat text. in c. is qui 4. 34. dist. ubi in Concilio Toletano cap. 17. cavetur, quod is qui uxorem non habet, poterit pro uxore simul cum concubina habitare. Idemque demonstrare videtur text. in cap. Christiano 35. eadem dist. in qua difficultate enodanda, animadvertere oportet, quod quamvis ex illa iurium auctoritate plurimi hæretici, quos refert Bellarminus lib. 2. de author. Conciliorum, tom. 1. c. 8. contendunt, meretricios amores, & concubinatus conjunctionem in Concilio Toletano, etiam inter Sacerdotes permissam fuisse, quo nihil est falsius: & ommissa etiam interpretatione; quam refert Mendocça lib. 2. de confirmando Concil. Illiberitano, cap. 8. quam impugnat Basilius. Veriffimè est dicendum, quod concubinæ nomine non tantum significabatur ea, cum qua, vagus & omni lege solutus est concubitus, sed etiam illa; quæ tanquam vxor in perpetuum matrimonio copulabatur, quæ tamen minus solemniter iure Romanorum, id est sine vlla solemnitate ducta dicebatur, nempe dotalibus instrumentis non intervenientibus; quæ vxores minus legitime ductæ, Concubinæ nomine nuncupari ceperunt; & de iis loquitur text. in d. cap. is qui, d. c. Christiano 34. dist. docet latè P. M. Basilius Ponce de Leon lib. 7. de matr. c. 54. n. 4. & 5. Rodericus de Acuña Archiepiscopus Bracharensis in 1. Decreti parte, in distis in iuris, & ante eos Covar. in 4. 1. part. c. 4. n. 9.

Quarto solutioni obstat dicere, quod concubina, etiam minus solemniter ducta, vxoris nomine poterit nuncupari, iuxta text. in c. non omnis, c. ancillam, 32. q. 2. Cui dubio ex eo fit satis, quia S. Leo Pontifex in dictis in iuris, pro eodem usurpavit ancillam in servitute manentem, & concubinam, quasi diceret, quod si dominus ancillam uti vxorem susceperit, animo adhuc retinendi eam in servitute, quod non vxor, sed concubina erit, cum nuptiarum fœdera tantum inter ingenuos permittantur, meritò illa intra asserunt, quod is qui tradidit nuptui filiam habenti concubinam, id est, ancillam in servitute manentem filiam non tradidit conjugato, sed soluto; siquidem concubina illa ex rationibus supra adductis, vxoris nomine nunquam nuncupari potuit, uti notat M. Basilius ubi n. 24.

Quinto his omnibus obstat text. in c. omnino 11. 31. dist. ubi ex 6. Apostolorum capite constat, quod Episcopus, aut Presbyter vxorem propriam nequaquam obtentu Religionis debet abdicere. Cui difficultati dicendum est, textum illum intelligi debere de vxore legitime ducta ante sacrum Ordinem susceptum, quæ postea ei ei non potest; non quoad mutuum cohabitationem, sed tantum quoad victum, & alimentam extra domum ei conferenda: quod ratione charitatis, & primæ conjunctionis ei debetur, iuxta text. in c. omnino, 30. distinct. uti animadvertit Thom. Sanch. de impedimentis, lib. 7. disp. 28. n. 7.

Ad textum in capit. Dudum fin. hoc titulo.

S V M M A R I U M.

1. Is, pro quo beneficiando scribitur, cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cum idoneus præsumatur.
2. In homine potius debet considerari illud quod est secundum naturam, quam quod est secundum accidenti.
3. Idoneitas in homine quoad beneficia obtinenda cum clausula illa, si idoneus fuerit, dupliciter consideratur: nam vel est intrinseca, veluti castitatis, vel extrinseca, veluti scientia, prima semper præsumitur, non utique secunda, nisi probata.
4. Interpretatur text. in Cl. vnica, de concessione præbendæ.
Facta non præsumantur, nisi probentur.
5. Omnes semper sumus proclives ad malum.
Interpretatur text. in c. si mala. 2. q. 5.
6. Indignus semper præsumitur, cum agitur de anima præiudicio.

C O N C L U S I O.

Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cum idoneus præsumatur. Idem probat text. in c. vnica, de scrutinio, c. si casus de fide instrumentorum, cap. final. de solutionibus, cap. 2. de dolo, & contumacia, Clementin. vnica de Confessione, præbendæ, cap. 1. præsumitur, cap. sicut, 1. questio. 1. cap. talis 23. distinctio. cap. ex parienti. 50. distinctio. cap. cum in cunctis, cum aliis, de electione, cap. cum teneamur, cap. super ordinata, de præbendis, cap. is cui, eodem titulo, lib. 6. leg. ab ea parte 5. quoties, §. qui dolo ff. de probationibus, l. marito ff. pro socio, non omnes, §. a Barbaris ff. de remilitari, l. quod si nolis, §. qui mancipia ff. de aditio. edicto, l. cum pater, §. rogo, ff. de legatis 2. exornant Lambertinus de iure patronatus, 2. part. lib. 2. part. 1. questio. 10. articulo 2. num. 1. Socinus reg. 39. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumption. 3. Menoch. eodem tractatu. libro sexto, præsump. 91. Flaminus de resignat. benefic. questio. 3. num. 54. Malcar. de probat. concil. 222. & 878. Gonzalez in reg. 8. Cancellaria, glos. 4. n. 168. Barb. de potestate Episcopi 1. pa. 2. 2. glos. 17. n. 33. & par. 1. alleg. 10. n. 17. Surdus cons. 1. 3. n. 35. & 486. n. 7. vol. 4. Tiracq. de nob. c. 10. Gaillus l. 2. obser. 110. n. 80. Osuald. l. 4. c. 19. lit. F.

Ratio est, quia potius debet in homine considerari, & præsumi illud, quod est secundum naturam, quam quod est secundum accidenti, lib. 3. ff. de acquirenda possessione, & cum natura prima in homine fuisset perfectissima, bona, & ad bonum, ab optimo, & perfectissimo Creatore ordinata, & naturalis 6. dist. quo duce nullo modo, quis errare potest Cic. l. 1. de officiis, & l. 1. de legibus iusta de causa lex ipsa statuit, quemlibet ad beneficium, bonum & idoneum esse præsumendum, nisi contrarium probetur ut notat Gaillus, & Gonzalez ubi sup.

Primo obstat dicere, quod in beneficiorum electione idoneitas hominis etiam extat in ætate, scientia beneficiorum pluralitate, dict. c. cum in cunctis, de electione, cum supra traditis, sed in illis qui non præsumitur idoneus, nisi probetur iuxta text. in c. super ordinata, de præbendis, l. is cui, eodem tit. l. 6. ergo malè in presenti in beneficiorum electione, quis præsumitur idoneus, nisi contrarium probetur Sed in difficultate, ommissis plurimis interpretationibus traditis ab Abbate in presenti, n. 7. in princip. veriffimè est dicendum, idoneitatem esse in duplici differentiâ: nam vel est intrinseca, veluti castitatis, sobrietatis, vel est extrinseca, veluti scientiæ, ætatis, ordinis prima enim intrinseca idoneitas semper præsumitur in homine, cum quilibet bonus præsumatur, ut sup. diximus.

diximus; & de hac idoneitate intelligendus est *textus no-*
strus: iura verò in argumento adducta, locum habent in
 idoneitate extrinseca clericatus, vel scientie, quæ nun-
 quàm præsumitur, nisi probetur; notat Gl. in c. si forte, verb
Scientia de elect. l. 6. Fe. in præsent. n. 2. Neque obstat si
 dixeris, textum nostrum, etiam de idoneitate extrinseca
 esse intelligendum, siquidem Innocen. III. scribit Archi-
 diaconum Mediolan. de Clerico ad beneficium eligendo; &
 cum dixisset de clerico, iam supponit illam extrinsecam
 Clericatus idoneitatem, in quo ad beneficium etiã ido-
 neus præsumendus est, arg. tex. in c. accipimus, de etati. &
 qualitate: quia licet fateamur, quod quoad illud factum, sci-
 licet imperationis, Clericus præsumatur, quia ita à Pon-
 tificè denominatus fuit; tamen quoad beneficij electione
 non præsumitur Clericus: nisi de eo constet, cum boni-
 tas extrinseca sit, quæ, vt supra diximus, probetur, non si
 non præsumitur; notat Fel. in præsent. n. 2. in fi.

Secundo prædictis obstat textus in *Clem. unica, de con-*
cessione præbende, vbi Clericus, pro quo Pontifex rescrip-
 sit, fuit in Curia examinatus, & idoneus in habilitate
 extrinseca reputatus; attamen idoneitas extrinseca, hoc
 est, examen vitæ, & laudabilis conversationis fuit com-
 missum executori extra Curiam: ita vt ei beneficium con-
 ferat, si illi de honesta vita constiterit: ergo cum ibi ido-
 neitatis intrinsecæ probatio desideretur, non recte supra
 retulimus, impetrandem litteras ad beneficium, non te-
 neri se probare idoneum: cum idoneus in prima idonei-
 tate intrinseca præsumatur. In cuius tex. difficultate, omis-
 sis plurimis interpretatoinibus; verissimè est dicendum,
 ideo in d. *Clem. unica*, desiderari probationem illius idonei-
 tatis intrinsecæ: quia ita executori Romanus Põtifex sub
 illa conditione expressa rescripsit: scilicet si ei constiterit
 electum vitæ laudabilis, &c. quo in casu necessario est pro-
 banda idoneitas, cum verba illa denotantia conditionem
 impleri debeant in specifica forma, l. quod hæredi 44. ff. de
 cond. & dem. & cum Pontifex ita rescripsisse significet, se
 non acquiescere præsumptionibus iuris; nam si ei acqui-
 evisset, non mandasset, de idoneitate illa inquiri sub tali
 expressa conditione: at vero quado Pontifex inquiri mā-
 dat sub hac forma, si idoneus est, vel si persona fuerit idonea
 non est vera conditio, sed quædam simplex admonitio,
 vt notat Zabarella in d. *Clem. unica*, n. 2. & 17. Fel. in præ-
 sent. n. 33. Men. de præsum. l. 6. c. 91. n. Alciat. eod. tract. reg.
 3. præsumpt. 1. n. 2.

Tertiò obstat dicere, quod vt quis bene, vel male
 vivat, est quid facti, & facta non præsumuntur, nisi pro-
 bentur; l. in bello ff. de captivis: ergo bonus, seu vitæ hone-
 stæ quis præsumi non debet, nisi ita probetur. Cui scrupu-
 lo sic satis ex eo, quod licet verum sit, quod ea quæ
 facti sunt, non præsumantur, tamen cõ homo à principio
 natura ipsa bonus sit creatus, semper in facto bonus præ-
 sumitur, nisi contrarium probetur. Neque obstat, quod
 id præsumi non debet, siquidem omnes semper sumus
 proclives ad malum, iuxta tex. in c. omnis atas, 12. q. 1. c.
 proclives, 20. q. 3. & sic naturã ipsam inuitatricem vitio-
 rum esse: quia dicendum est; ab initio hominem vti bo-
 num à Deo creatum fuisse, c. 1. de summa Trinitate: ac ideo
 alia qualitas contraria non præsumitur, nisi probetur:
 nam licet natura ipsa sit proclivis ad malum, tamen
 gratia prævalet, & cum illa homo poterit se trahere ex
 libero arbitrio, notat Fel. in præsent. n. 16. Pechius in c. se-
 mel malus, dub. 7. & 10. Neque obstat tex. in c. si mala, 2. q.
 4. vbi sola suspicio malitiæ absque probatione sufficit, vt
 quis tanquam malus à dignitate repellatur. Quia respõ-
 deri valet, quod regula nostri tex. cessat, quoties ex ne-
 cessitate vitæ præcedentis aliud iudicetur, cum in præ-
 sentatione mali sufficiat: arg. tex. in c. semel malus de regni-
 bus l. 6. a c. ideo ei qui semel vti malus accusatus fuit, ius-
 sum est, vt à Dignitate arceatur, donec se purget, & me-
 liorem ostendat; vt in d. c. si mala: c. 1. & per totum de purga-
 tione canonica. Quo admissum est, ne sacrificij ministeriũ
 vituperetur, notat Petrus Pechius vbi sup. in fin. Neque
 prædictis obstat tex. in c. cum in iure, de officio delegati, vbi
 etiam quis bonus præsumatur, & dicat à Pontificè se de-
 legatũ esse, ei nõ creditur, nisi litteras delegationis ostē-

derit. Quia ibi ei non creditur ex eo, quo agitur de præiu-
 dicio Tertij, quo in casu bonus nunquam præsumitur,
 nisi de eo constet: notat Osuald. lib. 24. c. 19. lit. E. præci-
 pue cum ibi qualitas bonitatis existeret in vi, & pote-
 state delegationis, quæ vt extrinseca nunquam præsu-
 mitur, Felin. in præsent. n. 21.

Quartò obstat tex. in l. 1. c. de his qui veniam aratis, l.
 ex persona, c. de probat. c. cum desideres, §. 2. de sententia ex-
 communi. vbi constat, quod in dubio potius quis præsu-
 mi debet indignus quam dignus. Sed hæc, & similia intra-
 parum obstant, quia procedunt cõ agitur de animæ præ-
 iudicio, quo in casu in deteriore partem est præsumen-
 dum, vt indignus potius quam dignus præsumatur, ex-
 communicatus, prius quã fuerit absolutus iuxta tex. in d.
 c. cum desideres: & c. aliter, 30. q. 5. Gloss. in c. inuenis, de spõ-
 salibus. Abbas plura refert in c. de scrutinio, n. 7. & an elec-
 tio de indigno sit nulla ipso iure, an irritanda: plura re-
 fert Abbas in præsent. n. 5. Felin. n. 30. & ordinarij omnes
 in c. dudum 22. de electione.

DE IUREIURANDO Tit. XXIV.

Ad textum in cap. Ex administrationis
1. hoc tit.

SVM MARIVM.

- 1 Agi potest ad relaxationem iuramenti cuius implemen-
tum turpitudinem continet ex parte suscipientis.
- 2 Vtura omni iure naturali, diuino, canonico, & civili sunt
prohibita.
Nihil tam naturale est, quam eo genere quidquid dissol-
vere, quo colligatum est.
- 3 Iuramentum ad summum Deum referri debet, cui red-
denda sunt iuramenta.
- 4 Vtura frequenter à laicis exercentur.
Iudex Ecclesiasticus quamvis sit incompetent, quoad
laicorum causas, tamen ex iusta causa competens ef-
ficatur.
- 5 Lex civilis, & Princeps rectè poterunt impedire obliga-
tionem iuramenti, quando illius materia potestati secu-
lari subiecta est, cum tunc iuramenti non sit relaxatio,
sed quoddam impedimentum obligationis à Principe im-
positum ratione materia sibi subiecta.
Et ibi quoad iuramenti relaxationem plura iura interpre-
tantur.
- 6 Quoties, de vi, seu validitate iuramenti agitur, vel de ip-
sius relaxatione, tunc eius cognitio ad solum Eccle-
siasticum iudicem spectat.
- 7 Iuramenti remissio virtute iurisdictionis ad solum Pon-
tificem pertinet, virtute vero obligationis, si Deo, & parti
sit præstitum ab ipsa parte virtute obligationis remitti
potest, non tamen iurisdictionis virtute.
- 8 Insurandum usurarum ab Episcopo remitti potest, cum
ex parte recipientis turpitudinem in se continet. Idem
in n. 6.

CONCLUSIO.

Agi potest ad relaxationem iuramenti, cuius implemen-
tum turpitudinem continet ex parte suscipientis. Con-
sonat tex. in c. fin. de testib. cogendis, c. de iudicibus 6. c. cum
quidam 12. §. fin. cap. quanto 18. hoc tit. c. tuas, de usuris, c. ad
Audientiam, de 91 qua vice. 2. de renunciatione, c. significan-
ti, de testibus, l. si ff. qui & à quibus & l. 7. tit. 13. p. 1. l. 1. tit. 2.
lib. 8. Ordinationum, Covar. lib. 1. variar. c. 4. n. 5. vers. Verum,
& in 4. 1. p. c. 5. n. 1. & in c. quamvis pactum, de pactis, 1. p.
§. 3. n. 1. Ant Gomez tom. 2. c. 14. n. 2. Sanchez de matrim.
lib. 1. disp. 32. n. 18. & in præcepta Decalogi lib. 3. c. 21. n. 28.
& c. 19. n. 1. Olu. l. 2. c. 6. lit. C.

2 Ratio est nostri textus, quia vsura omni iure, naturali, diuino canonico, & civili sunt prohibita, ut late disputat Præceptor noster D. Ioannes de Balboa in *presenti* à n. 6. & 7. quæ prohibitio & turpitudine tantum inest ex parte creditoris recipiētis, c. *debitores. bo. in. vnde* ante diem solutionis debitor debet petere à creditore relaxationem iuramenti, cum ei sit acquisita obligatio, si quidem nihil tam naturale est, quam eo genere, quodquid dissolvere, quo colligatum est; *nihil tam naturale ff. de reg. iuris, c. omnis res. 27. q. 2. l. 1. C. quando licet ad empt. discedere. §. si. In quibus modis recont. abitur obligatio*; recusante tamen creditore, adire debet Episcopum, qui tanquam Ordinarius compellat creditorem ad turpitudinis peccati, & iuramenti relaxationem; aliàs propria autoritate poterit contravenire, c. *de vsuris, cap. cum quidam* 12. §. *fin. cum alijs, hoc tit. Covarr. dist. lib. 1. variar. cap. 4. num. 5.*

3 Primo obstat, quod iuramentum ad summum Deum refertur debet, cui reddenda sunt iuramenta, ut docent textus in *cap. quantumlibet. 47. dist. cap. debitores, ibi: Cogendi sunt reddere Domino iuramenta, &c. c. et si Christus, hoc tit.* ergo nec à creditore, nec ab alio, quam ab ipso Deo remitti iuramenta poterunt Cui difficultati, ut satisfaciamus, verissime est dicendum, iuramentum ad Deum refertur, & ipsi reddendum esse: sed tunc etiam Deo redditum dicitur cum à creditore, vel parte, in cuius favorem est præstitum, soluitur, vel satisfactum est: vnde si à parte, seu creditore remittatur, integra erit satisfactio, & Domino redditum dicitur; cum in promissione illa vsuratum, Deus non invocetur, uti principalis creditor, nec ut solutioni adiectus, sed ut testis, vel fideiussor: vnde cum remittente creditore obligationem, fideiussori ad nihil debitor obligatus sit merito ex illius remissione nulla iniuria Deo interrogatur, ex eo quod postea non adimpleatur promissio: notant omnes in *presenti*, & in *c. 2. de sponsalibus*, & arg. textus in *l. fin. ff. qui & a quibus*.

4 Secundò obstat dicere, quod in *presenti* debitor & creditor vsurarius laicus erat & frequenter à laicis delictum illud committitur iuxta *tex. in c. 2. c. quia in omnibus*, cum alijs, *de vsuris, c. 1. eodem tit. l. 6. Cl. 1. §. ceterum eodem tit.* sed laicorum cognitio secularibus dumtaxat competit, iudicibus. c. *quoniam, 10. dist. c. nouit. de iudicij*: ergo in *presenti* Greg. non potuit creditores laicos ad remittenda iuramenta compellere. Cui difficultati dicendum est, quod quamvis iuxta Ecclesiasticus sit incompetentis quoad laicorum causam tamen ex iusta causa competentis efficitur, & inter iustas causas præcipua est peccati & iuramenti, *c. nov. de iudicij*, & cum in *presenti* consistat peccatum, & iuramentum in vsura omni iure reprobata, recte potuit Greg. non tantum Clericos, sed & laicos ad relaxationem iuramenti compellere.

5 Tertio solutioni obstat *tex. in l. fin. ff. qui satisfacti cogantur, l. iurisgenium 7. §. si paciscar, ff. de pactis. l. cum seq. ff. de iur. iurando. l. adigere. §. quamvis ff. de iure patronatus, l. fin. ff. ad municipalem, non dubium. C. de legibus*, in quibus iuribus manifestè constat, Principes seculares, & Magistratus omnes de iuramentis cognoscere posse, & ea remittere; quod omnino est contra textum in *c. quanto 18. c. et si Christus, hoc nostro tit.* Quorum iurium difficultati dicendum est, quod lex Civilis, & Princeps rectè poterunt impedire obligationem iuramenti, antequam præstetur, quâdo illius materia potestati seculari subiecta est nam hæc iuramenti remissio, non est relaxatio, sed quoddam impedimentum obligationis à Principe impositum ratione materiæ sibi subiectæ; & ita obtinet *tex. in d. l. fin. ff. ad municipalem*, & iura in argumento adducta, *Covarr. in c. quævis pactum, 1. p. §. 3. n. 11. at vero* quoties de vi, seu validitate iuramenti agitur, vel de ipsius relaxatione, tunc cum præcipue agatur de quadam spiritali & diuina obligatione, cuius absolutio ad solam Ecclesiasticam potestatem pertinet, non poterit laicus de ea cognoscere, & ita obtinet *tex. in dist. cap. quanto 18. hoc tit. Covarr. ubi supra. §. 3. n. 8. Barb. in leg. l. 1. part. à n. 77. ff. solute matrimonio Sanchez in summa l. 3. dist. 22. n. 6. & seqq.*

Quarto obstat dicere, quod illa potestas remittendi iuramentum, ad Pontificem Maximum dumtaxat spectat, c. *authoritatem, 15. quasi. 6. cap. si vero 8. c. verum 15. c. quanto 18. hoc tit.* elegans textus in *cap. venerabilis 34. de electione. cap. fin. de foro competent. lib. 6. ergo* nec à creditoribus ipsis, nec ab alijs inferioribus Prælatibus remitti, aut relaxari potest. Cuius dubij solutio pendet ex eo, quod quoddam iuramentum continet promissionem homini factam, tunc ab ipsa parte remitti potest virtute obligationis, non tamen virtute iurisisdictionis, c. *ad nostram hoc tit. ubi constat* ex dijs in primo argumento at verò quoad iuramenti relaxationem virtute iurisdictionis, cum iuramentum sui natura validum est, à Pontifice dumtaxat remitti, & relaxari poterit, *dist. c. authoritatem. 15. q. 6. at vero* cum iuramentum aliqua ex parte turpe, seu illicitum est vel ex parte creditoris tantum ab Episcopo pro officij munere, & dignitate, & pro bono publico remitti, & relaxari potest; iuxta textum in *c. cum quidam, §. fin. c. Quin. tavalis, cum alijs, hoc tit. uti inferius suis proprijs locis dicemus.*

Quintò solutioni obstat sequens consideratio: videlicet licet quod si iusurandum sui natura validum, à Pontifice dumtaxat remitti potest, consequens esset, ut iusurandum de vsuris creditori solvendis, quod sui natura validum est, cum post solutionis diem obliget, c. *debitores hoc tit. vers. Si vero*, non posset nisi à Pontifice remitti; at sic est, quod ab Episcopo remittitur ex *nostro textu*, & *similibus*; ergo non solū à Pontifice. Cui considerationi dicendum est, quod etsi iuramentum de solvendis vsuris validum sit, quo ad promittentem, quamdiu non constiterit de creditoris turpitudine, at vero cum primū creditur à debitore requisitus est, ut remittat ante diem, & creditor recusaverit, iam constat de turpi eius animi intentione; quare ob eandem turpitudinem, Episcopus pro dignitate remittere poterit, uti *supra* diximus.

Ad textum in capit. Pervenit 3. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Proposum, aut promissum, non infringit, qui istud in melius commutat, nec tenetur is, qui promissit, si aliter ex parte sua non adimpleverit.
- 2 Inuito creditori, licet aliud pro alio non solvatur, censetur tamen creditor in dubio consentire solutioni si expressè non contradixit.
- 3 Inter iuramentum, & simplicem promissionem, quoad Deum, nulla est differentia. Votum de ingrediendo Religionem, melius, & perfectius omnibus est.
- 4 Is qui iuraverit uxorem ducere, non potest Religionem ingredi, antequam ducat ne aliàs perjurium committat. Expenditur *tex. in c. commissum, de sponsalibus*.
- 5 Iuramentum, quo à servari potest absque dispendio salutis æternæ, debet præcipue observari.
- 6 Episcopalis status excellentior est Monachali. Intellige ut ibi.
- 7 Ceremonialia præcepta veteris Legis post Christi adventum omnino cessarunt. Expenditur *c. si. Leuitici*.
- 8 Monacho professo non licet ad Religionem etiam firmitiorem transire, nisi petita à Superiore licentia. Interpretatur *tex. in c. licet, de Regularib.*
- 9 Liberatio obligationis non contingit, nisi solutione eius, quod debetur: & quid in obligatione Deo debitum intelligit ut ibi.

Secunda conclusionis pars

- 1 Iuramenti vinculo non tenetur, qui promissit, si alter ex parte sua non adimpleverit.

- 2 *Fraganti fidem non debes, fides observari.*
 3 *Fides semel praestita, etiam hostibus servari debet. Intel-*
lige ut ibi.
 Expenditur emissive text. in c. quos Deo. 33. q. 5. c. inno-
 cens. 22. q. 4.
 4 *Interpretatur tex. in c. sicut. 29. § iuramentum, de iu-*
re iur.
Peccatus etiam dicitur, qui iuramentum frangit, & varijs
panis divina, & humana ultione acriter punitur.
 5 *Expenditur tex. in l. 2. C. de rebus creditis, & de iure-*
iur. ver. Iurisiurandi contempta religio satis Deum
ultorem habet.

CONCLUSIO.

NON infringit propositum: aut promissum, qui illud
 in melius commutat.

NE contemnit is, qui promissum si ater. ex parte sua non
 adimpleverit.

Consonat tex. in *cap. ad nostram 7. hoc tit. cap. mulier. 22.*
quæst. 4. cap. beatus. 22. quæst. 2. cap. scriptura, cap. licet, de
voto, cap. licet. de Regularibus, l. ff. qui satisfacere cogun-
tur: l. 7. tit. 8. l. p. exornant Covarr. in cap. quomodo pa-
ctum 1. part. §. 4. nu. 6. D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 12. Idem
in 4. dist. 38. quæst. 4. art. 4. Soto lib. 7. de iust. & iure qua-
est. 4. art. 3. Navarrus in manuali, cap. 12. num. 63. Me-
noch. de arbitr. ar. casu 3. 8. Suarez lib. 6. de dispensatione
& commutatione voti, c. 18. Sanch. l. 1. de matrimonio, disp.
46. n. 11.

Ratio primæ partis nostræ conclusionis est, quia
 quamvis invito creditore alius pro alio solvi non pos-
 sit, l. 2. §. mutui, ff. si certum petatur; princip. Instit. quibus
 modis tollitur obligatio, tamen ubi plus solvitur, licet aliud
 pro alio solvatur, censetur creditor in dubio consentire
 si expresse non contradixerit. Et quemadmodum credi-
 tor in melius satisfactum dicimus, si integrum debitum
 illi in moneta magis pretiosa solvitur, *cap. intellecto 33.*
hoc tit. l. plane ff. familia hereditanda; Ita & iuramentum
 Deo præstitum, quando illi offerimus aliquid pro ani-
 ma, & peccatorum redemptione, adimpletum videbitur,
 si in meliori opere persolvimus, id est ieiunio, elemosy-
 na, peregrinatione, vel Religionis ingressu. *cap. 1. & 2.*
de voto, ita similiter iuramentum propria autoritate in
 melius commutari potest, *d. c. scriptura, c. 1. c. ex publico,*
 cum alijs de conversione conjugatorum.

Primo obstabit dicere, inter iuramentum, & simpli-
 cem promissionem, quoad Deum nullam esse differen-
 tiam, *cap. iuramenti, 22. quæst. 5.* sed simplex promissio non
 potest propria autoritate in melius commutari, *cap. 1.*
de voto: ergo nec etiam iuramentum, Cui difficultati res-
 ponderi debet, quod inter iuramentum, & votum nulla
 est differentia, ut quis possit propria autoritate in evi-
 denter melius commutari; si vero dubium sit, an com-
 mutatio sit in melius; tunc consulendus est Superior, &
 ita obtinet text. in *d. cap. 1. de voto*, notant Covarr. D.
 Thomas, & Navarrus locis supracitatis, Caietanus 2. 2. q.
 88. art. 12.

Secundo solutioni obstabit dicere, quod votum de
 ingrediendo Religionem, melius, & perfectius omnibus
 est, *cap. scriptura, de voto*, sed is, qui iuravit uxorem du-
 cere, non potest Religionem ingredi, antequam ducat,
 ex textu difficili in *cap. commissura, de sponsalibus*: ergo
 nec etiam in melius, iuramenti commutatio propria
 autoritate fieri potest: Cui difficultati dicendum est
 quod is qui iuravit uxorem ducere, prius debet iura-
 menti promissionem adimplere, in *d. c. commissura*; ne alias
 peccatum committat; & postea si velit ante consum-
 mationem poterit Religionem ingredi: quia cum ex
 iuramento illo obligatio fuisset quæsitæ parti, ei prius
 adimpleri debet, & postea si velit, poterit ex vi pro-
 positi, non voti, cum votum non emisisset ante con-
 summationem, Religionem ingredi; notant Soto in 4. dist.
 30. quæst. 2. Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. dispnt. 43. n.
 9 & 10.

Tertiò obstabit dicere, iuramentum; quod servari

potest absque dispendio salutis æternæ; debet præcisè
 observari, *cap. debitores, cap. ad nostram, cap. si vero,*
 cum alijs; hoc tit. sed iuramentum in præsentem, servari
 potest, sine dispendio salutis æternæ: ergo non debet
 commutari, sed in eadem specifica forma adimpleri.
 Cui dubio satis fieri potest ex eo, quod quamvis iura-
 mentum in præsentem, æternæ saluti non repugnet, cum
 omnia bona opera à nobis gesta reputentur satisfactori
 tamen is, qui in melius ea commutat, melius satisfacta
 nec exinde iuramentum infringitur, immò melius adim-
 pletur, ut supra diximus.

Quartò his omnibus obstabit, si quis posset in me-
 lius commutare iuramentum, aut votum, posset is, qui
 Religionem vouisset, Episcopatus dignitatem acceptare
 si ad illam electus, seu postulatus fuisset, antequam Re-
 ligionem profiteretur siquidem Episcopalis status ex-
 cellentior est Monachali, *cap. nisi cum videm, §. nec pu-*
tes, de reuocacione, cap. licet, ver. sic. Illa, de Regulari-
bus sic est, quod non potest, iuxta tex. in *c. per tuas*
de voto: et ideo non potest quis votum in melius autho-
 ritate propria commutare. Pro cuius difficultatis solu-
 tione sciendum est, quod ad hoc, ut votum possit in
 melius propria autoritate commutari, necesse est, ut il-
 lud, in quod commutatur, sit ex omni parte euidenter
 melius, Deoque gravior, *d. c. scriptura de voto*; unde
 quamvis status Episcopalis ex se excellentior Monacha-
 li sit, ex parte tamen acceptantis dubium est, an illius
 acceptatio sit gratior, atq. *tex. in c. sancta quippe. 2. qua 7.*
 idèque illud appetere non licet, *c. qui Episcopatum. 8. q.*
 1. sicque merito in *d. c. per tuas*, non licet vouenti Re-
 ligionem, ante petitam Superioris autoritatem, & eius de-
 clarationem Episcopatum acceptare.

Quinto obstat *c. in Leuitici, ibi Animal quod immolari*
potest Domino, si quis venerit sanctum erit, & mutari non po-
terit; id est, nec melius malo, nec prius bono: ex qua sacra au-
thoritate evidenter colligitur, quod votum, nec etiam in
 melius mutari potest. Cuius facti textus autoritas ex eo
 non obest, quia lex illa ad præcepta ceremonialia, veteris
 Legis pertinet, quæ præcepta post Christi aduentum
 omnino cessarunt, *cap. translato, de constitutionibus*; qua-
 re iam ad exemplum trahi non potest, notat Suarez *10-*
mo 2. de Religione; lib. 6. cap. 18.

Sextò obstat textus in *c. licet, de Regularibus*, ubi non
 licet professo transire ad Religionem strictiorem, nisi
 petita à Superiore licentia, quavis sit in euidenti melius
 ac per consequens propria autoritate mutari votum
 non poterit. Cui dubio dicendum est, decisionem illius
 textus potius comprobare, quam improbare nostram sen-
 tentiam; siquidem ex illa expresse docemur, sufficere pe-
 titam fuisse licentiam, etiam si non fuisset obtentam; ac ideo
 recte sequitur, posse propria autoritate votum in melius
 mutari: siquidem ibi Superioris licentia non desideratur
 ex necessitate, sed tantum ad utilitatem & honestatem si-
 quidem velit nolit, licitus erit transitus. Hoc tamen di-
 versum est in ieiunio à lege, vel à Confessario in Sacra-
 mento penitentiae imposito, quod propria autoritate
 etiam in melius commutari non potest: quia talis obli-
 gatio non à se ipso, sed à voluntate Superioris eman-
 navit: diversum tamen est in iuramento, & voto, ut su-
 pra dictum est.

Septimò obstabit dicere, quod liberatio obligationis
 non contingit, nisi solutione eius, quod debetur, l. 2. ff. si
 certum petatur: principio. Instit. quibus modis tollitur obli-
 gatio: quod adeo verum est, ut etiam meliori res soluta nõ
 liberetur debitor invito creditore, l. vlt. ff. de usu, & habi-
 tatione: ergo similiter qui Deo promissum, non liberabitur,
 aliam rem, etsi meliorem, præstando. Cui considerationi
 dicendum est, regulam prædictorum iurium procedere
 in obligationibus, & debitis homini ab homine factis,
 in quibus nisi solutione eius, quod debetur, debitor non
 liberatur, nisi volente creditore; unde cum in obligatio-
 ne Deo per votum facta, rectè præsumatur satisfactum,
 si res melior quam in voto contenta, soluta sit ideo votum
 in melius mutari potest, & solutione altera debitor libe-
 ratur: quia creditor, hoc est Deus; non invitus, immò vo-
 lens

lens solutionem, liberationemque admittit, quæ quidem est veranostri text. ratio.

Secunda Conclusionis pars.

1. Non tenetur vinculo iuramenti, is qui promissit, si alter ex parte sua non adimpleverit. Consonat textus in cap. infidelis, & fecit per totam caus. 28 q. 2. cap. sicut 29. §. iuramentum, supra hoc tit. leg. si conveneris 18 ff. pro socio, l. cum proponas 21. C. de pactis, exornant Cuiac. in l. 1. §. 4. ff. de pactis, Menoch. de arbitrariis casu 326. n. 26. Petrus Pechius in regula mutare 33. a. num. 5. de reg. iuris lib. 6. Fachineus plures referens ibi. 9. controversiarum, c. 48. Perez in l. 1. gloss. 1. ver. sic. Dubitatur tertio, tit. 8. lib. 4. Ordinationum, & in l. 18. glossa 1. apud medium, tit. 19. lib. 8. Ordinationum, & Scribentes omnes in cap. 1. & per totum tit. de treuga, & pace.

2. Ratio deducitur ex illa vulgari regula, qua docemur, quod frangenti fidem non debet fides observari, l. 4. C. de pactis, l. si conveneris ff. pro socio, tum etiam quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adhaeret, leg. fin. C. de non numerata pecunia, sed is qui contrahit sub ea mutua conditione, ea lege obligatur, si ab utraque parte sit impleta conditio, argum. text. in l. legata 41. ff. de conditionibus, & demonstras. l. si nominatis, §. fin. eodem tit. ergo vno ex promittentibus deficiente, alter teneri non debet.

3. Primo obstat, quod fides semel præstita, etiam hostibus servari debet, cap. nulli, versicul. Fides, 23. quest. 5. etiam altero non implente, c. quod Deo, 33. quest. 5. cap. innocens 23. 22. quest. 4. conventionem §. ff. de pactis, l. 1. §. non fuit, ff. de dolo, cap. 1. & 3. de pactis: ergo etiam altero non implente iuramentum, alter obligatus manebit. Pro cuius difficultatis solutione distinctio est adhibenda inter obligationes puras, & conditionales, §. omnis stipulatio, instit. de verborum oblig. iura namque in argumento adducta locum habent in contractibus puris, quia is qui pure est obligatus, alterius violatione excusari non poterit, cum omni iure possit compelli ad implementum puri contractus, seu promissionis: nam sibi debet imputare is, qui apertius legem non dixit, l. veteribus C. de pactis: at verò textus noster, & iura pro eius confirmatione adducta, procedunt in contractibus, & conventionibus respectivis, sub conditione celebratis, in quibus cum primum alter ex promittentibus conditionem ruperit, evanescit conventio, nullaque manet obligatio. De interpretatione text. in d. c. quod Deo, 33. q. 5. d. c. innocens, 22. q. 4. videndus Præceptor noster D. Balb. in presenti, a. n. 92. usque ad finem.

4. Secundò solutioni obstat text. in c. sicut 29. §. iuramentum, hoc nostro tit. in cuius specie iuramentum pure præstitum fuit, & tamen Innocentius III. respondet, iuramentum ad ejus observantiam non obligari: ergo nulla inter conditionales, & puras obligationes constituitur differentia. In qua difficultate, omittà interpretatione Abbatis, Hostiensis, Ioannis Andreæ, & Antonij Augustini 4. collectione, & in notis ad eundem text. verissimè est dicendum, Ioannem cum Henrico de pace, & amicitia transigentem, sub illius conditione certam pecuniæ quantitatem Enrico soluturam iurasse, deinde Enricum amicitiam violasse, iniustumque bellum Ioanni intulisse, bonisque cum spoliasset, compulissetque eundem Ioannem ad iurandum se non repetiturum ablata bonajin qua specie Innocentius III. à posteriori iuramento absoluit prædictum Ioannem, quia Enricus, quod promiserat, non adimpleverat: nam secundum iuramentum de non repetendis bonis spolio ablati purum fuit, primum tamen de solvenda pecunia conditionale, sub illa nempe conditione si Enricus fidem servaret; quare prædictam conditionem rumpente Enrico, conventio evanuit, uti constat ex principio illius text. & ex d. §. iuramentum, vide etiam notata in c. 4. & 9. hoc tit.

5. Tertio adversus ea, quæ in præsentem nonnulli notant, videlicet etiam perituum esse qui iusiurandum violat, & variis puniri, juxta textum in leg. qui iurasse 26. ff. hoc tit.

cum non tantum divina ultione, sed etiam humana variis penis, & actionibus acriter punitur, juxta text. in l. servitute 20. cum duobus seqq. ff. de dolo, l. Lusus 21. ff. de his qui notantur infamia, l. si duo 13. §. fin. ff. de iurciurando, l. 1. & si. ff. de crimine fælionatus, de quibus late disputat Ant. Pichardus §. ita n. si quis postulante 11. de actibus, a. n. 120. cum seqq. & Duaren. ad tit. de iure iurando in 2. editione cap. 8. Sed his omnibus magnopere refragatur text. in l. 2. C. de rebus creditis, & iurciurando, in illis verbis: Iurciurandi contempta religio satis Deum habet ultorem, &c. In qua quidem iurium contrarietate, omittà opinione Donel. lib. 24. comm. c. 17. Osuald. ad eundem ibi, lit. L. & Cuiac. lib. 2. observ. c. 19. & lib. 3. c. 7. & in l. 1. & 2. C. hoc tit. & lib. 7. observ. c. 8. Ant. Fab. in l. nam sufficit 12. ff. de dolo, & lib. 1. coniecturarum, c. 19. Fachineus lib. 1. com. c. 14. Duar. lib. 2. disp. c. 37. & ad tit. de iurciurando in 2. editione, cap. 8. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, casu 319. Covar. in c. quamvis pactum, 1. part. §. 7. n. 2. Revardi. lib. 3. variar. cap. 3. Idem lib. 5. c. 8. veriore existimo, quam refert Ant. Pichardus in d. §. ita n. si quis, a. n. 120. cum seqq. dum asserit dictionem illam, satis, male ab Interpretibus acceptam fuisse, siquidem non denotat idem, quod sufficit, ac si diceretur, aliam ultionem præter divinam non habere, uti vulgariter accipitur; sed potius eo sensu sumitur uti plura iura accipiuntur, veluti Multum, ut in l. Scis 4. vers. Ne propter satis minimam rem, ff. de in integrum restitutione minorum, & in l. si alius 7. §. bellissimo. ibi: Nisi ex magna, & satis necessaria causa, ff. quod vi, aut clam, l. fin. vers. Cum satis, ff. ad Turpillianum, quasi sensus illorum verborum sit, quod quamvis Deus satis multum, & valde ultor sit iurciurandi contemptæ religionis, tamen omni iure solet gravissimis suppliciis huiusmodi crimen vindicari; similiter etiam apud Gentiles, si quis Principis venerationem peccaverit, amplius quam si per Deum peccasset, puniebatur, cum fustium pæna, & crimine læsæ maiestatis teneretur, ut in leg. si duo 13. §. ult. de iurciurando: tamen hanc pænam, tantumque tunc rigorem Alexan. Severus, Augustus in d. l. 2. C. de iurciurando, & in l. 2. C. ad legem Iuliam maiestatis, temperavit, antereundo fustium pænam, & crimen læsæ maiestatis; cæteras verò pænas in priores statutas, de quibus in iuribus supra adductis mentio habetur, in suo statu firmas, & stables esse, nec dictis constitutionibus esse ablatas, eruditè, & noviter animadvertit, Anton. Pichardus in d. §. ita n. num. 135 usque ad fin. text.

Ad text. in cap. Ego 4. cap. Nullus §. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi consecrationis tempore obedientia iuramentum Pontifici prestare debent, nec poterunt a Clericis exigere, nisi ab habentibus administrationem rerum Ecclesiasticarum.
- 2 Vassalli Domino feudi, fidelitatis, & obedientia iuramentum prestare debent.
- 3 Iuramentum fidelitatis, seu subiectionis pro administratione, vel officio Superioribus prestatur.
- 4 Expenditur text. in c. quamquam, 23. dist. c. cum in Ecclesijs, de maiorit. & obed.
- 5 Interpretatur text. in c. nimis 30. hoc tit.
- 6 Interpretatur textus in cap. quamquam omnes, 23. distinctionib.
- 7 Formula iuramenti obedientia Pontifex à Principe, vel ab Episcopo prestanda refertur in cap. ego 4. de iurciur. c. p. tibi Domino, 63. distinct. cap. iuxta sanctorum, 93. distinct.
- 8 Iuramentum obedientia variis temporibus, variisque personis prestari solitum erat, & quid hodie observetur.
- 9 Iuramentum fidelitatis non solum dignitati Pontificiæ, sed etiam personæ debetur, expresso Pontifici nunciente, cui obedientia prestanda est.

10 Episcopus in Regia legatione prius occupatus, si ab Archiepiscopo posterius fuerit citatus, tenetur obedire legationi Principis. Interpretatur text. in cap. cum parati 19. de appell. 11 Exponitur text. in c. fin. in princ. de iuram. calumnie.

CONCLUSIO.

Episcopi consecrationis tempore, iuxta formam in presentibus prescriptam, Pontifici Maximo iurare debent. Nec Episcopus poterit exigere a Clericis iuramentum illud, nisi habebit administrationem rerum Ecclesiasticarum. Consonat text. in c. ea te 22. hoc tit. c. quanquam, 32. dist. c. de fama, cap. fin. 22. q. 5. c. dudum, et secundo, vers. Sed cum in iure, de electione, c. cum Clerici, de verbor. signific. c. fin. de reg. iuris, in antiquis, c. 1. §. verum, de statu Regularium lib. 6. exornant Oxeda de incompatibilitate beneficiorum 1. p. c. 5. n. 2. & sequent. & c. 6. n. 3. Cuccus lib. 2. tit. 6. n. 415. Petrus Gregor. lib. 15. syntagmat. c. 12. n. 1. Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 3. c. 21. n. 30. Rodoa de rebus Ecclesia, n. 51. Azvedo in l. 1. tit. 7. lib. 3. Recopilationis, idem Anastasius Germonius de insultis Cardinalium, in fin. Augustinus Barbof. de officio, & potestate Episcopi, part. 1. allegation. 111. num. 41. vbi plures refert.

Ratio est, quia sicut habentes feudum a domino, tanquam vassalli, fidelitatis, & obedientie iuramentum preestare debent, iuxta text. in c. 2. in princ. si de investitura inter dom. & Vassall. contrav. c. 2. de consuetudine recti feud. sic similiter Episcopi, cum eorum institutio, & constitutio, confirmatio, & consecratio ad Pontificem dumtaxat pertineat, c. omnes, cum aliis, 22. dist. meritum iustum est, ut illi etiam iurent de fidelitate, & obedientia, iuxta formam in presentibus propositam, cum nemo sine Superiore in Ordine esse possit, c. nulla 93. dist. c. cum non liceat, c. cum ex officio, de prescriptionibus, nam Ecclesia Catholica semper curat imitari triumphantem Ecclesiam, in qua celestis in Ordine hierarchia est, tanquam castrorum acies ordinata: Canticorum, c. 6. Paulus 1. ad Corinthios, c. 12. & ad Ephesios c. 4. c. Clericis, 21. dist. in c. per lectis, 25. dist. Trident. Sessio. 23. de Sacramento Ordinis, cap. 4.

Primo obstabit dicere, quod aut hoc iuramentum preestatur ratione universalis subiectionis, & tum etiam laici iurant, c. cuncta, c. per principalem, 9. q. 3. aut preestatur ratione Ecclesiastici fori, & tunc omnes Clerici iurare debent ex eisdem iuribus, aut ratione Ordinis in subiectione, & tunc etiam Clericus Episcopo iurat, c. quanquam, 23. dist. c. ut Clerici 19. de verbor. signific. & etiam Episcopus, Archiepiscopo, c. dilecti de maiestate, & obedientia, c. super de rebus Ecclesiasticis, Romana, de censib. lib. 6. ergo non recte in presentibus ad Episcopos dumtaxat refertur. Pro cuius difficultatis solutione, animadvertendum est, iuramentum hoc non preestari pro subiectione universali, & sic laicos non comprehendi, nec etiam pro Ecclesie foro, & ideo nec Clericos Pontifici Maximo, nec etiam pro Ordine, ac ideo nec Clericos Episcopo, nisi pro administratione, vel officio, c. nullus 5. hoc tit. sed tantum pro consecrationis munere Episcopi Pontifici iurare debet, cum consecrationis tempore ordinandi potestatem a Pontifice accipiat, c. transmissam 15. de electione.

Secundo, distinctioni, & solutioni obstabit, nam Clericus pro susceptis Ordinibus, etiam absque officij administratione ab Episcopo recepta, iurare debet de subiectione Episcopo preestanda, iuxta text. in c. quanquam, 23. dist. c. cum in Ecclesia, de maiestate, & obedientia. In qua difficultate, omnia Glossarum solutione, in d. c. nullus, verissime est dicendum, illud Concilij Tolitani decretum eo in tempore observari: quod ita necessarium fuit, quia Clerici suspecti erant de obedientia Episcopo preestanda, postea tamen per desuetudinem fuit sublatum: quia exinde etiam sequeretur, alieno Episcopo Ordines conferenti obedientiam iuratos esse Clericos, ab eo Ordines suscipientes, contra Sanctorum Patrum decreta, in c. nullus, 1. & 2. q. 2. c. 1. c. significasti, de foro competenti, nec professio fidei relata in d. c. quanquam, exigitur, nisi a beneficiario, iuxta formam traditam in Motu proprio Pij IV.

Tertio, solutioni obstabit dicere, quod Clericus laico, etiam pro feudo, & re temporali poterit obedientiam iuramentum preestare, iuxta text. in c. transmissam, de foro competenti, c. nimis 30. hoc tit. ergo a fortiori Clerici Episcopo pro Ordinis potestate, & receptione. Cuius difficultati dicendum est, quod Clericus laico de fidelitate nequaquam iurare poterit, nisi in casibus a iure expressis, iuxta text. in c. si diligenti, de foro competenti, causa autem est pro feudo & tunc non tantum Clericus, sed etiam Episcopus, de re feudali iurare, & litigare coram laico debet, tanquam ab eo administrationem habentes, c. de forma, 22. q. 5. c. 1. de forma fidelitatis, c. 1. de nova forma fidelitatis, in visibus feudorum, quod non tam autoritate legis Celsarum, c. imperialium, §. praterea, de prohibita feudi alienatione per Federic. quam approbatione legis Pontificie, iuxta text. in c. ceterum, de iudicio, c. ex transmissa, c. verum, de foro competenti, vbi late diximus.

Quarto, solutioni obstabit text. in c. quanquam omnes, 23. dist. vbi Clerici iuramentum Episcopo prestant. Cuius text. difficultati, omnia Glossarum interpretatione ibi, dum asserit id procedere ex administratione commissa, uti in nostro text. quae tanquam divinatoria convincitur, siquidem ibi nullum verbum administrationis reperitur, verissime est dicendum, text. illum non loqui de vili iuramenti preestazione, sed de quadam simplici promissione, quam Clericus in ordinatione preestare tenetur, uti constat ex illius text. verbis ibi: Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, & c. notant Tiraq. in legib. communalibus, glos. 7. n. 124. & 168. hodie vero statim iuramentum fidei preestatur, & electi intra duos menses, iuxta formam prescriptam in Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de reform. Barb. in collect. in d. c. 4.

Quinto obstabit dicere, quod Romanis Pontificibus, aliis diversis modis & formulis preestatur iuramentum, uti constat ex text. in c. tibi domino, 63. dist. c. iuxta Sanctorum, 93. dist. etiam ab Episcopis, c. fin. de Ecclesia adificandis, ergo frustra in presentibus illa iuramenti formula preestatur. Cuius dubio dicendum est, text. nostrum intelligi debere de iuramento preestato ab Episcopo, ut verum text. in d. c. tibi domino, & similia iura locum habent in iuramento, quod preestatur ab Imperatore Pontifici, ex eo videlicet, quod consecrationem, & potestatem a Pontifice accipiat, merito ratione officij, muneris, vel administrationis, diversa formula constituitur, uti eius effectus constat in Clem. unica, de iureiurando ex nostro text. & in d. c. fin. de Ecclesia adificandis.

Sexto, his omnibus obstabit text. in c. dilecti, de maiestate, & obedientia, vbi Episcopus tenetur preestare iuramentum fidelitatis Archiepiscopo: ergo non Pontifici. In qua difficultate, omnia Glossarum finalis in presentibus, Panormitani, Imola, & Felini, verissime est dicendum; tria esse huius iuramenti tempora; primum fuit Greg. III. in nostro text. quo tempore Pontifici fiebat, cum Episcopatum provisio ad ipsum solum spectabat, ipseque Episcopus consecrabat, aut illorum consecrationem aliis committebat, c. 1. & 2. dist. 22. quare eo in tempore, fidelitatis iuramentum Pontifici fiebat. Secundum tempus fuit Greg. IX. auctoritas text. in d. cap. dilecti, de maiestate & obedientia, quo tempore, Episcopatum provisio ad Ecclesias Cathedralis, c. cum terra spectabat, c. Ecclesia vestra, c. Cumana, c. congregato, cum aliis, de elect. & hoc tempore Metropolitanus confirmabat Episcoporum electionem, ab eoque petebatur consecratio, c. suffraganeis 11. c. cum dilectus 32. de electione, quo tempore Episcopi exempti, & immediate Pontifici tantum subiecti, ipsi iuramentum preestabant. Episcopi vero suffraganei Metropolitanis suo iurabant, & ita obtinet text. in d. c. dilecti, de maiestate, & obedientia.

Textum & ultimum tempus fuit, quo Pontifices sibi reservare ceperunt Cathedralium Ecclesiarum provisiones, quod initium habuit ab Innocentio VIII. iuxta Regulam secundam Cancellarie Apostolicae, unde cum hodie Pontifex Ecclesiis Cathedralibus provideat, & etiam iure Patronatus Hispaniarum Regis, Episcopos ab eo electos, & presentatos confirmet, & consecret, vel aliis consecrationem committat, ideo etiam hodie iuramentum obedientie fidelitatis Pontifici fieri debet, uti & olim fiebat.

Septimo obstabit dicere, quod hoc iuramentum successori in Pontificatu preestari non debet, siquidem semel preestatum dignitati Pontificie, quae perpetua est, similiter etiam perpetuum erit, arg. text. in c. quoniam Abbas, de officio delegati.

9

delegati. Cui difficultati dicendum est, text. in *d. c. quonia*, ad partem non posse ad nostrum text. siquidem forma iuramenti in presenti proponitur, videlicet non tantum fieri debere Dignitati, sed etiam personæ, expresso Pontificis nomine, cui iuratur, vix constat ex nostro textu, ibi: *Domino meo Papa Celestino, &c.* & ita similiter est interpretandus text. in *c. si gratiore de rescriptis, in 6.* videndus est etiam text. in *c. veritatis, de dolo, & contumacia.*

10 Octavo contra nostrum text. & eius iuramenti formulam, ibi: *Fecatus ad synodum veniam &c.* Obstat text. in *c. cum parati 19. de appellationibus*, vbi notant omnes Episcopu in Regia legatione occupatum (etiam ab Archiepiscopo posterius ex iuramento obedientie fuerit citatus) teneri obedire legationi Principis, & ita accusatu reputari. Cui dubio dicendum est, quod si mandatū Regis præcessit mandatū cuiusq; Prælati, citra Pontificis, obtemperandū est Regi, dummodo ab ipso teneat regalia, id est, bona feudalia à Principe seculari, & ita obinet textus in *cap. 2. de iudiciis*, in argumento.

11 Nund contra nostrum text. in *vers. fin. ibi: Et hæc sancta Evangelia.* Obstat text. in *c. fin. in princ. de iuramento calumnia*, vbi cavetur Episcopu non teneri tactis Evāgeliiis iurare, *c. si quis presbyter, 2. q. 5.* Pro cuius difficultatis solutione dicendū est, causas graves ab illa regula exemptas esse, & illas, in quibus id expressè exigitur, vt. in presenti Panorm. in *d. c. fin. de iuram. calumnie* de homagio, & feudo, vide Scribentes in *Clem. pastoralis, § denique, de re iud.*

Ad textum in cap. Debitores 6. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vsuras si debitor promiserit, ad illarum solutionem cogi non debet, nisi iuraverit, & si solverit, repetere poterit.*
- 2 *Assignatur ratio.*
- 3 *Vsura à iure Civili permittitur. Intellige ut ibi.*
- 4 *Expenditur Deuteronomij cap. 23. ibi: Non facietis featri tuo, sed alieno.*
- 5 *Interpretatur Deuteronomij cap. 28. ibi: Fœnerabis gentibus multis, & à nemine tenus accipies, Et Luca c. 6. ibi: Mutuum date nihil inde sperantes, Luca c. 19. ibi: Quare non dedisti pecuniā meā ad mēlam, cum ego venissem cum vsuris utique exegissem eā, &c.*
- 6 *Interpretatur text. in c. debitores de iureiur. vers. In quibus se obligaverit, & c. quanto, de vsuris.*
- 7 *Expenditur text. in cap. naviganti, de vsuris.*
- 8 *Illustratur text. in c. debitores de iureiur. in prima & secunda eius parte, & cap. super eo, de vsuris.*
- 9 *Qui causam damni dat, damnum fecisse videtur. Intellige ut ibi.*
- 10 *Iuramentum sequitur naturam actus, cui adhaeret. Intellige ut ibi.*
- 11 *Sciens indebitu solvens, donare presumitur, ac ideo, qui solvit quod ob turpem causam promisit, non repetit.*
- 12 *Qui sic solvit, ut statim repetere possit, soluisse nō videtur. Expenditur text. in l. qui sic 55. ff. de solutionibus.*
- 13 *Vsura variis modis iure nostro prohibetur.*

C O N C L U S I O.

1 **P**rima conclusionis pars probat, debitorem vsuras promittentem, ad illarum solutionem cogendum non esse. Secunda probat, quod si debitor solvere iuraverit, compellendus est ad vsurarum solutionem. Tertia, quod si debitor vsuras solverit, poterit repetere. Consonat text. in *c. quia in omnibus, 3. c. 4. c. tuas 13. & forè per totum tit. de vsuris, & significante 7. de pignoribus, c. ad nostram 7. c. cum contingat, c. licet mulieres, hoc tit. lib. 6. c. quamvis pactum, de pactis lib. 6. l. 3. tit. 13. p. 1. l. 1. lib. 8. Ordinationi, exornant Covar. in *c. quomodo pactum, 1. part. §. 2. n. 4. & 3. p. 17. n. 7. & lib. 4. variarum, 2. n. 2.* Sylvester in *summa, verb. Vsura.* Anastas. Germon lib. 3. de sacrorum immunitatibus, c. 21. n. 78. Sanchez lib. 2. de matrim. dispnt. 32. a. n. 1. Fachineus lib. 3. controverse, c. 13. Pichard in §. actionum 28. de actionibus, q. 8. à n. 5. Cuiacius in l. constitutionem 20. C. de vsuris, Ant. Fab.*

de erroribus decade 9. errore 9. cum sequentibus, Don lib. 1. cap. 10. 11. & 12. vbi Osualdus plures refert.

Ratio primæ partis est, quia e si vsuratum promissu, & obligatio valeat, ad subveniendum necessitati, ex *d. c. 1. hoc tit. & ex nostro text. ibi: Quibus se obligaverant, tamen cum primu ere litor petir, vel exigit, iam suā turpitudinē detegit, cui exactioni lex Pontificia, divina, & humana resistit, Luca c. 6. Exodi c. 22. constat ex toto tit. de vsuris, & ex *l. improbi, C. ex quibus causis infamia irrogetur, ideoque debitor ad illarum solutionē cōpellendus non est.**

Ratio secundæ partis est, quia ea est vis, & excellentia iuramenti, vt actus sui natura infimos, firmos, & efficaces reddat, quare etiam creditoris turpitudine, vsuratum obligatio efficiatur inefficax, tamen debitoris promissio iuramentando sultra, eam efficacem reddit, argum. text. in *c. ad nostram 7. c. si vero 8. c. cum contingat, cum aliis, hoc tit.*

Tertiæ partis decidendi ratio est, quia vsuratum tenetur ex vi iustitiæ vsuras restituere, cum locupletetur cum alterius iactura, contra regulam *l. nam hoc natura 14. ff. de conditione indebiti*, nam rem alienam cum proximi iniuria retinere nequit, *c. quia in omnibus, cap. super eo, c. cum tu, cum aliis, de vsuris, cap. quamquam, eodem tit. lib. 6.*

Primò adversus primam nostri text. partem, illiusque decidendi rationem obstat dicere, quod vsura iure Civili permittitur, *l. 1. & seq. ff. de vsuris, l. eos, C. eodem, ac per consequens debitor ad illarū solutionē teneri debet. Cui difficultati, omittā controversia disputatiū, quænam vsuræ iure civili permittæ fuissent, an omnes, an hæc tantum, quæ exigebantur vel ratione moræ, vel interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, & his similes, verè dicendum est, vsuras olim receptas fuisse tanquam licitas, iurè Civili probatas, atque ideo, vt Ecclesiastici Prælati hanc errorem tot legibus antiquis firmatum penitus deleverent, vsurarum iniquitatem, tot iuribus, & rationibus damnatam autoritate sua prohibuerunt, quibus in omni foro omninò stare debemus, omittis iuris Civili dispositionibus.*

Secundò, solutioni obstat illud *Deuteronomij c. 23. ibi: Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno, ex quo constat etiam iure divino vsuras esse permittas. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia populo Hebræo permittum erat vsuras exigere à Cananæis, qui alienigenæ dicebantur, hocque illis propter maius malum vitandū permittēbatur, cum Cananæi Hebræos spoliassent, & iniuste etiam detinebant terram populo Hebræo à Deo promissā, qua de causa permittum fuit Hebræis ab iniustis possessoribus vsuras exigere. Notat Felic. *de consil. lib. 1. c. 15. n. 17.* Ita similiter est interpretandus text. in *c. ab illo, 14. q. 4. vbi ideo vsuræ de iure Pontificio permittuntur, propter cōpensationem damni ab hoste iniuste illati: nam et si vsura ultra sortem merè lucrativa, sit prohibita, tamen cōpensatoria, cum nec iniustitia, neque iniquitatem contineat, permittā est, vt sic recuperari possit id quod iniuste ablatum est, vt notat Turrecremata in *d. cap. ab illo.***

Tertiò, solutioni obstat alia *Deuteronomij* auctoritas, *c. 28. ibi: Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.* Cui difficultati dicendū est, verbum illud, *Fœnerari*, accipi posse dupliciter, vel in bonam, vel in malā partem, in malam, vt in improbi fœnus, *l. improbi, C. de vsuris*, in bonam, vt est mutuum absque vsura; in qua quidem acceptione sumitur in *d. Deuteronomij* auctoritate: quod & suadet aliiis divinis auctoritatibus, *Luca cap. 6. ibi: Mutuum date, nihil inde sperantes.* Ecclesiastici *c. 19. ibi: Fœnerare fratri tuo tempore necessitatis.* Neque etiam obstat illud novi Testamenti testimonium, *Luca, c. 19. ibi: Quare non dedisti pecuniā meā ad mensā, cum ego venissem cum vsuris utique exegissem illā: ex quibus verbis probari videtur in novo Testamēto, lege divina, vsuras permittas esse: quia dicendū est, quod illa divina auctoritas intelligi debet metaphoricè de vsura spirituali sanctorū operum, nā quemadmodū mercatores propter pecuniā lucrū diligentissimè fœnerantur, ita & nos propter Regnū Cælorū negotiari debemus sollicitè bonis operibus, Deo adiuvante, quod fœnus spirituale appellatur in *d. c. 19. notat Felic. d. lib. 1. de consil. c. 15. n. 18. versic. Neq; obstat.**

Quartò

Quartò, obstant verba nostri text. ibi: *In quibus se obligaverant, ex quibus constat usurarum promissionem valere, & pronuntentem absque iuramenti vinculo ad earum solutionem adstrictum esse; nam alias non diceretur obligatus.* Cuius difficultatis solutio ex supra traditis pendet; nam et si debitoris promissio intra suos terminos licita sit, tamen cum primò constituitur de creditoris petitione, & turpitudine, inefficax efficitur promissio; nam ei lex Pontificia resistit; quare debitor ad earum solutionem cogi non debet, ex supra traditis. Nec obstat textus in *c. quanto, de usuris*, ubi ex eo, quod ibi dicitur, quod Iudri à Christianis immoderatas usuras extorserint, à cõtractio sensu colligunt, & notant omnes moderatas usuras permissas videri; quia dicendù est, quod argumentum à contractio sensu non valet, quoties in iure contractum decisum est, præterquã quod ibi verba non sunt dispositiva, sed narrativa tantum: videndus Anania in *d. c. quanto, de usuris*.

Quintò obstat text in *c. naviganti, de usuris*, ubi etiam si periculù adsit ex parte creditoris in re mutuata, non est licitum aliquid ultra sortem recipere, cum tamè illud nauticum fœdus propter periculù, quod creditor in se suscepit, permissum sit iuxta text. in *l. 1. in nautico*, cum aliis, ff. *de nautico fœnore*. Cuius text. difficultati dicendum est, illius decisionem locum habere, quando is, qui mutuum præstat, constrictus est fœnerare, ob quod, periculù simulat, ubi non est; sicque quamvis generaliter loquatur, ad hanc tantum speciem restringi debet, *Molla in emporio, q. 25. in tit. 8. de rebus creditis, à n. 21.*

Sextò, huic primæ text. parti obstat secunda pars, ex qua constat, quod si quis illicitas usuras solvere promittit, & iuramenti Religione promissionem confirmaverit, tenetur iuramentum adimplere, & usuras solvere; quod iuramentum, tanquam turpe, adimpleri non poterat: ergo aut tenetur debitor ad solutionem, aut si non debet tenetur, neque etiã debent iuramento adstringi, tanquã de re turpi factò. Pro cuius difficultatis solutione dicendù est, iuramentum, in secunda nostri text. parte, præstitum non fuisse contra bonos mores; nam licet mutuans sub usuris mortaliter peccet; atamen qui pecuniam sub usuris accipit, nãl facit turpe, subveniendi propriæ necessitati causa atque idèd peccato usurarum nõ involuitur, & sic ad iuramenti implementum teneri debet, quamvis postea possit usuras, tanquam indebitè solutas, repetere. Nec solutioni obstat text. in *c. super eo, de usuris*, ex quo colligunt aliqui Interpretes, quod mutuum accipientis mutantis crimine involuitur, etiam si magnæ necessitatis causas usuras accipiat; veluti pro redimenda vita captivi. Nam dicendum est, omittã Abbatis, & Hostiensis interpretatione in *eodem text.*, quod ex illius text. verbis, & mente, appetit constare loquutum fuisse Pontificem, non de mutuum accipiente sed de creditore sub usuris mutuante; apertiusque id constat ex Antone, Augustino in *prima collectione Decretalium lib. 1. tit. 15. cap. 3.* explicat rectè Præceptor noster D. Balboa in *commen. ad hunc text. n. 11.*

Septimò, prædictis obstat videtur illa vulgaris iuris regula, qua docetur, quod is qui causam damni dat, damnnum dedisse videtur, *l. qui occidit 30. §. in hac, cum l. seq. l. 52. §. in elivo. ff. ad legem Aquiliam, c. de casero 11. de homicidio*: & quamvis debitor non peccet usuras promittendo, peccabit tamen eas solvendo, cum creditori præstet causam turpitudinis: ergo nec ex vi iuramenti debitor eas solvere tenebitur. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, regulam prædictam locù obtinere in iis, quæ causam proximam damno præstant, non verò in his, quæ tantum præstant causam remotam, uti in nostro text. quæ propriè non causa, sed occasio dicitur; nam is qui subveniendi necessitatis causa usuras iuramento promittit, necessitati suæ consulere vult, non causam peccandi præstare; idèdque meritiò Pontificia lex non curat de illa remota causa, propter necessitatem promittentis; qui quamvis propter vinculum iuramenti teneatur solvere, creditor tamen non poterit usuras recipere, ex *iuribus*, & rationibus adductis.

Octavò his omnibus, & secundæ nostri textus parti obstat dicere, quod iuramentum sequitur naturã actus,

cui adhaeret, *l. si quis pro eo. ff. de fideiusoribus, l. fin. cum vulgatis, c. de non numerata pecunia*; sed usura iure naturali, divino, & positivo prohibita sunt, ex supra traditis in ratione decidendi: ergo iuramentum de solvendis usuris præstitum, erit omnino inefficax. Cui difficultati ut satis faciamus, animadvertendum est, quod quamvis verissimum sit, iuramentum naturam actus sequi, cui adhaeret, turpèlque contractus non superare; tamen cum iuramentum absque peccato adimpleri potest, uti in nostro textu, illud adimplere necesse est; siquidem contractus, qui sine iuramento invalidus erat, etiam post iuramentum invalidus remanet, & idèd post solutionem usurarum, adhuc debitor repetere potest; cum tantum iurasset solvere, non tamen non repetere; & ita sequitur naturam contractus, notant omnes in *presenti*, & in *d. l. si quis pro eo. ff. de fideiusoribus, l. 1. §. 1. c. de pignoratitia actione, & in c. si verò, c. hoc verum, hoc tit. & in c. cum contingat, cum aliis, eodem, & in authentica, Sacramenta pœberum, c. si adversus venditionem, explicat rectè Præceptor noster D. Balboa in *presenti, à num. 126. usque ad finem.**

Nonò tertie nostri textus parti obstat dicere, quod quando quis scienter indebitum solvit, donare præsumitur, *l. Campanus, ff. de operis libertorum, l. 1. ff. de conditione videbiti, l. indebitum, cum aliis, c. eodem, l. si per errorem, ff. de reg. iuris, cum traditis à Menochio de arbitrariis, casu 88.* unde is qui solvit, quod ob turpem causam promittit, non repetit, quia donasse præsumitur, *cap. in pari, de reg. iuris, lib. 6. l. 4. ff. de conditione ob turpem causam*: ergo similiter debitor, qui usuras indebitas solvit, repetere non poterit, cum donasse eas præsumatur. Cui difficultati dicendum est, ex illa usurarum solutione donationem non præsumi: nam etsi is, qui scienter solvit, donasse præsumatur, ex *dictis iuribus*; atamen regula illa cessat, quoties quis aliqua iuris necessitate coactus solvit, idèdque debitor, qui usuras iuramento promittas solvit, non præsumitur donandi animo soluisse, siquidem non sponte, sed vinculo iuramenti compulsus solvit. Notat Menochius de *presumptionibus, lib. 3. cap. 32. num. 9.*

Decimò obstat dicere, quod is qui sic solvit, ut statim repetere possit, soluisse non videtur, *l. qui sic 55. ff. de solutionibus*, præterea quia creditor, licet petere possit usuras; exceptione tamen doli submoveri poterit: nam dolo facit is, qui petit quod statim restitutorus est, *l. dolo facit, ff. de reg. iuris, l. non videtur capere 52. ff. eodem, l. dolo 8. ff. de exceptione doli mali*: ergo debitor, nec soluisse, nec iuramentum implevisse in *presenti* dicemus. Pro cuius dubij intelligentia sciendum est, textum in *dict. l. qui sic 55.* docere, non esse propriam solutionem, cuius commodum creditori non accedit, quod textui nostro non obest: quia dispar est ratio, nam debitor ex iureiurando non solvit usuras creditori, ut illarum commodum recipiat, sed ut solutione illa peritium evitare posset; quare post solutionem, cessante iam peritij periculo, poterit debitor usuras à debitore turpiter receptas repetere, ex supra traditis.

Undecimò adversus id, quod textus noster docet, nempe cogendum esse debitorem ad solvendum, uti peritium vitetur, quamvis postea ei repetitio competat; obstat dicere, quod facilius succuri poterat debitori per relaxationem iuramenti, iuxta text. in *c. 1. hoc tit.* ergo superflua videtur nostri text. doctrina, & hucusque resoluta. Sed hic tamen nodus faciliè ex eo dissolvitur, nam cum ius Canonicum usuras semper attere intendat, idèd variis remediis iniquæ earum exactione consulere voluit, vno modo, per relaxationem iuramenti ante solutionis diem; quæ relaxatio, vel à parte, vel ab Episcopo petenda est, *d. c. 1. hoc tit. at verò, die solutionis adveniente, & non facta iuramenti relaxatione, forte propter debitoris negligentiã, non audietur debitor, nisi solvat, etsi post solutionem repetere possit, uti in nostro textu, & sic variis modis hoc intenditur, nec idèd hæc iura inter se contrariantur. Diu. Thom. 2. 2. q. 98. art. 4. videndus est etiam textus difficilis in *leg. 1. §. cum prædium 1. §. 3. ff. de pignoratitia, & l. creditor 41. eod.* cui obstat *l. eleganter, §. si vendiderit,**

derit ff. eodem, de quorum concordia, videndus Genua in legum conciliatione, fol. mibi 220. Reliqua, quae huic commentatio pertinent, petenda erunt ex his, quae inferius dicemus ad textum in cap. ad nostram 7. hoc tit. & ad titulum de usuris.

Ad textum in cap. Ad nostram 7. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor ex re sibi pignoratam fructus percipiens, eos in sortem principalem imputare debet, deductis expensis: alias usurarius erit.
- 2 Fructus pignoris lucro debitoris cedunt; siquidem res pignoratam tantum datur, ut ius creditoris securius sit, cum dominium pignoris tam velle, quam directum penes debitorem remaneat.
- 3 Maritus absque villo usurarum metu potest ex re pignoratam pro non soluta dote fructus percipere, nec eos in sortem principalem computare tenetur. Interpretatur textus in cap. salubriter, de usuris.
- 4 Expenditur textus in l. si creditor 60. §. inter maritum, ff. mandati.
- 5 Interpretatur textus in cap. ad nostram 7. vers. Deinde, de usuris.
- 6 Creditor ob mutuatam pecuniam, verè, & iusto titulo pignus possidet. Intelligit, ut ibi.
- 7 Expenditur textus in cap. 1. de feudis, cap. conquestus, de usuris, cap. 1. quibus modis feudum amittatur.
- 8 Illustratur textus in l. Stichum 97. §. si creditor 8. ff. de solutionibus, cum l. Titia 48. ff. eodem, l. si pignore 22. cum suis §§. digestis, de pignorat. actione.
- 9 Creditor tantum tenetur fructus ex re pignoratam perceptos in sortem computare; non vero quas percipere potuit. Interpretatur textus in l. 3. C. de pignoratitia actione, l. 2. C. de partu pign.
- 10 Expenditur textus in cap. 1. vers. Nisi forte, de usuris.
- 11 Illustratur textus in l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahat, l. is qui 11. §. 1. ff. de pignorib. l. si à lege, Cod. de usuris. Antichresis pignus ea lege contrahitur, ut fructus in sortem non computentur, sed pro usuris percipiuntur.
- 12 Illustratur textus in l. si ea pactione 14. Cod. de usuris.
- 13 Expenditur remissivè textus in l. 1. §. 1. & 2. ff. de pignoribus, & l. eleganter, §. si vendiderit, cum l. creditor, ff. de pignorat. actione.

C O N C L U S I O.

- 1 **C**reditor ex re sibi pignoratam fructus percipiens, eos in sortem principalem imputare debet, deductis expensis, alias usurarius erit. Consonat textus in cap. 1. cap. 2. cap. conquestus 8. cap. salubriter 16. de usuris, cap. ad nostram, de emptione, & venditione, cap. illos vos, cap. cum contra, de pignorib. l. 1. & 2. C. de pignoratitia actione, l. 1. Cod. de distractione pignorum, l. ex pradiis 11. Cod. de usuris, l. 1. Cod. de partu pignoris, l. si dominium 9. C. de pignoribus, l. Titia 48. ff. de solutionibus, l. 2. sit. 13. part. 5. l. 1. sit 2. lib. 8. Ordinamenti l. 4. sit. 6. lib. 8. Compilationis, exornant Socinus regul. 3. per totam, Petrus Gregor. lib. 22. syntagmat. cap. 5. Covar. lib. 3. variarum, cap. 1. à num. 3. Gutierrez de iuramento confirmatorio, part. cap. 6. Fachineus lib. 1. controverfianum, cap. 6. Anton. Fab. de erroribus, decade 9. errore 5. 6. & 7. decade 81. errore 2. in fine, Cuiac. lib. singulari responsorum, Marcelli, in l. Titia 48. de

solutionibus, & lib. 1. responsorum Scavola, in l. creditor 60. §. si inter maritum, ff. mandati, Doncl. in l. 1. §. 5. de pignoratitia actione, Osuald. lib. 14. capite tertio, litera B.

Ratio est; quia fructus pignoris lucro debitoris cedunt, siquidem res pignoratam tantum datur, ut ius creditoris securius sit, non verò ut aliud commodum ex illa creditor percipiat, quia dominium pignoris tam velle, quam directum, semper penes debitorem remanet, l. pignus 9. Cod. de pignoratitia actione, dist. 1. cum & satis, §. pignus, ff. eodem: unde si creditor fructus perceptos in sortem non computaverit, usurarius erit; cum lucrum absque usurarum labe, ultra sortem principalem, ratione mutui percipere non possit; & sic in sortem computari debent, cum iam ex legitima fructuum perceptione praesumatur pecunia à debitore soluta, cap. si fueraveris, 14. quest. 3.

Primo obstat textus in cap. salubriter, de usuris, in cuius specie cavetur, posse maritum absque villo usurarum metu, ex re pignoratam pro non soluta dote, fructus percipere, nec teneri eos in sortem principalem computare. Cuius decisionis difficultas tollitur ex eo, quia ibi idem hoc admissum fuit specialiter in marito, ut sic recuperare possit damnum, quod patitur interim, dum sibi dos non fuerit soluta; nam cum ea sit dotis natura, ut illius emolumentum lucro mariti cedat pro sublevandis oneribus matrimonij, quae maxima sunt, ut ex eodem textu in fine constat, merito itaque si dos soluta non sit, poterit maritus ex re pignoratam fructus percipere. Nec obstat dicere, solutionem hanc textui adaptari non posse; cum ex ipsiusmet verbis, ibi: Pro numerata dote, colligi videatur, dotem iam solutam, & numeratam fuisse. Quia verba illa, licet de praeterito loqui videantur, intelligenda sunt de futuro, ac si diceret: Pro numeranda dote. Notandum tamen est, quod si fructus, quos perciperit ex re pignoratam, redditus dotis excedant, & ultra damnum, quod patitur extendantur; tunc quod exsuperat, in sortem principalem computate tenebitur, nec id percipere liberè poterit ultra dotem promissam, etiam si maiores expensas, quam dotis quantitas exposulet, fecerit, cum non possit facere nisi eas, quae secundum principalem sortem fieri debere appareat; notant omnes in dist. cap. salubriter. Covarruias dist. libro tertio, variarum, cap. 1. num. 3.

Secundò huic solutioni, & sententiae obstat textus in l. creditor 60. §. si inter maritum, ff. mandati, ubi si socer genero interim quo dos non fuerit soluta, integras dotis usuras promiserit, & gener non integras in vxoris sustentationem consumpserit, id quod superest, socer non repetit, nec gener in sortem principalem computare tenetur. Cui difficultati satisfaciendum est ita, quia id admissum fuit ibi, propter expressam partium conventionem; nam etsi stricto iuris rigore, si pactio facta non fuisset, id quod ex usuris superest, gener in sortem principalem computare deberet, ut usurarum labe immunis remaneret; tamen cum ex pacto illo onus matrimonij in se gener suscepit, quemadmodum si quid deficeret, ipse ad supplementum tenetur, ita similiter quod superest, illius lucro cedere debet, quod usura non est, siquidem secundum naturam est, commoda cuiusque rei, cum sequi, quem sequuntur incommoda, l. secundum naturam 10. ff. de regul. iuris.

Nec solutioni obstat vltima illius textus verba, ibi, si socer mandaverit marito vxorem alere, & ei praestitit integras dotis usuras, pater mandati actione repetere poterit omne id, quod maritus ex usuris percipit, ultra vxoris sustentationem. Quia dicendum est, discrimen versari inter primam, & secundam conventionem; nam in prima, socero repetitio non competit, quia maritus onus alendae vxoris in se suscepit: in secunda verò repetit, quia maritus non suo, sed patris nomine onera matrimonij subiit, tanquam illius procurator; quare cum tunc ad patris periculum onus alendi pertineat, consequens est, quod usuras superest

possit repetere; notat Cuiac. lib. 1. *responsorum Scavola*, in *diff. l. creditor*, §. *si inter*, Anton. Faber in *Rationali ad eundem* §.

Tertio obstat noster text. in vers. *Deinde*, ex quo probatur, creditorem fructus ex re pignoratam percipere posse. Cui difficultati dicendum est, nullum ibi usuræ crimen committi, quia creditor semper protestatur, se pecunia, quam mutuauerat, contentum esse; & sic fructus non auferuntur debitori, sed differuntur tantum, dum iuramentum in specifica forma adimpleatur, hoc est, donec pecunia numeretur; & sic usura non contrahitur, quia hæc non consistit in sola fructuum perceptione interim facta, sed in meta fructuum acquisitione: ideoque recte Pontifex respondit, illam fructuum perceptionem compensationis vitium non habere, quia de quantitate ad speciem contra partium consensum, solutio seu compensatio non admittitur, iuxta textum in l. 2. §. 1. ff. *de rebus creditis*; quæ interpretatio deducitur ex integra Antonij Augustini in *prima Decretalium collectione ad nostrum textum*.

Quarto obstat dicere, quod creditor ob mutuatam pecuniam, verò, & iusto titulo pignus possidet, l. *per seruum* 3. ff. *de acquirendo rerum dominio*, l. 1. §. *per seruum*, ff. *de acquirenda possessione*, l. *si pign.* 3. ff. *de pignorat. actione*, cum traditis ab Valentia illustris tractatum, tract. 2. cap. 11. sed fructus rei possessæ ad eum pertinere debent, qui iusto titulo rem possidet, l. *bona fidei emptor* 48. ff. *de acquirendo rerum dominio*: ergo fructus pignoris creditor absque vlllo usuratum metu percipere potest, cum iusto titulo rem possideat. Cui considerationi facile satisfieri potest ex eo, quia tunc verum est, bonæ fidei possessorem fructus suos facere, quoties rem nomine proprio possidet; secus verò, si alieno, quò casu ei acquiritur, cuius nomine possidet: quia ipse nec acquirere sibi, nec usurare vnquam potest, l. *pignori* 13. ff. *de usurationibus*. Anton. Fab. *de error.* 3. tom. decade 61. 62. & 63. vnde cum fructus rei pignoratæ ad verum pignoris dominum pertinere debeant, ideo licet creditor possideat, non tamen fructus acquirere valet. Quæ doctrina similiter procedit in præstatione iuris patronatus, iuxta text. in *cap. cum Bertholdus*, de *re indicata*, de cuius interpretatione, & conciliatione, cum *cap. ex literis*, de *iure patronatus*, suo loco proprius agemus, licet hæc etiam trahi possint.

Quinto obstat textus in *cap. 1. de feudis*, *cap. conque-* *stus*, de *usuris*, ex quibus constat, quod si Ecclesia, vel Dominus rem feudalem à feudatario in pignus accepit, fructus rei feudalis percipere possit, nec in sortem principalem debet eos computare. Pro cuius solutione, verissime dicendum est, id ita admissum esse ex propriis iuris principis, quia cum rei locatæ dominium directum penes Ecclesiam, seu Dominum feodi remaneat, cumque vtile, quod in locatorem transit, per pignoris constitutionem revertatur ad illos, merito fructus tantum ex re propria percipi poterunt, absque usurarum meta, cum vtrumque dominium consolidatum sit. Nec obstat dicere, feudum in pignus dati non posse, iuxta textum in *cap. 1. quibus modis feudum amittatur*: quia textus ille procedit quando feudum extraneæ personæ pignorat: secus verò si ipso domino, vt in *cap. 1. de feudis*, notat Curtius Iunior in *tractatu de feudis*, 4. part. tit. *ex quibus causis feudum amittatur*.

Sexto, obstat textus in l. *stichum* 95. §. *si creditor* 8. ff. *de solutionibus*, vbi si Titius Mævij debitoris hereditatem possederit, & fructus perceperit, non liberantur fideiussores Mævij, cum ex illa fructuum perceptione solutio facta quoad reum principalem non videatur: Cui dubitationi dicendum erit, ideo in *diff. §. si creditor*, non compensare creditorem in debitum principale, quidquid hæres ille putatius ex hereditate perceperit, quia non videtur sibi soluisse ex ea hereditate quæ ab ipso evicta est: ideoque cum remaneat debitum principale fructus non compensat, nec liberantur fideiussores: quod si igitur creditor redditus perceptos restituere recusat, esset verus usurarius: nam

si aliquid ultra sortem perceperit, usurarius erit. Nec huic contraria est lex, Titia 48. ff. *de solutionibus*: vbi si mulier bona hereditatis in pignore, quoad dotis securitatem concessa sunt, quidquid ex hereditate perceperit, compensare tenetur. Quia text. ille loquitur de muliere, quæ proprio, & legitimo iure bona mariti, loco pignoris bona fidei possidebat, ex edicto Prætoris; quare merito fructus in sortem principalem dotis compensare tenetur, vel in usuris, ob dotem retardatam; notat Cuiacius lib. *singulari responsorum Marcelli*, in *diff. l. Titia*. Omitto hic interpretationem ad text. in l. *si pignore* 22. & ad textum in §. *si prado*, & in §. *idem Papinianus*, ff. *de pignoratitia actione*, de quibus latè disputat Anton. Faber, in *Rationalibus ad eadem iura*, & de *erroribus*, *accade* 81. *errore* 1. & 2. Cuiac. lib. 2. *quæstion. Papiniani*, in l. *si urbana* 5. ff. *de condit. indeb.*

Septimo adversus id, quod communiter notant omnes in presenti, nempe creditorem tantum teneri fructus ex re pignoratam perceptos in sortem computare; non verò, quos percipere potuit, iuxta textum in l. 2. *Cod. de pignoratitia actione*, quod etiam docet textum in *cap. 1. & 2. cap. conquestus* 2. de *usuris*, cum de illis tantum teneatur malæ fidei possessor, vt supra diximus in *cap. gravis*, de *restitutione spoliatorum*, obstat textus in l. 3. *C. de pignoratitia actione*, l. 2. *Cod. de partu pignor.* ex quibus colligi videtur, quod non solum fructus percepti, sed etiam qui percipi potuerunt in sortem principalem imputari debent. In qua iurium discordia, omiffa Abbatis interpretatione in *cap. 1. de usuris*, à num. 5. veriore esse exillimo, quam refert Donel. in *diff. l. 3. Cod. de pignoratitia actione*, dum asserit, quod cum querimus, an fructus, qui percipi potuerunt cedant, lucro creditoris? distinguendum est, an id fiat ad effectum pignoratitæ actionis, vt creditor rem cum omni causa recuperet; an verò vt creditor ex illis non perceptis, usurarius sit: nam in primo casu, non solum de perceptis, sed de percipiendis etiam tenetur, vt in *d. l. 3. C. de pignoratitia actione*, in secundo verò, cum queritur, an creditor fructus, quos percipere potuit, in sortem teneatur computare, ne usurarius dicatur? tunc verissime est dicendum, usurarium non esse, cum usura solum propter lucrum ultra sortem adquisitum committatur, non verò acquirendum; & ita est interpretandus text. noster.

Octavo obstat textus in *cap. 1. versic. Nisi forte*, de *usuris*, vbi constat, quod si prædium ad Ecclesiam pertinens, eidem Ecclesie sit in pignus datum, fructus ex eo percepti ad Ecclesiam pertinent, nec in sortem debent computari. Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur, quia decisio istius speciali de causa procedit: videlicet cum Ecclesie bona, quæ beneficio Ecclesiastico deputata erant à laico iniuste detinebantur, istæque causæ pignoris ipsi Ecclesie, seu Clerico, ad quem beneficium pertinebat, tradit, quo in casu, fructus sibi acquirit, non ratione lucri, sed proprio iure, vt rem, quam iniuste amiserat, recuperare possit, notat Abbas in *cap. 1. de usuris*, ad finem.

Nono obstat text. in l. *cum debitor* 8. ff. *in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur*, l. *is qui* 11. §. 1. *de pignoratibus*, l. *si ea lege*, *Cod. de usuris*, in quibus constat, quod si quis domum accepit causa pignoris, fructus quos perceperit ex habitatione, vel locatione, in sortem non debet computare. Cui difficultati dicendum est, iura illa procedere in pignore antichresis, quod pignus ita expressè, vel tacite contrahi potest, notat Cuiacius lib. 8. *observationum*, cap. 17.

Nec solutioni obstat textus in l. *si ex passione* 14. *C. de usuris*, vbi Mævius, qui ades in pignus accepit ea lege, vt eas habitaret usurarum vice, si eas locaverit, & ex mercede locationis plusquam usurarium legitimus modus ex cesserit, in sortem imputare tenetur; si verò eas habitauerit, etiam si ea habitatio plusquam legitima usura æstimetur, non imputabit in sortem, & conventio valebit. Quia dicendum est, textum illum loqui in pignore antichresis ex conventionione expressa; secus verò esset in

tacita in qua tantum legitimus modus vsurarum mantichresis seruetur: veluti testans; notat Cuiac. in princ. C. de pignoratitia actione, de qua antichresis pignore, late tractat Antonius Faber de erroribus, decade 9. errore 9. cum tribus sequentibus, Gaillius lib. 2. pract. obseruat. 3. per totam, Aleciatus lib. 2. disputacionum cap. 3. Rodriguez de annuis redditibus, libro 1. question. 10. num. 6.

- 13 De interpretatione textus in l. 1. §. 2 ff. de pignoribus, videndus est Cuiacius lib. 11. responsorum Papiniani, in dicta §. Et de interpretatione textus in l. eleganter, §. si vendideris ff. de pignoratitia actione, & conciliatione, cum leg. creditor ff. eodem, videndus erit Genua, legum Conciliatarum, fol. mihi 120.

Ad textum in cap. Si verò 8. cap. Verum 15. hoc nostro titulo.

DE materia horum iurium late à nobis est actum in cap. 1. & 2. de his qua vi.

Ad textum in cap. Quanto 18. hoc nostro titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Princeps poterit ex suprema potestate, iusta subsistente causa, absque populi consensu, monetam semel cusam mutare.
- 2 Princeps totius mundi Dominus appellatur. Extrinseca in moneta, fuit mutata aestimatio à Philippo IV. inuictissimo Hispaniarum Rege anno 1628. & anno 1639. & 1641.
- 3 Moneta à iure gentium humana necessitate cogente inuenta fuit. Id quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. Moneta vsus licet à iure gentium sit inuentus, tamen eius valor, & quantitas à principe est constitutus. Populus à Principem omne imperium, & potestatem transiit.
- 4 Exponitur textus in cap. quanto 18. de iureiurand. ibique Regni Aragonia historia summarie refertur, & in num. 5.
- 5 Refertur Salomonis auctoritas, cap. 20. ibi, pondus, & pondus mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.
- 6 Moneta valor, si fuerit mutatus, an attendatur in redemptione census tempus contractus, an verò redemptionis remissivè desinitur.

C O N C L U S I O.

- 1 **P**oterit Princeps ex suprema potestate, iusta subsistente causa, absque populi consensu, monetam semel cusam mutare. Consonat textus in cap. cum canonis, in fine, cap. cum olim, in fin. de censibus, Clem. 2. de decimis, l. cum quid, in fin. ff. si erum peratur, l. eleganter, §. qui reprobos, de pignoratitia actione, l. creditor 102. ff. de solutionibus, vers. Iussu p. a. sidis sublata est, l. 1. §. 2. Cod. de veterum numismatum potestate, libro undecimo, l. 1. Cod. de ponatoribus auri illati, & ab it. Cod. de auri publici persecutoribus, lib. 10. l. 1. & per totum tit. 21. lib. 5. Recopil. exornant Covar. de veterum numismatum collatione, cap. 7. num. 5. Petr. Gregor. lib. 36. syntagm. cap. 2. num. 26. Robert. lib. 1. rerum indicatarum, cap. 16. late Felician. tom. 2. de censib. lib. 4. cap. unico, Cuiac. Ioannes de Platea, & Lucas de Penna in dict. l. 1. C. de veter. numismat. potestate, An-

tonius Faber, in Iurisprudencia Papin. tit. 2. princ. illatione; & in lib. de num. debitorum solutione, Menochius de arbitrariis, casu 116. nam. 47. pluresque alios quos refert Olsald. ad Donel. lib. 16. comment. cap. 9. litera C. & M. Corrasius lib. 3. miscellaneorum, cap. 13. num. 1. D. D. Ioannes Baptista de Larrea veterum decisionum Granatensium tom. 1. disputacion. 2. per totam.

Ratio est, quia Princeps Dominus totius mundi appellatur, l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam, de iactu; & quemadmodum, iusta subsistente causa, Princeps poterit subditos quantumvis inuitos & reluctantes, rerum suarum dominio privare, iuxta textum in leg. si venditor, §. si constet, ff. communia pradiorum, l. unico, §. sed & quia, Cod. de Latina libertate tollenda, sic similiter ex iusta, & rationabili causa, poterit Princeps, etiam quantumvis populo contradicente, novam monetam cudere, vel iam cusam, augendo, vel minuendo, mutare; iuxta textum in cap. 1. que sint Regalia in vsibus feudorum, l. 1. tit. 21. lib. 5. Recopilacionis, vidimusque à Catholico Rege nostro Philippo IV. mutationem diminutionis monetæ pro dimidia parte factam anno Domini 1628. & anno 1636. augmentum fieri in quadam moneta in triplici quantitate, & in anno 1640. in duplici extrinseca aestimatione cusam; videbuntque venturi plura de hac re, quæ iam parata præsumuntur.

Primò obstat dicere, Principem absque consensu populi, non posse monetam mutare ex eo, quia à iure Gentium humana necessitate cogente moneta inventa fuit, l. 1. ff. de contrahenda emptione. Augeturque difficultas: quia monetæ vsus omnibus communis est; ac per consequens, cum ex mutatione non solum ad Principem, sed etiam populo commodum, vel incommodum pertineat, dicendum videtur, populi consensum, in mutatione, vel in augmento monetæ desiderari, ex illa vulgari regula, qua docemur, id, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debere, cap. quod omnes, de reg. iuris lib. 6. cap. cum omnes, de constitutionibus, cap. ad hac 7. in fin. de officio Archidiaconi; ergo non rectè affirmamus ex nostro textu Petrum Regem monetam semel cusam mutare posse. Quibus difficultatibus satisfaciendum est ex eo, quia quamvis monetæ vsus à iure Gentium inventus fuit, modus tamen circa illius valorem, & quantitatem à Principe constituitur, & determinari debet, à quo naturalia iura interpretationem accipere valent, argum. text. in l. ius civile 6. ff. de iust. & iure; ideòque Princeps rectè absque iuris Gentium læsione monetam mutare, vel minuendo, vel augendo illius valorem poterit. Nec ex eo, quod ad populum ex hoc commodum, vel incommodum sequatur, indiget Princeps illius consensu; quoniam ex quo populus potestatem suam, omnèque impertum in Principem transtulit, l. 1. ff. de constitutionibus Principum, §. sed quod Principi, Institut. de iure naturali, omnem potestatem à se abdicavit, quam in Principem transtulit; & sic Princeps sicuti cetera, quæ ad gubernationem populi spectant ita etiam poterit monetam, etiam sine consensu populi, mutare, Covarruu. omninò videndus, ubi supra; cap. 7. num. 6.

Secundò solutioni obstat textus noster, ibi: *Tuum animam induxerunt, ut iurares, &c.* Ex quibus verbis constat responsum fuisse ab Innocen. III. Regem filium, de quo ibi, ex illa iurata promissione non fuisse adstrictum, monetam vsque ad illud tempus observare: quia deceptus fuit à Consiliariis; cum populi consensus decisset, ad quem illa monetæ conservatio pertineret; & idèd iuramentum illud, tanquam de re aliena, inutile fuit; iuxta textum in cap. veniens 19. hoc tit. quare Consiliarij in præsentem, potius deceptores, quam consiliarij appellantur. Cui dubitationi, ommissa solutione, quam refert Covar. ubi supra, à num. 5. dicendum est, nostri textus decisionem loqui, intelligendumque esse in particulari specie; nempe in Regno, & Rege Aragoniæ Petro I. in quo Regno Princeps

Principes non retinet eandem potestatem, & iurisdictionem, quam ceteri Reges obtinent; nam illius potestas regulariter restringitur, iuxta foros, privilegia, libertates, & exemptiones illius Regni, uti constat ex formula eius coronationis, ad quem populus non integram iurisdictionem transtulit, sed apud se plurima reservavit privilegia, inter quae, & illud est, ne possit mutare monetam inconsulto populo; merito hoc exemplum ad ceteros Principes trahi non debet: de hac tamen Principis Aragoniae coronatione, & illius formula videndi sunt Hocomanus in *Francia Gallia fol. 761.* Molinæus in *reperitorio, de foro, & observatione Regni Aragonia*, verb. *Iurisdictione*, & verb. *Rex Aragonum: Ilernia in dict. cap. 1. qua sunt Regalia, in visibus feudorum, à num. 118.* & novissime refert eruditissimus D. D. Ioannes Baptista de Larrea *dict. disputatio. 12. num. 44. & 65.*

4 Tertiò huic solutioni, & veræ nostri textus interpretationi, valde obstat sequens nova consideratio; nam si Rex, ex illa privilegij causa, non potuit abque populi consensu monetam mutare, quare Alexander III. in præfenti asserit, Regem illum adstrictum fuisse illo iuramenti vinculo ad monetæ observationem, cum iuramentum illud tanquam de facto alieno adimpleri non posset, iuxta textum in *d. cap. veniens, hoc titulo.* Cui considerationi dicendum est, idè in præfenti Pontificem declarasse, Petrum Regem iuramento illo adstrictum fuisse ad monetæ conservationem, quia illo tempore, moneta illa iam erat redacta ad legitimum extrinsecum valorem, quem primo tempore patris sui Ildèphonsi primi obtinuit, & tunc iam constabat de consensu populi, de quo plures Prælati ita scripserunt Alexandro III. idèque non fuit necessarius novus populi consensus, uti constat ex epistolis Episcoporum, & ex integra nostri textus Decretali.

5 Quartò obstat illa Salomonis autoritas *cap. 20. Proverbiorum*, ibi: *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Ex quibus verbis communiter notari solet, quod pecunia, quæ pondere & mensura constat, vna eademque esse debet, nullatenusque mutari potest: ergo apud omnes gentes immutabilis debet esse pecunia. Cui difficultati dicendum est, quod ex illis verbis, in literali sensu non probatur, monetam semper vnam eandemque esse debere, licet in sensu morali (qui in sacra pagina nullam probationem inducit) vulgariter ab Interpretibus id asserere verba illa proponatur; nam in sensu literali tantummodo illa Salomonis verba probant, pravos, & detestabiles apud Deum esse viros, qui diversas mensuras habent; vnam, qua sibi metantur, alteram, quam proximo suo ad mensurandum præbent; & magnam, quæ sibi emunt; & parvam, quæ aliis vendunt.

6 De illa lata, & difficili questione, an quando moneta mutata est, attendendus sit eius valor in redemptione census, quoad tempus contractus, an verò quoad solutionis seu redemptionis tempus? tractant omnes in *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignoratitia actione*, & in *dict. cap. cum canonis, & cap. cum olim, de censibus, & in Clemen. 2. de decimis, & in dict. l. creditor 102. ff. solutionibus*, præcipue Felicianus *ubi supra*, Zavallos *decis. 56. num. 47.* Covarr. *dict. cap. 7. §. unico, concius. 7.* cum traditis ab Osuald *ubi supra, litera M. Fachineus lib. 2. controvers. cap. 9. Pancitola lib. 1. variar. l. cionum, cap. 73.*

Ad textum in *cap. Quintavallis 23. cap. Pervenit ad nos 2. cap. Si vero 8. cap. Ex rescripto 9. cap. Cum quidam 12. §. Illi vero, c. Quem-*

admodum 25. §. Illud autem, *cap. Intellecto 33. hoc nostro tit.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.*
- 2 *Iuramentum ut valeat, tres comites retinere debet, veritatem scilicet, iudicium, & iustitiam.*
- 3 *Expenditur text. in cap. quemadmodum, §. Illud verè. Tutius ergo, de iureiurando.*
- 4 *Illustratur text. in l. si vnus, §. pacta, versicul. Et in summa, ff. de pactis, cum l. iurisdictionum 7. §. & generaliter, ff. eodem.*
- 5 *Interpretatur text. in cap. significante, de pign. Iuramentum in pacto legis commissoria præstitum, observari non debet. Intellige ut ibi.*
- 6 *Liber homo in pignus dari non potest. Iuramentum à Monachis præstitum se in obsequio extituros, observari debet. Intellige ut ibi. Expenditur text. in cap. ex rescripto 9. de iureiurando, cum l. Diuus, ff. de iure filii.*
- 7 *Conditio iurifurandi, tanquam turpis, à Pratore in ultimis voluntatibus veniuntur. Interpretatur text. in l. quæ sub conditione, ff. de conditionibus institutionum, cum l. si quis cum debitore 39. ff. de iureiurando.*
- 8 *Illustratur text. in l. municipibus 97. ff. de cond. & demonst.*
- 9 *Pactum à marito factum ut conveniatur ultra id, quod facere possit, tanquam turpe & illicitum, à iure improbat. Expenditur textus in l. alia causa 14. §. eleganter, ff. soluto matrimo. cum l. si convenerit 26. ff. de re iudicata, l. 2. §. cum autem, C. de rei vxor. actione, l. si patronus 20. ff. ad l. falcid.*
- 10 *Turpis stipulatio à iure improbat. Expenditur text. in l. si ob turpem causam, penultima, ff. de condict. ob turpem causam.*
- 11 *Interpretatur text. in cap. 2. de iureiurando, cum cap. si verò, eod.*
- 12 *Illustratur text. in cap. cum quidam, vers. Si verò, de iureiurando.*
- 13 *Expenditur textus in capit. quamvis pactum, de pactis in 6. cum leg. fin. digestis, de bonis damnatorum.*
- 14 *Interpretatur textus in cap. debitores, de iureiurando.*
- 15 *Reipublica interest dotes mulieribus conservari; & plura iura ibi remissive interpretantur.*
- 16 *Expenditur textus in capit. movet te 4. 22. question. 1.*
- 17 *Interpretatur textus in l. veluti 27. de verbor. oblig.*
- 18 *Illustratur text. in l. Diuus Pius, ff. de iureiurando, vers. Iureiurando, quod proptia superstitione iuratum est, standum rescripsit.*
- 19 *Expenditur text. in cap. innocens, 22. quest. 4. cum cap. rursus, qui Clerici, vel voventes.*
- 20 *Expenditur textus in dict. capit. innocens, 22. question. 4. versicul. Animadvertat: ibique refertur Iosue exemplum circa præceptum ut Gabaonitas occideret.*
- 21 *Illustratur textus in capit. iuravit David, 22. question. 4. Exponitur Levitici autoritas, cap. 5.*
- 22 *Stipulatio pœnalis adiecta contractui sponsaliorum turpis, & indecens dicitur. Interpretatur text. in l. Titia 134. ff. de verb. oblig. Parentibus permisum est filios exheredare. Intellige, ut ibi.*

CONCLUSIO.

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. Consonat textus in cap. *et si Christus*, cap. *cum contingat*, hoc nostro titulo, cap. *licet mulieres*, eodem lib. 6. cap. *authoritatem*, 15. *quasi* 6. cap. *modeste*, 22. *quasi* 1. cap. *animadvertendum*, cap. *in malis promissis*, cap. *ecce dico*, 22. usque ad 24. *quasi* 3. cap. *si diligenti*, in fine, de foro competenti, cap. *quamvis pactum*, de pactis lib. 6. cap. *non est obligatorium*, de regulis iuris, eodem libro, 4. *si quis iniquitatis* 115. §. *fin.* ff. de legatis 1. l. *iurisdictionum* 7. §. & generaliter, l. *si vnus*, §. *in summa*, §. *illud*, & §. *pacta*, ff. de pactis, l. *non dubium*, Cod. de legibus, authent. *Sacramenta puerum*, in fine, Cod. *si adversus venditionem*, l. 1. *versicul.* Otto si, tit. 11. part. 3. Exornant Covarruias in cap. *quamvis pactum*, 2. part. §. 6. Gattierez de iuramento, 1. part. cap. 2. & 3. Anastasius Germonius de factorum immunitatibus, lib. 3. cap. 21. num. 126. Diu. Thomas 2. 2. *quasi* 89. artic. 3. Duarenus in l. *alia causa*, §. *elegant*, ff. *soluto matrimonio*. Cuiac. lib. 2. *observat.* cap. 24. Anton. Fab. in *Rationali* ad textum in *dict.* l. *iurisdictionum* 7. §. *elegant*, cum *similibus*: Idem de *erroribus*, 1. part. *decade* 21. *errore* 8. & 2. part. *decade* 41. *errore* 4. in l. 3. §. 3. ff. *de iureiurando*, Donel. lib. 6. *commentario*-rum, cap. 16. & lib. 15. cap. 48. Sanchez de *matrimonio*, libro *decimo*, *disputacion.* 3. lib. 3. cap. 9. *numero* *tertio*, eruditissimus, & nobilissimus D. D. Ioannes Baptista de Larrea, *novarum decisionum Granate* sum 1. tom. *disputat.* 47. num. 39.

2 Ratio est, quia ut iuramentum valeat, tres comites retinere debet, veritatem, scilicet, iudicium, & iustitiam; quorum aliquo deficient, non iuramentum, sed periurium erit, cap. *et si Christus*, hoc *tit.* Veritas desideratur ad hoc, ut id quod asseritur, verum sit, iudicium, ut fiat de re gravi, & cum magna inspectione; iustitia, ut sit licitum; merito, si res de qua iuratur est turpis, aut indecens, cum tunc in iuramento iustitia deficiat, non iuramentum, sed periurium erit, ideoque observari non debet, ut in *iuribus supra adductis*.

3 Primum obstat textus in cap. *quemadmodum*, §. *illud* *vers.* *Tutius ergo*, hoc nostro titulo: nam cum ex prima textus parte constet, iuramentum à marito præstitum non accusandi uxorem de adulterio, illicitum esse; postea in *dict.* *vers.* *Huius ergo*, affirmatur, quod si maritus iuraverit uxorem de adulterio non accusare, Tutius erit iuramentum adimplere, & ab accusatione desistere; & tamen iuramentum illud vergit in dispendium salutis æternæ, siquidem maritus patronus turpitudinis efficitur; præstans adulterandi materiam; quod est contra decisionem textus in cap. *ut fama*, de *sententia excommunicationis*, l. *si ita vulneratus*, ff. *ad legem Aquilianam*. Cui difficultati, vt satisfaciamus, animadvertendum est, multum refert an maritus iuret, se mulierem de crimine futuro non accusaturum; an verò iuret, se de adulterio commissò non accusare nam in primo casu, ex defectu iustitiæ, illicitum est iuramentum; & ita procedit prima illius textus pars in secundo verò casu, iuramentum licitum est, recteque potest à marito observari absque dispendio salutis æternæ: cum possit maritus privatam iniuriam sibi illatam remittere, argument. textus in l. *si quis in conscribendo*, Cod. de *pactis*, Morla in *emporio*, tit. *de legibus*, 1. part. *quasi* 11. num. 11. Sanchez de *matrimo*, lib. 10. *disputat.* 13. Præterea, quia adulteriæ accusatio duplicem producit effectum, alterum quoad vindictam criminis, cum Republica interfit, ne delicta maneat impunita; alterum quoad separationem tori, quoad mariti commodum: primus effectus, nec iuramento adhibito remitti potest, *dict.* cap. *ut fama*, argument. text. in cap. *si diligenti*, de *foro competenti*: secundus verò, cum in mariti favorem inductus fuerit, recte ab illo potuit iuramento remitti, cap. *ad Apostolicam*,

de *Regularibus*, *dict.* l. *si quis in conscribendo*, Cod. de *pactis*, argument. textus in l. 1. §. *cum autem* 7. Cod. de *rei uxoria actione*.

Secundò solutioni obstat textus in l. *si vnus*, §. *pacta* 4. *vers.* *Et in summa*, ff. de *pactis*, ibi: *Et in summa*, si pactum convenium à re privata remotum sit, non est servandum, &c. quod idem est ac si Consultus diceret, pactum contra privatam utilitatem interpositum, non posse observari. Augetur difficultas ex eo, quia tantum contra publicam utilitatem est prohibitum; *dict.* l. *iurisdictionum* 7. §. & generaliter, ff. de *pactis*, vbi legendum est: *Nec legari, nec iuramentum de hoc ad actum, nequis agat, servandum*, &c. vti legit Cuiacius lib. 1. *observationum*, cap. 24. non vti legit Antonius Faber in *Rationali* ad eundem textum, hoc est: *Nec legari*. Qua Cuiacij l. tione admissa, nil obstat text. in *dict.* §. *pacta*, *versicul.* *Et in summa*. Quia similiter pro illo verbo: *A re privata*, legendum est: *A Republica*; ac si Consultus diceret, pactum iuratum remotum à Republica, hoc est contra publicam utilitatem, non posse observari; notat Antonius Faber in *Rationali* ad eundem textum, *versicul.* *Et in summa*, Cuiac. *dict.* lib. 1. cap. 24.

Tertio obstat textus difficilis in cap. *significante*, de *pignoribus*, vbi iuramentum præstitum contra bonos mores civiles, de servando pacto legis commissoria, in causa pignoratitia, observari debet; & tamen pactum illud, tanquam turpe, & illicitum, est à iure improbatum, in l. *fin.* Cod. de *pactis pignorum*. Cui difficultati, omnia interpretatione, quam refert Bartolus in *leg. si quis pro eo*, ff. de *fideiussoribus*, dicendum est, quod iuramentum in pacto legis commissoria observari non potest absque interitu salutis æternæ; nam ultra id, quod contra publicam utilitatem sit interpositum, propter illam maximam usuram, cum pignus debito semper sit pretiosius, etiam impossibilitatem in se continet, cum impossibile sit eiusdem rei pignus, & conditionem contrahi. Neque obstat textus in *dict.* cap. *significante*: Quia ibi alia mens est, & prorsus contraria, quam communiter omnes existimant, quia Innocentius non solum affirmat, pactum non esse servandum, verum nec etiam eius iuramentum valere, vti constat ex illius textus verbis, ibi: *Pactis tali, vel iuramento nequaquam obstante, censura Ecclesiastica cogatis*, &c. Neque huic interpretationi obstant verba eiusdem textus, ibi: *Quia predictus Titius, quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimplevit*, &c. siquidem non tantum ea ratione nititur, sed præcipue ea anteriori fundatur Pontifex: videlicet, quia pactum illud in pignoribus esset improbatum; quamvis etiam faveat diligentia à debitore præstita ob periurium evitandum; vt eruditè animadvertit Antonius Faber de *erroribus* 1. part. tom. 2. *decade* 11. *errore* 8. & 9. videntus est etiam Duarenus ad *titulum*, ff. de *lege commissoria*, Doctor Larrea, vbi supra, *tomo secundo*, *decisione* 83.

Quarto obstat dicere, turpe, & prohibitum esse, vt liber homo in pignus detur, cap. 2. de *pignoribus*, l. *ob as*, Cod. de *actionibus*, l. *vnica*, ff. *qua res pignori*, cum *similibus*; & præcipue Religiosus, cum contra bonos mores sit, vt à Religione, & à divinis Monachi se abstineant; ideoque iuramentum de tali abstinence præstitum, turpe appellatur in cap. *sicut* 13. hoc titulo, cap. *fin.* 88. *distinctione*, sed iuramentum à Monachis præstitum, se in obstagio extituros, & obsolescere, observari debet, ex textu in cap. *ex rescripto* 9. hoc titulo; ergo iuramentum etiam turpe adimpleri debet. Cui difficultati dicendum est; quod quamvis liber homo pro pignore præstari nequeat, poterit tamen, vt obles, dari, non quidem vt in servitute existat, sed solum vt pro pace, bonoque publico ad tempus aliquod retineatur, vti in specie textus in *dict.* cap. *ex rescripto*, vbi Monachi non in pignus, sed vt obleses dati fuerunt propter utilitatem, & necessitatem suæ Ecclesiæ; nam quamvis iuramentum de

de discedendo à Monasterio sit turpe, & contra substantiam Religionis; id tamen locum habet, si fiat ad perpetuitatem, secus si fiat ad tempus; nam tunc poterit Abbas propter utilitatem, & necessitatem Monasterij aliquibus Religiosis id tolerare; notat Petrus Pechius in *dist. cap. non est 48. de regulis iuris lib. 6. num. fin.* Nec solutioni obstat textus in *l. Dinus, ff. de iure Fisci*, ubi obsoles, tanquam serui reputantur, eorumque bona Fisco applicantur. Quia textus in *dicto cap. 9.* non loquitur in obsequiis proprietatis, sed improptie; nam obsequium bona publicantur, & Fisco adiudicantur, & in his terminis loquitur textus in *dist. l. Dinus*; ac verò in *dist. cap. 9.* non est proprietatis obsequium, cum non in bello, seu ex causa publica, sed ex delicto privato iuraverant tantum à loco non recedere, sed non iuraverant in obsequio esse; Doctor Latrea 2. *tom. disputation. 9. per totam.*

Quintò obstat dicere, quod conditio iurandi in ultimis voluntatibus, tanquam turpis à Prætoribus remittitur, *l. qua sub conditione, ff. de conditionibus instituitur.* & tamen si hoc iuramentum inter debitorem, & creditorem fuerit propositum, adimpleri debet, iuxta textum in *l. si quis cum debitore 39. ff. de iureiurando*; ergo iuramentum turpe adimpleri debet. In qua difficultate, ommissa Bartoli interpretatione in *d. l. 39.* Iulij Pacij Centuria 3. *quæst. 86.* Cuiacij *lib. 5. observation. cap. 1.* veriorerem existimo, quam refert Antonias Faber in *Rationali ad textum in dist. l. 39.* dum asserit, quod idè ibi iuramentum illud non improbat, quia non est contra bonos mores, nec causam turpitudinis præstat, cum respiciat tempus præteritum, non futurum; legendum namque ibi est, ut in *pandectis Florentinis* legitur, veluti: *Iurasset se in Capitolium non ascendisse*; non verò ut in vetustis legitur, *In Capitolium non ascendere.* Oluald. ad Donel. *lib. 8. comment. cap. 32. litera M. & O.*

Sextò solutioni obstat textus in *l. municipibus 97. ff. de conditionibus, & demonstr.* ubi hoc iuramentum non remittitur à Prætoribus, tanquam turpe, sed à municipibus adimpleri posse Consultus dicit. In cuius textus difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Duarenus, ad *titulum de conditionibus, & demonstrationibus, cap. 9. apud medium,* Donel. *lib. 8. comment. cap. 32. Cuiac. lib. 5. observat. cap. 1.* verissimè dicendum est, quod ibi non probatur, municipes ex necessitate iurare debere; sed tantum dubitatur, an si legatum esset relictum sub conditione: *Si municipes iurassent Titio decem dare*; esset conditio impossibilis, nec ne? cum non possent Municipibus omnes ad iurandum conveniri: quare Paulus respondet, conditionem illam impossibilem non esse: nam quamvis Municipibus compelli non poterant iurare, cum iuramentum illud à Prætoribus, tanquam contra bonos mores esset reprobatum, tamen non impossibile, sed possibile esse poterat; cum per eos, qui civitatem regunt, iurari poterat; nam quamvis iuramentum illud à Prætoribus, tanquam turpe remittitur; factum tamen, & à Prætoribus onera impossibilia, non remittuntur, *l. qua sub conditione, §. 1. ff. de conditionibus instituitur.* notat Oluald. ad Donel. *libro oblationis, commentar. cap. 32. litera M. Pacius centuria 6. quæst. 46.*

Septimò obstat dicere, quod pactum, seu iuramentum præstitum, ut maritus conveniatur ultra id quod facere potest, tanquam turpe, & illicitum à iure improbat, cum absque turpitudine adimpleri non possit, cum per eum ius reverentiale marito debitum tollatur, iuxta textum in *l. alia causa 14. §. eleganter ff. soluto matrim.* sed hoc pactum observari, & Iudicem necessariò illam contrahentium pactionem sequi debere, docet Consultus in *l. si convenerit 26. ff. de re iudicata*; ergo & iuramentum: quæ illatio deducitur ex antecedentibus iuribus, notat Gloss. *verb. Proferre.* Cui dubio dicendum est, quod quamvis pactum illud inter maritum, & uxorem sit prohibitum, in *dist. §. eleganter*, ex rationibus, *suprà adductis*, & præcipue

propter reverentiam viro debitam: id verò cessat in *dist. l. si convenerit 26.* cum privilegium illud, non ratione personæ, sed ratione contractus societatis fuisset introductum, ubi turpitudine cessat, quæ renuntiari à socio potuit; quæ est vera Bartoli sententia in *dist. §. eleganter*, & si aliter existimet Duarenus ad *titulum, ff. soluto matrimonio, in dist. §. eleganter*, Gloss. in *l. si convenerit 26. verb. Proferre, de re iudicata*, Alexand. *conf. 13. columna 5.* Neque etiam obstat textus in *l. 1. §. cum autem 7. Cod. de rei uxoria actione*, ubi etiam pactum illud inter maritum, & uxorem valet. Quia textus ille, & similes locum habent post solutum matrimonium; quo in casu, turpitudinis causa, & reverentia ipsa cessat; iuxta textum in *l. si patronus 20. ff. de donationibus.* Cui obstat *l. qui 46. ff. ad legem Falcidiam*, de quibus videndus Goveanus in *dist. l. qui 46.* Ex quibus inferitur, quod quemadmodum pactum turpe, & iuramentum remittitur; ita similiter stipulatio, adèd ut nec ex ea vlla actio nascatur, iuxta textum in *l. stipulatio 62. ff. de verborum obligationibus, l. inrisgentium 7. §. si ob maleficium, ff. de pactis, l. 9. C. de conditione ob turpem causam.*

Neque obstat textus in *l. si ob turpem causam, penult. ff. de conditione ob turpem causam.* Quia distinctio est adhibenda; nam aut loquimur de iure Civili, aut de Prætorio; primo casu, ex promissione turpi nulla actio competit, ex *dist. l. stipulatio 62. cum similibus*; & de iure etiam Prætorio denegatur, si de turpitudine constat; si verò de ea dubitetur, actio conceditur, ita tamen, ut per exceptionem agens possit submoveri, si turpitudine probetur; & ita obtinet textus in *dist. l. penultima, ff. de conditione ob turpem causam*, Antonius Faber in *Rationali ad textum in dist. l. penultima*, Iulius Pacius Centuria 7. *quæst. 28.* Cuiacius *lib. 8. quæstion. Pauli, in dist. leg.*

Octavò obstat textus in *cap. 1. hoc nostro titulo*, ubi si Episcopus metu compulsus iuraverit res Ecclesiæ à se alienatas non repetere, iuramentum valet, cum ab eo absolutio peti debeat; & tamen iuramentum illud non potest observari absque dispendio salutis æternæ, ex *toto titulo de rebus Ecclesiæ, & per totam 12. quæst. 2.* & in turpi iuramento non est necessaria absolutio, si quidem propria autoritate potest quis contra illud venire, *cap. in malis promissis, 22. quæst. 4. cap. quanto 18. hoc tit.* Cui difficultati, ut satisfaciamus, dicendum est, in specie illius textus, Episcopus non fuisse absolutum à vinculo iuramenti, quod quidem nullum erat; sed tantum propter illius temporis necessitatem quia initio nascentis Ecclesiæ tanta fuit eius disciplina circa iuramenti observantiam, quod etiam ab illicito iuramento absolutio petebatur, ne vulgo putarent homines, Sanctissimum Dei nomen sua propria autoritate, quem violare posse, notat Barbosa *consilio 163.*

Nec solutioni obstat textus in *cap. si vero, hoc titulo*, ubi iuramentum metu extortum obligat, & merito iure valet, donec absolutio petatur: quia textus in *dicto cap. si vero*, procedit quando defectus iuramenti consistit solummodo in metu, vel coactione, quod observari potest absque interitu salutis æternæ; secus vero quando defectus iuramenti consistit in ipso iuramento, simul cum coactionis materia: veluti in alienatione rerum Ecclesiasticarum; secus verò si Episcopus de rebus suis iurasset, in *dist. cap. si vero.* Nec obstant verba illius textus ibi: *De rebus suis*, &c. quia intelligi debent de rebus Ecclesiæ, ut notat Glossa *ibi, verbo: De rebus suis, Abbas num. 1. & 3.*

Nonò solutioni obstat textus in *cap. cum quidam, versic. Illi vero, hoc nostro titulo*, ibi: *Si quis illicitum iuramentum præstiterit* (verbi gratia) se non allocuturum patri, vel matri, nec eis alimoniam præstaturum, quod absque periculo paritidij adimpleri non potest; nihilominus tamen Pontifex asserit, absolutionem necessariam esse, & pœnitentiam sibi esse imponendam, ex eo, quod temerè iuravit. In qua difficultate, ommissa inter

interpretatione, quam referunt Abbas, Innocentius, & Felinus, *ibidem*, Covarruias in *cap. quamvis pactum*, 1. part. in principio, num. 4. verissime dicendum esse existimo; rescriptum illud tres inquisitiones, & responsiones retinere: *Prima* est, quæ ab Archiepiscopo proponitur, ea fuit, quid sibi esset agendum, de Episcopo, qui iuraverit se certam pecuniæ quantitatem intra certum tempus soluturam, & non soluit: *Secunda*, quid de eo, qui diebus non consecutis factos Ordines celebraverat: *Tertia*, quid sibi agendum esset de quibusdam hominibus, qui iuraverant non loqui patri, matri, vel sorori. Primis questionibus respondit in *prima*, & *secunda* text. parte, de quibus non est sermo noster: Tertiæ verò respondit, illos homines esse ab illo turpi iuramento absolvendos, ac illis esse penitentiam iniungendam de eo, quod temerè iurassent: rationem reddit ipse Urbanus Pontifex: quia non est æquum, ut illis, qui absolutionis beneficium postulant, etiam de turpi iuramento, eis denegetur, cum multa fiant, si petantur, quæ aliàs non petiæ fieri non possent. Cuius textus interpretatio constat ex eius integra ab Anton. Augustino, in *prima Decretalium compilatione ibidem*.

12. Decimò obstat textus in *cap. quamvis pactum*, de *pactis lib. 6.* ubi renuntiatio à filio facta, iuramento adhibito, se nullum regressum habere ad hereditatem paternam, valet; & tamen iuramentum illud est contra rationem naturalem: siquidem lex naturalis filiis hereditatem paternam præstat, *l. fin. ff. de bonis damnatorum*, Pro difficultate annotandum est, quod non tota hereditas paterna debetur filiis iure naturali, sed legitima tantum; & ita obtinet textus in *dict. l. fin. ff. de bonis damnatorum*, merito si filius, vel filia sit contentus de dote, vel legitima recepta, etiamsi minor quantitas, quam legitima sit, & pactum renuntiationis iuramento confirmaverit, non turpe, sed licitum erit; cum tunc non ius publicum, sed priyatum renuntiatum esse videatur; notat Covarruias in *d. cap. quamvis pactum*, 1. part. num. 6.

13. Undecimò obstat textus in *cap. debitores*, hoc titulo, ubi si quis illicitas vsuras, iuramento adhibito, solvere promiserit, iuramentum illud adimplere tenetur; & tamen constat, quod illa vsurarum promissio est turpis, & ab omni iure damnata, ut *suprà* diximus. Cuius difficultatis nodus ex eo dissolvitur, quia in *d. cap. debitores*, iuramentum non fuit præstitum contra bonos mores: nam licet mutuum sub vsuris, peccet mortaliter; nihil tamen turpe facit, qui mutuum sub vsura accipit, subveniendi propriæ necessitati causâ, dummodo ipsum mutuantem ad vsuras non inducat, ut *suprà* à nobis resolutum est in *recitationibus ad eundem titulum*.

14. Duodecimò obstat dicere, bonis moribus contrarium esse, quod fœminæ à dotibus priventur, cum Reipublicæ expediat, dotes mulieribus conservari, *l. 1. & per totum titulum*, ff. de fundo dotali, *l. 1. ff. soluto matrimonio*, ibi: *Nam & publicè interest dotes mulieribus conservari; cum dotatas esse fœminas ad solentem procreandam, replendamque liberis civitatem, maxime sit necessarium*, &c. sed si dotis alienatio iuramento fuerit firmata; valet, textus in *cap. licet mulieres*, hoc titulo, libro sexto, *cap. cum contingat*, hoc eodem titulo, ergo illicitum iuramentum adimpleri debet.

Cuius difficultatis solutio ex eo pendet, si attendamus, quod causa dotis non tendit præcipuè, & principaliter in favorem Reipublicæ, sed tantum in favorem mulieris; secundario tamen in favorem Reipublicæ: & idè ab ipsa muliere renunciari potuit, & rellè, iuxta textum in *l. non dubium*, C. de legibus. Quod etiam similiter est dicendum in donatione inter virum, & uxorem, in pacto legis commissoriæ, & in alienatione minoris, firmata iuramento; de qua mentio habetur in *ambrosio*. *Sacramenta puberum*, Cod. si adversus venditionem, cum aliis traditis à Covarruias in *dict. cap. quamvis pactum* 2. part. §. primo, num. 6. Nec so-

lutioni obstat textus in *dict. l. 1. ff. soluto matrimonio*, in illis verbis: *Nam & Reip. interest dotes mulieribus conservari*. Ex quibus probati videtur præcipuè in favorem Reipub. alienationem illam esse prohibitam. Nam responderetur contrarium verba illa demonstrare; siquidem dictio illa, *Nam*, & dictio, *&*, præsupponunt iam privilegium primariò fuisse concessum in favorem mulierum; notat Gloff. *ibid.* Bart. & Barbof. num. 6.

Decimotertiò obstat dicere, nam quando quis iurat per idolos, vel falsos Deos, iuramentum illud debet observari, iuxta textum in *cap. movet te*, 22. *question. 1.* Sed ut illius, & aliorum iuramenti si nilium difficultatem dissolvamus, annotandum est, quod quamvis iuramentum illud sit turpe, nec Christiano ita iurare permittatur; tamen si ab infideli exigatur propter licitam causam, observari debet, non quidem propter ipsum iuramentum, sed ne Infidelis fidem frangat; ut constat ex *dict. cap. movet te: apud medium*, notat Covarruias *ubi supra* 1. part. §. 1. num. 10. Thomas Sanchez in *summa* 1. part. lib. 3. *cap. 2.* num. 5. & *sequentibus*.

Decimoquartò obstat textus in *l. veluti* 27. ff. de *verbor. obligation.* ubi Pomponius exemplum opponit dictioni antecedenti; nam cum Vlp. in *antecedenti*, *l. affirmet*, turpem stipulationem nullius esse momenti, Pomponius in *dict. l. veluti*, contrarium asserit, videlicet officio Prætoris in stipulationibus illis actionem denegari: ergo supponit turpem stipulationem de iure civili valuisse. Quod argumentum dissolvitur, si attendamus, quod quemadmodum actio prætoris à Prætoris conceditur, sic etiam iusta de causa ab eo denegari potest, *l. qui verante* 102. §. *fin. ff. de reg. iur.* quo supposito dicendum est, nec de iure Civili, nec de Prætorio, turpem illam stipulationem admitti, ex *dict. l. 26. ff. de verbor. obligation.* Nec contrarium refert text. in *dict. l. veluti* 27. Quia sensus illius textus est, quod si quis de facto ex illa turpi stipulatione apud Prætorem egerit, Prætoris officium erit eum repellere, & quasi sine actione agentem excludere; argument. textus in *l. si pupilli*, §. *videamus*, ff. de *negotio gest.* videndus est omnino Donellus in *dict. l. veluti* 27. *digestis*, de *verbor. oblig.*

Decimoquintò obstat textus in *l. non erit* §. 5. *Dionysius*, ff. de *iur. iurando*, ibi: *Quod propria superstitione iuratum est standum rescripsit*; in quibus verbis probati videtur turpe, & superstitionis iuramentum servandum esse. In cuius textus difficultate verissime dicendum est, non esse legendum, negatione adhibita, ut nonnulli existimant; sed affirmativè, uti in *pandectis Florentinis* legitur: quasi sensus sit, quod si Mahometanus litigium cum Christiano haberet, & Christianus ei deferat iuramentum, ut iuret per Christum, si tamen per Mahometum iuret, quamvis superstitionis, & idololatrum sit iuramentum observandum est, ut fides servetur; quia aliàs nulla iurandi religio Infideli superesset; & idè necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum; notat Antonius Faber, in *Rationali*, in *dict. l. non erit* §. *digestis*, de *iur. iurand.* & infra dicemus in *cap. & si Christus*, hoc titulo, in 6. & 7. *duobus*.

Decimo sextò obstat textus in *cap. innocens*, §. *aliquando*, 22. *question. 4.* ubi si quis post votum castitatis, iuramentum præstitit de accipiendi aliquam in uxorem, & de nunquam ab ea discedendo, observandum est; & tamen iuramentum illud illicitum est, cum in eo deficiat iustitia, ut ex *litera textus* constat: Cuius textus difficultas explanata manebit, si animadvertas, quod ibi non probatur iuramentum emissum post votum castitatis validum esse: nam id esset contra dictionem textus in *cap. unico*, de *voto*, lib. 6. *cap. rursus*, cum aliis, *qui Clerici*, vel *voventes*: sed tantum textus affirmat, iuramentum ita præstitum validum esse, ad hoc ut post matrimonium consummatum iurans teneatur cum uxore cohabitare; siquidem etiam si non iurasset,

tasset, ad id teneretur: ratio solutionis pendet ex eo, quia votum simplex castitatis, de quo text. ille loquitur, tantum impedit matrimonium, non verò dirimit d. cap. unico, de voto, lib. 6. merito ex autoritate Divi Augustini Gratianus refert, quod quamvis in iuramento illo a principio deesse iustitia, post contractum verò matrimonium licitum redditur, & idè observari debet, Covarruias in dict. cap. quavis pactum, 1. part. 5. 6. num. 19. Nec solutioni obstat text. in cap. quia sunt, cap. si qua vidua 28. dist. 11. ubi constat, quod matrimonium contractum ab vxore, quæ votum simplex castitatis emiserat nullum est: nam iura illa specialiter procedunt, cum primus maritus post votum simplex castitatis ipsius vxoris, factus fuerat Sacerdos, vel Religiosus, quo in casu ob reverentiam Religionis, votum illud simplex non solum impedit, sed etiam dirimit matrimonium, Thomas Sanchez lib. 7. de matrimon. disp. 40. num. 3.

Decimo septimò, obstat illud Iosue testimonium relatum in cap. innocenti, 22. quest. 4. versic. An imaduertat, ubi constat, quod postquam Deus præcepit Iosue, ut Gabonitas occideret, postea iuravit eos non occidere, in quo iuramento iustitia defecit, cum text. affirmet, præceptum Domini semper esse iustum. Quæ difficultas excluditur ex eo; nam cum præceptum Domini fuisset, ut Gabonitas occiderentur, quia rebelles Legi erant; tamen cum postea profiterentur se Legi Domini rebelles non esse, cessavit divinum præceptum, quare Iosue iuramentum licitum fuit, & idè observandum; notat Suarez lib. 2. de Religion. cap. 16. num. 3. Basilii lib. 12. de matrimonio, cap. 8. num. 16. §. 2.

Decimo octavò prædictis obstat dicere; nam si iuramentum illicitum non esset observandum, sequeretur, quod in non adimplendo peccatum non admitteretur; sed in non adimplendo peccatum committitur; ergo quamvis turpe adimpleri debet. Minor probatur ex text. in cap. iuravit David, 22. quest. 4. ubi David iuramentum præstitit de occidendo Nabal, quod non custodivit; reddens rationem: quia de duobus peccatis minus elegit, hoc est cum non occidere: ergo in non observando turpi iuramento peccatum exitit. Cui dubio verius dicendum est, quod transgressio David, non idè mala dicitur, quod illicita esset, & peccatum existeret in non adimplendo; sed ex eo, quia transgressio illiciti iuramenti ortum habuit à malo, à quo procedit; & idè atrenta sua origine, dicitur transgressio mali: præterea, quia David peccatum commisit, dum temerè iuravit: ut post Glossam, & Turcrematam, Suarez lib. 3. de iuramento, cap. 1. num. 16.

Nec solutioni obstat Levitici cap. 5. ibi: Anima, que iuraverit, & protulerit labia sua, ut vel male quid faceret, vel bene, & id ipsum iuramento, & sermone affirmaverit, obitaque postea intellexerit delictum suum, agat penitentiam pro peccato. In quibus verbis probati videtur, oblivisci iuramentum, etiam de aliquo malo faciendo, peccatum esse. Quia verba illa: Ut vel male quid faceret, non debent sumi pro malo culpæ, sed pro malo pœnæ, ut est iuramentum de affligendo per se castigationem corporis, ut spiritui subiciat; vel cum pater iurat filium licite castigare, quo in casu obligat iuramentum, cum tantum respectu pœnæ sit malum; notat Basilii d. lib. 12. de matrimonio, c. 8. §. 2. num. 17.

Decimononò obstat text. in l. Titia 134. ff. de verborum obligationibus, ubi stipulatio pœnalis adiecta contractui spoliatorum, per exceptionem excluditur: consideratio est in illis verbis, per exceptionem excluditur: ergo præsupponit valuisse: & tamen stipulatio illa pœnalis turpis, & indecens appellatur, cap. Gemma de sponsalibus. In cuius textus difficultate omiſsa interpretatione, quam refert Paulus de Castro in d. l. Titia, num. 2. verissimè est dicendum, discrimen versari inter stipulationem prohibitam à lege, quia turpis, & iniusta est, & inter eam quæ solum prohibetur, quia inhonesta est: In primò casu, stipulatio nullius momenti est, & ita obtinet nostri textus sententia: In secundò

verò, cum stipulatio, nec secundum bonos mores, nec omnino adversus eos sit actio competit, sed exceptione excluditur; merito, cum in dict. l. Titia, agatur de stipulatione prohibita, quia inhonesta est, rectè Consultus affectu promissionem valere, sed exceptione excludendam, cum non omne quod à principio licitum est, postea honestum esse possit, l. non omne 126. alias 144. ff. de regul. iuris, Matienço in repetitione ad textum in dict. l. Titia 134. num. 27.

Vigesimalò obstat dicere, mandatum de exheredando filios, in præſenti, non fuisse illicitum, siquidem parentibus permissum est filios exheredare, l. in suis 22. ff. de liber. & posth. In qua difficultate dicendum est, textum in dicta l. in suis, procedere de iure antiquo, tempore legis 12. Tabularum; quo inspecto, patri permissum erat filios occidere, & exheredare; postea verò motibus Populi Romani fuit introductum, ut pater, sine iusta causa, non posset filios exheredare, aliàs filiis competere querela inofficiosi testamenti; qua de causa mandatum in præſenti à mulieribus interpositum de exheredando filios, uti illicitum contemnitur, ex rationibus, & iuribus, supra adductis.

Ad textum in cap. Etsi Christus 26. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare per se malum non est, dummodo tres comites retineat, scilicet veritatem, iustitiam, & iudicium.
- 2 Iurare est actus licitus, & honestus, consistens in Religione, in veteri, & novo Testamento admissus.
- 3 Expenditur Matthæi autoritas, c. 5. ve sic. Nolite iurare omnino: sit sermo vester, est est, non non.
- 4 Interpretatur Zachariæ, cap. 5. in illis verbis: Omnis fat iudicabitur, omnis iurans similiter iudicabitur.
- 5 Iurare per creaturas, actus idololatriæ est. Interpretatur textus in cap. & si Christus, versic. Si tamen iuret per creaturam, servandum est, & versicul. Nec per cælum, quia thronus Dei est.
- 6 Interpretatur text. in cap. Clericum, 22. quest. 1.
- 7 Expenditur text. in cap. movet 10, 22. quest. 1.
- 8 Illustratur text. in cap. ecce dico, 22. quest. 5.
- 9 Expenditur text. in l. iudicio patroni 13. §. si quis 6. ff. de iureiur.
- 10 Exponitur textus in l. qui per salutem 33. ff. de iureiurand.
- 11 Pœnis est iurare verum per falsos Deos, quam mandat ceter per verum Deum. Explicatur text. in cap. movet 10, 22. quest. 1.
- 12 Interpretatur textus in cap. debitores, de iureiurand.
- 13 Illustratur text. in cap. super eo 6. cap. tuis 39. de testibus.

C O N C L U S I O.

Iurare, per se malum non est; dummodo iuramentum tres comites retineat, scilicet utilitatem, iudicium, & iustitiam. Consonat textus in cap. & iurabunt, cap. noverris, cap. Clericum, cap. si quis, per capillum, cap. habemus, cap. non est, 22. quest. 1. cap. Quintavallis, cum aliis, hoc sit, cap. non est obligatorium, de regul. iuris, lib. 6. l. & Prætor, cap. §. ultimo, l. 4. l. non erit §. l. qui per salutem 33. ff. de iureiurando, exornant hanc conclusionem Paulidor. lib. 2. verum quotidianarum, cap. 4. num. 6. Thomas Sanchez in summa tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 5. & 6. Diu. Thomas 2. 2. quest. 89. art. 6. Barbosa in l. alia, §. eleganter ff. soluta matrimonio, num. 19. Anastasius Germanus lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 21. num. 45. Fachin. lib. 3.

controversiarum, cap. 8. Covarruias in cap. quomodo pactum, de pactis, 1. part. §. 6. per Anton. Pichard. in §. si quis 11. Instit. de action. num. 13. & sequentibus, Cuiac. lib. 1. observationum, cap. 21. Robertus lib. 1. rerum iudicatarum, cap. 11. Duaren. ad tit. de iurjurando, cap. 1. Illigerus ad Donellum lib. 21. commentariorum, cap. 13. littera E, præcipue in lib. 14. cap. 5. littera C. Antonius Faber, in Rationali ad text. in dict. 1. non erit 5. & in §. 3. ff. de iurjurando.

- 2 Ratio est, quia iurare est actus licitus, & honestus, consistens in Religione, in veteri, & novo Testamento admittitur, & comprobatur Exodi cap. 6. & 20. ibi: *Domineum Deum tuum timebis, & illi soli servies, & per nomen illius iurabis*, & in Psalmo 62. ibi: *Laudabuntur omnes qui in-ant in Domino*, ex quibus constat iuramentum non esse intrinsece malum, cum sæpe in scriptura laudatur, & ad Romanos 1. constat Apostolum iurasse, ibi: *Testis enim est mihi Deus*; cum aliis traditis à Doctore Balboa in commentariis ad hunc textum, à num. 5. & sequentibus. Desideratur veritas in iuramento; quia ea deficiente, Deus efficitur testis mendacij; & non iuramentum, sed periurium erit, Iudicium etiam necessarium est, quia aliàs credit in Dei irreverentiam. Similiter, & iustitia, quia si deficit, Deus efficitur cooperatore mali; merito ut iuramentum permittatur, illos tres comites retinere debet, veritatem, iustitiam, & iudicium.
- 3 Primò obstat illud *Math. cap. 5* ibi: *Audistis, quia dictum est antiquis, non periurabis, redies autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis, non iurare omnino: sit sermo vester, est, est, non, non*. Ex quibus verbis probari videtur, iuramentum in Lege Gratiæ esse prohibitum. Cuius textus difficultas dissolvitur, si attendamus verba illa non esse intelligenda ex vi præcepti, sed ex vi consilij; quasi diceret, quod etsi iurare, per se non sit malum, tamen regulariter melius erit non iurare sed simpliciter loquij; cum ex frequenti iuratione periurium possit contingere, & sic sola necessitas iustitiæ, & charitatis debet hominem incitare ad iurandum; merito verba illa: *Nolite iurare*, consilium Apostoli denotant, non præceptum, nam si præceptum esset, Apostolus non iuratis, notat Divus Bernard. homilia 65. in Canticis, & Divus Augustin. de emendat. cap. 15. quæ interpretatio etiam constat ex Augustini verbis, cap. in novo Testamento, 22. quæst. 1. Turrectem ibid.
- 4 Secundò obstat locus *Zacharia, cap. 5*. in illis verbis: *Omnis fur iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur*. Ex quibus probari videtur, generaliter furtum, & iuramentum esse prohibitum, cum adinvicem æquiparentur. Cui dubio occurritur ex eo, quod Zacharias ibi tantum loquitur de iurante mendaciter in nomine Domini. Nec obstant illa *Iosue* verba, cap. 4. ibi: *Nec iurabit, Vivit Dominus*, quia Propheta ibi fidelibus non prohibet iurare per Deum vivum; cum tamen de illis agat, qui ad colenda idola declinaverant, exstimantes, idolum falsum, quem colebant, esse verum Deum; merito, ne nomen Domini ab illis ita usurparetur, iuramentum illud fuit prohibitum; notat Castro de heresibus, verbo, *Iuramentum*, Covarruias ubi supra, §. 6. n. 2. usque ad quartum.
- 5 Tertio adversus nostrum text. in verl. *Sed per creaturam*; dum docet, per creaturas non esse iurandum, cum actus idololatriæ sit; siquidem iuramentum est actus Religionis soli Deo debitus, l. 2. C. de rebus creditis, obstant verba nostri textus ibi: *Si tamen iuretur per creaturam, servandum est*. In qua difficultate dicendum est, iuramentum per creaturas tunc esse prohibitum, cum non referatur ad Deum, præstando creaturis reverentiam; & ita obtinent priora nostri text. verba; sed tunc permittitur cum referatur ad Deum, qui eas creavit, & observari debet; secundum quam sententiam intelligenda sunt illa nostri textus verba, ibi: *Si tamen iuretur*, siquidem ex eo Deus non offenditur. Ita similiter permissum est iurare per Crucem, per Evangelia, cap. qui iuravit, 22. quæst. 5. cap. si aliqua, 22. quæst. 5. notat Covarruias, ubi supra, 1. part. §. 1. num. 16. ita similiter

est interpretandus textus in l. 3. §. si duo 13. §. ult. ff. de iurjurando, notat Antonius Faber, in Rationali ad text. in dict. l. 4. cum similibus, ff. de iurjurando. Nec solutioni obstant verba nostri textus ibi: *Nec per Cælum*, quia *ibonum Dei est*, ex quibus constat, nec per creaturas etiam ad Creatorem relatas iurare permissum esse: quia verba illa debent intelligi ita, ut regulariter per creaturas non iuretur, nec per Cælum, sed si necessitas fuerit, dummodo sit licitum quod iuratur, iurari etiam permittitur per creaturas, & per Cælum, præstando Domino reverentiam, qui illud creavit, sicut per ipsam Deum, Castro de heresibus, verbo: *Iuramentum*, Caietanus super *Matthæum*, cap. 5.

Quarto prædictis obstat text. in cap. Clericum, 21. quæst. 1. ubi Clericus iurans per creaturas, acerrime punitur; & si persistit in vitio, excommunicationis pœnam patitur: cuius textus difficultas facile dissolvitur ex eo, quia tantum loquitur in iurante, non in modum idololatricæ, ut nonnulli existimant; quia tunc aliter puniretur, cap. si quis, 22. quæst. 1. Sed idè mediocriter punitur, quia etiam iuravit per creaturas, etiam relatas in Deum, tamen more Gentilium tunc iuravit: veluti per Iovem, Mercurium, ac idè in illo Carthaginensi Concilio IV. illa creaturarum iuratio reprehenditur, non ex eo, ut nonnulli existimant, quod iuramenta illa à fidelibus fierent, estimatione & modo Gentilium facta, quia tunc aliter acriter punirentur, sed tantum quia turpe, & scandalosum erat in ore fidelium illud creaturarum iuramentum assumere.

Quinto obstat textus in cap. movet te, 22. quæst. 1. ubi constat, licitum esse iurare per idola, & per falsos Deos. Quam difficultatem ut breviter dissolvamus, annotandum est, licitum esse ab Infideli iuramentum illud exigere: nam Christianus, qui petit ab Infideli, ut pactum iuramento confirmet, licitum petit, siquidem culpa Infidelis est, qui per falsos Deos iurat; non verò petentis, qui necessitate coactus id facit: nam ut supra diximus, necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum, aliter autem Infideli nulla iurandi religio remanet, & nec cum eo contrahi posset, Covarruias in dict. cap. quomodo pactum, 1. part. §. 1. num. 22. Antonius Faber in l. non erit 5. §. Divus Pius, ff. hoc tit. Nec obstat textus in cap. ecce duo, 22. quæst. 5. ubi ex Divi Augustini sententia constat, Christianum periurum esse, si per falsa numina iuramentum præstitum non observaverit. Quia omnia interpretatione, quam refert Parlador, lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 4. num. 10. verissime est dicendum, aliter apud Augustin. legi, quam apud Gratianum; siquidem non est legendum: *Qui super falsa numina, sed qui per falsa numina*; qua lectione retenta, nulla erit difficultas, cum ex illo iuramento nulla deur obligatio: nam D. Augustinus semper illis, & aliis rationibus, uti periurum convinct, eum qui falsos Deos iurat; duas constituens species, primam cum quis iurat per lapidem, vel per falsos Deos, putans id sanctum esse, vel per quod non pœat sanctum esse id, quod iurat; & utroque in casu periurum esse affirmat; quæ vera lectio constat in palea, & refertur à Covarruias ubi supra, 1. part. §. 1. num. 21.

Sexto obstat textus in l. si duo patroni, de iurjurando, ubi si quis iuraverit per genium Principis, etiam si religio creaturarum ad Deum fiat, fustibus cæditur. Pro qua difficultate dissolvenda annotandum est, quod is, qui per genium Principis iurat, etiam referendo ad Deum, idè fustibus cæditur, quia quasi crimen maiestatis committit, cum venerationi Principis peieret. Nec solutioni obstat textus in l. 2. Cod. de rebus creditis, ubi similiter in eadem specie contempta illa Religione, non cæditur fustibus, sed solum Deum ultorem habet: quia textus ille procedit, quando quis calore iracundiæ peierat: ac verò textus in d. §. si quis, loquitur de eo, qui mala mente, & consultò peieravit; ideoque etiam pœnis seculi punitur; notat Antonius Faber, in Rationali ad text. in dict. l. si duo, §. 6. Cuiac. lib. 8. observationum, cap. 7.

Septimò prædictis obstat textus in *l. qui per salutem* 33. ff. de iureiurando, ubi si quis detulit iuramentum, ut per Deum iuraret, si tamen per salutem tuam iurasti, ratum non est habendum iusiurandum. Augetur difficultas ex eo, nam ex litera constat, quod qui per salutem suam iurat, per Deum iurare videatur; quæ difficultas parum obest, si dixeris, quod quamvis is, qui per salutem iurata relatione ad Deum, per Deum verum iurare videatur; tamen iusiurandum non valet, nisi eo modo fiat, quo fuerit delatum; siquidem illa iusiurandi conditio, & formula, inter contrahentes habita, servari debet, *l. ait prator* 3. §. iurari autem 4. ff. de iureiurando, sicque illud iuramentum improbat, non ut improbum; sed ex eo, quia forma petentis mutatur: ita similiter est interpretandus textus in *l. 4. §. 3. ff. de iureiurando*, notat Anton. Faber in *Rationali ad text. in dict. l. qui per salutem* 33. & in *l. 4. ff. de iureiurando*, etsi aliter Illiget, ad Donnellum *lib. 24. cap. 14. littera F.* & pro interpretatione ad text. in *l. non eris* 5. §. Dixit Pius, ff. de iureiurando, videri oportet, quæ supra retulimus in *cap. Quintavallu*, num. 14.

Octavò adversus id, quod communiter in præfenti notant Doctores omnes; videlicet peius esse iurare verum per falsos Deos, quam mendaciter per verum Deum, quia ut refert Dicitus Thomas 2. 2. *quæst. 13. art. 3. ad secundum*, Covarruuias in *cap. quamvis* 1. part. cap. 2. num. 10. primum iuramentum pertinet ad idololatriam, & blasphemiam, quæ peior est perituro: obstat Dicitus Augustini testimonium, *epist. 154.* relata in *cap. movet se*, 22. *quæst. 1.* ubi constat, minus malum esse per Deos falsos veraciter, quam per Deum verum fallaciter iurare. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia Dicitus Augustinus *ibi* loquitur quando fidelis iurat per falsos Deos, quos falsos existimat, solo decipiendi animo; nam is si non servat fidem, peccat decipiendo, & si non sit perituro; at verò is qui mendaciter iurat per Deum verum, perituro est, & gravius peccat; notat Azorius *lib. 11. cap. 12. quæst. 12. 1. tom. moral.* Dicitus Thom. 2. 2. *quæst. 98. art. 1. ad secundum*, Covarruuias *ubi supra*, 1. part. §. 1. num. 25. & an sit licitum iurare per capillos, idem refert in *dict. §. 1. numero decimo septimo*, usque ad 19.

Nondò obstat text. in *cap. debitores*, de iureiurando, ubi iuramentum sine comite iustitiæ, observari debet. Sed huius textus solutio pendet ex ratione decidendi ad eundem text. supra adducta. Nec similiter obstat text. in *cap. homines*, 22. *quæst. 1.* ubi etiam qui iuravit, sine comite veritatis, perituro non est: Quia textus ille procedit, quando is, qui iurat, adhibita diligentia, iurat, & putans iurare verum, falsum iuravit; nam tunc à perituro liber erit. Plura refert Turrecremata omnino videndus in *cap. animadvertendum* 21. *quæstione* secunda.

Decimò adversus nostrum textum dum indulget Monachis facultatem testificandi in causis sui Monasterij sub conditione, si testes defecerint, obstat textus in *cap. insuper* 6. cap. eius 39. cap. nuper 51. de testibus, in quibus constat, absque conditione, & limitatione, etiam stantibus aliis testibus testimonium Monachorum admitti debere: sed huius dubij interpretatio petenda est in his, quæ supra retulimus in *dict. cap. insuper* 6. de testibus in 6. argumento.

Ad textum in cap. Cum contingat 28. hoc titulo.

S V M M A R I U M.

1. Iuramentum super actu à lege prohibito principaliter in favorem privatum, secundario in favorem publicum præstitum, observari debet, si absque vi, dolo, aut Tertij præiudicio fiat.

2. Iuramentum non vergens in dispendium salutis æternæ, observari debet.

Tanta est iusiurandi excellentia, non obligandi cum peccato, quanta est obligandi citra peccatum.

Lex Julia in iustis de causis multorum dotes alienari prohibuit.

3. Expenditur text. in *l. 1. Julianus*, ff. de fundo dotali, l. non dubium, C. de legibus.

4. Mulierum dotes conservare ad ius publicum spectat; merito bonis moribus receptum est dotes non alienari.

5. Lex iusta, etiam civilis, obligat in conscientia.

6. Iusiurandum sequitur naturam actus, cui adhaeret. Intellege ut ibi.

7. Expenditur text. in *l. cum pater* 77. §. qui dotale 3. in fin. ff. de leg. 2.

8. Iudicium testatoris pro parte probari, & pro parte improbari non potest.

Expenditur textus in leg. dotale servum 61. ff. soluto matrimo.

9. Interpretatur text. in *l. si is* 56. §. quod dicitur, ff. de iure dot. cum *l. quod dicitur*, ff. de impensis in re dotali factis.

10. Iuramentum etiam gravissimo metu extortum est servandum. Intellege ut ibi.

11. Expenditur textus in authent. Sacramenta puberum, Cod. si advers. vendit. vers. Etiam à maioribus.

12. Iurisdictio secularis distincta, & separata est ab Ecclesiastica.

C O N C L U S I O.

Iuramentum super actu à lege prohibito, principaliter in favorem privatum, secundario in favorem publicum præstitum, observari debet, si absque vi, dolo, aut Tertij præiudicio fiat. Comprobat textus in *cap. debitores*, *cap. ad nostram* 7. *cap. si vero* 8. *cap. ex rescripto*, *cap. querelam*, *cap. verum* 13. *cap. brevi* 17. *cap. quemadmodum* 25. cum aliis, hoc tit. *cap. quamvis pactum, de pactis* lib. 6. Authent. Sacramenta puberum, C. si advers. venditionem, *cap. licet mulieris*, hoc tit. lib. 6. l. 1. lex, & per totum tit. ff. de fundo dotali, principio Institutionum, quibus alienare licet, vel non, l. 1. C. de fundo dotali, l. 1. C. de rei uxoria actione, l. 7. l. 19. tit. 1. part. 4. Exornant hanc conclusionem Duarenus ad titulum ff. soluto matrimo. *cap. de dotali fundo*, Covarr. in *cap. quamvis*, 2. part. §. 4. num. 9. & in §. 2. num. 2. Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. part. c. 1. Idem conf. 22. num. 7. Barbof. in *l. 1. ff. soluto matrimonio*, part. 1. num. 69. Sanchez de matrimonio, lib. 1. disp. 32. num. 12. Idem in præcepta Decalogi, 1. tom. lib. 3. cap. 12. Fachineus libr. 12. controversiarum, *cap. 79.* Cuiacius tract. 9. ad Africanum in *l. 9. ff. de fundo dotali*, & lib. 3. *quæstionum Papiniani*, in *l. 42. ff. de usufructibus*, idem in *l. 5. ff. de dote prelegata*; & in *l. unica*, §. & cum lex Julia, C. de rei uxoria actione; & lib. 13. observationum, *cap. 12.* Antonius Faber, lib. 1. coniecturarum, *cap. 2. & 3.* & in *Rationali ad text. in l. creditor* 52. §. 1. ff. de actionibus empti, Osuald. ad Doncl. lib. 9. commentariorum, *cap. 20. lit. R. S. & T.* idem lib. 21. *cap. 23.* pro interpretatione ad text. in *dict. Authent. Sacramenta puberum*, præcipue in *lit. M.* Antonius Pichardus, & omnes Clementorum iuris Interpretes, in principio, *Instit. quibus alienare licet, vel non.*

Ratio deducitur ex nostro textu; nam cum iuramentum illud non vergat in dispendium salutis æternæ, observandum est, cum absque vi, dolo, vel Tertij præiudicio fiat, cum tanta sit iusiurandi excellentia non obligandi cum peccato, quanta est obligandi citra peccatum, *cap. si vero*, *cap. verum*, hoc tit. & quamvis lex Julia de fundo dotali, illatum rerum alienationem prohibuerit, *dict. l. 1.* & per totum, tit. ff. de fundo dotali; tamen cum hoc beneficium, præcipue & principaliter sit introductum in favorem mulierum, recte ab eis illis renuntiari poterit, *l. penult. C. de pactu*, cum invito beneficium non detur, *l. si index*, ff. de minoribus, *cap. 1. de reitit.*

spoliatorum. Meritò, si mulier iuraverit alienationi non contravenire, iuramentum præcisè tenetur observare, cum iniquitatem non contineat; & Pontifex non debet esse peritij fautor, nec peritiis viam appetere, si autem vi, vel dolo iuraverit, non obligatur; quia lex Pontificia noluit præbere occasionem iniquis hominibus, ut iuramenta exigerent ab eis qui metum patiuntur, vel dolo capiuntur, cum unico iurandi actu, non præsumitur Pontifex tot iuris defectus velle supplere, argum. text. in *l. si quando, in principio ff. de inofficioso testamento*: Gottierez *ubi sup. num. 2.*

3 Primò obstat dicere, quod *lex Julia* iustis de causis mulierum dotes alienari prohibuit, *l. 1. lex Julia, l. Iulianus ff. de fundo dotali*; sed iurandum in actu à lege prohibitum præstitum non obligat, iuxta text. in *l. si quis inquilinos 112. §. fin. ff. de legatis 1. l. non dubium, C. de legibus*: ergo iuramentum contra legis *Julia* prohibitionem præstitum, non erit observandum. Quam difficultatem faciliè dilues, si dixeris, aded propriam excellentiam, & naturam iuramentum esse, ut semper observari debeat, si nec peccatum, nec iniquitatem, nec Tertij præiudicium principaliter contineat, ut in præfenti, & in *d. Authent. Sacramenta puberum, d. c. quamvis pactum*: nam mulier in præfenti, dumtaxat principaliter sibi præiudicat, quod facere potuit; nam quamvis indotata remaneat, non præiudicat principaliter Reipublicæ, sed in consequentiam tantum. Nec obstat textus in *d. l. non dubium, C. de legibus*. Quia iuramentum in specie nostri *textus*, non est contra legis *Julia* prohibitionem; sed præter legem; nam *lex Julia* prohibuit tantum rerum dotalium alienationes; non tamen prohibuit iuramenta super eis interponi: itaque mulier non iurat contra legem, sed præter legem: & idèd non contradicit rescripto *d. l. non dubium, C. de legibus*. Vel aliter dici potest, text. in *d. l. non dubium*, tantum affirmare factum contra legem, nullius momenti esse; non tamen asserere iuramentum præstitum contra prohibitionem legis, non esse servandum, sed non esse admittendum, sed si admissum fuerit, servari debet, ut in *nostro textu*. Quæ interpretatio deducitur ex verbis *d. l. non dubium, ibi: Nec Sacramentum admitti, & c.* & cessat omnis difficultas, quia textus ille disponens de iuramenti vinculo, nullus est ex defectu potestatis, cum tantum procedat tempore nascentis Ecclesiæ, quando Imperatores de facto usurpabant iurisdictionem Ecclesiasticam, quæ omnia iura cassata sunt ab Imperatore *Federico in auth. casse, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*.

4 Secundò solutioni obstat dicere, quod mulierum dotes conservari, ad ius publicum pertinet, meritò bonis moribus receptum est, dotes non alienari, *l. 1. ff. soluto matrimonio d. l. 1. cum aliis, ff. de fundo dotali*; sed iurandum contra iuris publici prohibitionem non tenet, *l. iuris gentium 7. §. si paciscar, ff. de pactis, c. si diligenti, de foro competentis*, nec contra bonos mores debet observari, *d. l. si quis inquilinos 112. §. fin. ff. de leg. 1. c. non est obligatorium, de regulis iuris, lib. 6.* ergo iuramentum in præfenti, tanquam contra bonos mores, & ius publicum, non debuit observari. Sed ut hanc difficultatem dissolvamus, annotandum est, quod iuramentum in Reipublicæ præiudicium, tunc non obligat, cum principaliter toti Reipublicæ præiudicat, & ita obtinent iura, in argumento adducta: at verò textus noster procedit, quando secundariò tantum Reipublicæ, & principaliter mulieri præiudicat; siquidem dotis alienatio principaliter fuit prohibita in favorem mulieris, tanquam proprii patrimonij, secundariò tamen in favorem Reipublicæ; idcirco causa Fisci dicitur publica, & dotis privata, *l. utilitas, C. de primipilo, lib. 12.* Nec obstat dicere, quod si hoc esset verum, mulier absque iuramento posset dotem, tanquam proprium patrimonium alienare, ex vulgari *l. penult. C. de pactis, & ad Apostolicam, de Regularibus*. Quia hæc iura limitantur, quando Reipublicæ etiam secundariò modo interest. Nec etiam obstat id, quod *supra* retulimus, videlicet iuramentum illud, tanquam contra bonos mores, non esse observandum; quia text.

in *d. l. cap. non est obligatorium, procedit quando iuramentum est contra bonos mores naturales, vel divinos, iuxta text. in cap. 1. & seqq. 22. quest. 1.* secus verò quando est contra bonos mores Civiles, vel Canonicos, ut in *nostro textu*, & in *d. l. cap. quamvis pactum*, cum similibus *supra* adductis, notat *Petrus Pechius in d. l. c. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.*

Tertiò obstat dicere, quod *lex iusta*, etiam Civilis, obligat in conscientia, *c. vides, 10. distincti. cap. 1. de constitutionibus*, sed iuramentum non potest iustam legem impedire, & contra conscientiam obligare, quia aliàs esset iniquitatis vinculum, contra *cap. inter cetera, 22. quest. 4. cap. cum quidam, §. fin. cum aliis, hoc tit.* ergo nec in præfenti contra legem Civilem, & contra conscientiam potuit obligare. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia licet verum sit quod *lex Civilis* in conscientia obligat, & iuramentum contra conscientiam non sit observandum, *cap. magnum, 12. quest. 1. cap. omnis anima, de consensibus*: cum traditis ad text. in *cap. Quintavallis, hoc tit.* tamen id procedit quando principaliter *lex iusta* respicit publicam utilitatem, & condita est ad observandos bonos mores, divinos, & naturales, non tamen si principaliter respicit favorem privatum, ut in specie nostri *text.* licet secundariò respiciat favorem publicum, & idèd servari debet, cum sine interitu salutis æternæ observari possit, cum lege divina, & naturali sit obligatorium, & legem humanam superet, ex iuribus, & rationibus *supra* adductis.

Quartò obstat dicere, quod iurandum sequitur naturam actus, cui adheret, *l. si quis pro eo 6. ff. de iur. iur. foribus, §. fin. C. de non numerata pecunia*, sed alienatio rerum dotalium ipso iure nulla est, *d. l. 1.* cum similibus *supra* adductis: ergo iuramentum nullius momenti erit. Quæ difficultas parum obest, si cum communi Doctorum sententia dixeris, distinctione adhibita, an iurandum sit interpositum circa validitatem actus, qui suo iure valebat, quia tunc sequitur naturam actus cui adheret, & ita obtinet text. in *l. fin. ff. qui satisfaciunt, cogantur, l. 1. C. de non numerata pecunia, cap. 2. de renunciatione*; an verò interpositum sit, quoad validitatem actus, aliàs revocabilis, & invalidi; nam tum superat naturam actus, cum tanta sit vis, & potestas, ac excellentia iuramenti, ut contractus infirmos, firmos, & irrevocabiles reddat, iuxta text. in *cap. quamvis pactum de pactis, cum similibus supra adductis*, siquidem *lex Civilis* non potuit impedire virtutem, & potentiam iuramentum à lege divina proditam, quæ tanquam potentior vincit civilem minus potentem; notat *Fachineus lib. 3. controversiarum, cap. 11.* *Antonius Pichardus in §. item si quis postulante 11. Instit. de acti. inibus, num. 18. cum seqq.* *Oswald. ad Donel. lib. 21. commentar. cap. 13. litera M. & S.*

Quintò obstat dicere, quod non solum venditio à muliere fundi dotalis absque iuramentum religione valet; sed quod magis est, quod si à marito fuerit facta de fundo inæstimato valebit, ita ut si postea mulier vellet venditionem rescindere, submoverit exceptionem doli mali, uti demonstrat *Papinianus lib. 8. responsorum, in l. cum pater 77. §. qui dotalis §. in fin. ff. de legatis 2.* Cuius dubij facilis erit explicatio, si dixeris, idèd in *d. l. §. qui dotalis §.* mulierem exceptione doli mali submoveri; quia oblato pretio à fideicommissario, ut residuum fundi dotalis venditi simul cum legato vxoris relicto præster, incipit mulier dolo facere: nam petendo pretium residui, incipit comprobare alienationem, & non poterit pro parte approbare, & pro parte improbare iudicium testatoris; siquidem ex duobus legatis ibi relictis, vnum vxori, hoc est decem, & alterum residui, hoc est, usque ad duodecim, ex fideicommissario, quod continet onus, & relictum est sub conditione ne ab emptore fundus evincatur, & cum animo compensandi testator id fecisset, non poterit mulier vnum acceptare, & aliud repudiare, *l. si duobus §. §. sed vnum 1. ff. de leg. 2.* & sic rata manebit venditio agnito legato, & consentiente muliere; siquidem tunc tantum ante Iustiniani ætatem nulla erit venditio fundi dotalis, contradicente vxore, cum tantum,

ea consentiente, utilis esset alienatio; vti constat ex text. in *l. unica, §. & cum lex, C. de rei uxoria actione*, Antonius Faber *lib. 4. coniecturarum, cap. 11.* Osuald. ad Donel. *lib. 8. commentar. cap. 7. littera H.* vbi plura notabilia aduersus Ant. Fab. refert.

Sexid̄ obstat text. in *l. dotalem seruum 61. ff. solut. matr.* vbi si maritus seruum dotalem, invita vxore, manumiserit, si à liberto sic hæres instituta, portionem hæreditatis, hoc est, trientem, quem patronus retinet, debet vxori restituere per actionem, & per prohibitionem legis Iuliz, alteram v. rō hæreditatis portionem dotis iudicio, seu actione de dote, quæ tantum soluto matrimonio competit. Augetur difficultas ex eo, quod maritus, qui solvendo est, vt in præsentī fuit, poterit etiam invita vxore seruum dotalem manumittere, *l. seruus dotalis, ff. de manumission.* Qua in difficultate verissimè est dicendum, quod etiam si maritus in reddenda dote idoneus fuerit, multum refert, an seruum manumiserit consentiente vxore, an verò ea contradicente; nam ea volente, manumissio valet, siquidem hæc donatio inter virum, & vxorem admittitur, cum ex ea non locupletetur maritus, qui licet libertum adquirat, non tenetur restituere quidquid ex bonis liberti ad eum pervenit, *l. quod si 61. ff. solut. matrim.* si verò invita muliere manumiserit, valebit quidem manumissio, sed restituit quidquid ex bonis liberti ad eum pervenit, diverso actionis iure; nam portionem legitimam sive trientem iuris patronatus, debet restituere actione legis Iuliz; quæ conditio ex lege, etiam constante matrimonio competit, *l. hac actio 65. l. filius, §. vltim. ff. ad legem Corneliam de falsis*; aliam verò portionem tenetur vxori restituere actione de dote, quæ tantum soluto matrimonio competit, ex eo videlicet, quia lucrum illud ad eum pervenit ex re dotali, Cuiac. *lib. 11. question. Papinian in dicit. l. dotalem seruum, 61. ff. soluto matrimo.* Duaren. ad text. in *l. viro 64. ff. soluto matrimo.*

Septimò obstat text. in *l. si is 56. §. quod dicitur, ff. de iure dotium*, vbi dotalis fundus, propter impensas necessarias definit esse dotalis, & marito acquiritur; quod est omnino contra text. in *l. quod dicitur, ff. de impensis in re dotali factis.* Augetur difficultas ex eo, quod in dicit. §. quod dicitur, alienatio similiter prohibetur ex lege Iulia, etiam si res destinata esse dotalis. In qua iurium contractuum fatendum esse arbitror, Paulum sui magistri Scevola sententiam non fuisse sequutum: merito distinctio est adhibenda, an impensæ in parte dumtaxat fundi factæ sint, necne: nam si fundi tantum in parte, tunc fundus non definit esse dotalis, nec pro illa parte, tunc semper mulieris interfit, fundi partem habere potius, quam eius æstimationem, cum alia pars sibi superesset; si verò impensæ necessariæ integram totius fundi æstimationem æquipollent, tunc fundus definit esse dotalis: quia iam nulla iniuria mulieri efficitur, cuius re vera nihil interest fundum illum habere intra annum, sed quando afferuntur impensæ ab vxore, non poterit à marito alienari; cum novum non sit, vt etiam fundi non dotalis alienatio lege Iulia inhibeat, cum sufficiat actionem de dote mulieri competere posse, licet interea non competat, *l. 3. ff. de fundo dotali, Ant. Fab. lib. 2. coniectur. cap. 2.* Osuald. ad Donel. *lib. 14. comment. cap. 8. littera B.* qui latè improbat Cuiacij interpretationem reflatam in *l. 5. ff. de dote prelegata, & in lib. 23. observat. c. 12.* Et an impensæ vtilēs minuunt dotem, seu ex eo dos alienari videatur, cum idem sit minus, quod alienari, *l. vltim. C. de reb. alienis non alienandis, l. stipulatio ista, §. si quis, ff. de verborum obligation.* Duarenus ad titulum, *ff. soluto matrimonio, cap. de dotali fundo?* Pro qua questione videndus text. in *l. Marcia 41. §. 1. ff. de legatis 2.* Cui obstat text. in *l. 5. ff. de dote prelegat.* de quibus Cuiac. in recitationibus ad text. in dicit. *l. 5.* Idem *lib. 23. observat. cap. 12.* Anton. Faber *lib. 1. coniectur. cap. 3.* Goveanus *lib. 1. variarum, cap. 13.* videndus est etiam text. in *l. si pro re pupilli 22. §. cum duobus sequentibus, ff. de eversionibus, de quibus idem Cuiac. lib. 6. ad Africanum in l. cum inusilem 32. ff. de aditio editio apud finem, & in l. non sa-*

men 24. ff. de eversionibus, videndus est etiam text. in *l. Marcia 49. §. fundus 1. ff. soluto matrimonio.* Cui obstat text. in *l. creditor 52. §. prædium æstimatum ff. de actionibus empti, de quibus Anton. Faber in Rationali ad text. in l. 52. §. Prædium apud finem, Duarenus in l. 49. §. fundus, ff. soluto matrimo.*

Octavò aduersus vltimam nostræ conclusionis partem, obstat dicere, iuramentum etiam gravissimo metu extortum, esse servandum, *d. c. si verò, c. verum 15. hoc tit.* ergo, & in præsentī etiam si metus intervenisset, observari debuit; tum etiam, quia quoties contractus metu, vel dolo est celebratus, iure valet, licet postea à Prætorē actione. Quod metus causa rescindatur, *l. 1. ff. quod metus causa, l. 1. ff. de dolo, l. 1. ff. de in integrum restitution.* ergo, & in præsentī iuramentum etiam si vi, vel dolo sit præstitum, valere debet, donec iurans ab eius vinculo sit absolutus. Cuius difficultatis nodus ex eo dissolvitur, quia iura in argumento adducta limitantur, quoties metu, vel dolo gesta, ab ipsa legis prohibitione non tenent; siquidem lex ipsa rem alienare prohibuit, vt in nostro text. & in dicit. *ausbent. Sacramenta puberum, C. si aduersus vend.* quia lex Pontificia noluit malis hominibus iuramenti virtute, mali præbere occasionem, nec vnico iurandi actu, tot iuris vitia, & defectus supplere, notat Covarr. *de pact. 2. part. §. 4. num. 2.* Osuald. ad Donel. *lib. 21. commentar. cap. 13. verbo, Per iustum metum,* vbi latè pro interpretatione ad text. in *d. ausbent. Sacramenta puberum, littera S.*

Nonò solutioni obstat text. in *d. ausbent. Sacramenta puberum, vers. Etiam à maioribus, C. si aduersus vendit.* vbi non solum iuramentum vi, vel dolo à minore præstitum, est nullum, verum etiam, si à maioribus ita sit exactum; & tamen patet, maioribus non esse prohibitam alienationem. In cuius text. difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Covarr. *vbi supra, 2. part. cap. 3. §. 1. num. 2.* verissimè est dicendum, verba illius *ausbent.* singula singulis esse referenda; quasi diceret, iuramentum minoris esse ipso iure nullum, maioris verò validum fuisse à principio, licet postea ex Prætoris beneficio rescindatur; ideòque, nec post rescissionem vtile erit quemadmodum, & minoris. Nec obstant verba illius text. ibi: *Etiam à maioribus nullius esse momenti.* Quia verba illa, *nullius esse momenti,* debent referri tantum ad minoris, non ad maioris iuramentum, notat Osuald. *vbi supra littera S.*

Decimò aduersus generalem nostræ text. sententiam, obstat dicere, quod iurisdicatio secularis distincta, & separata est ab Ecclesiastica, præcipuè, cum agitur de re temporali, *cap. novit, de iudic.* sed dotis cognitio adeò ad secularem pertinet, quod iudex Ecclesiasticus de dote non poterit, nisi incidenter cognoscere, *cap. de prudentia 3. de donat. inter:* ergo Innocentius III. in præsentī, non potuit sententiam ferre, seu legem condere super alienationem fundi dotalis. Cui dubio respondetur faciliè, quod quamvis iurisdictiones quoad actum, & exercitium distinctæ sint; tamen in conventionibus laicorum cum iuramento celebratis, quemadmodum iudex secularis ratione subiecti cognitionem habet, eodem modo Ecclesiasticus propter subiectum iuramenti, de eo poterit cognoscere, legemque ferre; & idèd cum sit casus mixtus, vterque iudex competens dicitur, *Glossa, verbo: Malefactores, in cap. cum sit, de foro competenti, Covarr. in 4. 2. part. cap. 6. num. 20.* Morla in *emporio, tit. 2. in princ. num. 127.*

Ad textum in cap. Iuramentum fin.
hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum litis decisorium, nec recusari, nec referri potest, si à iudice sit delatum; sed, si tamen si à parte.

- parte. In actione tamen famosa referri non potest.
- 2 In probationibus arbitrium Iudicis attenditur: & ibi ratio textus prima, secunda, & tertia partes proponitur.
 - 3 Actore non probante, reus absolvitur. Interpretatur text. in cap. de probat.
 - 4 Imperfectum & inutile, non differunt. Semiplena probatio, si iureiurando à parte, vel in Iudice delato adiuvetur plena, & perfecta efficitur. Interpretatur textus in l. iusiurandum, §. 1. ff. de iureiurando.
 - 5 Refertur differentia, qua existat inter iuramentum à parte, vel à Iudice petitum; & interpretatur textus in l. generaliter, §. fin. autem, Cod. de rebus creditis.
 - 6 Reus non solum absolvitur, si actor nihil probet, sed etiam si minus plene probaverit.
 - 7 Transactio prætextu novorum instrumentorum retractari non potest. Expenditur text. in l. admonendi 31. ff. de iureiurando, & in num. 8.
 - 9 Interpretatur text. in l. qui iurasse 26. §. si pater 1. & 2. ff. de iureiur.
 - 10 Expenditur textus in l. in duobus 28. §. fin. l. fin. Cod. de iureiurand. l. qui iurasse 26. ff. de iureiurand. cum l. videamus, ff. de in litem iurando, l. iusiurandum 34. §. pupillus, ff. de iureiurand. l. si deferente 13. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.
 - 11 Iuramentum à parte parti delatum, etsi ante suspensionem sit voluntarium, post suspensionem vero necessarium redditur.
 - 12 Expenditur textus in cap. fin. de iureiurando, verbi Quamvis. Iuramentum extrajudiciale parium contentione exactum recusari non potest. Interpretatur textus in l. iusiurandum, digestis, de iureiurand.
 - 13 Iuramenti iudicialis essentia est, finem litibus imponere. Iudiciale iusiurandum in causa famosa non sufficit; cum in gravibus causis iuxta meridianam clarores debent esse probationes.
 - 14 Actio in factum competit ex iureiurando, & an alia actio competat? Intellige ut ibi.

CONCLUSIO.

- 1 Iuramentum litis decisorium, nec recusari, nec referri potest, si à Iudice sit delatum; secus si à parte. In actione tamen famosa referri non potest. Comprobat text. in l. 1. l. actori, l. generaliter, l. fin. Cod. de rebus creditis, & iureiurand. l. quod si deferente 21. ff. de dolo, l. post rem adindicatam, ff. de re iudic. l. 1. 2. & 3. l. admonendi, l. manifesti, l. tutor, cum aliis, ff. de iureiurando, l. 2. l. 14. l. 15. tit. 11. l. 13. & 19. tit. 22. part. 1. exoriant Fachineus lib. 1. controvers. cap. 15. cum sequentibus, Idem lib. 11. cap. 27. Guttierrez de iuramento confirmatorio, cap. 3. cap. 7. num. 10. Corraus in repetitione ad text. in l. admonendi, de iureiurand. Tiraq. lib. 2. controvers. cap. 14. Covarr. in cap. quamvis partem, in principio, Partador. lib. 2. rer. quosdian. cap. 18. Duarenus ad tit. de iureiuran. cap. 30. Idem in posterioribus ad eundem titulum, cap. 2. & 7. & lib. 2. disput. cap. 33. Cuiac. lib. 18. observation. cap. 35. & in l. 2. & 3. C. de reb. creditis, Donel. ibid. idem Donel. lib. 24. comment. cap. 8. 9. 17. 19. 21. 24. & 26. ubi late Illiger. ad Donel. Antonius Faber, de erroribus pragmaticorum, decade 19. errore 1. & sequ. Anton. Pichard. in §. item si quis postulante 11. Instit. de atlion. num. 70.
- 2 Ratio quare iuramentum necessarium, vel supplementarium à Iudice delatum, ad conficiendam integram probationem, non potest à parte recusari (nisi iuxta subsistente causa) ea est; quia iam vrget Iudicis impe-

rium, autoritas, & arbitrium in causa inspectione iudicium illusorium reddatur, cum cognitioni, & brevi exitui cauæ id expediat, siquidem in probationibus arbitrium Iudicis attendatur, l. 3. vers. Si magis, ff. de testibus, cap. cum clamor 33. de testibus, cap. cum Iohannes, de fide instrument. idèque recusari non potest, nisi maior ratio contrarium postulaverit, vel quia actor plene probavit, dict. cap. 2. de probat. vel nisi inuincibilis periculi periculum. In secunda verò nostri text. parte, idè iuramentum litis decisorium à parte alteri parti delatum, licet recusari, ac referri potest; quia tunc iam cessat Iudicis imperium, & consideratio, de qua in præcedenti ratione dictum est, siquidem parti tanta potestas non tribuitur, quare à principio voluntarium dicitur; post acceptationem verò, præcisum, & necessarium erit, quod ideo iudiciale; & litis decisorium appellatur, l. 3. §. fin. l. non erit 5. §. dato, l. si duo 13. §. si quis, ff. hoc tit. l. Actori, Cod. de reb. cred. In tertia verò nostri text. parte, in vers. Nec liceat, iuramentum in causa famosa minimè referri potest: quia actionis famosæ iudicium ex actoris iuramento pendere non potest, cum vindicta illius delicti, ad ius publicum tantum pertineat, siquidem Reipublicæ interest, ne delicta maneat impunita, l. ita vulneratus 5. ff. ad l. Aquil. cap. ut fama 35. de sentent. excomm. cui privatorum pactionibus derogari non potest. l. Iurisdictionum 7. §. si paciscar, cum vulgatis, ff. de pactis, cap. si diligenti, de foro competentis: nam crimina, non relatione sed innocentia purgari debent, l. in qui reus, ff. de pub. ind. Gloss. in presenti, verb. Famosa.

Primo contra primam nostri text. partem obstabit dicere, quod iuramentum litis decisorium, non est necessarium; & constat ex eo: nam aut actor probat, & reus non; & tunc non est necesse iurare, nec reus poterit ad iurandum compelli, d. cap. 2. de probat. aut actor non probat, quo in casu reus nihil probans absolvendus est, l. qui accusare, Cod. de edendo, l. actor, Cod. de probat. cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa pos. & prop. & text. noster in §. sanè, aut uterque æqualiter probat, & tunc pro reo pronuntiandum est, cap. ex literis, de probat. ergo, cum nunquam sit necessarium, semper recusari potest. Quam difficultatem, ut effugias adnotare debes, quod in illa partium enumeratione, quando actor probat, & non probat, est aliud medium: videlicet, quando non plene, sed semiplene probat, ut in cap. 2. de probat. quo in casu ad conficiendam plenam probationem, Iudex consideratis personarum, & causæ circumstantiis, poterit ab actore iusiurandum exigere, quo recusari non potest, & in hac specie loquitur noster text. in prima eius parte, notat Accursius Gloss. verb. Exalto, ff. de iureiurando, Corraus in d. l. admonendi, 2. part. num. 52. Cuiac. lib. 8. observationum, cap. 15. & lib. 22. cap. 28. Fachineus lib. 1. controversiar. cap. 15. & seq. Pacius centur. 3. quæst. 81.

Secundo adversus prædictam solutionem obstabit dicere, nihil amplius dicendum esse, quando quis semiplene probat, quam cum nihil probat; siquidem probare, nihil aliud sit, quam legitimis modis in iure fidem facere, l. proprietatis 4. l. cum res 12. Cod. de probation. itaque instrumenta debent esse indubitata, l. vlt. Cod. de probat. testes idonei, & saltem duo, dict. l. vlt. l. 2. & 3. l. ubi numerus 12. ff. de testibus, & idè imperfecta, seu semiplena probatio non infecta, & nulla habetur, l. quoties 6. ff. qui satisfacere cogantur, l. non dubium 5. ff. de legibus. Augetur difficultas, quia in iure nostro imperfectum, & inutile non differunt, l. si in qui 25. ff. qui testamenta facere possunt, l. hac consuetudine, §. ex imperfecto, Cod. de testament. l. ita stipulatus 115. ff. de verb. oblig. ergo cum semiplena probatio perfecta non sit, pro nulla & inutili habenda erit, sed huius dubij facilis erit solutio, si attendamus, quod licet vnus testis & semiplena probatio per se solam, inutilis, & imperfecta ad probandum dici possit; tamen postquam iusiurandum est delatum, si adhibeatur amplius semiplena non est; sed potius plena, perfecta.

ac legitima dicitur. Nec obstat textus in *l. iurifurandi* §. 1. ff. hoc tit. ibi: *Nec unius testis, &c.* Quia verba illa non absolute accipienda sunt, sed tantum quoad effectum, vt ex semiplena sola probatione condemnatio non sequatur; nec ei perfecte credatur, poterit tamen ex ea suspicio sumi, vt Iudex hoc iusiurandum suppletorium exigat, notat Antonius Faber *de errorib. decade 19. errore 3.* Illigerus ad Donel. *lib. 24. comment. cap. 19. lit. T.*

Tertio obstat dicere, nullam constitui differentiam inter iusiurandum à Iudice, vel à parte delatum, vt recusari non possit, iuxta text. in *l. iusiurandum* 34. §. 1. *ait Prator ff. de iureiurando. l. generaliter, §. fin. antem, Cod. de reb. creditis, & iureiurando*, sed à parte delatum recusari potest, ex textu nostro, in *vers. Quamvis*, ergo à Iudice delatum etiam recusari poterit, cum in *dictis iuribus* iuramenta illa æquiparentur. Quo in dubio communiter dici solet, differentiam esse inter prædicta iuramenta à parte, vel à Iudice delata, vt constat ex *textu nostro*, & in *dict. l. admonendi, ff. de iureiurando*. Nec obstat textus in *dict. l. generaliter, §. fin. antem*; quia licet à principio *textus* ille videatur licentiam concedere recusandi iuramentum necessarium, tamen statim se explicat, dum asserit id fieri debere cum causa cognitione, quasi diceret recusari posse iusta interveniente causa, quæ si à Iudice non fuerit admessa, iurare necesse est, vt constat ex eiusdem Iustiniani verbis, ibi: *Iudex autem si omnino iusiurandum præstandum esse existimaverit, &c.* ita similiter est interpretandus text. in *dict. l. iusiurandum* 34. §. 1. *ait Prator, ff. de iureiurando*, quod etiam docet *textus* noster in *vers. Nisi*, dum asserit recusari non posse, nisi ex iusta causa, notat Donel. *lib. 24. commentar. cap. 20. Pacius centuria 1. quæst. 85.*

Quarto obstat prædictis; quod non solum absolutur reus, si actor in probatione cesset, hoc est, si nihil probet, *l. qui accusato 4. Cod. de edendo, l. 2. C. de probation. veterum etiam si minus plene probaverit, l. siquidem 9. C. de except. nam quemadmodum reus suas exceptiones tenetur probare, l. exceptionibus ff. de probat. ita similiter, & actor suam intentionem, l. ante omnia 23. ff. de probat. l. fin. C. de rei vindicatione; ergo iuramentum suppletorium inutile est. Urget etiam, nam vt refert Anton. Fab. *de erroribus lib. 18. decade 19. errore 1.* quod et si in iure Civili tot extent Iurifconsultorum responsa, Imperatorum placita, quæ de iureiurando disputent; nulla huius iuramenti suppletivi mentio fit. Cui dubio satis fieri debet ex eo, quod iura in argumento adducta procedunt, quando actor nihil probavit, vel si semiplenæ probationis nihil accessit: nam tunc reus est absolvendus; at verò *textus* noster procedit quando vnico testi accessit iuramentum necessarium, quo in casu reus non absolvitur. Nec etiam obstat, quod pro Antonij Fabri sententia inducitur. Quia hoc iuramentum, etiam in iure Civili est cognitum: nam et si in eo mentio nominis suppletorii, non repetiatur, tamen subintelligitur, & de eo agit in *nostro textu*, & in *d. l. admonendi, ff. de iureiurando, l. 3. C. de reb. creditis*; constat etiam ex *Rub. ff. de iureiurando, sive voluntario, sive necessario, sive iudiciali*: videndus est Anton. Faber *decade 19. errore 1. & 3.* Duarenus *lib. 2. disput. cap. 33.* & in prioribus commentariis ad *tit. de iureiurando, cap. 30.* & in posterioribus, *cap. 7.* Donel. *lib. 19. commentar. cap. 19.* Oluald. *ibidem, littera V. & T.* Anton. Pichard. in *§. item si quis postulante, Institut. de actionibus, à num. 72. cum seqq.**

Quinto obstat dicere, quod si hoc iuramentum necessarium ex semiplena probatione exactum vtile esset; sequeretur quod eius virtute sententia lata transiret in rem iudicatam, nec novis instrumentis repertis retractari posset, *l. sub spe 19. C. de re iudicata, l. cum de hoc 27. ff. ead. siquidem in exercendis libris patrem vim habent iuramenta, testes, & instrumenta, l. in exercendis, ff. de si de instrument. præsertim, quia iuramentum vim transactionis retinet, l. 2. ff. hoc tit. & transactio prætextu novorum instrumentorum retractari non potest, l. sub*

*prætextu 19. C. de transaction. sed sententia ex iuramento necessario prolata non transit in rem iudicatam, imò potius ex novis instrumentis repertis retractari potest, iuxta textum difficilem in l. admonendi 31. ff. de iureiur. ergo iuramentum hoc, non erit necessarium; cum et si aliquid, tamen parum prodest. In cuius textus difficultate, omissa Ale. Barr. Inf. interpretatione in d. l. admonendi, num. 36. Cuiacij lib. 18. observat. cap. 35. verissime est dicendum iuramentum illud vtile, & necessarium esse. Nec obstat textus in d. l. admonendi; nam idè ibi sententia lata ex iuramento necessario, ex novis instrumentis retractatur, quia illa probatio, quæ fuit facta ex iuramento suppletorio, seu necessario, illegitima, irregularis, & imperfecta erat, cum Iudex iuramentum illud exegisset etiam repugnante parte, ad supplendum probationis defectum, & cum is à quo exigitur, testis, & iudex sit in causa propria, contra iuris civilis regulas, l. nullus, ff. de testam. l. in omnibus, Cod. eod. iusta de causa, superveniente alia clarissima probatione ex instrumentis noviter repertis, sententia illa retractatur, cum tunc non propriè vim transactionis, nec rei iudicatæ retineat; notat Donel. *lib. 24. comment. cap. 19.* Idem in *l. 3. num. 11. Cod. hoc tit.* Antonius Faber *decade 19. errore 4.* Anton. Pichard. in *d. §. si quis 11. Institut. de action. à num. 107. cum seqq.**

Sexto prædictæ rationi, seu solutioni obstat dicere, etiam in iuramento voluntario, seu iudiciali, quod à parte parti defertur, eum, qui iurat, iudicis, & testis in causa propria partes suscipere, *l. fin. C. de fideicommiss. &c.* tamen sententia ex illo voluntario, seu iudiciali iuramento, non retractatur, *d. l. admonendi, vers. sic, fin. ff. hoc tit. l. 1. C. eod. l. quod & si deferente 21. ff. de dolo*; ergo idem dicendum erit in iuramento necessario, quod à Iudice parti defertur. Quæ difficultas communiter dissolvitur ex eo, quia iusiurandum necessarium ab vno ex litigatoribus à Iudice defertur, alio plerumque repugnante; meritò cum legitima non sit probatio ex novis instrumentis, iterum causa agitari poterit, at verò *textus* in *d. l. fin. C. de fideicommissis*, procedit in iuramento voluntario, quod à parte parti defertur, vbi ex mutua utriusque voluntate negotium quasi contractum videtur; & idè sententia retractari non potest: nam licet tunc etiam testis, & iudex in re propria sit, id fit ex consensu, & voluntate alterius, qui detulit iusiurandum; & sibi imputet, qui exegit, siquidem in re sua legitimus moderator, & arbiter esse poterit, *l. in re mandata, Cod. mandati, cum iuri proprio renuntiare potuerit, l. si quis in conscribendo, C. de pactis*; meritò cum vim transactionis, & rei iudicatæ retineat, *l. 1. & 2. ff. hoc tit.* prætextu novorum instrumentorum retractari non poterit: *l. sub prætextu, C. de transaction. notat Duarenus lib. 2. disput. cap. 33.* Cuiacius *lib. 22. observationum, cap. 28.* Antonius Faber *de erroribus, decade 19. errore 1. 2. & 3.* Oluald. ad Donel. *lib. 24. commentar. littera E.* Idem libro 24. capite 17. littera G.

Septimo obstat text. in *l. qui iurasse 16. §. si pater 2. ff. de iureiurando*, vbi postquam iusiurandum voluntarium à parte de peculio est exactum, etiam si pater iuret in peculio nihil esse, eo iuramento non obstante iterum filius conveniri potest. Augetur difficultas ex textu in *§. si pater 1. eiusdem legis*, vbi post patris iuramentum, iterum de causa disceptari non potest, nec filius conveniri potest, cum sibi imputet is, qui iuramentum voluntarium exegit ab eo, à quo exigi non poterat. In qua iurium contrarietate annotandum est, multum interesse, an pater iuret super obligatione filij principaliter, se dare non oportere, an verò super actione de peculio tantum: in primo casu, obtinet text. in *dict. §. si pater 1.* nam tunc patris iuramentum prodest filio ad hoc, vt iterum de causa agi non possit: in secundo verò, obtinet textus in *dict. §. si pater 2.* nam cum tunc pater nihil expressisset de obligatione principali ipsius filij, idè res salva manet; & poterit filius, non obstante patris iuramento, iterum conveniri: nam et si post iuramentum semel delatam de peculio antea obtento, pater iterum non posset

conveniri, cum vim transactionis, & rei iudicatae retineat, & obstat exceptio iurifurandi, tamen de peculio post iuramentum quaesito pater conveniri poterit, cum de peculio illo non iurasset: quae iura ita ad concordiam reduxit Anton. Faber in *Rationali ad text. in dicit. l. qui iurasset 26. §. 1. ff. de iurjurando.*

10 Octavo adversus illud voluntarium iuramentum, obstat text. in *l. in duobus 28. §. fin. l. fin. C. de iurjurando*, ubi etiam in iuramento voluntario, quod à parte parti defectur, posterius iurandum potius est priori. Cui dubio dicendum est, in *d. l. in duobus 28. §. fin.* id specialiter esse admittunt, quia utrumque servari nequit, ex eo, quia prius iuravit, à iure suo recessit, alteri defendendo, ut contrarium iuraret; textus verò *d. l. fin.* ius novum & singulare continet; cuius sanctionis ratio est, ne legatario ex periculo lucrum accedat, notat Osuald. ad Donel. *lib. 24. comment. cap. 17. lit. C. D. F. X. V. v. sembecius in paratilis ad tit. ff. de iurjurando, num. 8.* videndus est etiam textus in *l. qui iurasse 26. ff. de iurjur.* Cui obstat textus in *l. videamus, ff. de in litem iur. de quibus Anton. Faber, in Rationali ad text. in d. l. qui iurasse 26. in l. iurjurandum 39. §. pupillus, ff. hoc tit.* Similiter etiam est videndus textus in *l. si deferente 13. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur, & textus in l. fin. ff. de iurjur.* Antonius Faber in *Rationali in dicitis iuribus, & text. in l. semper, §. hoc interdicitur, ff. quod vi, aut clam, cum l. qui tabularum, ff. de furtis, de quibus Duaren. in 1. edit. ad tit. de in litem iurando: quae omnia omitto, ne institutum nostrum praetergrediamur, & hoc Opus fastidiosum non sit.*

11 Nond adversus secundam nostri textus partem in vers. *Quamvis*, dum Pontifex asserit, iuramentum à parte alteri parti delatum licite recusari, ac referri posse: obstat dicere, hoc iuramentum absque manifesta turpitudine recusari non posse, quinimò recusans pro confesso habetur, *l. iurjurandum 34. §. ait Prator, l. manifesta 38. ff. de iurjur. l. delata, C. de rebus creditis, & iurjurand.* Quod ducium dissolvitur, si dixeris, quod quamvis iuramentum iudiciale à parte parti delatum, à principio sit voluntarium, postea tamen cum semel susceptum est, & à iudice comprobatum, iurare, aut solvere necesse est, & absque manifesta turpitudine recusari non potest, cum aliàs pro confesso habeatur; & ita obvenit iura supra in argumento adducta: quo supposito, interpretatio deducitur ad textum nostrum in vers. *Quamvis*; nam dum loquitur de iuramento litis decisorio, intelligi debet in primaria iuramenti natura, cum omnino à principio ante alterius partis acceptationem, voluntarium sit, post acceptationem verò, & iudicis receptionem, ad hoc necessarium est, ut recusans, etiam Pontificio iure, turpitudine notetur, *cap. 1. de confessis in 6.* notat Antonius Faber in *Rationali ad text. in d. l. iurjurandum 34. §. ait Prator, & in d. l. manifesta 38. ff. de iurjurando.*

12 Decimo obstat text. in *l. iurjurandum 17. ff. hoc tit.* ubi constat, iuramentum partium conventionione delatum, recusari non posse: ergo nec etiam à parte parti delatum recusari poterit. Cui dubio responderi debet, text. in *d. l. iurjurand.* procedere in conventionione, & in diversa specie, & diverso genere iuramenti, hoc est, in iuramento extrajudiciali, cum partium conventionione alicui extra iudicium committitur: merito mirum non est, quod servetur, siquidem partium voluntas in contractibus observari debet, *l. 1. §. si convenerit, ff. de positi, l. contractus 23. ff. de regul. iuris*: nam licet iuramentum illud similiter à principio sit voluntarium, ex conventionione tamen obligatorium efficitur, argument. text. in *l. sicut, C. de action. & obligat.*

13 Undecimo adversus tertiam, & ultimam nostri text. partem, dum Pontifex asserit iudiciale iuramentum in causa famosa minimè referri posse, obstat dicere, quod ut supra diximus, iuramenti iudicialis essentia est, finem litibus imponere, *l. 1. & 2. cum sequentibus, l. si duo patroni 13. §. si quis iuraverit 1. ff. de iurjurando*: sed haec iuramenti essentia, ita convenit actioni famosae, sicut ceteris actionibus, imò magis famosae, quam alte-

ri actioni, cum in ea maius periculum extet, argument. text. in *l. Marcellus, §. fin. ff. rerum amotar.* eiga nec in ea recusari poterit. Quod dubium dissolves, si dixeris, quod ut hoc iuramentum necessarium existatur necesse est, ut tantum de re modica, non tamen de magna, & ardua agatur, siquidem haec ardua causa ex minus legitima proprii iuramenti probatione diffiniri non debet; notat Menoch. *de arbitr. casu 189.* Mascardus *de probationibus conclus. 957.* Gregor. Lop. in *l. titul. 11. part. 3.* quae de causa cum de crimine agitur, necessarium iuramentum non admittitur, cum agatur de personae, & honoris periculo; in quibus gravibus causis, luce meridiana clariores debent esse probationes, *l. sciatis cuncti, Cod. de probationibus*, quod etiam in actione famosa est receptum, cum criminali equiparetur, *l. iusta, ff. de manum. vind.* Hinc provenit interpretatio ad textum nostrum, §. *nec liceat*, qui non debet intelligi de iuramento necessario, sed de voluntario, seu iudiciali à parte parti delato; ut in *ante. iori vers. agitur*, notat Glossa fin. in *cap. cum sunt parium iura obscura, de reg. iuris, lib. 6.* videndus est Fachineus *lib. 1. contr. testif. cap. 15.*

Decimo adversus ea, quae in presenti notant omnes, videlicet quod ex iurjurand. competit actio in factum, ex qua tantum quaeritur, an iuratum sit, *l. si possessor 2. §. proinde 1. ff. de iurjurando, l. actori 8. C. de rebus creditis*, obstat textus in *l. si duo 13. §. si quis iuraverit 1. si iuraverit 29. ff. de iurjurando, l. fin. §. fin. l. de liberali causa, l. cum qui, §. si petenti ff. de public. in rem action.* in quibus iuribus non actio in factum, sed utilis publiciana, vel exceptio competit. Cui dubio dicendum est, iam illa non esse contraria: nam actio utilis, & in factum, non sunt duae actiones, sed una tantum, quae ex eadem causa descendit, quia etsi aliquando distinguuntur; *§. ultim. Instit. de lege Aquilia*, plerumque tamen pro eadem accipiuntur, cum ex eadem causa descendant, cum actio in factum detur, cum incertum esset ex quo negotio ageretur, an ex veteri causa, vel ex nova, de qua iuratum est, utilis verò ex eo contractu, ex quo iuraturum originem sumit, non tamen directa ex empto, v. g. vel publiciana, quae ex verbis legis datur, sed utilis tantum, cum directa actio ex empto non possit competere ei, qui non emit, sed tantum iuravit se emisse, vel publiciana directa, qui non agit in rem; sed utilis ex eo, quod suam esse iurat, & ita illa iura in concordiam reducit Osuald. ad Donel. *lib. 24. comment. cap. 16. per totum*, Duarenus *ubi supra*, Iulius Pacius in *legum conciliat. centuria 3. quast. 78.*

Ad text. §. sane fin. huius textus.

DE materia huius text. latè à nobis est actum & in *cap. 2. de probat. supra* disputat Anton. Faber, *de erroribus, decade 19. errore 4. per totum.*



DE EXCEPTIONIBVS, Tit. XXV.

Ad textum in cap. 1. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis si per exceptionem de crimine convincitur, vel convictus appareat, à testimonio repellitur, non tamen punitur, nisi negotium attingat principale.
- 2 Estimatio hominum, vita, mors, & denique omnium rerum summa dependet ex testium depositione; ac adeo ratio exigis, ut fidei plenitudine instructi sint. Infames

- Infames publica munera subire non possunt.*
Accusatio, ocnam procedere debet.
- 3 *Expenditur tex. in l. 3. §. lege Julia, iuncto, vers. Quivè in vinculis, custodiae publica erit, &c. ff. de testibus.*
- 4 *Calumniatores, nec lege Julia de vi nec lege Rhemnia prohibentur testimonium dicere. Intellige ut ibi.*
Explicatur text. in l. quæsitum 13. ff. de testibus, cum, l. 4. §. calumniatores, digest. de his qui notantur infamia, l. 1. §. remoycat vers. Item Senatus. ff. de postulando.
- 5 *Illustratur tex. in l. ob hæc verba, ff. de his, qui notantur infam.*
- 6 *Exceptio criminis testibus obiecta probanda est ante sententiam, & ideo post contestationem admittitur, cum non sit ad iudicij ordinem directa.*
- 7 *Interpretatur tex. in c. præsentium de testibus,*
- 8 *Iudex poterit terminum diffinire ad reprobandos testes.*
Expenditur tex. in c. licet causam, de probat.
- 9 *Falsitas testimonium cum indicium nullum reddat, etiam post sententiam obijci, & probari poterit.*
Interpretatur tex. in l. querelam 12. C. ad legem Corn. de falsic. cap. licet causam, de probat. cap. 1. de exceptionibus, vers. Denique quoad dicta, & personas testimonium, &c.
- 10 *Infamis infamia iuris repellitur à ferendo testimonio, etiam contra alium infamem.*
Explicatur text. in l. Arenatios 11. Cod. de in officioso testam.
- 11 *Infamis, cuius fama à Principe restituta est, ad testimonium admittitur.*
Illustratur tex. in c. Euphemium 2. q. 3. vers. Infamiam tamen.
- 12 *L. generalis 7. C. de sententiam pass.*
- 13 *Interpretatur tex. in l. qui testamenta 20. §. cum qui, ff. de testamentis, vers. Eum qui, lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo, cum l. repetundarum 15. ff. de testib.*
- 14 *Infamis, qui fuit olim ex tempore, aliquando desinit esse infamis. Intellige ut ibi.*
Exponitur tex. in l. non poterit 63. ff. de furtis, l. Divus ff. de iniur.
- 15 *Infamis infamia canonica notatus à testimonio repellitur.*
Septies in die cadit iustus.
Nemo sine crimine vivit.
- 16 *Illustratur tex. in c. Testimonium, de testibus, vers. Et cum non comitetur infamia.*
- 17 *Rei convicti, vel confessi, contra alios ad testimonium non admittuntur.*
Expenditur tex. in c. de exceptionibus, vers. Quod si sola iuncto vers. Nisi prius se probaverint innocentes.
- 18 *Testibus si crimen fuerit obiectum, eo probato, à testimonio repellantur, non tamen pana iudicialia puniri debent, sicut vero est dicendum, quando crimen testibus obiectum tangit negotium principale.*
Illustratur tex. in c. cum super, 2. de confessis, c. inquisitioni 26 de electione.
- 19 *Explicatur tex. in l. 2. §. si publico, ff. ad legem iul. de adult. cum l. Mulier 47. ff. soluto matrim. l. is qui reus §. ff. de pub. iud.*

CONCLUSIO.

Si testis per exceptionem de crimine convincitur, vel convictus apparet, à testimonio repellitur, non tamen puniatur nisi negotium attingat principale, dem insinuare videtur text. in cap. testis, 2. quæst. 7. cap. susceptos, cap. constitutus, 3. quæst. 5. cap. 1. 2. & 3. quæst. 11. cap. infames 17. in fine, 6. quæstion. 1. capit. ex parte, cap. licet ex quadam, capit. testimonium cum alijs. de testibus, cap. præterea 7 de testib.

cogendi. capit. licet causam, de probat. cap. 2. ad finem, de ordin. cog. l. 1. §. pen. cum alijs. ff. de testib. l. imperialis, Cod. de nuptijs, l. 8. tit. 6. p. 3 l. si sit, 1. p. 7 explicat ultra Ordinarios in presenti, & in dist. locis Rebus, de excep. 1. 4. 48. Malcar. de prob. conc. 464 & 1362. Ant. Gom. 3 tom. var. cap. 11. n. 22. Covarr. in oratib. c. 28. Morla in empario. tit. 11. in principio, Zevall. præst. communium quæstionum 162. & 196. Farin. de testibus, quæst. 56. per tot præcipue in art. 3. Ant. Fab. in suo Casu de testib. definitione 56. Duaren. ad sit. de testib. c. 2 Donel. lib. 28. comment. præcipue in lib. 25. c. 8. Oluat. ad eundem, plures refert in suis notis ibidem.

Ratio est, quia cum in testimonium depositione, hominum existimatio, vita, mors, & denique omnium rerum summa dependeat, & in ore duorum, vel trium testimonium fiet omnne verbum, *Deuteronomij, cap. 17. Matthæi cap. 18. capit. in omni negotio, de testibus, &* iudex debeat eorum fidem sequi, & illicitas, & veritas, & offic. præsid. cum testes adhibeantur ad veritatem iuvandam, l. eos C. de testib. ratio exigit, ut fidei plenitudine instruat; sint, cap. testis, 2. quæst. 7. & absque vlla infamia, omnique suspitione, vel manifesta macula immunes sint, merito iusta de causa criminosis, & infames à testimonio repelluntur, capit. ex parte 7 c. testimonium, de testibus, siquidem iustitia cum scelerato homine, nullum potest habere commercium, c. forus de verb. signif. tum etiam, quia testimonium est iudicij fundamentum: & si queramus, an iudiciū valeat; prius animadvertere debemus, an personæ, de quibus iudicium ordinatur, legitimi sint, arg. tex. in l. si queramus, ff. de test. præcipue quia testimonium dicere, munus publicum est, l. eurent ff. de test. l. pen. C. de hæreticis, & infames publica munera subire non possunt, c. licet ex quadam, de testib. l. 1. & per totum, tit. ff. de his, qui notantur infam.

Ratio secundæ partis refertur à Pontifice in presenti in ver. *Ceterum*; tam etiam præcipue quia nemo sine legitima accusatione puniri potest, c. de manifesta, 2. q. 1. c. unico, de Ecclesiastica beneficia: & cum ille, qui crimen testi opponit, solum petat, ut à testimonio repellatur: mirum non est, quod solum super eo debeat proferri sententia, non ut puniatur, sed tantum, ut per exceptionem repellatur, cum accusatio ad pœnam procedere debeat, l. 3. ff. de accusation.

Primo obstat text. in l. 3. §. lege Julia, ff. de testib. vbi criminosis à testimonio non repellitur, nisi prius fuerit publico iudicio damnatus: ergo per solam exceptionem infami oppositam, non debet repelli. Cui dubio dicendum est, text. in dist. §. lege Julia, procedere de iure Civili; quo iure infamis à testimonio ferendo non repellitur, nisi prius publico iudicio fuerit condemnatus. Contrarium tamen de iure nostro Pontificio, ex nostri text. decisione observatur, siquidem ex eo solummodo sufficit crimen per exceptionem obiectum, & probatum esse, ut à testimonio repellatur; notat Duarenus, & Covarr. ubi sup. Nec obstat text. in dist. l. 3. §. lex Julia, ibi: *Sive in vinculis, custodiae publica erit: & paulo inferius: indicatus, vel convictus: ex quibus verbis colligi videtur iure Civili repelli criminosis, etiam si in eum non sit lata sententia: quia licet illa verba continent casus speciales, in quibus sine condensatione testimonio non admittitur veluti cum quis ipso iure infamis efficitur, l. Palam ff. de adulteris, tamen de iure civili necessaria est condemnatio ut constat ex eod. text. notat Molina de iustitia, & iure tractatu 4. disp. 8. Nec obstat text. in c. si testis §. item lege Julia de vi: 4. q. 3. vbi etiam Calistrati sententia à iure Pontificio comprobata videtur, quia tantum lex illa ibi à Gratiano refertur, qui nunquam auctoritatem condendæ legis obtinet; Men. notat de adipiscenda rem. 4. Cuiac in d. l. 4. §. lege Julia.*

Secundo obstat text. in l. quæsitum 13. ff. de testib. vbi calumniatores de iure Civili, nec lege Julia de vi, nec lege Rhemnia prohibentur ad ferendum testimonium; & tamen constat, calumniatores publico iudicio damnatos, infames esse, iuxta text. in l. 4. §. calumniatores ff. de his qui notantur infam. l. 2. digest. ad. S. C. Turp.

In qua r̄a sp̄nosa re dicendum cenſeo, quod licet in d. l. *quaſtum* 13. ex l. Julia, & Rhemnia, calumniatores ex cauſa calumniae condemnati, non eſſent infames, cum calumniae crimen non eſſet publicū iudicium, ita ut accuſatio cuius de populo competeret; ſed priuatum, & ideo inter publica iudicia non connumeratur in d. *lege Julia*, ſi quidem ad hoc, vt quis infamis eſſiciator requiritur, vt accuſatio ex publico iudicio proſentiat. l. *infamem*, ff. de publicis iudicijs; tamen id quod deficit legi Iuliae, & R̄. ſupplet Praetor in l. 4. §. *ut Praetor*, §. *calumniatores* ff. de his qui not infam. dū ſtatuit, Calumniatores infamiae notam non eſſe gerere; quod iuſſe deſcribit ad compellendas iſtantium malitias; notat Cuiac lib. 1. *Papiniani de adulterijs*, in d. l. *quaſtum* 13. ff. de teſtib. Oſwald, ad Doncl. lib. 27. *commentarior* c. 9. l. 5. *Nec praedictis obſtat text. in l. 1. §. remouet, verſ. item*, ff. de poſtulando, ibi, *Item Senatus Conſulto etiam apud Iudices pedanos poſtulare prohibetur calumnia publico iudicio damnatus*: ex quibus verbis conſtat, iure antiquo ante ius praetorium, calumniae crimen publicum eſſe, nō priuatum; ac per conſequentis infamiam irrogare, quia uti refert Cuiac, ad titulum de teſt. apud mediū in d. l. 1. *verſ. Item*, non eſt legendum ſicuti in veteriſtis codicibus legitur, *calumnia publico iudicio damnatus*, ſed in Pandectis Florentinis legitur, *calumnia publice iudicio damnatio*, quaſi ſenſus ſit, calumniatorum per publicum iudicium damnatorum, non vt ad ex publico iudicio; quia ut ſupra diximus calumniae crimen non erat publicum, ſed priuatum tantū.

5 Tertio praedictis obſtat text. in *Lob hac verba*, ff. de his qui notant infam. vbi inſtigator falſi criminis infamia iuris non notatur, ſed tantam infamia facti, cum ſolum eius pudor apud honeſtos viros grauetur. Augetur difficultas ex eo, quod inſtigatores, ſicuti & accuſatores calumniatores infames eſſiciuntur, l. 1. §. *incidit*: ad S. C. Turpil. in qua iuſſam contrarietate, omiſſa in interpretatione, quam refert accuſatus, & Bar. in diſt. *Lob hac verba*, & Antonij Fabri emendat. lib. 6. *conſuetuarum*, cap. 6. veriffimè dicendum eſſe ex ſtimo diſcrimen verſari inter mandatorum, & inſtigatorem falſi criminis: nam qui mādāt, calumniatus eſt infamia iuris, ſicut ipſe accuſator, & ita obtinet text. in d. l. 1. §. *incidit*, qui verò inſtigat, non eſt calumniatus infamia iuris, & ita obtinet text. in diſt. *Lob hac verba*; quae interpretatio deducitur ex verbis text. in diſt. *leg ob hac verba*, ibi: *Non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur*. Nec obſtat text. in diſt. l. 1. §. *incidit*, vbi exhortator, ſeu inſtigator mandatori equiparatur: quia ibi, non ſimplex exhortator fuit, ſed inſtructor, qui ſimul cum inſtigatione accuſatorem adiuvit, dando falſas probationes, notat Cuiac. lib. 1. *reſp. Papin.* in diſt. *Lob hac verba*: Iulius Pacius, *centuria* 2. *quaſt.* 28.

6 Quarto aduerſus noſtrum text. in verſ. *Antequam cauſa per ſententiam terminetur*, ex quo conſtat crimina teſtibus obiecta probanda eſſe ante ſententiam, noiant ibi ordinarij omnes: Obſtat dicere; quod huiusmodi exceptiones, quae dicta aut perſonas teſtium concernunt, non ſunt peremptoriae, cum non perimant negotium principale, atque ideo proponi debebant ante litem conteſtatam, cap. *Pastoralis*, infra hoc tit. cap. *inter Monasterium*, de re iud. In qua difficultate dicendum eſt, huiusmodi exceptiones, etiam poſt litem conteſtatam, proponi: quia non pertinent ad iudicij ordinem, ſicut aliae notat Cuiac. lib. 18. *oſſervat. cap.* 34. & impoſſibile eſt, vt ante litis ingreſſum obiciantur: ūm etiam quia ſaltem oblique ſunt peremptoriae, ſiquidem eneruata teſtium fide; eneruatur etiam aetoris intentio: notat Gloſ. in c. *ex parte*, verſ. *Si verò*, de teſt.

7 Sexto praedictis obſtat text. in cap. *praesentium*, de teſtibus, vbi conſtat obiectiones contra teſtes, ante publicatas atteſtationes proponi oportere; niſi obiciens iurauerit, dolum mōi non habere; vel ante proteſtationem fuerit, ſe velle teſtes reprobare. Sed reſpondetur, quod ad inſtitutorum noſtrum attinet, quod ſeparanda eſt teſtium criminum obiectio ad eorundem criminum pro-

uatione: nam publicatis atteſtationibus exceptiones contra perſonas teſtium non debent admitti, & ita obtinet text. in diſt. *cap. praesentium*, de teſtibus in verſ. *Si quis obicere voluerit*: ceterum ſi congruo tempore obi ciatur, non eſt neceſſe, vt earum probatio ante publicationem fiat, ſed ſufficit ſi ante ſententiam probentur, ita obit & text. noſter, qui non de obiectis, ſed de probatione loquitur. Nec praedictis obſtat text. in cap. *licet*, cauſam, de probationibus, vbi Iudex poſt teſtium in praesentia ad teſtes in negotio principali producendos, & alium diuerſum ad reprobandos; quia dicendum eſt veriffimum eſſe Iudicem poſſe ad reprobandos teſtes terminum diſſi re, ſi ita expedire iudicauerit. Ceterum ſi Iudex expreſſe terminum ad reprobandos teſtes non assignauerit, ſed ſimpliciter ad probandum ſtandum eſt deciſioni text. in diſt. *cap. praesentium*, vt ſcilicet exceptiones opponi debeant ante publicationem, probati tamen ante ſententiam, vt in noſtro text. hodie verò intra lex de, a publicatione, & eius inſtitutione numerandos; l. 1. tit. 4. lib. 3. *ordin. l. 1. tit. 8. lib. 4. Recop. Cou. tr. in practica* c. 6. n. 4. *Rebus. de excep. n. 4.*

Septimo obſtat text. in l. *quaſtum* 12. C. ad leg. Corn. de falſis, cap. *licet* cauſam, de probat. verſ. *Post hoc*, in quibus iuribus conſtat non ſolum poſt primam inſtantiam, ſed etiam poſt litem iam finit. intra viginti annorum ſpatium falſi exceptionem proponi poſſe. Sed hinc difficultati reſponderi debet, iura illa ſpecialiter procedere in crimine falſitatis, in quo etiam poſt ſententiam aduerſus teſtem exceptio illa opponi poſteſt: nam eſt aliae exceptiones, quae aduerſus dicta teſtium opponuntur, probati debeant ante ſententiam, ut in noſtro text. tamen in falſitate aliud obſeruetur, v. conſtat in diſt. *in iuribus* & in cap. *cum venerabilis*, infra hoc tit. Ratio eſt, quia crimen illud iudicium nulli in reddit, vt inferius dicemus in c. 1. de re iud. nā ſententia, quae nulla eſt, impedimento eſſe nequit, quo minus poſt eam de falſitate quaeratur; argumento text. in cap. *in noſtro* 4. de probationibus: nam exceptio illa potius ponitur contra teſtium, quam contra teſtem ipſum. Nec obſtat text. noſter in verſ. *Denique quod in dicta*, & perſonas teſtium vbi exceptio non tam quoad perſonas, quam quoad dictum eorum reſertur: quia in dicto verſ. illa tantum quaſtio apud Celeftinum fuit propoſita, virum exceptiones quae contra dicta, & perſonas teſtium proponenda erant; admitterentur ante teſtium iuramentum: Cui quaſtioni reſpondit Pontifex, tantum quoad crimina teſtium obicienda admitti debere, & probati ante ſententiam; nihil tamen reſpondit probationi exceptionis contra dicta teſtium; & ideo nihil praedictis contrariari videtur.

Octavo aduerſus id quod in praesenti notant omnes, in verſ. *absque ulla infamia*, videlicet infamis infamia iuris notatos repellendos a ferendo teſtimonio in omnibus cauſis, etiam contra aliam infamem, arg. text. in c. *ſi teſtes*, verſ. *Item liberi*, 4. *quaſt.* 3. cap. *perſonas* 20. de teſtib. l. *ſeruos* 5. cum alijs, de accuſat. tenent *Farin. de teſt.* 50. num. 44. *Inola in diſt. cap. teſtimonium*, num. 17. Obſtat text. in l. *in arenam* 11. C. de inoffic. teſtam. vbi patri arenatio non permittitur filium ſimilis conditionis a ſucceſſione deturbare; & in l. *quoniam*, C. de haereticis, & in cap. *ſi haereticus*, 2. q. 7. haeretici contra haereticos ad teſtimonium admittuntur. Cui dubio reſponderi debet, quod in diſt. *l. in arenam*, ceſſat ratio patris dedecoris, propter quam permittitur patri filium a ſucceſſione ſua excludere, cum pater arenarius conqueri non poſſit ex eo quod filius eius veſtigia ſequatur; ſecus erit in ferendo teſtimonio: nam cum teſtis in iudicio adhibeatur, & nihil cum patre agat, l. *quinguaſima* 12. ff. de probat. talis omnino deſideratur vt fidem religioni iudicariae debitam proponere poſſit; l. *eos* 5. C. de teſt. quae fides cum in infamibus non ſit iuſta de cauſa a teſtimonio repelluntur. Nec obſtat text. in diſt. *l. quoniam* diſt. cap. *ſi haereticus*. Quia id ſingulari iure propter rationem ibi expreſſam fuit admiſſum, vt conſtat ex verſicul. *Volunt*, & verſicul. *Permittimus*; quae iura hodie correctae

correcti sunt, cum omnes heretici sint excommunicati. *cap. excommunicamus, cap. pen. de hereticis, & excommunicatus a ferendo testimonio repellatur, cap. decernimus de sensen. excom. lib. 6. cap. infames, 6. quast. 1.*

Non aduersus ea, quae in presenti notant omnes, videlicet infamem, quoad honorem, & famam, à Principe restitutum ad testimonium admittendum esse, iuxta text. in *l. 3. §. lege Julia ff. de testib.* obstat text. in *c. Euphemium, 1. q. 3. in vers. si infamiam tamen abolere non possumus*; ex quibus verbis constat, famam, nec per Principem restitui posse. In cuius text. difficultate communiter dici solet, text. illum procedere in infamia facti, quae nec per Principem tolli potest; cum illa infamia nota adeo hominum mentibus scripta maneat, ut nec vlla potestae deleri valeat, notat Tiraq. *de iure Const. 3. p. lim. 7. n. 19.* & si intelligere velis de infamia iuris, rectè procedit Pontifex, dum ibi docet, infamiam laicis in temporalibus impositam ab eo auferri non posse, cum tantum illius fame restitutum ad Principem temporalem pertineat: videndus est omnino Osuald. *ad Donel. lib. 18. comm. cap. 3. lit. I. & Z.* Nec solutioni obstat text. in *leg. generalis 7. Cod. de sentent. passis, & restit.* ubi indulgentia Principis non tollit infamiam, nec ex ea dignitates recuperantur; quod est omnino contra text. in *l. ult. §. ult. C. cod.* Quia Principis indulgentia, si generalis est, & cum illo indulgemus, vel alio equipollenti sit vltus, tunc tantum tollitur poena; non verò infamia, *l. ult. C. de generali abolitione*; & ita obtinet text. in *d. l. 7. secus verò si dicat se restituere*: nam tunc bona, dignitates, & fama, in pristinum statum reducuntur; & ita obtinet text. in *d. l. leg. vit. §. vit.* notat Osualdus, *ubi supra d. cap. 8. lit. C. & Z.*

Decimò obstat text. in *l. qui testamento 20. §. cum qui, ff. de testamentis*, in illis verbis: *Eum, qui lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo.* Ex quibus verbis constat, infamem lege repetundarum damnatum ad testamentum adhiberi posse; quod est omnino contra text. in *leg. repetundarum 15. ff. de testib.* In cuius text. difficultate, omnia interpretatione Duareni *ad titulum de testamentis, cap. 8. in princip.* Horomani *lib. 1. obseruat. cap. 12. Donel. lib. 8. comment. cap. 5.* Cuiacii *in comment. vlt. super eisdem iuribus*, dum asserit legendum esse, negatione adhibita, hoc est *ad testamentum adhiberi non posse*; verissime dicendum est, poenam delictorum ex *leg. Julia repetundarum*, hodie extraordinariam, & in arbitrio iudicis positam esse: nam aliquando maior, aliquando minor imponitur, *leg. 7. §. fin. ff. ad leg. Juliam repetundarum l. hodie 13. ff. de poena*; meritò, si exilio, vel alia graviore poena reus fuerit condemnatus, nec in iudicijs, nec in testamentis legitimus erit testis; & ita est interpretandus text. in *d. l. repetundarum 15. ff. de test.* si verò duntaxat relegatione, vel alia minori poena fuerit condemnatus, dum tamen civitatem non amittat, tunc etiam in iudicijs testis esse non possit, cum in iudicio ex corruptione deliquisset, iterum in iudicio tanquam suspectus ad testimonium non admittitur, sed illa testimonij inhabilitas, ad testamentum non extenditur, cum tunc eadem ratio militet, praecipue quia poenae sunt reuocandae, non ampliandae, *c. odia, de reg. iur. lib. 6.* & ita est interpretandus text. in *d. l. qui testamento 20. arg. text. in l. 6. §. 1. ff. de test.* notat Osuald. *ad Donel. lib. 6. comment. 47. lit. L.*

Vndecimò aduersus ea, quae in presenti notati solent: videlicet quod is qui olim infamis fuit, tamen ex tempore aliquando infamis esse desinit: veluti si ex causa famosa temporali poena quis plectatur: nam tempore elapso inter infames non habetur, ita ut possit postulare, testimonium ferre, honores obire, *l. Imperator 8. ff. de postulando, leg. generaliter 6. §. 5. de Decurion. l. 3. C. ex quibus causis infamia irrogetur, l. fin. C. de his qui in exilium dati*: *lib. 10. obstat text. in leg. non poterit 63. ff. de iuris. l. Diuus, ff. de iniurijs*, ubi constat, iudicem efficere nequire, ut causa famosa damnatus, etiam non sequatur infamiam, praecipue, si temporali poena ex causa famosa sit damna-

tus: nam tunc perpetuus infamis remanet, *l. ad tempus 6. Cod. de quibus causis infamia irrogetur, leg. ad tempus 5. ff. de Decurion. l. ordinarij 15. vers. Minoribus, ff. ad municipalem.* Pro qua iurium verissima interpretatione, tres casus constituere omnino necesse est. *Primus*, quando iudex delinquenti imponit poenam à iure statutam, *Secundus*, quando duriores, *Tertius*, quando mitiores. In primo casu infamia perpetua est, quamvis poena tempore finiatur: nam tunc non infligitur infamia à iudice, sed ab ipsa lege, cuius effectus perpetuus est; & ita obtinet text. in *d. l. non poterit 63. ff. de iuris, cum similib. l. palam 43. vers. Non solum, ff. de ritu nuptiar.* In secundo verò, quando grauior vltra legem poena est imposita, infamia post tempus poenae non durat, cum ex duriori sententia videatur quasi transactum, ut securitas poenae succedat loco infamiae, *l. quid ergo, §. poena grauior, ff. de his qui notantur infamia, & ita est interpretandus text. in d. l. ad tempus 5. cum similibus supra adductis, l. 8. C. ex quibus causis infamia irrogetur.* In tertio tandem quando iudex leuiorem poenam imponit, distinctio adhibenda, est an sine causa sola gratia ductus iudex poenam minuit, an cum rationabili; in primo casu semper durat infamia, quamvis poena temporalis extinguatur, & ita obtinet text. in *d. l. ad tempus 5. ff. de Decurion.* si verò ex iusta causa poena est diminuta, transacto tempore, non reputatur infamis, & ita obtinet text. in *l. 1. C. ex quibus causis infamia irrogetur, l. generaliter 3. §. 1. ff. de Decurion. l. 1. §. ult. ff. ad l. Corn. de fals. l. Imperator 8. ff. de postulando.* Nec obstat text. in *l. 1. & 2. C. de his, qui in exilium dati lib. 10.* ubi indistinctè cavetur, ordine ad tempus interdictum, post tempus nullam reportare infamiam: quia iura illa procedunt quando interdictum ad tempus, mitiorem poenam, quam lex statuerat, passus est; notat Ioannes de Plat. *in d. l. iuris l. n. 1. Donel. lib. 10. comment. c. 8. Cuiac. lib. 1. responsorum Papiniani, in d. l. ordinarij, ff. ad municipalem, & lib. 6. responsorum Papiniani, in l. fin. ff. de publicis iudicijs, & lib. 20. obseruat. c. 38. Ant. Faber in Rationali ad text. in l. Imperator ff. de postulando.*

Duodecimò aduersus ea, quae in presenti notant Doctores omnes: videlicet infamem infamia canonica notatam, quae ex lethali culpa contrahitur, à testimonio repellendum esse, iuxta textum in *cap. testimonium 54. de testib. c. testis 2. q. 7. cap. constituimus 395. c. illi qui, c. infamis, 6. q. 1.* Obstat dicere, quod si esset hoc verum, ferè nullus idoneus testis inueniretur, cum septies in die cadit iustus, *c. septies, de penitentia, distin. 4.* cum nemo sine crimine vivat, *cap. nisi cum pridem 5. propter, de renuntiatione, cap. unum orarium, §. nunc autem, 25. dist. praecipue cum probationum facultas non sit restringenda, ne veritas occultetur, cap. quoniam frequenter, vers. Ne veritas, ut lite non contestata, c. significavit 41. de testibus, ac si infames infamia facti, vel canonica repellantur, facultas probationum coangustabitur, & veritas obscurior erit. Cui difficultati occurritur, si dixeris, non ex eo restringi facultatem probationum, nec veritatem occultari, siquidem poterunt produci alij idonei testes omni exceptione maiores; cum quibus veritas magis elucesceret.*

Nec obstant ea, quae supra retulimus. Quia iura illa non debent intelligi de criminibus ipso iure infamiam irrogantibus; sed de crimine lethali culpa ac ideo licet testes infamia canonica notati à testimonio ferendo repellantur, id tamen intelligi debet cum perleuantia in peccato extat; nam si is absolutus, aut emendatus fuerit, non repellatur, iuxta textum in *d. c. testimonium 54. de testibus, vers. Si verò.* Nec obstant verba eiusdem textus in vers. *Et cum non committit infamiam*, ubi constat adhuc post emendationem, & absolutionem infamiam durare posse. Quia illa verba non debent intelligi de infamia canonica, quae statim per poenitentiam, & absolutionem tollitur; sed tantum de infamia facti propter crimen, seu peccatum commissum, cuius fama apud graves viros diminuitur, nec per absolutionem restituitur; secus verò quoad notam criminis, nam qui c. per emendationem tollitur; notat Cuiac. *in posthumis*

ad text. in dict. cap. testimonium Nec solutioni obstat text. in l. palam. vers. Non solum, de iur. nuptiarum, l. qui ff. de re militari, l. qui fugitius, ff. de adilitio edicto; vbi adhuc post emendationem non tollitur nota ex crimine causata: nam responderetur, quod aliud est, an post emendationem criminis tollatur causa propter quam quis repellitur à testimonio an vero tollatur præsumptio eiusdem criminis; in primo casu, per emendationem tollitur causa, propter quam quis fuerit expulsus à testimonio, vt in dict. cap. testimonium; in secundo vero per emendationem præsumptio illa non tollitur: nam semel malus, semper præsumitur malus, cap. semel, de reg. iur. libro sexto, & ita obrinet text. in d. l. palam, versiculo, Non solum, cum similibus supra adductis.

17 Decimotertio aduersus nostrum text. in vers. Quod si sola, iuncto vers. Nisi prius se probauerint innocentes, dum Pontifex asserit conuictos, vel confessos, contra alios ad testimonium non esse admittendos, nisi prius se probauerint innocentes, iuxta text. in c. 1. 2. §. 1. 1. Obstat dicere, eos, qui semel confessi sunt, suæ propriæ confessioni stare debere, c. si teras 1. 4. de præsumptionibus, præcipue quia negatiua probatio impossibilis est, cap. quoniam contra cap. ad nostram de probationibus, l. actor. 23. Cod. eodem. In qua difficultate, ommissa Glossæ interpretatione in præsentem, verbo: Innocentes, Decij numero 7. verissime est dicendum, text. nostrum producere in causis, in quibus testes nondum sunt conuicti, vel confessi. Nec obstant vltima illius versicul. verba: quia Pontifex auctoritatem illam per argumentum à maiori adduxit, quasi diceret, quod si testes illi, qui accusati sunt, quamvis nec confessi, nec conuicti repellantur; nisi se probauerint innocentes, multo magis repellendi sunt qui in alio iudicio conuicti, vel confessi sunt. Nec solutioni obstat dicere, conuictos in alio iudicio, non debere à testimonio repelli; si quidem res inter alios acta alijs non nocet, nec prodest; l. sape, digest. de re iudicata, l. 1. & 2. Cod. quibus res iudicata noceat. Quia regula illa cessat quoties res illius naturæ est, quæ personam afficiat: nam tunc etiam inter diversas personas personam sequitur, notat Covarr. in cap. alma mater, 1. part. §. 3. numer. 2.

18 Decimoquarto ad versus nostrum text. in versiculo. Caterum, dum asserit, crimen per exceptionem testibus obiectum sufficere, vt à testimonio repellantur non tamen pœna ordinaria puniendos esse, vt constat ex iuribus in ratione decidendi supra adductis: Obstat textus in cap. cum super 2. de confessis, cap. inquisitionem 46. de electione; in quibus iuribus constat, testem per exceptionem conuictum pœna ordinaria esse puniendum. Quam difficultatem tolles, si dixeris, iura illa procedere quando crimen testibus obiectum, tangit & concernit negotium principale, cum in eo tanquam reus involutus sit, quo in casu non solum repellitur, sed etiam punitur, vt constat ex illorum iurium serie, & notat Glossa fin. in præsentem. Nec solutioni obstant verba nostri text. versicul. Præsertim vbi crimen, quod ijs obicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur. Quæ verba denotant idem dicendum esse, cum crimen tangit causam principalem; ponderando verbum illud Præsertim. Quia dicendum est, illam dictionem Præsertim, idem significare, ac si diceret tantum; notant Hostiensis, Ioannes Andreas, Ancharan. & ordinarij omnes in præsentem, quemadmodum etiam verbum Maxime, plerumq; accipitur pro tantum, notat Brissonius de verb. sign. verb. Maxime.

19 Decimoquinto, prædictis obstat text. in l. 3. §. si publico, digest. ad l. Iul. de adul. mulier de adulterio à marito accusata, si ei lenocinij exceptionem opponit, punitur maritus pœna ordinaria lenocinij. Quæ difficultas parum obest, si dixeris, ibi non agi de crimine per viam exceptionis opposito, sed de accusatione lenocinij ab ipsa muliere proposita, postquam iam inter reos recepta erat: quia alias si in vim exceptionis proponere-

retur, proponi deberet antequam in reos esset recepta iuxta formulam text. in l. si maritus 15. §. præscriptio, ff. eod.

Nec obstat textus. in l. cum mulier 4. digest. soluto matrim. vbi maritus repellitur ab accusatione propter lenocinij exceptionem: quia procedit antequam nomen mulieris inter reos esset receptum, notat Anton. Gom. in l. 8. Tauri, numer. 71. Nec obstat dicere, mulierem illam non potuisse maritum de lenocinio accusare, antequam ab accusatione esset purgata; iuxta textum in l. si quis reus 5. digest. de publicis iudicijs, quia regula illius text. cessat, quando accusatus, reaccusando prosequitur suam, vel suorum iniuriam, vt mulier, in dictis iuribus, iuxta text. in l. neganda, Codic. de his qui accus. non poss. Nec obstat text. in l. quoniam Alexander 26. Cod. ad legem Iul. de adult. vbi Alexander qui de adulterio accusatus est, seruus fuerit, pronunciat, etsi de lenocinio mariti exceptionem opposuerit, non admittitur: quia Alexander ibi exceptionem opposuit per modum accusationis; vt indicant verba illa, esse pollicitum, ideoque repellitur: nam licet possit excipere de lenocinio mariti, l. seruos, ff. de accusat. tamen accusate non poterit, l. pen. C. qui accusare non poss. l. seruus, C. de ind. l. quoniam 26. Cod. ad l. Iul. de adult.

Ad textum in cap. A Nobis 2. hoc titulo.

S Y M M A R I V M.

- 1 Reo excipienti de excommunicatione contra assertorem non obstat replicatio communicationis.
- 2 Excommunicatio est in duplici differentia maior, vel minor Maior est censura Ecclesiastica, quæ privat Christianum à perceptione Sacramentorum, & communione fidelium. Minor est censura Ecclesiastica, quæ tantummodo privat Christianum à perceptione Sacramentorum non verò à communione fidelium.
- 3 Anathema, & maior excommunicatio inter se non differunt quoad pœnam, secus quoad solemnitatem, & extremam detestationem.
- 4 Communicans cum excommunicato, minori excommunicatione inuoluitur. Expenditur text. in c. significavit, vers. Eadem excommunicationis sententia: cap. nuper, vers. Pari pœna cap. concubinæ, versic. Sententia maioris excommunicationis involuit, de sententia excommunicationis.
- 5 Expenditur text. in c. Teugualdum; c. qui communicaverit, 11. q. 3. c. qui merito, 11. q. 5.
- 6 Vxor filij, & similes, propter ipsam iuris necessitatem communicare cum excommunicato poterunt absque illo peccati periculo. Expenditur text. in c. de filia 26. 27. q. 1.
- 7 Ermenegildi factum, ex eo, quod ab Episcopo Arriano etiam in casu necessitatis Eucharistia Sacramentum accipere noluit, refertur & laudatur in cap. fin. 24. quæst. 1.
- 8 Interpretatur text. in c. si verè 34. de sententia excommunicationis, iuncto versiculo, Et sub spe veniæ.
- 9 Communicans cum excommunicato, minorem excommunicationem incurrit, si excommunicatum esse cognoverit, secus si ignoraverit: explicatur text. in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. vers. Maxime si postquam didicerit aduersus eos prolatam fuisse sententiam &c.
- 10 Mores alterius, qui semel approbavit, postea reprobandi non poterit. Exponitur c. 1. de exceptionibus, versic. Quod ipse ab accusatione

accusatione illius poterit removeri, *cap. nulli*, de accusationibus, l. cum mulier 49. ff. soluto matrimonio.

- 11 *Illustratur text. in cap. 1. versic. Si vero postmodum, de exceptionibus, lib. 6.*
 12 *Explicatur textus in capit. placuit, 18. distinct. versic. Ecclesie suae communione debent esse contenti, & ibi plura iura remissive interpretantur.*

CONCLUSIO.

Exceptio de excommunicatione contra actorem non obstat replicatio communionis. Comprobat textus in *cap. cum inter 5. vers. Caterum, cap. dilecti 8. hoc titulo, cap. 1. in princip. hoc tit. lib. 6. cap. intelligimus, de iudic. cap. nuper, vers. In secundo, de sententia excomm. cap. excommunicatos, cap. qui cum excommunicato, cap. qui excommunicaverit, cum aliis, 11. quest. 3.* Exornant hanc conclusionem Covarr. in *cap. alma mater 1. part. §. 2. & 3.* Euriquez lib. 13. de *excomm. cap. 2.* Suarez de *cenfuris, disp. 8. section. 2. cum seqq.* Dueñas reg. 268. Vgolinus de *cenfuris, tract. 2. cap. 23. §. 1. num. 9.* Reginal. in *praxi fori poenitentia. lib. 52. n. 68.* Doctor Frechilla in *tract. de excommunicatione, art. 2. part. 3. & 5. 2. part. & præcipue in 3. part. artic. unico per totum.*

Ratio refertur in text. nostro, apud finem, videlicet, quia actor est maiori excommunicatione ligatus, & à communionem fidelium, simul & participatione Sacramentorum prohibitus; reus verò qui minori excommunicatione est ligatus, à participatione Sacramentorum tantum est remotus, non verò à communionem fidelium exclusus: ex qua nostri text. ratione communiter deducitur, excommunicationem esse in duplici differentia, scilicet maiorem, & minorem: Maior excommunicatio est *Censura Ecclesiastica, qua privatur Christianum à perceptione Sacramentorum, & à communionem fidelium.* Minor verò est *Censura Ecclesiastica, qua tantummodo privatur Christianum à perceptione Sacramentorum, non verò à communionem fidelium,* iuxta textum in *cap. si celebrat, de Clerico excommunicato, cap. omnis Christianus, 12. quest. 3. cap. Engeltrudam, 3. quest. 4. d. 1. sit. 9. part. 1.*

Primò adversus communem excommunicationem divisionem obstat dicere; in Romana Ecclesia aliam excommunicationis speciem scriptam reperi, hoc est anathema; quæ maior censura, & poena dicitur in *cap. Engeltrudam, 3. quest. 4. cap. cum non ab homine, de iudic. cap. Guilsarius 2. 3. quest. 4.* ergo non duplex, sed triplex excommunicationum species scripta reperitur. Sed in hac iurium difficultate verissimè est dicendum, nullam differentiam verari inter anathema, & maiorem excommunicationem; hoc est, quoad poenam, & animæ vinculum; differunt tamen quoad solemnitatem horrendam, & extremam illam detestationem ac maledictionem; quæ fit ad maiorem populo terrorem incutiendum; quæ solemnem anathematis execratio refertur in *cap. debent, 12. quest. 3.* notat Abb. in *cap. cum non ab homine, de iudic. num. 13.* Covarr. *ubi supra, 2. part. §. 8. num. 8.* Anastasius Germanus in *paratitulis ad tit. de sententia excommunicationis*; ad quam quidem extremam, & solemnem maledictionem adaptandus est textus in *dist. cap. Engeltrudam, 3. quest. 4. cap. cum non ab homine, de iudic. cap. Guilsarius, 23. quest. 4. cap. si quis Episcopus 5. de hereticis, cap. caterum, 24. questione tertia, & Pauli autoritas ad Corinth. cap. 14. in illis verbis: Si quis non amat Iesum Christum sit anathema: nam text. ille non debet intelligi de excommunicatione simplici, sed de execratione, quasi diceret *fit maledictus, & Canticorum, cap. 6. ibi: Habituamus in Ierusalem, in qua anathema vltra non erit, idest maledictio, & textus in l. 3. Cod. de summa Trinitate, & si de Catholica, plures refert D. Balboa in commentariis ad hunc text. à num. 94.* Doctor Frechilla de *excommunicatione, art. 3. num. 2.**

Secundò adversus nostrum text. vers. *In locatione,* dum ibi notant omnes, cum excommunicato non esse communicandum, alias communicans minorem excommunicationem incurtere, iuxta textum in *cap. statumus, cap. consti. cap. statutum, de sentent. excomm. lib. 6. cap. sicut apost. 11. quest. 3. cap. nuper de sent. excomm. c. cum excomm. 13. 11. quest. 3.* notat Covarr. in *cap. alma mater, 2. part. §. 3. num. 3. versic. Sed si quis cum excommunicato,* Vgolin. de *excomm. maiori, tract. 2. cap. 23. §. 12. num. 1.* Suar. de *excomm. disp. 27. section. 2. Doct. Frechilla tract. de excomm. 3. part. art. 1.* Obstat text. in *cap. significavit, vers. Eadem excommunicationis sententia, cap. nuper, vers. Pari poena, cap. si concubina, vers. Sententia maiori excommunicationis, involuit, inf. de sent. excommunicat. can. excommunicatos 17. vers. Simili excommunicationi, cap. cum excommunicato, 18. 11. quest. 3.* In quibus iuribus constat, communicantem cum excommunicato, excommunicationis poenam incurtere. Sed in hac iurium difficultate, omnia interpretatione Glossæ in *dist. cap. significavit,* verius respondendum est text. in *dist. cap. significavit,* procedete in speciali poena à iure statuta contra Clericos, scientes, & sponte violantes excommunicationem à Pontifice promulgatam, participando cum excommunicato in divinis officiis. Primò, quòd in illo casu, maior excommunicatio sit Papalis. Secundò, quòd participans, sit Clericus. Tertio, quòd participatio sit in divinis. Quarto, quòd sciens communicat. Quintò, quòd participatio fiat sponte, non vi, vt constat ex text. in *dist. cap. significavit, docet Gloss. verb. Constitutionibus, in dist. cap. statumus, de sententia excomm. lib. 6.* Covarr. in *cap. Alma mater. §. 3. num. 4.* Vgolin. de *excomm. maiori, tract. 2. cap. 23. num. 1.* Suar. de *excomm. maiori, dist. 100. sect. 2. num. 8.*

Nec obstat textus in *disto cap. nuper, de sentent. excomm. quia loquuntur quando quis communicat cum excommunicato in crimine, pro quo maiorem excommunicationem incurrit, docet Bern. in presentia, Covarr. glos. ult. ubi supra, num. 5.* Vgolin. num. 2. Ratio est, quia qui communicat cum excommunicato in crimine damnato, videtur in eo delinquere, & idèd eadem poena punitur, cum facientes, & consentientes pari poena puniri debeant, vt in *dist. cap. nuper.* Nec obstat text. in *dist. cap. excommunicatos, dist. cap. cum excommunicato, 11. quest. 3.* Quia loquuntur de simili, & communi excommunicatione in genere, non verò in specie; & sic tantum de minori, quæ à perceptione Sacramentorum, non de maiori, quæ privatur à communionem fidelium simul.

Tertio obstat textus in *cap. Teugualdum, cap. qui communicaveris, 11. quest. 3.* vbi loquens cum excommunicato, iucurrit maiorem excommunicationem; & si Clericus fuerit, deponitur. Sed respondetur, quòd in *dist. iuribus,* laicus non in maiorem excommunicationem incurrit, nec Clericus deponitur ex sola cum excommunicato locutione; sed ex eo præcipue, quia asserebant publicè se violasse censuram à Pontifice latam; merito laici cum illo excommunicatorum genere participantes excommunicantur, & Clerici deponuntur. Nec similiter obstat textus in *cap. qui merito, 11. questione quinta,* vbi constat, communicantem cum excommunicato, pari crimine teneri, hoc est, maiori excommunicatione. Quia *textus* ille procedit, quoties maior excommunicatio, ita à Iudice per sententiam contra sic communicantes profertur; vt constat ex illo verbo, *Subiacebunt,* quòd verbum futuri temporis mentem significat, notat Balboa in *comment. ad hunc text. num. 129.*

Quarto adversus ea, quæ communicet in presentia notant Doctores omnes: videlicet ob communem necessitatis causam, scilicet mortis, vel alterius periculi, cum excommunicato communicari permissam esse, iuxta text. in *cap. quod in dubiis 31. & cap. 34. de sentent. excomm. cap. quoniam multos, 11. quest. 3.* vbi similiter vxor, & filii ex ipsa iuris, & communionis necessitate,

cum patre, vel matito excommunicato communicare permittitur? notat Suar. de censu, disp. 11. sect. 1. num. 3. Frechilla de excom. 3. par. art. unico, n. 4. & 5. obitat text. in cap. de filia 26. 27. quest. 1. vbi parentes cum filia excommunicata participantes, etiam in eodem vinculo communicationis involuuntur. In cuius text. difficultate omnia Gloss. interpretatione ibi, verbo, *recepta*: verissime est dicendum, text. illum non agere de ordinaria patris, & filiae communicatione, sed de simultanea criminis defensione, ex eo quod postquam filia Religionis votum emisisset, eius pater in affectionem recepit, & patrocinatus fuit, vt matrimonium contraheret; merito propter illius criminis defensionem, pater ille maiori excommunicatione notatur.

7. Quinto obstat text. in cap. fin. 24. quest. 1. vbi factum Ermenegildi laudatur in eo, quod ab Episcopo Artiano, etiam in necessitatis causa Eucharistia Sacramentum accipere noluit; ergo necessitate maxima urgente communicatio cum excommunicato non permittitur. Cuius text. difficultas ex eo dissoluitur, quia longe eius species distat ab ea, de qua tractamus; nam Ermenegildus ibi non erat in ultimo mortis articulo, siquidem ei non fuit oblata Eucharistia in modum viatici, sed vt in Paschate communicaret; Praecipue cum ibi non tractetur solummodo de Clerico excommunicato, verum etiam de Heretico, à quo communionem Ecclesiasticam recipere nunquam possumus.

8. Sexto aduersus illum communem Doctorum sententiam asserentium extra casus exceptos in dist. cap. quoniam multos 103. 11. quest. 3. dist. cap. quod in dubijs de sententia excommuni. cum excommunicatis, etiam si necessitas vigeat, extra iudicium, non licere communicare, vel contrahere iuxta text. in cap. vltim. caus. 11. quest. 3. valde obstat text. in cap. si verè 34. de sententia excomm. vbi etiam extra iudicium, necessitate negotij Cruce signatis cum excommunicatis communicare permittitur. Cui dubio dicendum est, text. in dist. cap. si verè impune permittitur, cum Venetis excommunicatis nauigat; dum tamen participationis terminos non excederint; nam contractuum participatio cum illis legalis, & permessa dicitur; vt constat ex textu in dicto cap. quoniam multos & in dist. c. quod in dubijs; & ex eodem c. si verè in fine vers. In quibus eorum communionem non poteris euitare. Nec solutioni obstant verba text. ibi: *In cordis dolore, & amaritudine, & sub spe venia*. Ex quibus verbis probari videtur etiam in communionem illa necessitatem esse absolutam, & penitentiam: quia verba illa debent referri, quando extra navigationis necessitatem, in ioco, vel ludo, Cruce signati cum Venetis ita communicauerint, secus in contractibus; siquidem postquam in nauem ingressi sunt ex ipsa legis necessitate communicare permittitur; ne exinde percat: quemadmodum etiam eadem ratione in dist. cap. quoniam multos, filij cum patre communicare permittuntur.

9. Septimo aduersus nostrum text. in vers. *Scienter*, dum ibi notant omnes ignorantem communicantem cum excommunicato non incurrere excommunicationis sententiam, sed tantum si scienter communicauerit; quod etiam docet text. in cap. quoniam multos 11. quest. 3. notat doctor Frechilla de excomm. 3. par. art. unico, num. 12. obstat text. in cap. si quis Episcopus 6. 11. q. 3. vers. *Communiantes ab Ecclesia eiciendos, maxime si postquam didicerint aduersus eos prolata fuisse sententiam*. Ex quibus verbis probari videtur, communicantes cum excommunicatis etiam ignorantes à communionem esse repellendos; ponendo verbum illud *Maximè*; ex quo constat, quod si ignorantem communicauerint, excommunicationis sententiam incurrunt, in cuius text. difficultate omnia Gloss. interpretatione, quam refert Gloss. ibi, verbo, *Maximè*; verissime est dicendum, quod text. in dist. cap. si quis Episcopus, intelligi debet de illo antiquo tempore, in quo communicantes cum excommunicato etiam ignorantes, eodem excommunicationis vinculo ligati remanebant, siquidem text. ille fuit editus terro tempore ante Gregorium Septimum in dist. cap.

quoniam multos, vt ex eius epigrapha apparet, nam Greg. Septimus eos dumtaxat vinculo excommunicationis ligare voluit, quis scienter cum excommunicatis in contemptum censuræ Ecclesiasticæ communicauerint; cuius Gregorij Septimi decisio, quasi antiqui iuris correctoria apparet, vt constat ex verbo illo *Subtrahimus*, quod ius nouum inducit; cuius Gregorij Septimi sententiam fuit sequutus Innocentius Tertius in presenti verbo scienter.

Octavo aduersus nostrum textum in versicul. *Quod ipse ab accusatione illius poterit remoueri*: ex quo constat, quod si reus obiciat aduersus actorem exceptionem excommunicationis, reo ipsi non poterit oblatæ communionis replicatio, iuxta text. in cap. nuper 29. vers. sic. In secunda de sententia excommunicationis, dist. cap. statuimus, cum traditis à Covar. in dist. cap. alma mater, 1. p. §. 2. & 3. Suar. dist. disp. 8. sect. 2. obitat text. in cap. nulli de accusationibus; vbi constat, quod is qui motus alicui approbavit, postea reprobare non potest, quod etiam docet text. in l. si vxor 15 §. fin. ff. ad legem Iul. de adult. cum mulier 49 ff. solute matrim. etgo reus, qui semel actorem in allocutione comprobauerit, non poterit postmodum ab accusatione repellere; in quorum iurium difficultate, omnia Gloss. interpretatione Panormitani in presenti, num. 7. Felini num. 9. verissime est dicendum, text. nostrum procedere in eo, qui cum excommunicato dumtaxat participat; text. vero in dist. cap. nulli, agere de Episcopo, qui illum ultra participationem etiam in familiaritate induxit, admisit & domui suæ detinuit quapropter in odium Episcopi specialiter in dist. cap. nulli, statuitur Episcopus non admitti ad reprobandum illum, quem ipsemet approbavit; notat Gloss. in presenti verbo, *Accusatione, in fine*; Balboa in comment. ad hunc text. num. 9. Nec obstat text. in dist. cap. cum mulier, cum aliis supra adductis: quia iuxta illa procedunt, quando approbatio pendet ex voluntate approbantis: nam tunc reprobare non potest, nec per viam exceptionis, vel accusationis, quos semel approbavit: secus verò dicendum, quando approbatio non pendet ex voluntate approbantis, veluti in communionem iudiciali necessaria, vt in specie nostri text. nam tunc ea approbatione non obstante, poterit contra illum instare, iuxta text. in cap. dilecto 25. de prebendis, cap. nostri 9. de electione, notat Panormitan. in presenti, num. 7. etsi contrarium senserit Decius num. 5. latèque prosequitur Doctor Balboa in comment. ad hunc text. ex num. 5. cum sequenti ibi.

Nono prædictis obstat text. in c. 1. vers. *Si verò post modum, hoc titulo, lib. 6. vbi processus, & acta iudicij cum excommunicato gesta parte non petente, valent: ergo ex voluntate litigantis, approbatio excommunicati etiam in iudicio pendet: cui dubio respondendum est text. in dist. cap. 1. vers. *Si verò, procedere in excommunicato occulto, qui pro excommunicato haberi non potest: arg. text. in l. ultra 77. ff. de contrahendo emptione: & idco cum eo bona fide gesta valent arg. etiam text. in l. Barbarius Philippus, ff. de officio Præs. l. Cod. de testamen.* Tum etiam, quia olim processus cum excommunicato factus, etiam non opposita exceptione erat nullus; sed postea ad normam reduxit Bonifacius in dist. c. 1. de excep. l. 6. de cuius interpretatione inferius agemus, in c. exceptionem, hoc tit.*

Decimo aduersus nostrum text. in vers. *Secundum verò tantum à Sacramentorum participatione sit remoueri*: ex quo deducunt omnes minori excommunicatione ligatum à perceptione Sacramentorum esse exclusum, iuxta text. in dist. cap. statuimus, cap. statutum, de sententia excommunicationis lib. 6. notat Covar. in dist. cap. alma mater, §. 1. n. 2. 3. Suarez dist. disp. 27. sectione 2. obstat text. in cap. placuit 18. dist. vers. *Ecclesia sua communionem debent esse contenti*: ex quibus verbis constat, quod si Episcopus ad Concilium congregandum accedere neglexerint, Ecclesie suæ communionem debent esse contenti, hoc est intra suam Ecclesiam panem celestem accipere possunt ergo minori excommunicatione ligati, intra suam Ecclesiam

Ecclesiam non sunt prohibiti Sacramenta percipere. Cui difficultati occurritur, ex eo, quod in specie illius textus idem Episcopus potuit intra suam Ecclesiam panem caelestem accipere, quia non minori excommunicatione fuit ligatus, sed tantum ex eo, quod non venit ad Concilij Congregationem, separatur à communionem ceterorum Episcoporum, quoad consecrationes, & similia concilia inter eos celebranda; de qua communionis prohibitionem intelligendus est etiam text. in cap. si quis, et secundo, 58. dist. quæ antiquæ pœnæ hodie jam in desuetudinem abierunt: notat Suarez de censur. dist. 24. section. 1. ex num. 2. Archiep. Bracharen. in 1. decreti parte, in d. cap. placuit. 18. dist. & in cap. si quis, 58. dist. de qua simili prohibitionem communionis intelligendus est text. in cap. de presbyterorum, 17. q. 4. cap. 1. in fin. 34. dist. Suarez ubi sup. n. 5. & similiter est interpretandus text. in cap. contumaces, 50. dist. ubi agitur de alia antiqua & peregrina communionis prohibitionem; & text. in cap. presbyter, 53. dist. de quibus Archiep. Bracharen. ad 1. decreti partem, in d. dist. cap. contumaces 2. 50. dist. & de interpretatione ad text. in cap. fin. de clerico excommunicato ministrante, videndus est Covar. in cap. alma mater, 3. p. 8. n. 2. & 7. Balboa in comment. ad hunc text. n. 103. cum segg. Frechilla de excomm. art. 5. 2. part. num. 13. usque ad 16.

fidei tantum, hoc est, non molestari in possessione pacifica; in qua factum versatur iuxta text. in cap. cum nostris 6. de concessione præb. vers. Non vacare, ut constat in text. nostro, vers. Nescitur investitus: quæ de causa Iacobus agit contra Canonicos interdicto retinenda possessionis; ut cum non molestaret in pacifica possessione jam acquisita; de qua causa Pontifex præcepit, non obstante Canonorum exceptione, Iacobum in possessione tueri debere: liquidem postea in iudicio plenario de ipsa pluralitatis exceptione cognosci poterat: notant Orlensis, & Innocentius num. 2. Anchar. num. 3. Cuiacius in posthumis ad nostrum textum.

Primo obicit text. in cap. cum ad 17. de rescriptis. ubi illa pluralitatis exceptio contra Petrum Canonicum, qui per literas incompatibilem præbendam impetravit, ad eum admittitur, ut impediatur eius possessionis apprehensionem. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod text. ille non loquitur de Interdicto retinenda; liquidem illius præbendæ possessio non fuerat apprehensa; at verò text. noster procedit, cum jam possessio esset apprehensa, quæ per pluralitatis exceptionem impedi non potuit; notat Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. Flaminus de resignat. beneficiorum, lib. 10. quæst. 2. Quod etiam dicendum foret, quamvis Canonici pluralitatis vitio non laborarent, iuxta text. in cap. item cum quis 6. de rest. spoliator. cap. super his, vers. Sin autem obijciatur, de accusationibus. Nec obstant verba nostri text. in vers. Quos constat in beneficia: quia illa verba tantum à Pontifice sunt addita, ut magis Canonorum molestantium malitia convincatur; non autem sunt à Pontifice proposita, ad finalem decisionis rationem; sed ex eo, quia plures exceptiones vicissim Canonici proposuissent, inter quas fuit illa beneficiorum pluralitatis obiectio; cui satisfacit Pontifex in dist. vers. Quos constat, asserens non esse admittendos, quia etiam ipsi eodem pluralitatis vitio laborabant; ut constat ex integra nostri text. & ab Anton. August. 3. collect. Decretalium. c. 3. hoc tit.

Secundò obicit dicere, beneficiorum pluralitatem omnium iuri, & rationi contrariam esse: cap. quia 5. cap. ad hac, cap. de multa 28. de præbendis; ergo habens plura beneficia, omnimodo per exceptionem pluralitatis repellendus est; Cui difficultati occurritur, si dixeris, illorum iurium regulam circa pluralitatis beneficiorum prohibitionem locum habere, quando in vim actionis pluralitas in alio sensu proponitur, at verò in specie nostri textus, non fuit opposita in vim actionis; sed exceptionis, quæ exceptio non privatur ab obtentis, cap. 2. vers. Nos autem, de ord. cogn. notat Andreas in præsentis, num. 8. tum etiam, quia Iacobus molestabatur in possessione, cum eum Canonici impediunt in fructuum perceptione; & nondum pluralis dici poterat, quousque in secundo beneficio pacificè fructus perciperet, cap. pastoralis 41. 7. quæst. 1. cap. si tibi concessum 26. de præbendis, lib. 6. notat Oyeda de incompatibilitate beneficiorum, 1. p. cap. 13. num. 46.

Tertiò prædictis obicit dicere, quod quando vtilitas Ecclesiæ instat, exceptio pro eius defensione admittitur, cap. si quis presbyterum 6. iuncta Glof. verbo, Prospexerit, cap. dilecti 8. hoc tit. ubi Canonici pro defensione suæ Ecclesiæ contra electum, excommunicationis, & perituri exceptionem obijciunt: eisdem obicit eiusdem exceptionis replicatio: ergo in specie nostri text. pluralitatis Canonorum exceptio ob Ecclesiæ vtilitatem admitti debebat: nec Canonici repelli poterant ex adversarij replicatione: cum ad Ecclesiæ vtilitatem pertineat, neminem plura beneficia obtinere, dist. c. quia 5. cum aliis, de præbendis, cap. quia nonnulli, de Clericis non residentibus. Quod dubium ex eo diluitur, quia in specie nostri text. Canonici, cum nec proprio nomine, illa pluralitatis exceptionem contra Iacobum agere poterant, rationibus supra adductis, repelli debebant: tum etiam, quia exceptio illa ad proprietatem pertinet, & non potuit impedire Interdictum retinendæ possessionis, c. 1. quæst. 1.

Ad textum in cap. Ecclesiasticæ 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- Beneficia plura habens contra alium de pluralitate non excipit.
- Auxilium legis frustra invocat qui committit in legem.
- Interpretatur textus in capite cum aded, de rescriptis.
- Beneficiorum pluralitas omni iuri, & rationi contraria est.
- Exceptio pro Ecclesia defensione admittitur, si vtilitas eius instat, & si alias non admitteretur. Exponitur textus in cap. cum Ecclesiasticæ 3. de exceptione.
- Possessio non acquiritur per solam investituram: & ibi expenditur text. in dict. c. cum Ecclesiasticæ 3. de exceptionibus, vers. De qua fuerat.
- Index ex officio, etiam parte non opponente, in beneficiis causis de pluralitate beneficiorum inquirere debet. Intellige ut ibi.

CONCLUSIO.

Habens plura beneficia contra alium de pluralitate non excipit. Comprobat text. in c. iudicet, 3. quæst. 7. cap. prohibet. 2. q. 1. cap. nihil iniquius, 32. quæst. 6. cap. pen. & fin. de adult. cap. cum omnibus, de constit. c. pro illorum, de præbendis. quoniam Alexand. Cod. de adult. leg. in arcem, Cod. de inoffic. testam. l. viro 40. leg. cum virum 49. ff. soluto matrim. leg. qui accusare, ff. de accus. leg. cum pars 194. ff. de reg. iur. leg. criminis, Cod. qui accus. non poss. leg. 2. art. 1. part. 7. illustrant D. Thom. 3. part. quæst. 6. artic. 6. Cajetanus quodlibet 2. quæst. 14. Soto lib. 3. de iust. & iure, quæst. 4. artic. 1. Decian. in praxi criminali, lib. 3. cap. 17. Barb. in dist. leg. viro, atque uxore, n. 17. ff. soluto matrim.

Ratio est, quia frustra auxilium invocat, qui committit in legem, cap. frustra, de usur. cap. vna. 16. dist. cap. intelleximus, de adult. merito canonici excipientes de pluralitate contra Iacobum, non admittuntur; quia ipsi eodem pluralitatis vitio laborant; præcipue, quia Iacobus jam erat adeptus possessionem beneficij, & sed locum non habebat Canonorum exceptio; si liquidem Iacobus nihil iuris de novo peteret; sed quid

quæst. 1. Nec obstat text. in *dist. cap. dilecti* 8. hoc tit. quia electus ille, contra quem de excommunicatione, & perjurio excipiebatur, nondum gaudebat beneficii possessione, & ideo non obstat illius exceptionis replicatio, notat Ostiensis in *presenti* n. 1.

6. Quartò prædictis obstabit dicere, Iacobum in præfenti non obtinuisse præbendæ possessionem; cum ab eo nondum fuisset apprehensa, ut constat ex eiusdem nostri text. verbis ibi: *De quo fuerat per Cælestianum investitus*, liquidem per solam investituram, non transfertur possessio, iuxta textum in *cap. ex ore*, verbo: *Mandatum, de his, quæ fiunt à maiori parte Capit. cap. pro illorum, verbo: Investitus, de præbendis*; liquidem corporalis possessio desideratur, l. 3. §. in amittenda, ff. de acquirenda possessione, Covar. lib. 1. var. c. 26. Sed scrupulus hic ex eo dissolvitur: quia in specie nostri text. non solum verbalis investitura possessionis intercessit, sed etiam actualis, & corporalis; ut constat ex verbis illis: *Pacificam possessione gaudere*; & ex eius integra ab Anton. Augan 3. collect. Decretalium.

7. Sextò obstabit text. in *c. cum nobis* 19. de electione, c. cum super, de causa possessionis, & proprietatis; ubi constat in beneficialibus causis, etiam parte non petente, Iudicem ex officio debere inquirere de criminibus, & de exceptionibus peremptoriis: ergo etiam si illa exceptio pluralitatis à Canonicis fuisset omissa, Iudex ex officio Clericum pluralem in præfenti debet repellere; non autem Canonicos defendentes excludere. Cui dubio dicendum est, quod quamvis verum sit, Iudicem ex officio de pluralitate inquirere debere, ex *dictis in iuris*, & ex textu in *cap. Sacerdotibus*, l. 1. quæst. 1. cap. exceptionem, hoc titulo: tamen illa pluralitas damnatio fieri non pote, quovsq; de ea Iudici legitime contineat: nempe vel per accusationem, vel denuntiationem, seu inquisitionem, & ideo Canonicoꝝ exceptio non admittitur; quia per eam solum dici non potuit jam constare de pluralitate beneficiorum, ex rationibus, & iuribus supra adductis, notat Decius in *presenti*, n. 10. Abbas n. 8. Hostiensis num. 4.

ceptionem, Cod. de probatione, auth. offerat. C. de licet contest. §. qui autem, Inst. de excusatione, inor. l. 2. tit. 5. lib. 5. Recens. cum à me traditis ad tit. de dilationibus, exornant Sardus in tractatu, de exceptionibus n. 195. cum sequent. titulum, de dilationibus exornant Sardus in tractatu de except. a nu. 195. cum seqq. Maranta de ordine iudiciorum, p. 6. numero 9. num. 7. Malcat. de probationibus, concl. 2. Miranda de ordine iudiciorum, quæst. 20. art. 1. Anton. Faber in suo Cod. hoc tit. diffinitione 34. Covar. in præfenti, cap. 26.

Ratio est; quia interdum partes exceptiones dilatorias ad differendum iudicium malitiosè opponunt, & ne pars adversa sumptibus, & expensis prægravetur, iusta de causa Iudex terminum præfinire potest ad proponendas prædictas dilatorias exceptiones: quia aliàs esset contra decisionem text. in *leg. properandum*, Cod. de iudicis, cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, leg. fratris, Cod. de transactionibus, cap. 2. de appellat. lib. 6.

Primò obstabit dicere, à iure indulgum esse, ut reus opponat exceptiones usque ad litis contestationem, cap. inter Monasterium, de re iud. fin. C. hoc tit. leg. a demum, C. de procuratoribus; sed indulgum à iure beneficium, non est alicui auferendum, cap. indulgum, de regul. iur. lib. 6. ergo Iudex non poterit terminum à iure statutum augere, vel minuere, iuxta text. in *leg. 4. §. si quis, vel §. Sed siquidem, ff. de re iud.* Cui dubio communiter responderi solet, quod etsi regulariter à iure sit terminus designatus ad proponendas dilatorias exceptiones, hoc est, usque ad litis contestationem; ut constat ex iuribus supra adductis: tamen prædicta iura declarantur, & limitari debent iuxta nostri text. sententiam; ut non procedant, quando extrat litigantium malitia: nam tunc post terminum à Iudice assignatum admitti non debet; notat Abbas in *presenti* num. 5. Decius num. 11.

Secundò obstabit dicere, exceptionem procuratoriam esse; *leg. 2. §. fin. leg. 1. §. procuratoria, ff. de exception.* sed exceptio illa non solum in quacunque litis parte, sed etiam post diffinitivam sententiam opponi potest, cap. in nostra §. de procuratoribus: ergo hucusque dicta sustinere nequeunt. In qua difficultate, omnia Ac. usq; interpretatione in *licet C. de procuratoribus*, verissime est dicendum, ideo exceptionem illam etiam dilatoriam in quacunque litis parte esse admittendam, quia cum exceptio illa de defectu mandati, reddat retrò processum nullum; semper præsumitur ante litis contestationem esse opposita; liquidem ex defectu mandati, contestatio illa processus, & sententia nullius momenti sit, cap. in nostra, in fine, de procuratoribus. Nec obstat text. in *leg. 1. §. non ponitur, §. ratihabitionis, ff. de procuratoribus*, ubi ex illius defectu iudicium non annullatur: quia procedit in exceptione cautionis non præstitæ, quæ ante litem contestatam opponi debet; non tamen ex eo iudicium redditur nullum. Nec obstat text. in *leg. 2. C. de consortibus eiusdem litis*; ubi illa cautionis exceptio, post litem contestatam opponi potest. Quia textus ille procedit, cum procurator post litem contestatam intervenit; nam merò cum exceptio illa noviter emerit, tunc opponi potuit, notat Bartol. in *dist. 1. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procuratoribus*. Ita similiter est interpretandus textus in *cap. infinuente, de officio Delegati*, ubi similiter exceptio dilatoria post terminum à Iudice assignatum, & post contestationem admittitur: quia de novo fuit reperta, & in partis notitiam venit: nam tunc exceptiones huiusmodi admittuntur, ut constat ex textu nostro, in versic. *Nisi forte aliqua de novo sibi competens exorta fuerit, &c.* Nec obstat textus in *cap. exceptionem, infra hoc tit.* ubi etiam post terminum à Iudice assignatum, exceptio excommunicationis, quæ dilatoria est, opponi potest: quia procedit specialiter in excommunicationis exceptione, quæ propter periculum peccati consistentis in participatione, admittitur iuxta textum in *c. 1. hoc tit. lib. 6.*

Tertio adversus nostrum textum, versicul. *Quas non fuerim*

Ad textum in capit. Pastoralis 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1. Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet.
2. Assignatur ratio.
3. Indulgum à iure beneficium non est alicui auferendum.
4. Exceptio procuratoria, etsi dilatoria sit; in quacunque litis parte obijci potest. Contestatio litis, & eius sententia, ex defectu mandati, nullius momenti est.
5. Explicatur textus in *leg. 2. Cod. de consortibus eiusdem litis*.
6. Protestatio desideratur, ut exceptio dilatoria post terminum assignatum admittatur. Expenditur text. in *cap. pastoralis 4. de exceptionibus* vers. *Quas non fuerint protestatæ cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum, vers. Salvis exceptionibus*.
7. Expenditur textus in *capit. presentium 31. de testibus*.

CONCLUSIO.

1. Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in casibus hic expressis. Comprobat textus in *capit. presentium, de testibus, capit. inter Monasterium, de re iudicata, cap. cum causam, de appell. cap. 2. de dilatione leg. fin. Cod. de exceptione leg. ita demum, C. de procurator leg. ex-*

fuertint protestata, nullatenus audiamur, &c. Ex quibus verbis constat, necessariam esse specialem protestationem, vt exceptiones dilatorias post terminum assignatum admittantur; nec generalem sufficere, docet Glos. in presenti, verbo, Protestata; Panormit. num. 17. Covarr. in practico, cap. 26. num. 2. obstat textus in cap. ad dissolvendum de desponsatione impuberum, vers. Salvo exceptionibus; vbi constat, quod etiam si pars non protestatur, se velle exceptiones dilatorias opponere, adhuc ei manet saluum ius opponendi: Cui dubio verius dicendum videtur; quod ibi idè admittuntur, quia terminus ad illas opponendas non fuit assignatus; præcipue, quia Iudex protestatus est (ad ulteriora procedendum,) ac idè saluum manet ius partibus opponendi eas exceptiones, cum illa Iudicis protestatio releuet partes ab illa exceptionum protestatione. Nec obstat text. in c. presentium 31. de testibus: vbi generalis protestatio ad proponendas exceptiones admittitur: quia protestatio illa intra terminum, & nominatim, fuit proposita; nec fuit necesse impedimentum exprimere, cum sufficiat iurasse, non malitiosè excipere, siquidem forsitan testis in protestantis favorem deponere potuisset; vt advertit text. ille in fine: aliud verò observatur in protestatione exceptionis; in qua, causa exprimi debet, cum diversa ratio militet; & de interpretatione ad textum in l. 2. ff. de re iudicata, cum l. 4. §. si quis, ff. eodem, latè à nobis est actum in titulo de dilationibus, quæ omnia in presenti sunt re-
pendenda.

Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest; sed reconvenire non potest; Consonat textus in cap. intelleximus, de iudicijs, c. exceptionem, hoc tit. c. 1. hoc tit. lib. 6. cap. decernimus, de sententia excommunicationis, lib. 6. Clementina unica, de exceptionibus, cap. excommunicamus, §. credentes, de hæreticis, c. si verè, de sententia excommunicantis, cap. sicut, c. excommunicatos, 11. quest. 3. cap. sacris, de his quæ vi. cap. statimus, cap. constitutionem, de sentent. excommunicationis, lib. 6. l. 34. tit. 9. part. 1. Exornant hanc conclusionem Socius regul. 132. Duñas regul. 268. Suarez de excommunicatione maiori, disp. 16. sect. 3. per totam, Covarruv. in cap. alma mater 1. part. §. 2. Doctor Frechilla in tract. de excommunicat. 2. p. art. 6. per totum, & in art. unico 3. part. Doctor Balboa in comment. ad text. in cap. à nobis 2. hoc tit. num. 2. usque 84.

Ratio quare excommunicatus excipere, & appellare potest, ea est, quia exceptio, & appellatio, defensio est, c. significaverunt, infra hoc tit. vbi latius agemus, & defensio à iure naturali prodita est, l. vt vim, de iustitia, & iure, cap. 1. de homicidio, Clem. pastoralis, §. ceterum, de re iudicata; & idè, nec Pontifex eam detrahere potest, arg. text. in c. sunt quidam dicentes, 25. q. 1. sed naturalia, Instit. de iure naturali; cum iniquum foret; vt excommunicatus, qui invitus in iudicium venit, ei exceptionis, & defensionis iudicium auferatur; non tamen poterit quemquam convenire, quia vt tex. noster asserit, ne id quod in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur, & ne ex malitia sua commodum reportare videatur; iuxta tex. in d. c. intelleximus, in fin. de iudicijs, siquidem fraus, & dolus nemini patrocinatur, l. itaque fullo, ff. de furtis. l. 1. l. nec ex dolo, ff. de dolo, c. sedes, c. ex tenore, de rescriptis.

Primò obstat dicere, excommunicatos à iure divino à fidelium communione repelli, iuxta illud Matth. c. 18. ibi: Sit tibi tanquam Ethincus, & Publicanus, relatum in c. novit, de iudicijs, c. si peccaverit, 2. q. 1. & 2. Thessalon. c. 3. ibi: Non commisceamini cum illo. Sed iuri divino Pontifex derogare non potest, c. cum inferior, de maiorit. & obed. d. c. sunt quidam, 25. q. 1. ergo contra jus divinum, nec in iudicio cum reo excommunicato nemo communicare poterit; præcipue, quia quemadmodum excommunicatus propter periculum participationis agere prohibetur, cap. 1. hoc tit. lib. 6. Clementin. 1. eodem tit. ita similiter idem periculum militat in reo: ergo quemadmodum in agendo, sic similiter in excipiendo repelli debet. Quam difficultatem, vt evitarent Interpretes nostri; respondent, quod quamvis controversum sit, an prohibitio communionis cum excommunicato proveniat à Iure divino, an verò à positivo? tamen verissimum est, prohibitionem illam à iure positivo provenire siquidem Pontifex in ea frequenter dispensare valet; vt constat ex tex. nostro, & in d. c. quoniam multos, d. c. intelleximus, c. si vere, de sententia excommunicationis, c. significasti, de eo, qui duxit in matrimonium. Clem. ne Romani, §. ceterum, de electione; extravag. Insuper ad evitanda scandala, Martini V. tenent Covarr. in c. alma mater, 1. p. §. 2. Navar. in manuali, c. 27. n. 29. cum aliis ab eisdem relatis; meritò cum hæc prohibitio communionis à iure positivo proveniat, verè potuit Pontifex in presenti declarare; vt locum non habeat quando excommunicatus in iudicio convenitur: nam licet idem periculum in eo militet, quod in actore militat; non tamen eadem prohibitionis ratio; vt supra retulimus. Nec obstat illa Matth. autoritas, ibi: Sit tibi, cum similibus: quia procedunt quando agitur de publico peccatore, & pernicioso homine vitando: nò verò de excommunicato: nam licet illa communionis prohibitio cum peccatore pertinaci sit juris divini: tamen communicatio illa cum excommunicato non quatenus peccator est, sed quatenus excommunicatus est, à iure positivo provenit: notant Covarr. & Navar. vbi supra, Soto in 9. dist. 22. quest. 1. art. 1. D. Balb.

Ad textum in cap. Cum inter 5. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus, excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest; sed reconvenire non potest.
- 2 Exceptio, & appellatio, defensio est. Defensio à iure naturali producta est.
- 3 Excommunicati an à iure divino, vel positivo, à fidelium nomine & communione repellantur, ibi remissivè discutitur.
- 4 Explicatur text. in cap. nulli 8. de sententia excommunicationis: c. cum & plantare 3. §. excommunicatos, c. privilegia, de privilegijs.
- 5 Exponitur textus in cap. sacris, de his quæ vi.
- 6 Excommunicatus iuramentum calumnia, contra se subire tenetur, cum tanquam reus in iudicio admittatur.
- 7 Reus in exceptionibus actor est.
- 8 Expenditur tex. in c. dilecti 8. de except.
- 9 Interpretatur tex. in c. exhibita, de iudicijs.
- 10 Reconventio est quadam secunda conventio à priori omninò separata, quam vulgò appellant reconventionem, ideoque excommunicatis est prohibita.
- 11 Expenditur textus in cap. cum contigat, 36. de offic. delegat.
- 12 Excommunicati quamvis peccent contrahendo propter participationem, quam cum ceteris habent, non tamen exinde contractus rescinduntur. Excommunicatus ab agendo in causa appellationis non repellitur.
- 13 Interpretatur textus in cap. significaverunt, de exceptione.
- 14 Excommunicatus tanquam reus in iudicio per procuratorem admittitur; secus tanquam actor & ibi refertur disparitatis ratio.
- 15 Illustratur text. in c. 1. hoc titulo, in 6. vers. his, quæ præcesserunt.
- 16 Processus actus cum excommunicato, etiam non opposita exceptione, iure antiquo nullius momenti erat, secus noviori.
- 17 Exponitur text. in cap. 1. de rescript. lib. 6.

in commentarijs ad text. in c. a nobis 2. hoc tit. a num. 60. Nec obstat dicere, quod excommunicandi potestas à Christo Domino D. Petro, & eius successoribus fuit concessa, *Matth. cap. 18. ibi: Quodcumque ligaveris &c. relato in cap. quod nunquam, 24. quast. 1. cap. nemo contendat, 1. & quast. 3.* Quia illa excommunicandi potestas, quamvis ad Clavium potestatem pertineat, & à Christo Domino nostro, D. Petro sit tributa, non tamen excommunicationis formula, qua nunc Ecclesia cum effectibus illis vitur: videlicet privando excommunicatum à Sacramentorum perceptione, à communione fidelium, à suffragiis, & orationibus Ecclesiasticis, quæ omnia in illa lege Evangelica expressa non sunt, sed ab ipsa Ecclesia inducta; merito dicendum est, quod quamvis communio prohibitoria à iure divino fundamentum retineat; non tamen ex eo excluditur, excommunicationem, & eius formulam à iure positivo provenire; notat D. Balboa in commentarijs ad text. in cap. a nobis 2. hoc tit. num. 62. Doctor Frechilla in tract. de excommunicatione: part. 2. art. 2. per totum, & in artic. unico 3. p. num. 13.

4. Secundò prædictis obstat text. in c. nulli 8. de sententia excommunicationis, ubi constat neminem posse Sedis Apostolicæ privilegio tueri quominus excommunicatio vitæ valeat; quod etiam docet text. in capit. cum & plantare 3. §. excommunicator, c. ut privilegia, de privilegijs. In qua difficultate verissimè dicendum est, quod in illis iuris non prædest privilegium non defectu iurisdictionis, & potestatis, sed tantum ex defectu intentionis, hoc enim est alienum à Pontificis voluntate & valde perniciosum censuræ Ecclesiasticæ; notat Glos. in d. c. nulli, D. Frechilla tractat. de excomm. 3. p. art. unico, à n. 13. Nec obstat text. in c. sacris, de his qua vi: ubi quis potius tenetur mortem pati quam cum excommunicato loqui: ex cuius decisione deducunt omnes, effectum excommunicationis etiam à iure divino provenire, quia aliàs quis potius teneretur loqui cum excommunicato, quam mori si quidem præcepta positiva non obligant eum detrimento vitæ, c. 1. de observatione ieiuniorum. Quia multum refert an metus sit incussus propter vilipendium Religionis, & in contemptum censurarum, & clavium Ecclesiasticarum, an vero propter alias causas; in primo casu, quis potius tenetur mortem pati, quam loqui cum excommunicato, & ita obtinet text. in dist. cap. sacris de his qua vi: locus vero si propter aliam rationem; nam tunc vitæ periculum, vel famis, excusat: d. cap. quoniam multi, 11. q. 3. notat Covarr. in cap. alma mater, 1. p. §. 3. num. 9. Doctor Frechilla de excomm. 3. p. art. unico, à n. 11. Balboa in commentar. ad hunc text. à n. 65.

6. Tertio adversus primam nostræ conclusionis partem, obstat dicere, quod qui in iudicio contendit, sine sit actor, siue reus de calumnia iurare debet, cap. 1. & 2. de iuramento calum. & iuramentum est res Sacrosancta, c. ubi. Sacramenta puberum; C. si advers. vend. l. si quis, l. penult. C. de reb. credit. sed excommunicato omnia Sacramenta denegantur, ut supra diximus, ergo nec tanquam reus in iudicio comparare debet, cum calumniæ iuramentum etiam tanquam reus præstare debeat, à quo prohibitus videtur. Cui dubio respondendum est, quod quamvis excommunicatus non possit in suum favorem de calumnia iurare, tamen contra se, uti reus cogitur illud iuramentum subire, docet Glos. in presenti verbo Legitima defensio; quam sequitur Panormitanus in cap. quod in dubijs, infra, de sententia excommunic. Nec obstat si dixeris, quod reus in exceptionibus actor est, l. 1. ff. de except. l. in exceptionibus ff. de prob. ergo nec in illis in iudicio admitti debet. Quia quamvis reus in exceptionibus partibus actoris fungatur, ob onus probationis, non tamen proprie actor dicitur: si quidem nihil petit sibi dari, vel fieri, sed tantum intendit se defendere, & actorem repellere; l. 2. ff. hoc tit. quæ defensio ex nostri text. decisione, sibi permittitur.

7. Quarto obstat text. cap. dilecti 8. hoc tit. ubi excommunicatus contra electum agere, & excommunicatio-

nis, & petiitij exceptionem opponere potest, nec replicatione eiusdem criminis repellitur, in cuius re. difficultate dicendum est, quod Clericus ibi. admittitur ad excipiendum, quasi defensionis iure; quia causa Ecclesiæ quasi propria ipsius Clerici excommunicati reputatur: nam quemadmodum Clericus pro sua, vel suorum iniuria agere potest, cap. neganda, 3. quast. 11. à fortiori etiam poterit pro suæ Ecclesiæ defensione excipere, argument. in Linvitus 9. §. cui damus, ff. de regul. iuris: præcipuè, quia illa inhabilitas excommunicationis cessat, quoties utilitas publica vertitur, argument. text. in l. si quis in gravi, §. verum, ff. ad Sylanianum, & cum in defensione Ecclesiæ ius publicum versetur, l. 1. §. huius studij, ff. de iusticia, & iure, cap. ins publicum, 1. distinctio. mirum non est, quod inhabiles, excommunicati, & petiitij, pro Ecclesiæ defensione ad excipiendum admittantur.

Quinto obstat text. in cap. exhibita, de iudicij, ubi excommunicatus non potest ad annullandam electionem, exceptionem excommunicationis opponere. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur, quia in dicto cap. exhibita, excommunicatus per viam actionis in iudicio comparuit, prouocando electum ad iudicium, oblato libello ad retractandam electionem, ut constat ex verbis illius text. ibi: Qui contra eum agebant: at verò in dicto cap. dilecti, hoc ius excommunicatus excommunicationem apposuit, non in vim actionis, sed exceptionis tantum, hoc est, tanquam reus; & idè non potuit replicatione repelli, notat Panormitanus in dicto cap. dilecti, num. 7.

Nec obstat si instes, in dicto cap. dilecti, sponte ad iudicium venisse; & in eo potius ut actor, quàm reus dici poterat. Quia responderet, quod quamvis voluntarius adisset, tamen reus dicitur; nam speciali iure id fuit admittum pro defensione suæ Ecclesiæ, ut indicant verba illius text. ibi: Non esse propter hoc à defensione sua repellendum; notat Speculator. sit. de Actore, n. 13. Doctor Balboa in cap. 2. hoc tit. n. 77.

Sextò adversus secundam nostræ text. partem in versicul. Caterum non sic in reconventionem. Ex quo deducunt omnes, reconventionem esse excommunicatis prohibitam: Obstat dicere, quod reconventio est quedam defensio quæ apponitur actioni, cap. 2. 3. & 4. de ordine cognitionum, cap. 1. & 2. de mutuis petitionibus, ubi late diximus cap. 1. versic. Cuius in agendo, 3. quast. 4. sed in prima nostræ text. parte defensio excommunicatis permittitur: ergo similiter & reconventio permitti debet, cum defensio sit.

Quæ difficultas dissolvitur ex eo; nam reconventio non est proprie defensio antiquæ actionis, sed magis proprie novæ conventionis institutio; siquidem reconventio nihil aliud est, quàm secunda conventio à priori omnino separata quam vulgo appellat reconventionem, seu mutuan petitionem, vel secundam conventionem, l. cum Papinianus, de sententijs, & interlocutionibus §. reus quoque, de rescriptis, lib. 6. cum ergo reconventio verè, & proprie sit petitio, iustissimè excommunicato denegatur; notat Doctor Balboa in commen. ad text. in cap. 2. hoc tit. n. 82. cum seqq.

Septimò obstat text. in cap. cum contingat 36. de officio Delegat. ubi excommunicatus in iudicio ad agendum admittitur. Cui dubio verius dicendum est, quod excommunicatus in specie illius text. ad agendum admittitur; quia actio illa erat super ipsa excommunicatione: quare non denegatur ei, ut compareat, cum de ea ei agere permittatur, tanquam sit medium ad se liberandum ab illo excommunicationis vinculo; at verò text. noster loquitur de diversâ excommunicationis causa, & idè in iudicio ad agendum non admittitur; notat Suar. de censur. dist. 3. in princ. Felician. de la Vega. in d. intelleximus 7. de iudicij, n. 103.

Nec obstat si instes excommunicatum posse contrahere, c. si verè 34. de sent. excomm. veritatis 8. de dolo, & contumacia, cap. fidelis §. §. verum, de panis, lib. 6. & cum argumentum valeat de contractibus ad iudicia, Glossa

Glossa verba: Contractibus, in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem: sic similiter in iudicio non solum tanquam reus, sed etiam vt actor existere poterit. Quia respondendum est, quod etsi valeant contractus intus ab excommunicato; tamen exinde non sequitur posse agere in iudicio, cum in illis dispar sit ratio; præcipue, quia etiam ipsi contractus ei sunt prohibiti; licet postea facti teneant, cum multa fieri prohibeantur, quæ facta tenent, & ideo quamvis excommunicati peccent contrahendo propter participationem quam cum cæteris habent; non tamen exinde contractus rescinduntur. Nec etiam obstat text. in c. significauerunt, infra hoc tit. vbi excommunicatus ab agendo in causa appellationis non repellitur, cum possit opponere, & prosequi appellationem. Quia licet in opponendo, & prosequendo appellationem originarius actor dicatur, tamen reus semper dicitur per appellationem ab eo interpositam; cum per appellationem, & condemnationem vices rei sustineat, & cum de propria defensione agat, ab ea privati non debet, vt constat ex iuribus, & rationibus supra adductis, notat Balboa in comment. ad text. in e. 2. n. 6 supra, hoc nostro tit.

Octavo prædictis obstat dicere, quod excommunicatus si reus est, per procuratorem admittitur, c. intelleximus, 7. de iudicij. Sed hæc ratio in actore etiam esse potest, cum in eo nullam sit inconueniens, si quidem cum ipso nulla est communicatio, sed cum procuratore tantum: ergo excommunicatus, etiam tanquam actor, in iudicio admitti debet, cum per procuratorem experiri poterit. Sed respondendum, est quod dispar est ratio inter actorem, & reum excommunicatum: nam reus per procuratorem in iudicio propter eius defensionem admittitur; secus actor: quia tunc ex malicia, & contumacia sua commodum reportaret, & ideo nec in iudicio per procuratorem tanquam actor iuxta text. in cap. fin. de procuratoribus, capit. post cessationem, de procuratoribus.

Decimo aduersus ea, quæ communiter in præfenti notant omnes: videlicet quoad actorem, nihil esse mutatum per Extravagantem, ad evitanda scandala Martini V. nam actor, siue sit publicè excommunicatus, siue non, nunquam in iudicio admittitur; si quidem quantum ad se est, cum sponte ad iudicium, veniat, semper alios vitare debet, ex iuribus, & rationibus supra adductis; valde obstat text. in cap. 1. hoc tit. lib. 6. versic. *In qua præcesserunt in suo robore duraturis*, ex quibus verbis constat omnia acta iudicialia, cum excommunicato facta, antequam exceptio excommunicationis fuerit obiecta, merito iure valere; & in illis verbis: *Actor in sequentibus excludatur*, ex quibus constat anteriora ab eo facta valere. In cuius text. difficultate, omissa comuni interpretatione in cap. intelleximus, de sententia excommunicationis, lib. 6. verissimè est dicendum, distinctionem adhibendam esse inter ius antiquum, & novum; nam de iure antiquo processus habitus cum excommunicato, etiam non opposita exceptione, nullius momenti erat, iuxta text. in c. exceptionem hoc tit. Novo autem iure, antequam illa exceptio opponatur, acta iudicialia facta cum excommunicato valent; & ita est interpretandus text. in dicto cap. 1. hoc tit. in 6. versic. *In qua præcesserunt*; nam quamvis actor in iudicio non possit agere, tamen quandiu exceptio excommunicationis non fuerit opposita, acta cum eo valent; quod ob publicam utilitatem est receptum ne negotia differantur; notat *Glossa verbo: Duraturis, in dict. cap. unico, hoc tit. lib. 6.*

Vndecimo solutioni obstat text. in cap. 1. de rescriptis, lib. 6. vbi constat, acta cum excommunicato, etiam non opposita exceptione, merito iure non valere. Cui difficultati verissimè est dicendum, ideo ibi absque exceptione opposita acta cum excommunicato nulla esse, quia actor rescripti impetrationem fecerat excommunicatus; ideoque cum rescriptum sit inutile, iuxta text. in cap. dilectus, de rescriptis; iurum non est, ex defectu iurisdictionis omnia acta iudicialia nullius esse momenti: quæ ratio

cessat in dict. cap. 1. de exceptionibus, lib. 6. notat *Glossa verbo: Duraturis*, verbo: *Processus*, in dict. cap. 1. In præfenti adduci solet questio illa, an actor excommunicatus, qui nec agere, nec reconvenire potest possit debitum recompensare? de qua disputat *Glossa in præfenti, verbo: Reconuentione*, Decius numer. 27.

Ad textum in cap. Cum venerabilis 6. hoc titulo.

S V M M A R I U M.

- 1 *Excipiens non videtur fateri ea, qua in exceptione includantur: & exceptio falsi, etiam post sententiam opponi potest.*
- 2 *Exceptio tantum opponitur ad excludendum ius actionis, & limitata causa limitatum tantum producis effectum. Res iudicata pro veritate habetur.*
- 3 *Qui unum confiteatur, etiam confiteri censetur id, quod ex eo necessario consequitur. Expenditur textus in cap. venerabilis 6. de exceptionibus.*
- 4 *Illustratur text. in c. præterea 2. de transactionibus, c. venerabilem 34. de electione.*
- 5 *Illustratur text. in authen. si testis, C. de testibus, leg. quoniam, ff. de his, qui notantur infam. l. in fisci, ff. de iure fisci.*
- 6 *Solvens si condicere vult, asserens se indebitum soluisse probare debet indebitum soluisse, cum ex illa solutione tacite confiteatur debitum præcessisse. Interpretatur textus in leg. cum de indebito, ff. de probat.*
- 7 *Privatio præsupponit habitum. Intellige vt ibi.*
- 8 *Exponitur text. in l. quinquaginta, §. nam si creditum, ff. de prob.*
- 9 *Ius Canonicum semper ex bono, & a quo procedit, quoties ex eodem iure contrarium non reperitur expressum. Exponitur text. in cap. cum venerabilis 6. versic. Intor contractus bonæ fidei computentur.*
- 10 *Interpretatur textus in cap. cum dilecti, de donationibus.*
- 11 *Bona fides in omnibus contractibus desideratur, & mala ab omni iure detestatur. Intellige vt ibi.*
- 12 *Actiones bonæ fidei in omni iure decem & septem inveniuntur. Expenditur text. in leg. Scia 42. ff. de donat. caus. mort.*
- 13 *Interpretatur text. in l. Cæsar 15. ff. de publican. & vectig.*
- 14 *Actio ex testamento, stricti iuris est; & quemadmodum in contractibus stricti iuris à verbis non receditur, ita etiam in ultimis voluntatibus à verbis non est recedendum. Intellige vt ibi.*
- 15 *In contractibus stricti iuris solum id quod actum est seruari debet; in bonæ fidei autem, ea veniunt, de quibus nec actum, nec excogitatum est. Exponitur textus in leg. cum quid 3. digestis, si certum petatur.*
- 16 *Falsi exceptio, etiam post sententiam opponi potest. Interpretatur text. in c. cum venerabilis 6. versic. Verum etiam, de exceptionibus, l. quætelæ, C. ad legem Corn. de fall.*
- 17 *Instrumentum qui in iudicio produxit, illud impugnare non potest. Exponitur text. in c. olim, de censib.*
- 18 *Episcopus in omnibus Ecclesiis sua diocesis intentionem probatam habet, in spiritualibus. Illustratur text. in cap. cum venerabilis 6. versic. Quoad temporalia, de exceptionibus.*

CONCLUSIO.

1 Excipiens non videtur fateri ea, qua in exceptione includuntur: & exceptio falsi, etiam post sententiam opponi potest. Prima nostri text. pars comprobatur ex textu in cap. exceptionem 63. de r. gul. iuris lib. 6. l. vltique 9. ff. de exception. l. siquidem. C. eod. exortiant Covar. lib. 7. var. riar. cap. 2. num. 2. Idem in c. alma mater, 1. part. §. 12. vers. Secundo, Mascardus de prob. concl. 70. & 887. Petr. Gregor. lib. 22. synagm. iuris, cap. 17. num. 3. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 92. Clarus lib. 5. sententiar. §. fin. q. 55. Farin. tom. 2. criminalium, quest. 32. num. 60. Petrus Pechius, & ordinarij omnes in di. regul. exceptionem, de reg. iur. lib. 6. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 520. 21. 22. 23. 24. & 25. Balb. in commentarijs ad hunc text. num. 2. cum sequentibus, Anton. Aug. in 4. collectione Decretalium, c. vnic. tit. de confessis.

2 Ratio primæ partis est: quia exceptio tantum opponitur ad excludendum ius actoris, l. 2. ff. de exceptionib. & idem contrarium effectum non debet operari, leg. legata inutiliter, ff. de legatis 1. nam alias eadem exceptio duos effectus contrarios produceret, vnum exclusivum intentionis agentis, alterum corroborativum, quod esse non potest, l. qui homicid. §. fin. ff. de solut. liquidem limitata causa limitatum tantum producit effectum, l. magis, ff. de adquirendo rerum dom. & reus in presenti suam exceptionem ea lege, & conditione limitat, si actor suam intentionem probaverit, quia alias actore non probante reus absoluitur, l. qui accusare, C. de edendo, actor 23. C. de probat. notat Pacian. di. lib. 1. de prob. cap. 22. n. 8. Petrus Pechius, ubi supra, n. 6. Balboa in commentarijs ad hunc text. n. 8.

3 Ratio secundæ conclusionis partis ea est: videlicet falsi exceptionem etiam post sententiam opponi posse, quia cum res iudicata pro veritate habeatur, leg. 1. cum sequentibus, ff. de re iudic. leg. res iudicata 207 de reg. iuris, & veritati nihil tam contrarium est, quam falsitas, l. 1. cum sequentibus, ff. ad legem Corn. de falsis cap. ad falsario-rum 1. de crimine falsi, iusta de causa res iudicata ex falsis probationibus consistens, comperta veritate, retractatur, l. si pat. r. 75. §. Marcellus ff. de iudi. v. l. qui agnitis, ff. de exceptionibus, l. 2. cum sequentibus, C. si ex falsis allegat. l. 102. C. si tutor, v. l. curator, c. ex literis, ac in integrum restitutione minorum.

4 Primò adversus primam nostri textus conclusionem obstat dicere, quod is qui vnum confitetur, etiam confiteri censetur id, quod ex eo necessariò sequitur; argument. text. in cap. translato, de consti. cap. dilecti, de dolo, & contumacia; nam ille, qui consequens vult, & antecedens etiam velle videtur, illud, ff. de adquirend. hered. l. 2. ff. de iur. omnia iudicium, cap. praterea, de officio Dele. n. sed permutationis contractus necessariò in peem tante præsupponit dominium, l. 1. in fin. ff. de rerum permutation. cap. 1. cap. ad questiones eodem: ergo cum in presenti procurator Monasterij de Episcopi permutatione exciperet, consequenter fateri videtur Episcopi Dominum tempore permutationis fuisse; cuius confessione, fundata remanet Episcopi intentio. In capis text. difficultate, omiſſa Glossa interpretatione in presenti, verbo, Confusus, dum asserit text. nostrum procedere in exceptione conditionali; verissimè est dicendum, exceptionem non conditionalem, sed puram fuisse. Nec obstat dicere, quod qui ita excipit, censetur fateri id, quod ex eo necessariò sequitur: quia in specie nostri text. per necessariam consequentiam non sequitur; videlicet, Episcopus permutavit; ergo dominus erat: siquidem permutatio illa potuit esse, non de iure, sed de factis tantum; & idem Monasterij procurator de permutatione excipienda, non videtur fateri intentionem adversarij: notat Balb. in comment. ad hunc text. num. 45. Nec obstat text. in c. praterea, 2. de transactionibus, ubi ex sola exceptione transactionis super iurisdic-tione Cellæ, intentio actoris Episcopi fundata remanet: quia ibi non fundatur ex transactione, sed ex propria rei confessione; constat ex verbis illius text. ibi: Confi-

tes in iure illi domui quondam fuisse subiectos; at verò text. noster procedit, quando simpliciter absque confessione vlla exceptio fuit proposita, Balb. in comment. ad hunc text. num. 16. præcipue num. 46. Nec similiter obstat text. in c. reverabilem 34. de electione, ubi is qui excipiens dicit, se esse excommunicatione absolutum, fateri videtur actoris intentionem: videlicet se fuisse excommunicatum: quia text. ille loquitur in diversa specie; videlicet in eo, qui petit absolutionem excommunicationis; quo in casu videtur fateri se excommunicatum esse, cum ab eo petatur qui se existimat ligatum, arg. text. in c. per tuas, §. nos igitur, de sententia excommunicationis; scilicet dicendum erit in eo, qui excipit se absolutum ab excommunicatione, opposita eius exceptione, nam tunc ex regula nostri text. non videtur excommunicationem fateri ad fundandam actoris intentionem; notat Covar. in cap. Alma mater, §. 12. n. 2. Masc. de probat. concl. 701.

Nec similiter obstat text. in Auth. si testis C. de testibus: ubi si servitutis macula testi obiciatur, & ipse excipiat se esse manumissum, aut in fama restitutum; si eius exceptionem non probaverit, videtur fateri actoris intentionem: Quia text. ille procedit in exceptionibus concernentibus testium habilitatem, vel eorum reputationem: at verò text. noster procedit in exceptionibus, quæ ad excludendam actoris intentionem proponuntur: ubi dispar est ratio, siquidem minus præiudicium est, quod testis per exceptionem à testimonio repellatur, quam quod reus excipiendo præsumptivè, confessus condemnatur; merito is, qui excipit se esse manumissum, indirectè petit, ut uti talis ad testimonium admittatur; & idem æquum est, se esse talem probare, l. non igno. at, C. qui accusare non possunt.

Nec similiter obstat text. in leg. quoniam, ff. de bis, qui notantur infam. l. in Fiscis, ff. de iure Fiscis; ubi transigentem cum delatoribus pro confessio habetur, cum videatur litem evitare: ergo sic similiter excipiens pro confessio haberi debet, cum etiam litem vitare videatur, leg. 1. ff. de transactionibus: quia iura illa procedunt stante transactione, & rata manente; & similiter ex paritate rationis extendi potest ad exceptionem, de qua loquimur, si exceptio haberet effectum; sed quando effectum non habet, ut in specie nostri text. excipiens non videtur fateri; notat Philippus Dec. in presenti, n. 9.

Secundò obstat text. in l. cum de indebito, ff. de probationibus: ubi Paulus ait, quod is qui solvit, & condicere vult, asserens se indebitum soluisse, probare debet, quod debitum non fuit, ut condicat, cum tacitè ex conditione illa fateri videatur debitum præcessisse. si contrarium non probet: Cui dubio dicendum est, text. illum non procedere in exceptione, sed potius in agente, & pecuniam suam tanquam indebitè solutam condicente; quod fit non propter tacitam confessionem, sed propter illam iuris præsumptionem, cum nemo præsumatur solvere quod non debet: notat Petr. Pech. in d. c. except. 63. de reg. iur. lib. 6. n. 10. Ex eodem filio inferitur etiam interpretatio ad text. in c. exp. Decani, de rescriptis: ubi si quis excipiendo dixerit, se procuratorem datum revocasse, poterit actor super illa revocatione, tanquam ex vera confessione fundari: nam ideo actor super facto exceptionis revocationis fondatur: quia nihil ex eo de iure Re-dimotum videtur.

Tertiò obstat dicere, quod privatio præsupponit habitum, l. decem, ff. de verbor. obligat. l. manumissiois, ff. de instit. & iur. sed qui opponit exceptionem, præsupponit habitum, & confitetur actorem actionem habere, cum exceptio, sit actionis exclusio, l. 2. ff. de exceptionibus: ergo qui excipit, fateri videtur, actorem actionem habere, cum eam excludere intendat. Quod dubium diluitur ex eo; quia regula illa, privatio præsupponit habitum, vera est, quando citra dubitationem constat de privatione: aliud verò est, quando excipiens, non simpliciter confitetur privationem, ut in specie nostri text. & supra in decidendi ratione diximus: nam excipiens non vult præsupponere, quod elidere intendit: notat Iason in l. decem, n. 146. ff. de verb. oblig.

Quarto obstat text. in l. quinquaginta, §. nam si cre-
dium, digest. de probationibus, ubi si actor creditum
postulaverit, & reus debitor solutionem obiecerit, ex
confessione illa fundatur actoris intentio, & reus te-
netur debiti solutionem probare. In cuius text. difficul-
tate verissime est dicendum, consultum ibi procede-
re, quando actor aliunde intentionem suam fundatam
& probatam retinebat: videlicet per instrumentum in
iudicio productum, notat Paulus de Castro in l. 1. n. 3. C.
de probat.

Quinto adversus text. nostrum, versic. Inter contra-
ctus bona fidei computantur, ex qua singulari nostri text.
decisione deducunt Doctores omnes, etiam de iure no-
stro Pontificio, contractus bonæ fidei, & stricti iuris
esse, quemadmodum etiam de iure Casareo iuxta text.
in §. actionum 28. Institut. de actionib. notat Pichardus
ibid. quasi 5. per totam; obstat videtur text. in capit. fin.
de transactionib. capit. dilecti, de iudicis: ubi constat
actiones, & actus omnes bonæ fidei esse, siquidem
Ius Canonicum æquitatis rationem semper amplectitur
Sed de difficultate hanc disolvamus annotandum est, Ius
Canonicum ex bono, & nouo semper procedere, quo-
ties ex eodem iure contrarium non reperitur expressum
& ita obtinet iura supra in argumento adducta; secus
verò, cum contrarium decisum est; nam tunc rigor
etiam observari debet: siquidem similiter de iure Civi-
li expressum est, Iudicem ante oculos æquitatem ha-
bere, l. quod si Ephesi in fine, ff. de eo, quod certo loco,
& nihilominus prædicta actionum differentia eodem Iu-
re inducta reperitur in d. §. actionum, notat Pichardus ibi-
dem q. 1. n. 9.

Nec solutioni obstat text. in cap. cum dilecti, de dona-
tionibus ubi Pontifex loquitur in donatione, quæ con-
tractus stricti iuris est, l. cum qui, digest. de donationib. &
tamen asserit, amplissime interpretari debere: Quia di-
cendum est, quod etsi donatio sit stricti iuris, & strictè
interpretanda; non tamen vsque adeo, ut testatoris
intentionem excludamus, etiam si verba repugnent, l.
fin. C. de donation. qua sub modo, & ideo in dict. capit.
cum dilecti, eius verba latissime sunt interpretanda, cum
ita mens testatoris postulat, quæ semper attendi debet,
notat Pichard. ubi supra, q. 5. n. 8.

Sexto obstat dicere in omnibus contractibus bonæ
fidem desiderari, l. bonæ fidei 4. C. de obl. & act. l. ubi est. 22 ff.
de reb. dubij, siquidem in illis ius, dolum, & fraudem de-
testatur, l. & eleganter, §. 1. ff. de dolo, l. si quis 36. digest.
de verb. obligat. etgo illa actionum divisio nullo iu-
re admitti debet. Quam difficultatem, ut diluamus, an-
notandum est, bonæ fidei verbum dupliciter accipi: pri-
mo pro puro, atque recto animo absque dolo, & frau-
de, l. 3. §. fin. ff. pro socio leg. si quis in rem 34. ff. de procu-
ratoribus, l. si cum fundum 68. ff. de contrahenda empione,
cum traditis à Brissonio, verbo, Bona fidei emptores; &
in hoc sensu accipienda sunt omnia iura in argumento
adducta: in quibus cavetur, in omnibus contractibus
bonam fidem intervenire debere; l. 2. vers. ita, ff. de præ-
scrip. verbor. notat Connanus lib. 3. commentarior. cap.
10. num. 1. Secundo bona fides accipitur pro æquitate,
quatenus rigori; & stricto iuri opponitur, l. bona fides
31. depositi, l. ut si quis 12. §. hac actio, ff. de religiosis, &
sumptionibus funerum, l. si verum 91. §. sequitur, versicul.
De bono, & æquo, ff. de verb. obligat. & in hoc sensu
actus, actiones, & iudicia bona fidei dicuntur: in quibus
non attenditur stricti iuris rigor; sed id, quod bon-
num, & æquum est, iudici æquitate permittitur; l. qui
tantundem 7. ff. de negot. gestis, l. 2. in fin. l. 4. §. 1. ff. de obl.
& act. & hoc in sensu debet accipi text. noster in ver-
sicul. Inter contractus bona fidei computantur, & text. in §.
bona fidei, Instit. de action. quibus omnibus contractibus
sunt actiones stricti iuris, ubi secundum iuris rigorem,
& verba contrahentium iudicandum est, notat Covarr.
in reg. possessor. 2. par. §. 6. n. 4. Corrahus lib. 2. miscellanea-
rum, c. 8. & euardus de auctoritate prudentium, c. 3. Ant. Fab.
l. 14. coniect. c. 18. Idem de erroribus, decade 9. errore 2. Pi-
chardus in d. §. actionum 28. q. 1. n. 3.

Septimo adversus ea, quæ te fert Gl. in presenti, verb.
Bona fides, dum affirmat actiones bonæ fidei esse de cem-
& septem tantum, quas etiam enumerat text. in d. §.
actionum; Obstat text. in l. Scia 42. ff. de donationibus
causa mortis, versicul. Bona fidei autem iudicio constituto:
ubi iudicium, quo quis aliquid ex donatione causa
mortis acquirit, bonæ fidei reputatur, & tamen non
enumeratur in dict. Glossa verb. bona fidei, nec in dict.
§. actionum: in qua difficultate, omnis pluribus inter-
pretationibus, quas refert Glossa in presenti, verbo, Bona
fidei; verissime est dicendum, quod licet iudicium, de
quo in dict. l. Scia, agitur, sua origine & natura fuerit
stricti iuris, tamen quoad eius effectum bonæ fidei re-
putatur; quod est admissum, propter exceptionem
doli mali, quam opposuit Scia, ut constat ex verbis il-
lius text. ibi: Doli mali non visiter opponetur exceptio;
& ibi, Bona fidei iudicio constituto, quæ verba signi-
ficant ab initio non fuisse bonæ fidei, sed exceptionem
doli mali iudicium bonæ fidei fieri, argum. text. in l. 3. C.
de exceptionibus, paragrapho bona fidei inst. de action. Cu-
ticius lib. 13. responder. Papiniani in dict. l. Scia: Idem lib.
35. observat. capit. 17. Pichardus in dict. §. actionum, quest.
3. numer. 14. & quest. 13. numer. 3. & 4. Nec similiter
obstat text. in l. Casar 15. digest. de publicanis, & velli-
galibus: ubi contractus cum Principe celebrati bonæ
fidei dicuntur; nec de illis in dict. Gloss. nec in dict. §.
actionum, vlla mentio habetur. Quia dicendum est, quod
ibi non sit interpretatio ex bono & æquo ultra id
quod à contrahentibus expressum erat; sed ex propria
natura ipsius contractus, cum locationis esset: & ideo
illa bona fides non tribuitur Principi, siquidem etiam
contractus cum Principe celebrati, siue sint bonæ fi-
dei, siue stricti iuris, suam naturam debent retinere: &
tantum illa bona fides naturæ contractus locationis de-
bet tribui, quæ etiam in privatis personis admitteretur,
late refert Ant. Pichardus in dict. §. actionum, q. 3. n. 8. & 9.

Octavo prædictis obstat dicere, quod actio ex te-
stamento bonæ fidei dicitur, siquidem plenissimam in-
terpretationem recipit, l. in testamentis, digest. de reg. iur.
l. in minorem 3. digest. in quibus causis restitue. non est neces-
saria; & tamen non communeratur in Glossa nostra, nec
in d. §. actionum. Sed responderetur, quod actio ex te-
stamento est stricti iuris, cum nec in Glossa nostri tex.
nec in dict. §. actionum, vlla sit de ea mentio; & quod
sit stricti iuris constat ex text. in l. heres, l. in bona fidei
digest. de eo, quod certo loco: tum etiam, quia quem-
admodum in contractibus stricti iuris à verbis non reced-
ditur, l. quidquid 99. ff. de verb. obligat. ita etiam
in ultimis voluntatibus à verbis non est recedendum, l.
quidam cum filium, digest. de hæredibus instituendis. Nec
obstat text. in dicta leg. in testamentis, digest. de reg. iuris:
Quia omnia interpretatione, quam refert Antonius Pi-
chardus in dicto §. actionem, question. 3. numer. 18. verifi-
simè est dicendum, text. illum debere intelligi respectu
hæredis institutionis, quæ institutio caput testamen-
ti dicitur, §. ante hæredis. Institut. de legatis: in qua fa-
vorabilior interpretatio debet fieri, eum Reipub. expediat
suprema hominum iudicia exitum habere, l. vel negare,
digest. quemadmodum testamenta aperiantur, siquidem
cum agitur de interesse publico, latior interpretatio
debet fieri, l. 2. paragrapho exercitium, digest. de his
qua notantur infamia; quæ ratio cessat in legatis: quia
quamvis in eis actio ex testamento competat, strictè ta-
men debent interpretari; l. nummi ff. de legat. 3. l. apud
Inlianum, §. Scio ff. de legatis 1. Nec obstat text. in l. in
minorem 3. C. in quibus causis in integrum restitutio: verif.
In bona fidei iudicis, & fideicommissis. Quia verba il-
la non retorquent, sed probant legata, & fideicommis-
sa stricta esse: nam si bonæ fidei essent, comprehende-
rentur in primo bona fidei verbo, cum primo text. ille
connumeret bonæ fidei actiones, & postea legata, & fi-
deicommissa, tanquam contracta, & stricti iuris, quæ di-
versa sunt ab aliis bonæ fidei iudicis, notat Pich. ubi su-
pra, q. 3. n. 18. n. 9. 8. 36. cum sequentibus.

Nono adversus id, quod supra resolutum est: vide-

licet in contractibus stricti iuris, solum id quod actum est, servari debere; ita similiter, quod omisium fuerit pro omisso haberi, *de. quidquid adstringenda, de verbor. obligat.* quod contrarium observatur in bonæ fidei contractibus, iuxta text. in *leg. fundi* §. *si rursus*, ff. *de actio-nib. empti*; obstat text. in *l. cum quid*, ff. *si certum petatur*, vbi in contractu stricti iuris hoc est, mutui, id, quod omisium est, pro omisso non habetur; si ex bono, & æquo interpretatio fit: In qua difficultate, omisiss plurimis interpretationibus, verissimè est dicendum, quod ideo ibi id admittitur, quia natura contractus id requirit, cum ea sit mutui natura; vt in his tantum rebus consistat, quæ pondere, numero, & mensura constent, iuxta text. in *l. 2. §. mutui datio*, ff. *si certum petatur*, & in prædicta *Glossa*, verbo, *Bona fidei*, versiculo, *Ideo dicuntur*: Videndus est Antonius Pichardus in *dicto §. actionum autem* 28. *quæst. 8. §. 15.* vbi plures quæstiones refert, quas omitto: ne ab instituto nostro discedamus, cui præcipuè intendam; ne hoc opus fastidiosum appareat.

16 Decimò aduersus nostram *text.* in versic. *Verum etiam* ex quo deducunt Doctores omnes, falsi exceptionem, etiam post sententiam opponi posse, iuxta text. in *l. Divus* 3; ff. *de re iudicata* l. *querela* 12. C. *ad l. Corn. de falsi* l. *si ex falsis* 42. C. *de transactionibus*, c. *licet causam*, §. *post hoc de probationib. l. 2. titul. 20. part. 3. l. 5. tit. 7. part. 7.* & præ-ter ordinarios prosequuntur Anton. G. m. 3. *tom. variar. cap. Bossius in praxi, titul. de falsis*, annotat. 145. Farinac. 1. *tom. criminalium*, *quæst. 10.* obstat dicere, quod omnis exceptio, vel est dilatoria, vel est peremptoria, c. *Pastoralis*, hoc titulo, dilatoria opponi debet ante litem contestatam, *dicto cap. Pastoralis*: Peremptoria verò tantum potest opponi vsque ad sententiam, *cap. 1. de ordine cognitionum*: Ergo exceptio falsi, quæ peremptoria est, post sententiam admitti non debet. Cui dubio dicendum est, speciale esse in exceptionem falsitatis, vt etiam post sententiam opponi possit, cum intra viginti annos ex falsis instrumentis sententia lata retractetur, iuxta text. in *l. querela*, C. *ad l. Corn. de falsi*. Nec obstat si dixeris textum in *dicta leg. querela*, procedere quotiescunque quis criminaliter accusatur de falso; quo in casu illa falsi exceptio præscribitur: at verò *text.* nostrum præcedere in exceptione falsitatis, quæ opponitur contra sententiam: & ideo non præscribitur, liquidem ea quæ temporalia sunt, quoad actionem, perpetua dicuntur quoad exceptionem, *leg. pure §. fin. ff. de voli except.* ergo indè in *presenti* exceptio falsi instrumenti præscribitur: Quia dicendum est, quod Pontifex in specie nostri *text.* non asserit regulam in *dict. leg. querela*, procedere in exceptione falsitatis, opposita contra instrumentum, post sententiam; sed ad maiorem vim arguit, adducendo regulam *dicta l. querela*, quasi diceret, quod si actio criminalis contra falsarium iurat viginti annos, vt retractetur sententia, multo fortius durare debet ipsa falsitatis exceptio, quæ perpetua, & non temporaria est, vt constat ex rationibus, & iuribus supra adductis, & nos supra diximus in *cap. accipimus* 4. *de fide instrumentorum*, *dubio 8. cum seqq.*

17 Undecimò obstat text. in *cap. olim* 19. *de censuris* vbi is qui semel instrumentam percurat in iudicio produxit, illud impugnare non potest; sed in specie nostri *text.* Monasterium instrumentum produxit in iudicio: ergo postea non potuit illud ac falso impugnare, Cui dubio dicendum est, regulam traditam in *dict. cap. olim*, plures in iure limitationes retinere, quas congerit Socinus *regul.* 86. inter quas est illa, vt non procedat quoad præiudicium Tertij, nec mandantis, nec ratum habentis productionem falsi instrumenti, vt in specie nostri *text.* vbi procurator Monasterij falsum produxit instrumentum sine ipsius Monasterij mandato, aut ejus ratificatione, vt constat ex verbis illius *text.* ibi: *Poperè sic respondet*, & ibi: *Quia delictum persona*, meritò Monasterio præiudicare non potuit, *cap. delictum persona* 70. *de reg. iuris*, *lib. 6.* notat Panormit. in *presenti*, *num. 3. decis. 29.*

Duodecimò contra nostrum *text.* in versic. *Quod temporalia*, obstat dicere, Episcopum, tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia in omnibus Ecclesijs suæ Diocesis, fundatam habere intentionem, c. *omnes Basiliæ*, 16. *quæst. 7. cap. sic quidam*, *cap. de bis* 10. *quæst. 2. cap. Episcopus* 7. cum aliis *ead. caus.* 10. *quæst. 2.* Ergo Monasterium in presenti, ita debuit condemnari in temporalibus, sicut condemnatur in spiritualibus. Cui dubio dicendum est iura in *argumento* adducta tantum locum habere in spiritualibus; & ideo in specie nostri *textus* in eis Episcopus obrinuit: quia Ecclesia illa erat in sua Diocesi constituta, & Monasterium de titulo nihil probavit; at verò in temporalibus Episcopus obtinere non potuit, quia in illis non habet intentionem fundatam, meritò Monasterium tanquam reus, & possessor absoluitur, *leg. actor. Cod. de probationib. leg. qui accusare*, *Cod. de edendo*: videri etiam oportet, quæ inferius dicemus in *cap. illud* 8. *de prescriptionibus*, in *6. dubio*.

Ad textum in capit. Olim 7. hoc nostro titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus ultra duas dietas ex rescripto tueri non debet: & si non admissa hac exceptione appellat, eam coram iudice superiore iustificare debet.
- 2 Expenditur ratio.
- 3 Interpretatur textus in cap. statutum, §. cum verò, de rescripto. Reus a. intra unam, vel duas dietas vocari debet: ibi remissivè exponitur.
- 4 Interpretatur *text.* in cap. olim 7. de exceptionibus, c. vt debitus honor, de appell. cap. ex parte 67. c. significante 69. eod. tit.

C O N C L U S I O.

Reus ultra duas dietas ex rescripto trahi non debet: & si non admissa hac exceptione appellat, eam coram iudice superiore iustificare debet. Consonat text. in *cap. statutum*, §. *cum verum*, de *rescripto*. *lib. 6. c. nonnulli*, in principio, de *rescripto*. *cap. presentis*, §. *loca*, de *prebendis*, *lib. 6. leg. 1. ff. si quis cautionib. l. 3. ff. de verbor. signific. l. continuus*, §. *cum ita*, de *verbor. obligat. l. 20. tit. 7. lib. 1. Recop. Rota decisione* 34. & 643. in *antiquis* sub titulo, de *rescripto*. exornant *Parlador. re. cum quodiam*, *quæst. 14. num. 1. & 2.* *Rebus in tract. de privilegijs Scholarium*, *privileg. 161.* *Menoc. lib. 2. de arb. centuria* 1. *casu* 2. *num. 12.* & *casu* 606. *num. 3.* *Gomezus in comment. ad regul. Cancellaria*, de *verisimili notitia obitus*, *quæst. 5.* *Baro. in collectaneis ad text. in cap. nonnulli*, de *rescripto*.

Ratio propter quam reus ultra duas dietas trahi non debet, refertur in *dict. cap. nonnulli* 3. *de rescriptis*: videlicet. Ne reus laboribus, & expensis fatigatus liti cedere cogatur, & ne importunitatem actoris redimere compellatur, *cap. vt litigantis*, de *offic. Ordin. lib. 6. cap. 1. de appellat. lib. 6.* Secundæ partis decidendi ratio petenda est ex his, quæ infra dicemus in *cap. vt debitus honor*, *cap. interpositas*, de *appel.*

Primò obstat text. in *cap. statutum*, §. *cum verò*, & §. *cum autem*, de *rescripto*. *lib. 6.* vbi causa tantum intra unam dietam committi potest, & non ultra Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur; quia *text.* noster, & *text. in cap. nonnulli*, de *rescripto*. *lib. 6.* procedunt de iure antiquo; quæ omnia iura, & similia corriguntur per illam novam *Bonifacij VIII.* decisionem, relatum in *dicto cap. statutum*, §. *cum verò*, & §. *cum autem*; vbi cavetur, quod si actor, & reus sint eiusdem Civitatis, aut Diocesis, non possunt ultra unam dietam impetare rescriptum, nisi sint diversorum diocesium, vel nisi partes consenserint, vt ultra duas dietas cognitio fiat, iuxta *text.*

in capit. nonnulli 28. de rescriptis & ita est interpretandus text. difficilis in capit. de die 8. ff. qui satis dare cogantur notat Parladorius in questionibus quodisianis, quaestione 14. num. 1. & 2. Balb. in commentar. ad hunc text. numer. 2. Praedictis obstat text. in l. 1. ff. si quis cautionibus: & text. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. de quorum iurium conciliatione lata tractat Donnellus in dict. l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 2. num. 12. Pacius centuria 1. questione 76. Balb. in comment. ad hunc textum, n. 6. cum sequentibus, quos omnes consul. omitto.

Secundo adversus secundam nostri text. partem obstat text. in cap. ut debitus honor. de appellationib. vbi iustificata appellatione, adeo iurisdictione iudicis à quo, devoluitur ad iudicem ad quem, ut non solum de exceptione, sed de principali causa possit cognoscere: ergo male in praesenti in versu. decisum est, iudices illos in negotio principali supercedere debere. Cui dubio dicendum est, ideo in praesenti iudices non posse de principali causa cognoscere, sed in ea supercedere, quia agebatur de exceptione incompetentiae iurisdictionis, cum Guillelmus ultra duas dietas ab Archiepiscopo esset vocatus, & cum inferior ex defectu iurisdictionis incompetens apparet, etiam superior in principali causa erit incompetens: secus verò dicendum esset, si non agebatur de incompetencia, nam tunc probata exceptione, poterit etiam superior de principali causa cognoscere, iuxta text. in dicto cap. ut debitus honor. Nec solutioni obstat text. in cap. ex parte 67. capit. significante 69. de appellationib. vbi post appellationem iustificatam, etiam si de incompetencia iurisdictionis agatur, adeo ad Superiorem iurisdictione devoluitur, quod possit de principali causa cognoscere: quia mulier ibi non assererat iudicem esse incompetentem, immò potius competentem esse fatebatur, sed affirmabat tantum, ipsa non esse in rescripto comprehensam, si quidem conveniebatur ut tutrix, quae non erat, cum postquam secundas nuptias contraxerit, finiatur tutela. Nec similiter obstat text. in dict. cap. significante 69. de appellationib. quia ibi non agitur de iurisdictione iudicis, sed de temporis exceptione, quae non impedit quo minus de principali causa agatur.

Ad textum in capit. Dilecti 8. hoc titul.

DE materia huius text. videri oportet ea, quae supra retulimus in capit. 2. capit. 3. capit. cum inter 3. hoc tit.

Ad textum in cap. Dilectæ 10. c. Significaverunt 11. c. Venerabilem, hoc tit. de exception.

S Y M M A R I U M.

- 1 Rescriptum impetratum super prosecutione appellationis, valet, licet in eo de excommunicatione non sit facta mentio.
- 2 Excommunicatis, sive rei, sive actores sint, nunquam denegatur appellatio.
- 3 Concessa appellatione, omnino concessa intelliguntur, quae ad eius prosecutionem desiderantur.
- 4 Interpretatur text. in capit. dilectæ 10. de iudicijs, capit. inter Monasterium, de re iudicata, cap. dilectæ 10. de exception.
- 5 Novata post appellationem ab interlocutoria, statim non sunt revocanda, sed tunc demum, cum post

inhibitionem attentata fuerint. Interpretatur text. in c. dilectæ 10. vers. Quo circa, cum c. non solum, in fine de appell. 5 Exponitur text. in cap. per tuas, de sententia excommun.

C O N C L U S I O.

Valeat rescriptum impetratum super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non fuerit facta mentio. Comprobat text. in cap. cum inter, cap. dilectæ 10. cap. à nobis, cum alijs hoc titulo, cap. 1. de rescriptis lib. 6. cap. suggestum, cap. cum speciale, cap. cum sit Romana, de appellationib. illustrat Socinus in cap. sacris, de sentent. excommunicat. num. 178. Surdus de alimentis, tit. 8. privilegio 83. numer. 6. Peregrinus de iure Fisci, lib. 3. tit. 11. num. 19. Covarru. in cap. Alma mater, 1. part. §. 7. num. 7.

Ratio est, quia excommunicatis, sive rei, sive actores sint, nunquam denegatur appellatio, c. cum inter supra, hoc tit. ac per consequens est, ut eis etiã permittatur rescriptum impetratum, cum ad prosequendam appellationem rescripti impetratio desideretur, cap. significaverunt, c. fin. hoc titulo: nam concessa appellatione, omnia concessa intelliguntur, quae ad eam prosequendam desiderantur, arg. text. in l. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. praeterea 5. de offic. deleg. ac ideo non erit necesse ad rescripti impetrationem, ut excommunicationis mentio fiat: quae ratio similiter in actore locum habet, qui et si excommunicatus fuerit, appellare poterit, cum proculdubio oppressus, & grauatus ex sententia iniqua reputetur: & ideo quamvis sit excommunicatus, ei permittitur appellare, & rescriptum impetrare, ne contra naturalem legem ut innocens condemnatur, d. c. cum inter, c. si. hoc tit.

Primo obstat textus in cap. dilecti, de iudicijs, c. 3. inter Monasterium, de re iudicata; vbi constat rescriptum impetratum, non facta mentione totius processus subreptitium, & nullius momenti esse. Cui dubio verissime est dicendum, quod licet in impetratione rescripti, de statu causae mentio sit facienda, tamen quando excommunicatio post interpositam appellationem est pronuntiata, de ea mentio fieri non debet, iuxta textum in capit. bona, de confirmat. vtili, vel inutili. Ratio est: quia excommunicatio post appellationem prolata non tenet, iuxta text. in cap. ad hoc, cap. praeterea 4. de appellation. cum alijs: notat Covarru. in cap. Alma mater, 1. part. §. 7. numer. 7. Nec obstat si dixeris in dicto cap. dilectæ 10. hoc titulo, excommunicationem nullam esse, etiam si ante appellationem fuisset interposita; si quidem lata fuit in Priorissam, & Convētum, & sic tanquam contra vniuersitatem, nec ante, nec post appellationem valere potuisse, iuxta regulam text. in cap. Romana, paragrapho, in vniuersitatem, de sententia excommunicat. lib. 6. Quia dicendum est; excommunicationem in specie nostri text. non fuisse prolatam in vniuersitatem, sed in particulares ipsius Monasterij, notat Doctor Frechilla tract. de excommunicat. art. 2. secunda partis, n. 3.

Secundo adversus nostrum textum in versicul. Quo circa, ex quo constat excommunicationem latam post appellationem, ab interlocutoria factam, omnino esse revocandam, obstat text. in cap. non solum, in fin. de appellat. lib. 6. vbi constat, novata post appellationem ab interlocutoria, non esse indistinctè revocanda; sed tum demum cum post inhibitionem attentata fuerint, sed dubium hoc dissolvitur ex eo; quod text. in d. c. non solum, restringitur, quoties in rescripto Pontificis contraria forma scripta reperitur, quae proculdubio observanda est, ut in specie nostri text. non attenditur tempus inhibitionis, sed appellationis tantum quia ita expressum reperitur ibid.

Tercio contra nostrum textum obstat text. in cap. per tuas de sententia excommunicationis; vbi excommunicatis prohibitum est, ante absolutionem appellationem prosequi; sed Moniales in dict. capite, dilectæ 10. tempore

pore appellationis excommunicatæ erant: Ergo ante abolitionem ad prosequendam appellationis causam admitti non poterant. Sed hic scrupulus ex eo diluitur; non quia text. in *dist. cap. per tuas*, procedit in alia diversa specie: videlicet in appellatione interposita ab eadem iniusta excommunicationis sententia, quo in casu ante prosecutionem appellationis præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ prius absolvendus est; in alijs vero casibus excommunicatus appellationem prosequi poterit; notat Parisius in *dist. cap. cum inter*, numer. 39. Felinus num. 15. Alciatus in *dist. c. intelleximus*, de iudic. num. 13. Nec obstat si istes, excommunicatis actoribus interdictum esse in iudicio existere, iuxta text. in *d. c. intelleximus, c. cum inter hoc sit*. Quia iura illa restringuntur in prosecutione appellationis, quatenus defensio est, iuxta text. in *d. c. significaverunt* 11. & *in hoc. tit.*

Ad textum in c. Exceptionem 12. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus contra actorem in qualibet litis parte, poterit opponere excommunicationis exceptionem; sed si malitiose distulerit, in expensis condemnatur; & si non excipiat, Iudex publicè excommunicatum repellat.
- 2 Exponitur ratio.
- 3 Exceptio excommunicationis dilatoria est, sed in quacunque litis parte propter animæ periculum opponi potest.
- 4 Loquens cum excommunicato, venialiter tantum peccat.
Interpretatur text. in capit. exceptionem 12. de exceptionibus, versicul. Ne quispiam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur.
- 5 Interpretatur text. in c. sacris, de his quæ vi.
- 6 Illustratur textus in capit. significavit, de sententia excom.
- 7 Exponitur text. in c. statumus 3. c. institutionem, c. statutum, de sententia excom.

C O N C L U S I O.

- 1 **R**eus contra actorem in qualibet litis parte poterit opponere excommunicationis exceptionem; sed si malitiose distulerit, in expensis condemnatur: & si non excipiat, Iudex publicè excommunicatum repellat. Comprobatur text. in *cap. cum inter* 5. cum alijs, *hoc titul. cap. excommunicamus*, §. credentes, de hæreticis, *cap. 1. hoc titulo*, lib. 6. *capit. discernimus, de sentent. excommunicat. lib. 6. Clement. 1. hoc titulo*, exornant hanc conclusionem Covarruu. in *cap. Alma mater*, 1. part. §. 3. num. 7. & 8. Olienſis in *Summa*, titulo de sententia excommunicationis, §. final. Div. Thoms. in 4. *dist. 18. quest. 2. art. 3. & quodlibet 11. art. 1. §. 9.* Ratio deducitur ex nostri text. verbis, ibi: *Ne quispiam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur.* Constat etiam ex decidendi rationibus supra traditis in *cap. 2. cap. Pastoralis 4. hoc titulo*, malitiosè autem non opponens, in expensis condemnatur; quia quamvis omne ius excommunicationem tanto odio prosequatur, non tamen ita, ut innocens condemnari valeat *cap. cum inter hoc titulo* merito ad coercendam litigantis malitiam, iniuste opponens, vel malitiosè differens, in expensis condemnatur. Iudex etiam poterit publicè excommunicatum ex officio, à iudicio repellere: quia id propter animæ periculum ad ius publicum, & Religionem spectat, qua causa interveniente, absque partis petitione, poterit suum officium impertiri, *d. dics 4. §. hoc autem iudicium, Digest. de damno infecto.*

Primo obstat dicere, exceptionem excommunicationis dilatoriam esse, *Clement. 1. hoc. titulo*, sed dilatorie exceptiones ante litem contestatam admitti debent non tamen postea, *c. inter Monasterium, de re iudicata, ver. Intra terminum à Iudice assignatum: c. Pastoralis 4. supra hoc tit.* ergo frustra in presenti post contestationem exceptio illa admittitur. Cuius dubij facilis solutio erit, si etiam fateamur, excommunicationis exceptionem esse dilatoriam, non vero anomalam, ut nonnulli existimant; tamen exceptio illa in quacunque litis parte propter animæ periculum opponi potest, quod cum in omni litis tempore duret, iusta de causa in omni eius parte opponi potest: quod speciale est in excommunicationis exceptione propter decidendi rationem supra adductam, notat Didacus Perez in *l. 1. tit. 8. l. 3. Ordin.*

Secundo adversus id quod communiter in presenti notant omnes: videlicet loquentem cum excommunicato venialiter tantum peccare, tenet Div. Thom. in 4. *d. 28. q. 2. art. 3. & quodlibet 12. ar. 8.* obstant verba nostri text. ibi: *Ne quispiam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur.* Quæ verba denotant loquentem cum excommunicato; lethalem reatum committere; siquidem animæ periculum solummodo in culpa lethali extat. Sed huic dubio verissimè est dicendum, ex illis nostri text. verbis, non probati expresse loquentem cum excommunicato mortaliter peccare, sed tantum se exponere periculo peccandi, qui frequentius cum eo communicatione forensè habuerit: siquidem venialia peccata frequenter iterata, & geminata, sint preparatoria & dispositiva ad lethalia: notat Div. Th. locis supra citatis. Nec obstat text. in *c. sacris, de his quæ vi*: ubi ibi, qui excommunicato cum excommunicato lethalem reatum committit: Quia text. ille procedit, quando communicatio fit etiam metu interveniente, in contemptum Clavium Ecclesiasticarum: tunc lethalis culpa committitur; quo in casu potius quis mortem debet pari, quam lethale peccatum committere: notat Doct. Fech. de *excommunicat. 3. part. art. quies, num. 11.*

Tertio obstat text. in *c. significavit, de sententia excom.* ubi constat, communicantem excommunicato mortaliter peccare, in cuius text. difficultate, omiſſa nonnulla interpretatione, asserentium id speciale esse in excommunicato in eodem crimine, vel in divinis participando notat Glossa magna, & Panormit. ibi. Covar. in *c. Alma mater*, 1. p. §. 3. n. 66.

Quarto obstat text. in *capit. statumus 3. capit. institutionem, capit. Statutum, de sentent. excommunicat.* in quibus iuribus constat, loquentem cum excommunicato, in maiorem excommunicationem incurere. Sed dubium hoc dissolvitur ex eo, quod iura illa debent intelligi de loquente cum excommunicato, postquam excommunicatio imposta fuit in participantes: nam tunc in eodem excommunicationis crimine involvitur, iuxta text. in *capit. excellentissimus*, 11. questione 3. Nec similiter obstat text. in *capit. si verè de sentent. excommunicat. versicul. Cum dolore cordis, & spe penitentia.* Quia de eius interpretatione supra diximus in *capit. 2. supra hoc tit. dubio 9. & 13.* de quo videndus est Suar. de *consuet. disp. 15. sect. 2. n. 15.*

DE PRÆSCRIPTIONIBUS Tit. XXVI.

Ad textum in capit. Placuit 1. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus contra alium Episcopum locum per se conser-

sum ad fidem, triennio præscribit; in quo non computatur tempus vacationis, aut schismatis.

Assignatur ratio.

Iste possidet, qui Iudicis auctoritate possidet.

Interpretatur text. in cap. 1. de præscript.

Expenditur text. in cap. placuit, 16. quest. 3. l. qui agros, l. locorum, C. de omni agro deserto.

Iura incorporalia non possidentur verè, sed quasi possidentur.

Illustratur textus in l. si is qui pro emptore, ff. de v. l. cap.

Res pro derelicto habita, occupantis fit: aliud est derelinquere, aliud est deserere locum.

Expenditur remissivè l. interdum 21. §. 1. & 2. ff. de acquir. possell.

Ecclesia vacanti præficitur Oeconomus, Prælati vicem gerens. Intelligit quoad iurisdictionem, non verò quoad dignitatem, & Ordinem.

Ecclesia, & Minor, æquiparantur.

Exponitur text. in l. etiam, l. 2. ff. de minorib. cum l. Amilius 38. versic. Dicebam, ff. eod.

Hæreticus ab omni potestate, & honore Ecclesiastico adeo privatur, ut etiam si postea conversus fuerit, nihil recuperet. Intelligit ut ibi.

CONCLUSIO.

Episcopus, alterius Episcopi locum per se conversum ad fidem, triennio præscribit: in quo non computatur tempus vacationis, aut schismatis. Quæ conclusio comprobari potest ex text. in cap. placuit, 16. quest. 3. l. agros, l. locorum, C. de omni agro deserto, lib. 11. Gloss. vlt. in cap. possessor, de reg. iur. lib. 6. & plura iura referet Gloss. in præsentis, apud finem. exornant Covart. in regula, possessor, 2. part. §. 11. num. 7. Menchaca controversiarum illustrium, cap. 72. num. 8. Balbus de præscriptione, 2. part. quest. 14. in fine: Gomezius in regul. de triennali, quest. 42. Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, cap. 20.

Ratio est, quia sicut lex Cæsarea in Reipubl. vtilitatem, ad excolendos agros à veteribus colonis desertos, biennij præscriptionem indaxit, dist. l. qui agros, ita similiter & Pontificia, in populi conversione ob Fidei favorem, proprio Episcopo negligente, triennium statuit, ut Episcopus qui populum conversum intra illud tempus possederit, locum illum in pœnam negligentis Episcopi præscribat; quod quidem tempus in Concilio illo Africano sufficiens fuit reputatum, tam ad convincendam proprii Episcopi negligentiam, quam ad remunerandam alieni Episcopi conuertentis charitatem, & diligentiam.

Primo obstat principium illud, quo docemur, in præscriptione bonam fidem desiderari, l. unica, Cod. de usucapione transformanda; principio, Institutionum, de usucapionibus, cap. vigilantis, cap. si diligenti, & final. hoc titulo, siquidem possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, cap. possessor, de regul. iur. lib. 6. sed Episcopus in præsentis nunquam potuit ignorare locum ab eo conversum, ad alium pertinere: ergo nec etiam nunquam præscribere potuit; cum non solum bona fides, verum etiam titulus, & possessio, deficere videantur, sine quibus præscriptio non procedit, dist. cap. vigilantis, cap. causans hoc tit. l. sine possessione, ff. de usucapionibus: ergo cum malæ fidei possessor sit, iuxta textum in cap. si virgo, 34. quest. 2. & omnia requisita ad præscriptionem deficerent, præscriptio illa admitti non potuit. In qua difficultate verissimè est dicendum, in textu nostro omnia requisita præcessisse, ut Episcopus possit locum illum præscribere: nam bona fides præcessit, siquidem auctoritate Pontificis, & Concilij possideat; cum Pontifex, circa beneficiorum provisionem, plenissimam potestatem habeat; aded ut si alicui beneficia auferat, iuxta de causa abstulisse præsumitur, cap. quamvis, de præbend. lib. 6. cap. fin. ut lite pendente, merito is qui per triennium locum novitate à se conversum possidet, iustè, & bona fide possi-

dere præsumitur, cum Pontificis, & Concilij Africani auctoritate possideat, quod legem illam ob publicam vtilitatem potuit condere, & iustè possidet, qui Iudicis auctoritate possidet, l. si finica, §. Iulianus, ff. de damno infecto, l. & generaliter 28. versic. Et secundum, ff. de noxal. actionib. qui omnes ita possidentes, etsi habeant scientiam rei alienæ, tamen iustè, & bona fide possident, cum bona, vel mala fides non ex scientia vel ignorantia rei alienæ, sed in iusta, vel non iusta possessione consistat, dist. l. & generaliter 28. ff. de noxal. action. l. iustè possidet, ff. de adquirenda possessione: ex quibus constat Episcopum in præsentis bonam fidem retinere, Similiter titulum ex defectione proprii Episcopi, & possessionem, ex die conversionis adquisisse, cum per actus fictos possessio apprehendi possit, l. quod meo 18. ff. de adquirenda possessione, l. 45. Tauri, l. 2. titul. 7. lib. 5. Recopilation. merito propter locum publicam vtilitatem ex omni parte illa triennalis præscriptio legitima dicitur; notat Covartuias ubi supra, §. 11. num. vlt. Anastasius Germonius lib. 1. animadvers. cap. 2.

Secundò solutioni obstat textus in cap. placuit, et 2. 16. quest. 3. ubi in dicta specie, si Episcopus in sua diocesi fuerit remissus in convertendo locum ad fidem, si alter Episcopus vicinus illum convertat, poterit intra semestre tempus præscribere. Sed in hac iurium contrarietate verissimè dicendum est, Africanum Concilium in specie nostri textus procedere, quando nulla præcessit admonitio alterius vicini Episcopi; at verò Concilium Milevitanum in dist. cap. placuit, loqui, quando præcessit admonitio ab Episcopo conuertente: quæ interpretatio deducitur ex eiusdem textus verbis, ibi: Si intra sex menses à die conversionis possederit. Notat Anastasius Germonius lib. 1. animadvers. cap. vlt.

Nec obstat Apostolorum auctoritas, can. 57. in illis verbis: Episcopum, vel Presbyterum, qui Cleri, vel populum curam non gerunt, & pietatem non docent, segregentur, & si perseverent, deponantur: Ergo si pœna depositionis adversus Episcopum negligentem statuta est, ad quid sex mensium, vel triennalis præscriptio statuitur, in dist. cap. 1. hoc tit. & in dist. cap. placuit? Quia dicendum est, diversam esse illius Canonis Apostolorum speciem ab illis, de quibus in præsentis, & in dist. cap. placuit agitur; siquidem Canon iste generaliter loquitur de Episcopo, qui omnino totius populi curam neglexit, & integra pastorali cura abutitur, merito qui ita fuerit negligens, segregationis, & depositionis pœnam meretur; at verò textus noster, & textus in dist. cap. placuit, procedit in eo, qui aliquam tantum diocesis partem convertente neglexit: non tamen procedit in eo, qui omninò Episcopalem diligentiam abiecit, uti in dist. canone 18. notat Anastasius Germonius lib. 1. animadvers. cap. fin. in fin. Et secundum solutionem traditam in dist. cap. placuit interpretandus est textus in l. qui agros, cum l. locorum, C. de omni agro deserto, lib. 11. siquidem textus in d. l. qui agros, dum statuit, colentes agros desertos posse biennio præscribere, intelligi debet contra non vocatos: at verò text. in dist. l. locorum, dum tantum sex menses desiderat, interpretari debet de veteribus colonis negligentibus, iam admonitis; notat Bartol. Ioannes de Platea, & Lucas de Penna in dist. iuribus. Aliter prædicta iura ad concordiam reduxit Gotofred. in notis in dist. iuribus, omninò consulendus.

Tertio obstat dicere, loca pertinentia ad Episcopum in sua diocesi, esse iura incorporalia, ut manifestum est, sed iura incorporalia non possidentur, l. 3. ff. de acquir. poss. ergo in specie nostri text. præscriptio illa adversus Episcopum etiam negligentem dari non potuit; cum illis in iuribus possessio nulla detur, & sine possessione præscriptio non procedat, l. sine possessione, ff. de v. l. cap. sine possessione, de reg. iur. lib. 6. Sed dubium hoc ex eo dissolvitur, quia quamvis res incorporales non possideantur, tamen in illis datur quædam quasi possessio, quæ habet effectus veræ possessionis, l. penult. ff. de servi-

iuslib. l. generaliter ff. de petis hereditatis, cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis; siquidem quemadmodum lex potest efficere, ut transferatur possessio sine aliquo actu apprehensionis, ut supra diximus, sic similiter efficere potest, ut iura incorporalia quasi possideantur, quæ hactenus possessio in iuribus seu rebus incorporalibus sufficit, ut præscriptio procedat; notat Covarr. lib. 3. variar. cap. 5. num. 6. Menchaca de successione creatione, §. 12. num. 100.

6 Quærit prædictis obicit textus in l. si is, qui pro emptore ff. de usucapionibus, ubi dominus in captivitate positus amittit possessionem, in libertate captam, adeo ut nec lex fingere possit, ut is qui in captivitate est, habeat aliquam quasi possessionem, ut possit rem illam in libertate possessam præscribere: ergo lex fingere non potest, ut is qui non possidet pro possessore habeatur. Quod dubiam dissolvit, si dixeris, quod lex fingere non potest super impossibile, sed tantum super illud, quod esse potest; merito cum captivus fingatur mortuus, amittit statim possessionem omnem, quam semel amissam post captivitatem reversus recuperare non potest. Nec solutioni obstat, versic. Quod si servus eiusdem textus, ex quo constat, quod si servus pendente domini captivitate rem emerit, eius possessio adeo continuatur, ut dominus reversus ex illa servi possessione possit usucapere: Quia dicendum est, aliud esse tenere possessionem, aliud vero possidere, seu possessionem habere, l. habere 116. de verborum significatione: nam servus, qui ex facto proprio, & peculiari ratione rem emit, tenet possessionem, quæ possessio per postliminium domino quoad usucapionem conservatur, iuxta text. in l. quod servus 24. ff. de acquirenda possessione, & ita obtinet textus in dist. l. si is, qui pro emptore, versic. Quod si servus, ubi late prosequitur Doctor D. Melchior de Valentia illustr. tractat. 3. cap. 1. & sequentibus.

7 Quinto adversus textum nostrum obstabit dicere, quod eo ipso, quod Episcopus fuit negligens, & remissus in convertendo proprium locum ad fidem Catholicam, locus ille statim efficitur nullius, adeo ut primò occupanti concedi debeat, argument. textus in l. 1. & 2. ff. pro derelicto, ac per consequens frustra triennij spatium desideratur. Pro cuius argumenti solutione animadvertendum est, maximam differentiam versari inter derelinquere, vel deserere locum: nam is qui derelinquit, statim loci dominium amittit, & sic locus efficitur occupantis, quo modo procedunt iura in argumento adducta; at verò qui locum deserit, non statim illius dominium amittit: nam desertione non obstante, poterit intra terminum à iure constitutum illum recuperare: & sic procedit nostri textus decisio. Et ita similiter est interpretandus textus in dist. l. qui agros, & l. locorum Cod. de omni agro deserto, lib. 11. & in Linderum 21. §. 1. & 2. ff. de acquirenda possessione, de cuius interpretatione videndus Gifanius ibidem.

8 Sexto adversus textum nostrum, quatenus docet, triennium intra vacationis tempus computari non debere. Obstat dicere, quod siquidem Ecclesie vacanti Oeconomus præficitur, Prælati loco administratur, cap. vobis 23. cap. Vulturana 25. 12. quest. 2. cap. cum vos 4. de officio Ordinarij, cap. 1. de rebus Ecclesie, lib. 6. Clement. 2. eodem tit. ipse tanquam Prælati vicem retinens, intra triennium repetere potest: ac per consequens vacationis tempus in triennio computari debet. Cui difficultati ut satisfaciamus, meminisse oportebit, tempus mortui Episcopi Ecclesie vacantis non computari in præscriptione: ea nimirum ratione, quia oconomus Episcopi defectum supplere non potest, tum propter magnam Episcopi dignitatem, cum illi in Apostolorum locum successerint; tum etiam propter electam eorum industriam, iuxta textum in cap. cum in novo, 21. distinct. quæ omnia Capitulum supplere nequit; quia licet Sede vacante in necessaria iurisdictione succedat, non tamen succedit in dignitatis excellentia, cap. 1. & per totum, ne sede vacante; cap. fin. de rebus Ecclesie, lib. 6.

Septimò obstabit dicere, Ecclesiam Minori æquiparari, cap. 1. cap. audiis, de in integrum restitutione Minorum; sed contra minorem curatorem non habentem currit præscriptio, iuxta text. in l. etiam 35. ff. de Minoribus, l. fin. Cod. si adversus usucapionem: ergo quemadmodum contra minorem curatorem non habentem currit præscriptio, ita similiter contra Ecclesiam vacantem seu Prælatum non habentem, currere debet. Quæ in difficultate, omiſſa Cuiacij interpretatione in l. 1. ff. ex quibus causis maiores, verius dicendum est, idè in dist. iuribus contra eum, qui in utroq. est, præscriptionem currere; quia iam cepta erat contra defunctum, quæ idè contra posthumum, seu minorem rectè currit, plerique potest; quamvis remedio restitutionis rescindi possit, l. nunquam 31. §. vacuum, l. captam 40. ff. de usucapionibus, notat Felinus in præfati, Antonius Faber, in Rationali ad textum in dist. leg. etiam, ff. de minoribus.

Nec solutioni obstat text. in l. Emilium 38. versic. Dicebam ff. de minoribus, ubi cavetur, usucapionem cum defuncto ceptam contra minorem currere, sed absque restitutionis spe: quia textus ille procedit in minorem nato, & in præscriptione conventionali; non verò in legali, ut procedit textus in dist. l. etiam: nam cum ibidem nihil cum minore illa Rutiliana, de qua ibi, actum fuisset, sed tantum cum defuncto; nil tutum, quod edicto illo de minoribus non restituitur; sed illo generali, si qua mihi iusta causa, &c. de quo in l. 1. ff. ex quibus causis maiores, Bart. in d. l. Emilium, n. 3. & in d. l. etiam, num. 1. & 2. ff. de minoribus, Anton. Faber in Rationali, ad text. in d. l. etiam lic. A. Cuiac. in dist. l. Emilium, ff. de minoribus.

Octavo adversus nostram text. in vers. Item si fuerit Episcopus, ex quo constat, quod si Prælatum ex hæresi Donatistarum ad fidem convertatur, recuperat loca illa, etiam si ab alio Episcopo fuerint conversa, obstat textus in cap. 1. de Parochiis, cap. aut divinus, 24. quest. 1. cap. Novatianus, 7. quest. 1. cap. hæretici, 24. quest. 1. cap. ad abolendam, de hæreticis, ex quibus iuribus constat hæreticum ab omni potestate, & honore Ecclesiastico adeo privari, ut etiam postea conversus fuerit, nil possit recuperare. Quorum iurium difficultas ex eo diluitur, quod non semper licet Ecclesie noviter conversum ita recipere, ut ei honores, & dignitates restituat: nam Ecclesia Catholica primò recedentes à fide, qui ex sua propria voluntate convertuntur penitentia ducti, non solum ad penitentiam eos recipit, verum eis vitam conservat, & interdum dispensatione adhibita ad dignitates, honores, & cetera omnia, quæ antea habebant, restituit; & ita obtinet textus noster, at verò si semel conversi, iterum in hæresim reinciderint, quamvis eos Ecclesia ad penitentiam recipiat, non tamen conservat vitam; nec honoribus ipsos restituit, sed omnia nobilia officia, & dignitates amittunt, iuxta iura supra in argum. adducta: unde cum in specie nostri text. Episcopus hæreticus semel amiserit locum, licet postea ad fidem convertatur, merito ad recuperandum dispensatio Summi Pontificis necessaria fuit, iuxta text. in cap. vos, & ibi Glof. 12. distinct. cap. quidam, §. Donatista, 24. quest. 3. Castro lib. 2. de hæret. puni. cap. 23.

Ad textum in cap. Nihil prodest 2. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati taciturnitas Ecclesie non nocet, donec præscriptum sit.
- 2 Ob evitandum scandalum, sæpe à Iuris regulis receditur.
- 3 Prælatum sub reatu lethalis culpa, quatenus in se esse debet recuperare, & repetere bona Ecclesie.

- 4 Scandalum Pharisaorum, quod ex malitia procedit, dimittendum est.
- 5 Refertur Divi Thomæ Cantuariensis factum, qui sanctissime egit, repetendo, & recuperando res Ecclesie iniuste retentas, et si gravissimum scandalum Regis extitisset.
- 6 Interruptio præscriptionis, ut fiat, omnino desideratur interpellatio, seu denunciatio iudicialis, nisi inter Principes non recognoscentes Superiorem alium fuerit.
- 7 Delictum Prælati non nocet Ecclesie.
- 8 Expenditur textus in l. iubemus, Cod. de Sacros. Eccles.
- 9 Auth. de sanctiss. Episcop. §. fin. exponitur.
- 10 Prælati in rebus acquisitis Ecclesie nocere non potest, sicut in adquirendis.

CONCLUSIO.

Pralati taciturnitas Ecclesie non nocet, donec sit præscriptum. Consonat textus in cap. cum venerabilis, de exceptionibus, cap. sane, cap. ad aures, de temporibus ordinationum, cap. 2. in fin. de novi operis nunciatione, cap. cum teneamur, de præbendis, cap. delictum 76. de reg. iuris, lib. 6. cap. qui scandalizaverit, eod. tit. in antiquis, cap. illa 12. distinct. cap. quisquis, 4. distinct. cap. 1. 91. distinct. cap. inter verba 31. 11. quæst. 3. Exornant Covarr. in reg. possessor, 2. part. §. 12. num. 5. & in regul. peccatum, 1. part. in princip. num. 6. versic. Nono, D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 3. & in 4. distinct. 33. quæst. 2. Alphonsus de Castro de iusta hereticorum punitione, cap. 20. Sotus de inst. & iur. lib. 4. quæst. 5. Navarr. in manuali, cap. 14. num. 28. Menoch. de recuperanda remedio 1. num. 319.

Ratio est: nam cum Gregor. Pontifex lib. 2. epistolarem, epist. 96. scripsisset Italiae Patrie detinenti Sedis Apostolicæ patrimonium violenter ablatum, quæ admonitione non obstante restituere recusasset, iterum Pontifex hortatur ut restituat res ita retentas, & ne putet dissimulatione Pontificis ius aliquod sibi adquire, sed solum, Pontificem id non exigere, ne scandalum ratio oriatur, cum minus malum sit petitionem differre, quam scandalum causam dare, siquidem ob evitandum scandalum, sæpe à iuris regulis recedatur, l. æquissimum 16. ff. de usufructu, cap. 2. de sequestrat. possessionis, cum supra traditis, constat etiam ex illa divina authoritate Matthæi, cap. 18. ibi: *Va autem homini illi per quem scandalum venit: merito cum Patricia, de qua in præsentibus agit, Princeps esset, nec in temporibus Superiorem recognosceret, cum ad restitutionem non aliter, quam cum armis, & bello cogi posset, quod summe periculosum esset, iusta de causa expeditum fuit, ut pro tunc medio illo non vteretur ob vitandum scandalum & plurima alia damna, quæ ex illo oriuntur; notat Panorm. in præsentibus, num. 4. Covarr. in reg. peccatum, 1. part. in princip. num. 6. versic. Nono.*

Primo obstat textus in cap. in canonicis, antè finem, 16. quæst. 1. cap. 2. de donationibus, cum Glossa penult. in cap. 3. de officio Archiepiscopali, ex quibus constat, quod Prælati sub reatu mortalitatis culpæ, quatenus in se est, debet recuperare & repetere res Ecclesie contra iniuriam usurpatas: ergo ratione peccati Pontifex in præsentibus, non debuit ab ea obligatione excusari, etiamsi ex repetitione resulter scandalum, dicit. cap. qui scandalizaverit, de reg. iuris, in antiquis, cap. 2. versic. Cum sacra Scriptura, de novi operis nunciatione. Quod dubium ut diluamus, adnotandum est, quædam esse necessaria ad salutem necessitate mediæ, quædam verò necessitate præcepti; necessaria necessitate mediæ sunt illa, quæ ex nulla causa omitti, aut committi respectivè possunt, ut Baptismus, perjurium, adulterium, & similia, & de his loquitur text. in dicit. cap. qui scandalizaverit, cum similibus supra adductis: necessaria verò necessitate præcepti, ita sunt necessaria ad salutem, ut aliquando ex iusta causa omitti, aut committi possint: veluti ablati restitutio, delinquentis punitione, voti executio, & similia,

quæ omnia propter scandalum pusillorum differri, aut omitti possunt; in quibus procedit *textus* noster: unde quamvis ex iuribus in principio huius dubij adductis, Prælati teneatur revocare bona Ecclesie male alienata; tamen repetitionem illam, iusta existente causa, poterit omittere, vel differre, argum. text. in cap. sine exceptione, 1. 2. quæst. 2.

Nec solutioni obstabit dicere, scandalum, quod oritur ex eo, quod res Ecclesie iniuste retentæ repetuntur, non esse pusillorum, sed potius Pharisaorum, non ex ignorantia, sed ex malitia procedens, quod est dimittendum, iuxta illud Matthæi cap. 15. ibi: *Sine illis, quia cæci sunt, & duces cæcorum*; Quod refertur in cap. inter verba, 1. 2. quæst. 3. Quia dicendum est, quod licet illa rerum repetitio non sit omittenda ad instar Pharisaorum, cum odio virtutis, & ex malitia scandalum proveniret, tamen ad evitandum scandalum pusillorum, quia ob causam illorum, qui iniuste res Ecclesie retinent, damnantur, poterit Prælati restitutionem omittere, vel differre, ne illis damnum inferatur; notat Divus Thomas dicit. art. 8. Sylvest. verbo, Scandalum, num. 4. Covarruias in dicit. 1. regula peccatum, num. 6. Nec prædictis obstat factum illud D. Thomæ Cantuariensis, qui dicitur sanctissime egisse, repetendo, & recuperando res Ecclesie iniuste retentas, etiamsi gravissimum scandalum Regis, & suorum extitisset, quapropter vitam illum interfecerunt, cuius historia refertur in c. sicut dignum, de homicidio, & in eius originali, cap. 7. eodem tit. in 1. Compilatione, post Concilium Lateranense sub Alexandro III. part. 3. cap. 1. Quia illud sanctissimi patris factum laudabile fuit ex eo, quod scandalum à malitia procedebat, & nulla spes erat alio tempore commodius res illas recuperare; notat Covarruias in dicit. reg. peccatum, versic. Ergo a supra dicitis, in fin.

Secundò adversus ea, quæ *textus* noster docet: videlicet illam extrajudicalem Pontificis interpellationem sufficere, ut interruptio præscriptionis fiat, obstabit text. in cap. Sanctorum, infra hoc tit. ubi cavetur, quod ut interruptio fiat, omnino desideratur interpellatio, seu denunciatio iudicialis; nec sufficere extrajudicalem: ergo in præsentibus sola Pontificis epistola non potuit præscriptionem interrumpere. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quia idem extrajudicialis illa Pontificis protestatio interruptit præscriptionem, eo quod Princeps contra alium Principem non recognoscentem Superiorem agit, ac idem speciali de causa, illa protestatio extrajudicialis interruptit præscriptionem, siquidem cum illis Principibus nullus actus iudicialis exerceri posset, argum. text. in l. de pupillo, §. si quis, ff. de novi operis nunciatione, cum tantum ablata illa cum armis repeti poterant, notat Glossa in præsentibus, Abbas num. 5. Felin. num. 15. Parisius num. 11. Nec solutioni obstabit, si dixeris, quod etsi difficillimum sit iudicalem denunciationem inter Principes fieri; tamen hæc ratio inter Patricia, & Gregorianam cessat; cum in præsentibus Patricia à Pontifice iudicialiter conveniri poterat, siquidem Pontifici omnes obedire debeant, cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. cap. novit, de iudiciis: Cui dubio occurritur dicendo, quod etsi fateamur, Patricia à Pontifice iudicialiter conveniri posse, tamen Pontifex iudicium illud propter scandalum periculum exercere noluit; quare maluit petitionem differre, quam scandalum occasionem præbere.

Tertiò adversus nostrum *textum* in versic. Præiudicium non facturam, ex quo deducunt omnes delictum personæ non nocere Ecclesie, notat Glossa ibi, & textus in cap. cum venerabilis, versic. Licet, de exceptionibus, cap. dilectum 76. de reg. iuris, libro sexto, obstat textus in cap. e primo, supra hoc tit. cap. placuit, el segundo 16. quæst. 3. ubi Prælati, qui negligunt loca sibi competenter ad fidem revocare, si vicinus Episcopus converterit sibi adquiret: quæ Prælati negligentia Ecclesie nocet. Sed huic dubio dicendum est, illam Prælati negligentiam Ecclesie non nisi ad

tempus nocere, hoc est, donec Prælati vivit; licet ex post facto beneficium restitutionis Ecclesiæ competat: notat Gloss. in dict. cap. placuit, Petrus Pechius in dict. cap. dilectum 76. de reg. iur. lib. 6. 4. dubio.

8 Quarto obstat textus in l. iubemus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis ubi si Prælati navem Ecclesiæ publicis utilitatibus dolose subtraxerit, navis illa in damnum Ecclesiæ publicata Fisco Principis adscribitur: ergo Prælati delictum Ecclesiæ nocuit. Cuius textus difficultas ex eo diluitur, quia id speciali iure ex necessitate publica fuit receptum; cum non sit delictum personale, sed dumtaxat cum administratione ipsa velatum, & inclusum, quod in Prælati persona propriè puniri non potest, sed in navem ipsam punitio fieri debet; quo in casu Ecclesiæ admittitur, ut damnum illud à Prælato recuperet; qui si solvendo non est, ipsa in integrum restituitur; notat Alciatus, & Castro in dict. l. iubemus, in fine.

9 Quinto obstat, nam si quis virginem sanctimonialem Deo dicatam rapuerit, aut corruerit, bona eius pro solatio, Monasterio addicuntur, l. raptores, Cod. de Episcopis & Clericis, sed si Abbatisa intra annum postquam cognoverit servor. & debitor respectu creditoris, l. 2. ff. de stipulatione servor. & debitor respectu creditoris, l. 2. ff. de fraudem creditorum, quo in casu non tam nocere, quam non prodesse Ecclesiæ dicitur: & ita obtinet textus in dict. §. fin. Ratio est, quia aliqua culpa imputari videtur Ecclesiæ, seu Capitulo: quia ita negligentem Prælatum elegit, si verò Prælati data op. oportunitate acquirendi, noluit acquirere, datur in eum actio ad interessè pro modo lucri cessantis: de qua re, multa congerit Petrus Pechius in dict. cap. dilectum, de regul. iuris, lib. 6. a num. 5. cum sequentibus.

Ad textum in cap. Sanctorum 3. cap.
De quarta 4. cap. Ad aures 6 cap.
Quia indicante 9. cap. Illud 8. cap.
Auditis 15. hoc titulo.

SUMMARYM.

- 1 Ecclesia contra Ecclesiam per spatium quadraginta annorum præscribit res immobiles, & Quartam decimarum funeralium, nisi Cathedralis Ecclesia interim vacaverit.
- 2 Assignatur ratio.
- 3 Tricennalis præscriptio olim in rebus soli contra Ecclesiam admittebatur, hodie verò quadragenaria desideratur; & ibi plura iura remissive conciliantur.
- 4 Expenditur textus in capit. volumus, 16. quæst. 4.
- 5 Explicatur text. in cap. statutum 3. de præscriptione.
- 6 Illustratur textus in capit. si de terra 6. de privilegiis.
- 7 Expenditur text. in cap. placuit, et segundo, 16. q. 5. vetus. Quas actiones.
- 8 Privilegiatus contra privilegiatum non vitur suo privilegio.
- 9 Illustratur textus in capit. de Quarta, de præscriptionibus.
Longissima temporis præscriptio titulum saltem coloratum præstat.
- 10 Expenditur text. in l. si sic constituta, ff. quemadmodum servit. amittantur.

Discutitur, an ius decimandi, sit servitus continua, vel discontinua, & qua alio pro eo competat, in Confessoria, an verò Condicio ex lege. Intelligit ut ibi.

11 Limites Ecclesiarum quemadmodum & prædia Ecclesiastica, spatio quadraginta annorum præscribuntur. Interpretatur textus in cap. inter memoratos, cap. quicumque, 1. quæstion. 3. leg. fin. Cod. fin. re-gundor.

CONCLUSIO.

Ecclēsia contra Ecclesiam per spatium quadraginta annorum præscribit res immobiles, & Quartam decimarum funeralium, nisi Cathedralis Ecclesia interim vacaverit. Consonat textus in authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. placuit 2. versicul. Quas actiones, 16. quæst. 3. cap. cum sint homines, cap. ad apostolica, cap. dudum, cap. cum in tua, de decimis, cap. 1. & per totam, 13. quæst. 2. exornant Covarruias in regul. possessor, 2. part. §. 1. num. 1. Molina de iustitia & iure, tom. 1. tractat. 2. disputat. 72. Mascardus de probationibus, conclus. 1219. num. 5. & sequentibus, Titacuellus de præscriptionibus, §. 1. glossa 2. 10. in fin. Didacus Perez in l. 8. glossa 1. titul. 2. lib. 1. Ornamenti, Doctor Balboa in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possessionis, & proprietatis à num. 70. & sequentibus.

Rationem reddit textus in dict. cap. de Quarta in fine, ibi: Quia Romana Ecclesia tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit. Nam cum à Sanctis Patribus, Gelasio, & aliis, statutum fuisset, solam tricennalem præscriptionem sufficere, quod etiam observari præcepit Gregor. Magnus in cap. Sanctorum, hoc titulo, & cum tempus illud, non aded iustum videretur, Alexander III. statuit in dict. cap. de Quarta, hoc titulo, tricennariam præscriptionem contra Ecclesiam non sufficere, sed quadragenariam desiderari; notat Mascardus de probationibus, dist. conclus. 1215. num. 29. & 73. ex quibus deducitur, in præscriptione illa tempus, quo vacaverit Ecclesia Cathedralis, non comprehendendi: ratio est, quia tunc censetur Ecclesia impedita quo minus agere possit, ut dicimus in cap. ex transmissa, hoc tit.

Primo obstat textus in cap. 1. 13. quæstion. 2. cap. 16. quæst. 3. cap. 2. cap. sicut, cap. quicumque, cap. placuit 8. cap. si Sacerdos, 16. quæst. 3. In quibus iuribus constat in rebus soli sufficere tricennalem præscriptionem. Sed ut hæc; & alia iura salva fiant, annotandum est, ea, & similia procedere de iure antiquo; quo tempore illa tricennalis præscriptio fuerat comprobata; quæ omnia collecta censetur ex dict. cap. de Quarta, cum similibus, ubi quadragenaria præscriptio, hodie iam desideratur: quæ interpretario deducitur ex textu in dict. cap. illud, hoc tit. ibi: Licet quidem canones comprobent tricennalem præscriptionem, notat Covarruias ubi supra 2. part. §. 1. num. 1.

Nec solutioni obstat dicere, quod licet interpretatio illa adaptari possit ad textum in dict. cap. 1. & 2. 16. quæst. 3. & ad textum in dict. cap. 1. 13. quæst. 3. cum antiquis temporibus emanassent à Concilio Calcedonensi anno 460. & à Gelasio I. qui vivit circiter annum 500. ut colligitur ex text. in cap. post quingentos, 16. quæst. 3. non tamen poterit adaptari ad textum in dict. cap. sicut, & in dict. cap. quicumque, ead. causa, & quæst. siquidem iura illa addita fuerunt apud Concilium Toletanum 4. quod fuit celebratum sub Honorio I. anno 630. Nec etiam adaptari potest ad textum in dict. cap. si Sacerdos, cum Concilium illud Toletanum 6. fuerit celebratum sub Martino I. anno 650. in quibus temporibus 40. annorum præscriptio in rebus ad Ecclesiam pertinentibus iam erat recepta, ut constat in Authent. de Ecclesiasticis titulis, à Iustiniano edito, anno 530. Quia dicendum est, quod quamvis illa quadragenaria præscriptio in illis Authent. ante Concilia illa Toletana esset recepta; tamen cum prædictæ Authent.

Auherent. repugnarent Concilio Calcedonensi in *dictis* in *ibius* relato, meritò sancti Patres in *dict. Concilio Tolerano* decreverunt, quod quamvis illa quadragenalis præscriptio favorabilis esset Ecclesiæ, non tamen deberet admitti, tanquam edicta imperio Laicali, ex defectu potestatis Ecclesiasticæ; qua de causa, antiquam illam tricennem præscriptionem iterum admiserunt, quo supposito, dubium non extat, ut notat Decius in *cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut. num. 24.*

Secundò obstat textus in *cap. volumus, 16. quæst. 4.* ubi quadragenaria præscriptio à Gregorio Primo, quæ præfuit Ecclesiæ anno 590. admittitur, & tamen tempus illud simile est dicto Concilio Calcedonensi. Cuius *textus* difficultas soluitur ex eo, quod illa Divi Gregorij Epistola relata in *dict. cap. volumus*, non fuit generalis, sed specialis tantum directa ad quandam Episcopum, pertinens ad causam Monasterij Sancti Theodori; nec unquam fuit in volumina Iuris redacta; nec in ea constat, Gregorium voluisse generaliter, & absolute recedere à certissimis decretis Concilij Calcedonensis, & Gelasij Pontificis supra adductis: quæ interpretatò deducitur ex textu in *dict. cap. illud hoc titulo, versic. Volumus te scire, & tenere*: quæ verba denotant antea nunquam illam quadragenariam præscriptionem fuisse admissam; notat Turrecremari, in *dict. cap. volumus, 16. quæst. 4.*

Tertio his non obstat textus in *cap. Sanctorum 3. hoc nostro titulo*, ubi Gregor. Pontifex iure noviori admitti tricennem præscriptionem; & tamen in illo tempore quadragenaria præscriptio iam erat admissa. In cuius *textus* difficultate, omissa Glossæ interpretatione, Abbatis, & Felini *ibidem*, verissimè est dicendum, quod textus in *d. cap. Sanctorum*, loquitur etiam de illo primævo iure antiquorum Canonum, ac proinde hodie non obtinet, utpote à iure noviori abrogatus; notat Glossa 2. in *dict. cap. illud, hoc titulo*. Quæ interpretatio deducitur ex eo, quod auctor text. in *dict. cap. Sanctorum*, non fuit Gregorius, sed Gelasius Primus, nec in Conciliis sub eodem Gregorio celebratis vlla reperitur mentio prædictæ constitutionis; notat Glossa penultima, & marginalis in *dict. cap. Sanctorum*: tum etiam quia in 2. *tomo Concilio: um*, inter alia decreta Alexandri III. *pagina 922. cap. 7.* referuntur illius textus verba absque vlllo Pontificis nomine; & sic constat, *illius cap. Sanctorum*, constitutionem edictam fuisse in prædicto Concilio Calcedonensi sub Gelasio Pontifice celebrato; notat Covarruuias in *regula, possessor, 2. part. §. 1. num. 2. & lib. 1. variar. cap. 4.* latè Dynus in *dict. reg. possessor, de reg. iur. in 6.*

Nec solutioni obstat, si dixeris, quod si textus in *dict. cap. Sanctorum*, à iure novissimo abrogatus esset, frustra, & superflue esset scriptus in Decretalium volumine; imò potius rescandus, iuxta proxiij decretalium verba ibi: *Resecatis superfluis*: Quia respondendum est, quod etsi quoad tricennem præscriptionem textus ille sit correctus, tamen adhuc vim habet, & superfluis dici non potest, quatenus exposita antiqui iuris relatione, in fine proponit omnino ad præscriptionem, possessionem necessariam esse quietam, & sinceram, hoc est, sine vlla interruptione bona fide continuatam; & affirmat interrumpi per synodalem proclamationem: quæ omnia etiam adaptanda sunt ad quadragenalem præscriptionem; & ad hunc ultimum effectum, præcipue fuit scripta illius *textus* decisio, quare superflua minime dici potest; notat Doctor Balboa in *commentariis ad hunc textum, cap. 1. num. 42. cum sequentibus.*

Quartò obstat textus in *cap. si de terra 6. de privilegiis*, ubi iure novissimo, etiam post Concilium Lateranense, & Alexandri III. decisione constat, tricennem præscriptionem sufficere, ut Ecclesia contra Ecclesiam possit Decimarum solutionem præscribere. Augetur difficultas ex eo, quod in eadem specie Alexander III. in *cap. accedentibus 13. eodem titulo*, omnino con-

trarium docet, dum affirmat, quod si Templarij in Decimarum solutione per spatium quadraginta annorum non cessaverint, iterum ad privilegium proclamare non poterunt, & decimasolvere compellentur. In qua iurium contrarietate, omissa Abbatis interpretatione in *dict. cap. si de terra, num. 4. Felini num. 8.* verissimè est dicendum, quod in *d. cap. si de terra*, etiam iure novissimo sufficit illa tricennalis præscriptio; quia *ibi* non agitur de vlla Decimarum præscriptione: nam tunc quadraginta annorum spatium desideraretur; sed tantum agitur de privilegij renunciatione, qua exceptione Canonici utebantur, excipientes, privilegium Monachis Cisterciensis Religionis, iam non prodelle, cum extinctum esset ex tacita Monachorum voluntate, siquidem sine vlla interruptione per spatium triginta annorum Decimæ præscribuntur; sed tantum privilegium amittitur, quare Decimæ secandum ius commune Canonice debite remanent.

Nec obstat textus in *dict. cap. accedentibus, eiusdem tituli*. Quia longe diversa species est, quam quæ refertur in *dict. cap. si de terra*; quia *ibi* Innocentius III. speciem proponit, cum decimæ à iure communi Abbati, & Conventui non debebantur, sed tantum eas sibi solvi petebant ex illa quadragenaria præscriptione, contra Templarios acquisita, quam Templarij confitebantur; nec eis privilegium proderat: quia illud etiam amiserant per illam antiquam præscriptionem; & ideo iura illa repugnantia non sunt, cum dispar sit eorum species; notat Ioannes Andreas, & Cardinalis in *d. cap. si de terra.*

Quintò obstat textus in *cap. placuit, el segundo, 167 quæst. 3. versic. Quas actiones, ibi: Ecclesia secundum Canones adversus Ecclesiam triginta annis, Monasterium verò adversus Ecclesiam, non nisi quadraginta annis.* Cuius textus difficultatem ut diluamus, annotandum est, illa Gratiani verba: *Adversus Ecclesiam triginta annis*, intelligenda esse secundum antiquos Canones: & dum refert, *Monasterium verò adversus Ecclesiam, non nisi quadraginta annis*, fallitur: nam sicut Ecclesia contra Ecclesiam spatio triginta annorum præscribere poterat, sic etiam & Monasterium adversus Ecclesiam, quemadmodum & ceteri Prælati: quod hodie æqualiter in quadraginta annorum præscriptione observatur, iuxta regulam textus in *cap. illud, hoc titulo*, cuius *textus* interpretationem latè refert Covarruuias in *dict. reg. possessor, 2. part. §. 2. num. 5. Balb. in commentar. ad hunc text. num. 58.*

Sextò prædictis obstabit dicere, nam Ecclesia, quæ contra Ecclesiam præscribit, non potest uti eo privilegio, quod competit Ecclesiæ adversus quam præscribit; siquidem privilegiatus contra privilegium non potest uti suo privilegio, *l. verum, §. fin. cum l. sequenti, ff. de minoribus*, meritò cassato utriusque privilegio, iuri communi standum videtur, de quo mentio habetur in *l. canonica, Cod. de usucapion. transformanda*. Sed huic considerationi dicendum est, quod quamvis verum sit, quod privilegiatum contra privilegium non utatur suo privilegio; id tamen verum est, quando uterque in actu, in specie, & in exercitio sui privilegij concurrat, *l. assiduis, Cod. qui prior*. Secus verò, si vnus habuit privilegium in genere, & alius in specie simul, & in genere: nam tunc hic ultimus præferri debet priori, *l. fin. ff. ex quibus causis maiores, l. verum, §. fin. ff. de minoribus*, meritò cum in præscriptione Ecclesiæ contra Ecclesiam non detur concursus privilegiorum, cum tantum competat Ecclesiæ, contra quam præscribitur, non verò ei quæ præscribit, meritò cessat regula supra in argumento adducta; notat Tiraquellus de *privilegiis pia causa, privileg. 26. limitatione 2. num. 51. versic. Sed tamen diligenter*, Doctor Balboa latè disputat in *commentariis ad hunc textum, cap. 1. num. 48. cum seqq.*

Septimò adversus decisionem textus in *cap. de Quarta, hoc titulo*, dum docet quartam decimalem, & funeralem posse à Parocho contra Episcopum quadra-

ginta annorum spatio præscribi; obstabit principium illud, quo docemur, quod quoties ius commune resistit, non sufficit quadragenaria præscriptio, cum de titulo docere necesse sit; iuxta textum in *cap. si diligenti hoc titulo, cap. 1. eodem titulo, lib. 6.* Sed in specie proposita in *dict. cap. de Quarta*, ius Pontificium resistit, siquidem Quarta illa ex eodem iure Episcopis debetur, iuxta textum in *dict. cap. fin. cum aliis, de testamentis, cap. conueniente, de officio Ordinarij*: ergo Parochus in *dict. cap. 4. hoc tit. contra Episcopum* Quartas decimales, & funerarias nunquam potuit præscribere, præcipue cum bonam fidem non retineret; cum ignorare non potuit, Quartam illam de iure communi ad Episcopum pertinere, *dict. cap. fin. de testamentis*, cum ignorantia iuris nemini prodelle possit, *l. iuris ignorantia, ff. de iuris, & facti ignorantia*. Cui dubio communiter in scholis nostris responderi solet, quod etsi in præscriptione longi temporis non sit necessarius titulus, iuxta textum in *l. omnes, C. de præscriptionib. triginta, vel quadraginta annorum dict. cap. placuit, 16. quæst. 3.* tamen in præscriptione Ecclesiæ contra Ecclesiam semper desideratur titulus, nisi immemoralis præscriptio intercedat; iuxta textum in *dict. cap. 1. hoc tit. lib. 6. cap. si diligenti, hoc tit. Covarr. lib. 1. variar. cap. 17. n. 7.* Nec contrarium docet textus in *dict. cap. de Quarta, hoc titulo*, quia ibi præcessit titulus, & bona fides; titulus saltem coloratus cum spatio quadraginta annorum, quæ longissimi temporis possessio titulum saltem coloratum præstat; extitit etiam bona fides, quia Parochus suum prædecessorem invenit Quartas illas pacificè possedisse, & ipse cepit à se ipso præscribere, cum licitè potuit credere prædecessorem bonam fidem habuisse, quæ ignorantia non iuris, sed facti est, & excusat iuxta textum in *l. qui in ius 42. ff. de regulis iuris, l. an vitium, ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus*: præcipue cum in beneficiorum successione, nec ius sanguinis, nec hereditatis consideretur, ubi maior facti ignorantia stat, iuxta textum in *cap. 1. de præbenis*, & idèd in *dict. cap. de Quarta*, nunquam de titulo fuit dubitatum; sed tantum de tempore: quare eo ipso, quod contra ius commune præscriptio fuit admissa, pro constanti supponendum est titulum præcessisse; iuxta textum in *cap. 2. hoc titulo, lib. 6.* meritò dicendum non est in iure errasse, siquidem cum iusto titulo cepit præscribere, & ab antecessore cepit Quarta illa præscribi; notat Glossa in *dict. cap. de Quarta*, Abbas *ibidem*, numero nono, Felinus num 23. Covarruias in *regula, possessor, secunda part. § 9. numero sexto*, & nos *suprà* diximus in *capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis*.

10 Octavo adversus decisionem textus in *dict. cap. de Quarta, hoc titulo*, obstabit dicere, quod ad præscribendas servitutes discontinuas duplicatur tempus, *l. si sic constituta, ff. quemadmodum servitutes amittantur, l. fin. in principio, Cod. de servitutibus, & aqua, l. corruptioem, C. de usufructu*: sed Quarta decimales, quæ debetur Episcopo dicitur servitus discontinua, siquidem habet temporis intervallum, cum non solvatur nisi tempore, quo fructus colliguntur: ergo ad illius Quartæ præscriptionem, non sufficit quadraginta annorum spatium, cum tempus illud duplicari debeat. Cui dubio dicendum est, quod licet nonnulli existiment, Quartam decimalem, servitutum esse discontinuam, verius tamen est, non esse servitutum, sed ius competens Episcopo ex Decimarum divisione, quæ Quarta Episcopo debetur, ad quod ius vindicandum non competit actio confessoria, quæ pro servitutibus discontinuis competit; sed tantum actio seu conditio ex lege: notat Glossa *1. in cap. moderamine, 18. q. 1. Glossa 1. verbo, Tributa, de Decimis*: nec idèd tempus præscriptionis duplicatur, siquidem præscriptio quadraginta annorum magis perfecta, & legitima est, quàm ordinaria: cum in longissima non desideretur titulus, siquidem tempus illud titulum supponat: secus verò in ordinaria servitutum præscriptione, ubi simul cum bona fide, expressus, & verus

titulus desideratur: de qua ordinaria præscriptione, intelligendus est textus in *dict. l. si sic, ff. quemadmodum servitutes amittantur*: de qua re latè disputat Covarru, in *regula, possessor, secunda parte, §. 7. num. 10. Duaren. lib. 1. disputationum, cap. 34.* Cuiacius in *l. sequitur, §. libertatem, ff. de usucapionibus*, Corraus in *l. servitutes, ff. de servitutibus*, Connanus *lib. 3. commentariorum iuris, cap. 13.* Doctor Balboa in *cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possessionis, & proprietatis, à num. 70. cum sequentibus*. Et pro interpretatione ad textum in *dict. cap. de Quarta, vers. Nisi forte*, videri oportet ea, quæ *suprà* diximus in *cap. 1. hoc tit. 6. dubio*.

Nonò adversus id, quod textus in *dict. cap. quia indicante 9. hoc tit.* demonstrant, videlicet limites Ecclesiasticum, quemadmodum & prædia Ecclesiastica, spatio quadraginta annorum præscribi posse; siquidem limites adhaerentes, & accessorij prædij sunt, *l. qua Religiosis, ff. de rei vindicatione*: Obstat textus in *cap. inter memoratos, cap. quicumque, 16. quæst. 3. l. fin. C. finium regundorum*, ubi limites, & actio finium regundorum tantum spatio triginta annorum præscribitur. Cui dubio dicendum est, textum in *dict. l. fin.* procedere de iure Civili, ex quo tantum sufficit triginta annorum spatium, ut actio illa præscribatur; quod ius Civile, etiam refertur à Gratiano in *dict. cap. quicumque, dict. cap. inter memoratos, 16. quæst. 3.* Cæterum iam hodie iure Pontificio, in limitibus illis quadragenaria præscriptio desideratur, iuxta textum in *cap. illud 8. cap. indicante 9. cap. ex literis, de probationibus*. Nec obstat textus in *dict. cap. quicumque, in fin. cap. licet, 16. quæst. 3. cap. super eo, de Parochis*, ubi constat limites, & confinia non posse præscribi. Quia iura illa procedunt, quando limites, & confinia sunt iuris publici: veluti in foro, vel in via publica: nam tunc præscribi non possunt, argumento textus in *l. usucapiones ff. de usucapionibus, l. præscriptionem, Cod. de operibus publicis, l. viam publicam, ff. de via publica*: secus verò dicendum est in his, quæ non sunt iuris publici, ut sunt iura patrimonialia alicuius Ecclesiæ, vel privati: nam hæc tempore *suprà* adducto præscribuntur; notat Glossa in *dict. cap. quia indicante, verbo: Quadraginta*, & in *cap. super eo, de Parochis* Balbus de *præscriptionibus, 6. part. quæst. 6. num. 4.*

Ad textum in cap. Vigilanti 5. cap. fin. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Possessor mala fidei nullo tempore præscribit.
- 2 Diuturnitas temporis bonam fidem non præstat. Tanto sunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.
- 3 Bona fides de iure Canonico in omni tempore præscriptionis desideratur, iure verò Civili sufficit, ut à principio interveniat, et si postea cognoscatur, rem esse alienam. Intellige ut ibi.
- 4 Explicatur textus in *l. qui bona*, ff. de acquirendo rer. dom.
- 5 Expenditur textus in *l. 2. in fin. princip. ff. pro emptore, versic.* Et bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus est.
- 6 Venditio rei aliena valet, quemadmodum & stipulatio admittitur.
- 7 Illustratur textus in *l. & generaliter 28. ff. de noxalibus action.*
- 8 Interpretatur textus in *l. si vir uxori 3. digestis, pro donato.*
- 9 Expenditur textus in *l. si extraneus 44. §. fin. ff. de donat. inter.*
- 10 Missus in possessionem ex secundo decreto usucapere potest, licet cognoscat rem esse alienam, cum iuste possideat; siquidem bona, vel mala fides ex iusta, vel iniusta possessione aestimetur.

- 11 Interpretatur textus in l. sequitur 4. §. si viam 27. ff. de vſucap. cum l. 4. §. si fundum ff. cod.
- 12 Illustratur text. in l. qui exceptionem 40. ff. de cond. indeb.
Interpretatur textus in leg. si pignora, §. fin. ff. de vſucap.
- 14 Præscriptio est introducta ne dominia rerum in incerto sint.
- 15 Errans in iure, mala fidei possessor dicitur.
Expenditur text. in l. sed et si 2. §. scire 6. vers. Quamvis in iure erret ff. de petit. hered.
Plura iura ibidem remissive referuntur.
- 16 Bona fides non tantum in vulgari, verum etiam in longissima præscriptione desideratur.
Exponitur text. in c. 1. de præscriptionibus, in 6. vers. Nisi tanti temporis allegatur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat.
- 17 Interpretatur text. in leg. si quis emptionis, §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.
- 18 Præscriptio procedit, tam contra scientes, quam contra ignorantes.
- 19 Interpretatur text. in c. quia diversitatem, de concessione præbendæ.
- 20 Decima, licet iure divino competant Prælato, in cuius territorio sua fuerint, tamen præscribi possunt, quemadmodum & iurisdictio, dummodo necessaria ad præscriptionem interveniant.

CONCLUSIO.

1 Possessor mala fidei nullo tempore præscribit. Consonat textus in cap. possessor, de regulis iuris, lib. 6. cap. 1. hoc in lib. 6. cap. si virgo, 32. quæst. 2. l. Celsus, l. si fur, §. 1. ff. de vſucapionibus. l. 2. §. si à pupillo, l. 8. ff. pro emptore, leg. cum heres, ff. de diversis & temporalibus præscriptionibus, leg. bona fides 179. ff. de regulis iuris: authentica mala fidei, C. de præscriptione longi temporis, cap. si diligenti, cap. veniens, in fin. hoc tit. cap. omne quod 25. quæst. 2. Exornat præter ordinarios in præsentem, & in dict. regula possessor, Fachin. lib. 1. controver. cap. 64. & 65. & lib. 8. cap. 31. cum duobus sequentibus, Covarruvias in dict. regula, possessor, 2. part. §. 11. Anton. Fab. lib. 8. coniecturarum, cap. 3. & lib. 7. cap. 13. Idem de errorib. decade 41. errore 10. Echius Fregerus ad eundem lib. 2. tit. 25. q. 4. & in eodem lib. 2. tit. 19. q. 1. Cuiac. lib. 3. observationum, cap. 7. lib. 18. cap. 27. & lib. 20. cap. 35. Idem lib. 6. quæstionum Africani, in l. generaliter 26. ff. de noxalibus actionibus, Duaren. in paraphrasi ad titulum de diversis præscriptionibus, Revardus lib. singulari, de vſucapionibus; Robert. lib. 3. sententiarum, cap. 5. Donel. lib. 5. commentar. cap. 17. & lib. 4. cap. 12. & in eodem lib. 24. eruditissimus D. Ioannes de Solorzano, & Pereyra, de indianum iure lib. 3. cap. 3.

2 Ratio, quare malæ fidei possessor nullo tempore præscribit, ea est, quia diuturnitas temporis bonam fidem non præstat, cum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam; & cum omne, quod non est ex fide, peccatum sit, c. fin. de consuetudine; iusta de cauta ius Pontificium constituit, quod nullo tempore deficiente mala fide præscriptio procedat.

Nec obstabit dicere, jus civile à principio tantum desiderare bonam fidem quia Pontificalis iurisdictio excellentior est potestate civili, cum possit detogare quascunque leges, in quibus animæ periculum vertitur; notat Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 12. & 13. Covar. ubi sup. §. 12. siquidem vſucapio non est introducta ad defensas hominum malitias; nec ad finem peccati, vt res aliena retineatur, & contretetur; sed tantum ad tuendam innocentiam, seu defensionem illius, qui ignorans & bona fide, ex legitima causa rem alienam possidet: nam aliàs si scienti prodesset, ex ejus malicia, & peccato, auctoritate legis commodum caperet, quod esset omnino contra decisionem textus in cap. intelleximus, de indicijs: capite ex tenore, de rescriptis, & absurdum, at-

que injustum esset, vt præmia, quæ virtuti destinata sunt, lege prima, digestis, de iustitia, & iure, legis auctoritate iniquis poenam merentibus deferantur; provt sunt hi, qui scienter mala fide rem alienam detinent.

Primò adversus textum nostrum in versicul. Postquam se aliena noverit possidere; & adversus textum in dict. cap. fin. ubi: In nulla temporis parte: Ex quibus constat præscriptionem valere dummodo in omni tempore bona fides interveniat: Obstabit text. in leg. sequitur, §. quod si iusto, leg. si aliena res 10. ff. de vſucapionibus, leg. unica, Cod. de vſucapion. transforman. l. bona, §. 1. ff. de acquirendo rerum dominio, leg. penult. ff. pro emptore; vbi bona fides tantum à principio possessionis sufficit; nec nocet, quominus præscriptio procedat, etiam si postea cognoscat rem esse alienam. Cui dubio verissimè est dicendum, discrimen veri inter ius Canonicum, & Civile: nam de iure Civili in rebus immobilibus, vt præscriptio procedat, sufficit bona fides à principio possessionis; & ita obtinent iura supra in argumento adducta: secus verò de iure Pontificio: nam eo attento bona fides à principio non sufficit, sed in omni tempore præscriptionis de momento ad momentum desideratur; & ita obtinet textus noster, & iura in eius confirmatione supra adducta: in rebus autem mobilibus, ex utroque iure in omni tempore bona fides desideratur; alias mala fide superveniente, vſucapio cessat, cum iam in eis vitium furti extet; notat Covar. ubi supra, §. 9. Donel. lib. 5. comment. cap. 21. Hilliger. ibi littera F.

Secundò prædictis obstat textus in leg. qui bona, ff. de acquirendo rerum dominio, vbi etiam in rerum immobilium acquisitione bona fides à principio non sufficit, sed quemadmodum in mobilibus, etiam in illis bona fides in singulis momentis desideratur. Cui dubio dicendum est, textum illum procedere in eo, qui servum alienum bona fide possidet, & sigillatim quærit domino res immobiles, & cum singularum rerum adquisitio singulas possessiones, & præscriptiones desideret, siquidem invicem discretæ, & separatæ sint, iusta de causa Vlpian. asserit in singulis singularum rerum initiis bonam fidem desiderari; notat Petrus Pechius in dict. cap. possessor, de regulis iuris lib. 6. numer. 10. quod etiam in perceptione fructuum observatur, vbi de momento ad momentum bona fides desideratur: quia quotidie nascuntur, & quotidie percipiuntur, leg. bona fidei emptor 48. §. in contrarium, ff. de acquirendo rerum dominio, leg. sed si lege, §. de eo, digestis, de petitione hereditatis, notat Donellus libr. 4. commentarior. capit. 25. Hillig. ibi litter. H. idem Donellus lib. 5. cap. 25. & 27.

Tertiò his omnibus obstat text. in leg. 2. in fine principij, ff. pro emptore, versic. Et bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus esse. Ex quibus Pauli verbis constat, non solum possessionis, seu traditionis, verum etiam contractus tempore bonam fidem desiderari. Augetur difficultas ex eo, quod ipse Paulus in versicul. Sic denique, asserit, in contractu stipulationis non ita observari: siquidem si quis rem stipulatam cognoverit esse alienam, poterit eam vſucapere dummodo tantum traditionis tempore existimet esse alienam. Cujus textus difficultas dissolvitur, ex ipsius Pauli doctrina relata in leg. si is qui pro emptore, §. fin. ff. de vſucapionibus, dum asserit, quod non minus in contrahenda stipulatione, quam in emptione, bona fides desideratur, sed diverso modo: nam in stipulatione, etiam si quis rem alienam stipuletur, bona fides à principio semper intervenite creditur, cum etiam rei alienæ promissio valeat: in emptione autem bona fides intervenisse non creditur, nisi quis rem emerit, quam ignorat esse alienam, notat Cuiac. lib. 54. Pauli ad edictum, in l. 2. ff. pro emptore.

Nec obstabit, si dixeris, quod non minus rei alienæ venditio valet, quam rei alienæ stipulatio, leg. rem alienam 28. ff. de contrahen. emption. Quia et si farcamur,

mur, quod etiam si rei alienæ venditio valeat; tamen stipulatio, & venditio inter se differunt: nam stipulatio rei alienæ impune fit, venditio autem non ita: cum ab emptore scienter emens rem alienam, res ipsa auferri possit, & venditor non tenetur de evictione; & ideo non ita rei alienæ venditio permittitur, cum ex utraque parte extet obligatio, *leg. si fundum 27. C. de evictionib.* quæ ratio cessat in stipulatione, cum ex parte promittentis tantum extet, siquidem ipse solus de re præstanda spondeat, creditor autem nihil facit, ut invitet promittentem ad rei alienæ obligationem consequenter nihil dolo, nihil mala fide factum videtur, atque ideo ipse solus potest esse in bona, vel mala fide tempore contractus stipulationis: at verò in venditione, non solum venditor se movet ad rei alienæ venditionem, verum etiam emptor ad pretij præstationem, & præcipue cum suo facto, dolo, & mala fide provocat venditorem, quæ de causa de evictione non tenetur: notat Cuiac. *ubi sup. Don. lib. 5. commen. c. 17. Osuald. ibid. lit. D. Duaren. ad hunc titulum, cap. 2. prope finem: Vvesembecius in paratilis ad titulum, ff. pro emptore, num. 3. D. Petrus de Velasco in Proculianis quæst. in dict. leg. 2. ff. pro emptore, folio mibi 64.*

7 Quartò obstat textus in *leg. & generaliter 28. ff. de noxalibus actionibus*, ubi si servus alienus à bonæ fidei possessore noxali iudicio mihi sit traditus, *Africanus* affirmat me illum posse vsucapere quamvis sciens alienum possideam, & publicianam competere, quæ nulli alij competit, nisi ei, qui vsucapere potest; *l. 1. & per totum tit. ff. de publiciana in rem actione*: In cuius text. difficultate verissimè dicendum esse existimo, Africanum ibi loqui de bonæ fidei possessore, qui cœpit conveniri iudicio noxali; quæ bona fides deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Qui tibi iustam servitutem serviret*: cuius possessio ei prodest, cur servus pro noxa datus est, siquidem in eam iure successionis continuatur, *§. diutina; & sequenti, Institut. de vsucap. & ideo cum possessio illa in persona actoris iustum initium habuerit, iusta de causa vsucapio locum habebit in persona successoris, licet sciat, servum esse alienum: dict. §. diutina, leg. unica, C. de vsucap. transformanda. Cum de iure Cæsareo bona fides tantum à principio sufficiat; videndus est Cuiacius *lib. 6. ad Africanum in dict. leg. & generaliter 28. Idem lib. 18. observationum, cap. 25. Osualdus ad Donellum, lib. 4. commentar. cap. 15. littera D. Antonius Faber in Rationali, ad textum in dict. l. & generaliter. Schifordegerus lib. 3. tractat. 27. quæst. 7. Nec obstat, si dixeris, quod servus est res mobilis, ubi si in quocunque tempore mala fides superveniat, nocet; paragræpho, *furtiva, Institut. de vsucapionib. leg. 1. §. 1. ff. de furtis, leg. 6. Codic. pro emptore*: quia dicendum est in specie proposita, non sufficere postea cognoscere, rem esse alienam, si antea bona fides intervenit; dum tamen dolo malo non contraxisset, ut venditio fieret. Nec etiam obstat; si dixeris, id tantum procedere in iudicio universalis, non in particulari, *leg. 2. §. si eam rem, & §. si defunctus, ff. pro emptore*: quia dicendum est id etiam procedere in eo; qui succedit iudicio particulari, si modo iure Prætorio successor sit; iuxta textum in *dict. leg. 2. §. si defunctus, digest. pro emptore, leg. iuste possidet, digestis, de acquirend. possessione.***

8 Quintò obstat text. in *leg. si vir uxori 3. ff. pro donato*, ubi etiam si ab initio possessionis mala fides interveniat, vsucapio procedit: nam si cognoverit rem à marito donatam esse alienam, si ignoraverit, mala fides semper præsumitur; si cognoverit, patet, si ignoraverit, præsumitur, cum ignorare non possit donationem inter conjuges à iure esse prohibitam, *l. 1. & per totum, tit. ff. de donat. inter*: Quam difficultatem effugies, si dixeris, ideo in specie illius text. vsucapionem procedere; quia quamvis vxor in genere donationis errasset, existimans generaliter donationes omnes inter conjuges esse permittas, in specie tamen donataria minime erravit, siquidem res à marito donata, non erat ipsius mariti, sed

aliena, ex qua donatione maritus non efficiebatur pauperior, merito cum vxor non errasset in iure, sed in genere donationis, iusta de causa rem sibi à marito donatam vsucapere potuit, cum plus valeat quod in re est, quam quod est in existimatione, *leg. sed et si constante 25. de donationibus inter: l. 3. ff. pro donato*. videndus est Antonius Faber *lib. 7. coniecturar. c. 13. Schifordegerus lib. 2. tract. 26. quæst. 4. Cuiac. in l. 1. §. fin. ff. pro donato*, Idem *lib. 18. observ. cap. 15. Hotoman. lib. 12. observation. c. 17. Covar. ubi supra, §. 7. num. 10. Osuald. ad Donellum lib. 5. cap. 14. littera B.*

Sextò prædictis obstat textus in *leg. si extraneus 44. §. 9. fin. ff. de donationibus inter*: ubi si extraneus rem mariti, eius vxori donavit, etiam si ante impletam vsucapionem vxor cognoverit rem ab extraneo donatam, esse ipsius mariti, & non donantis, & etiam si consentiens maritus in præscriptione vxoris, videatur donare, non obstante illa vxoris, & mariti mala fide, Neratius asserit non impedire, quo minus res illa ab vxore adquiri possit. Cujus text. difficultas manebit asserita ex ultimis illius textus verbis, ubi idem Neratius asserit, ideo non obstante illa rei alienæ cognitione, vxorem posse rem illam vsucapere: quia in specie proposita nulla inest mala fides, siquidem mulier etsi acquirit ex bonis mariti, non tamen ex donatione ipsius, sed potius ex alia causa, possessione, & titulo; cum ab extraneo res ipsius mariti sit donata; quo in casu cum quoad donationem deficiat dolus, ad exemplum stipulationis, etiam proveniente scientia rei alienæ, non interruptitur præscriptio, notat Balbus *tract. de præscriptionibus, 3. part. quæst. 12. num. 3.*

Septimò obstat textus in *leg. si finita §. Iulianus, ff. de damno infecto*; ubi immisione in possessionem ex secundo Iudicis decreto extat mala fides, cum is qui mittitur, rem, pro qua mittitur, cognoscat esse alienam, & nihilominus in re illa vsucapio admittitur. Cui dubio dicendum est, quod missus in possessionem ex secundo Iudicis decreto vsucapere potest: quia licet cognoscat rem esse alienam, non tamen malæ fidei possessor dici potest: quia interim dum possessio durat, dominus bonitarius dicitur, & impleta vsucapione Quiritarius dominus appellatur; cum bona fide, & iusto titulo possideat, siquidem mala fides non consistit in scientia rei alienæ, sed in iusta possessione; & cum iuste possideat, qui auctoritate Prætoris possidet, *l. iuste possidet, de acquirenda possessione*, iusta de causa missus in possessionem ex secundo Iudicis decreto, etiam si cognoscat rem esse alienam, malæ fidei possessor dici non potest, iuxta text. in *c. cum dilectus, 28. de verborum significatione, d. l. & generaliter 28. ff. de noxalib. actionib.* notat Cuiac. *lib. 6. ad Africanum, in d. l. & generaliter 28. ff. de noxalibus.*

Octavò obstat text. in *leg. sequitur 4. §. si viam 27. ff. de vsucapionibus*, ubi si viam ad tuum fundum habeam, & tu me per vim ab illa via, seu servitute expuleris, servitutem illam præscribere poteris, & tamen ibi à principio mala fides extat, quæ vsucapionem impedit, iuxta textum in *l. 4. §. si fundum, ff. eodem*. In cuius textus difficultate, omis plurimis interpretationibus, verissimè est dicendum, quod etsi fateamur, ibi ex illa violenta dejectione malam fidem intervenisse; tamen illa mala fides non nocet, quo minus servitus adquiratur: quia ibi non agitur de servitutis præscriptione, sed tantum de servitutis amissione, quæ rustica servitus per non usum amittitur, & cum eiiciens nihil detineat alienum nihilque possideat, malæ fidei possessor dici non potest: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text. ibi: *Per longum tempus amittam viam, & c.* Quæ verba denotant ibi nihil agi de acquisitione servitutis, sed amissione tantum; notat Cuiac. *lib. 3. q. Pauli, in dict. l. sequitur 4. §. si viam, ff. de vsucap.*

Nonò obstat textus in *leg. qui exceptione, ff. de conditione indebiti*, ubi constat, quod filius familias, cui contra Senatus consultum Macedonianum pecunia mutuata est, licet illius pecuniæ malæ fidei possessor sit, tamen illius Senatusconsulti exceptione tutus remanet.

Quæ difficultas ex eo diluitur: quia filiusfamilias adeo exceptione illa tutus remaneat, ut in conscientie foro ad restitutionem non teneatur: qua de causa bonæ fidei possessor dicitur, cum auctoritate legis possideat; & ideo excluditur omne malæ fidei vitium, cum id sit statutum in ordinem foeneratorum, qui vitæ parentum insidias mutando parat; notat Ferrerus in *d.l. exceptionem 40. ff. de conditione indebiti, à num. 89.* eodem fere modo interpretandus est textus in *cap. 3. de emptione, & venditione*, ubi præscriptio in venditione ultra dimidiam iusti pretij facta, admittitur, cum legis auctoritate, & ob bonum publicum id sit inventum: quod etiam dicendum est in rehibitorie actionis præscriptione, ut in *1. deo titul. ff. de edicto edicto.*

Decimo obstat textus in *l. si pignora 5. ff. de usucapionibus*, ubi constat, quod si quis iusserit Titio, ut fundum nomine mandantis emat; si tamen fidem mandati violet, & nomine proprio emat, poterit etiam illa mala fide interveniente præscribere. Cuius textus difficultas ex eo diluitur, quod is, qui fecerit mandati fidem, præscribiti adversus alios, si nomine proprio emat, cum emisset ab eo, quem verum dominum esse credebat; non vero præscribit adversus mandantem, cum ad rei traditionem mandati actione compelli possit, uti constat ex ultimis illius textus verbis, & ex *leg. res ex mandato, ff. de acquirendo rerum dominio*, notant Angelus, Cuiacius, & Paulus de Castro in *dicit. l. si pignora 17. §. fin. ff. de usucapionibus*.

Vndecimo obstat vulgare illud principium, quo docemur, præscriptionem iure naturali fundatam esse, ut vigilantibus præmium concedatur, negligentibus autem poena imponatur: Tum etiam, ne dominia rerum in incerto sine ut constat ex *textu nostro, & ex leg. 1. ff. de usucapionibus*: Sed hæc ratio æqualiter procedit, & verificatur in malæ fidei possessore, ac in bonæ fidei: Ergo dispositum in vno etiam in alio; in quo eadem ratio militat, servari debet; *l. à Titio 108. in fine principij: ff. de verbis, obligation.* Cui dubio respondendum est, quod quamvis naturali ratione præscriptio sit inventa, & ratio illi militet tam in bonæ fidei, quam in malæ fidei possessore: tamen ratio illa magis veget, quoad prohibitionem præscriptionis cum mala fide, cum in se contineat periculum animæ, quæ ratio omnibus rebus anteponenda est. *cap. ipimus, 2. q. 1. cū ratio illa semper attendi debeat quæ Religionem tactat, l. sunt persona ff. de religiosis, & sumptibus funerum.*

Duodecimo obstat textus in *l. sed etsi 25. §. scire 6. ver. Quamvis in iure errat. ff. de petitione hereditatis*, ubi constat, quod hæres, qui in iure errat existimat se esse hæredem, fructus ex hereditate consumptos sibi acquirit; & tamen dubium non est, quin is, qui in iure errat, malæ fidei possessor sit, cum iuris error in acquisitione, seu usucapione omnibus nocere debeat, *l. 4. regula. 9. cum alijs, de iuris, & facti ignorantia, nunquam 31. ff. de usucapionibus*. Cui difficultati occurratur, si dixeris, quod is, qui putat sibi deferri hereditatem, existimans vtile fuisse testamentum, etsi in iure errat, tamen neque in bona, neque in mala fide extat, sed medium capit, hoc est, sufficit malam fidem abesse, & tunc ex Senatusconsulti Traiani tempore, non ut prædo punitur, sed bona fides præsumitur, ac ideo fructus, quos consumpsit ex illo Senatusconsulto restituere non debet; nisi ex illis factus fuisset locupletior: notat Ant. Fab. in *Rationali ad text. in d. l. sed & si lege 25. §. scire 6. ff. de petitione hereditatis*. Omitto interpretationem ad textum in *l. qui scit 25. §. bona fidei emptor, de usuris*, & ad textum in *l. bona fidei, §. in contrarium, ff. de acquirendo rerum dominio*: quia de illis actum est à nobis in *cap. gravis, de restitutione spoliatorum*: Omitto etiam interpretationem ad textum in *cap. 1. hoc sit cap. placuit 16. quæst. 1.* siquidem de illis in *d. cap. 1.* diximus. Similiter omitto textum in *l. sed etsi 25. §. si ante, ff. de petitione hereditatis*, cum *l. illud 40. ff. eodem* de quibus videntus est Pacius centuria 3. q. 37. & Ant. Fab. in *Rationali in dicitis iuribus*, & ad textum in *l. quasitum 40. ff. de acquirendo rerum dominio*, de quo Cuiac. *l. 7. q. Africanus,*

ibidem, & ad textum in l. sed etsi pupillus 11. §. si cum l. §. ff. de insularia actione de quibus Ant. Fab. in Rationali in dicitis iuribus, & Cuiac. l. 1. Digestorum Iuliani, in d. l. 11.

Decimo tertio adversus textum nostrum in *verf. Quoniam nulla antiqua dierum possessio adiuvans, &c.* Ex quo deducunt DD. omnes, quod non tantum in vulgari, verum etiam in longi temporis præscriptione, v. gr. 30. vel 40. annorum, necessaria bona fides est: quod etiam expresse docet text. in *c. si hoc tit. verf. Nulla, obstat textus in cap. 1. hoc tit. lib. 6. verf. Nisi rati temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat, &c.* Ex quibus verbis probari videtur, bonam fidem in longi temporis præscriptione non desiderari. Quæ difficultas excluditur si attendamus, quod verba *text. in d. c. 1.* non sunt referenda ad bonam fidem, sed tantum ad titulum: quasi diceret quod in longi temporis præscriptione non sit necessarius titulus, cum semper præsumatur, nisi in casibus, in quibus ius commune resistit; notat Gloss. in *d. c. 1. hoc tit. lib. 6.* Abbas, & Felinus, in *cap. si diligenti, hoc titulo, & nos supra tetulimus in c. de quarta, hoc tit.* nam bona fides etiam in longi temporis præscriptione desideratur, ut supra retulimus. Neque obstat text. in *l. si quis emptio, §. 1. Cod. de præscriptione 30. vel 40. annorum*, ubi in longi temporis præscriptione bona fides non desideratur: quia discrimen est constituendum inter ius Cæsareum; & Pontificium: nam de iure Pontificio, etiam in diutina præscriptione continuata bona fides, desideratur *ex textu nostro, & ex cap. fin hoc tit. at veto de iure Cæsareo longi temporis præscriptio absque bona fide admittitur; & ita obtinet text. in d. l. si quis emptio, §. 1. l. 2. §. ductus aqua ff. de aqua quotidiana, & astina: Covar. ubi supra, 2. p. §. 8. n. 4. Men. de recuperanda: remedio 45. num. 47.*

Decimo quarto adversus textum nostrum, in *verf. Nobis autem: dum ibi deducunt Interpretes, præscriptionem procedere, tam contra scientes, quam contra iguorantes* quod etiam docet textus in *l. fin. C. de præscriptione longi temporis*, ubi nulla scientia, vel ignorantia spectanda: Covar. ubi supra, 2. p. in principio, n. 8. & §. 3. num. 25. Obstat dicere, quod nec bona fides, nec titulus ad præscriptionem sufficiunt, nisi data scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur: & constat ex eo; quia ignorans reputatur impeditus, *l. male Agitur, C. de præscriptione 30. annorum*, sed contra impeditum præscriptio non currit, *l. 1. §. neq. autem, C. de annali exceptione*: ergo neque contra ignorantem debet currere, iuxta textum in *cap. quia diversitatem, de concessione præbenda, l. 2. Cod. de seruit. & aqua. verf. Eo sciente: ergo eo ignorante non debet, currere. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur; quia verius dicendum est, præscriptionem procedere, tam contra scientes, quam contra ignorantem, ut supra retulimus. Neque obstat dicere, ignorantem, impeditum reputati quia id admittitur ad alios effectus; non tamen ignorantia illa præscriptionem impedit quamvis aliquando sufficiat beneficium restitutionis. Nec obstat textus in *d. & cap. quia diversitatem*: nam ideo ibi, nisi contra scientes præscriptio non procedit: quia cum Episcopi, vel patroni poena sit, ut illis non eligentibus præsentatio ad superiorem devoluatur, & poena non sit, ubi non extat delictum, ideo in præscriptione illa secundum speciem positam desideratur scientia. Neque obstat textus in *d. l. 1. verf. Sciente eo*: Nam omissa Menochij emendatione *l. 1. de arbitrarijs, casu 161.* veriore esse existimo, quam refert Cuiacius *ibidem*, dum asserit, aquam ibi deductam esse per fundum sciente domino; & ibi non refertur scientia illa, ut sit necessaria ad præscriptionem; sed quia eo modo Imperator manifestè demonstrat, possidentem, non vi, non clam, non precario possidisse, notat Covar. in *d. regul. possessor, 2. part. in principio num. 6.**

Decimo quinto obstat dicere, Decimas à iure divino spectare ad ministros Ecclesiæ: in cuius territorio fixæ sunt, *cap. pastoralis, c. cum sint, de decimis*, & eo iure non obstante à Clericis alterius Ecclesiæ, etiam si ius illud ignorare non possint, præscribuntur, iuxta textum

tum in *cap. de Quarta, hoc tit. c. ad aures*, infra eodem quod etiam in iurisdictione admittitur, *cap. cum ex officio 16. c. cum olim 18. infra hoc tit.* quamvis iurisdictione illa Episcopo à iure communi competat *cap. omnes basilica, 16. quast. 7. capit. loquenti, de officio Ordinarij.* Sed hæc difficultas ex eo diluitur, quod quamvis decimas præscribens cognoscat ad alium pertinere posse, non tamen de mala fide redargui potest, cum similiter scire possit decimas illas, & Quartas bona fide, iustoque titulo præscribi posse: ut supra diximus in *dict. c. de Quarta*, quod similiter in ordinaria iurisdictione digendū est; nam licet cognoscat ad Episcopatum à iure communi pertinere, eodem etiam modo scire poterat bona fide, & iusto titulo iurisdictionem illam ad se spectare posse, vel ex testamento, vel ex privilegio: nam cum tunc bona fides interveniat, præscriptio admittitur. *d. c. officio 16. c. cum olim 18. hoc tit. de interpretatione ad textum in l. sequitur 4. §. si rem, ff. de usucapionibus, & l. si rem, 5. ff. pro emptore, cum l. cum sit 6. C. eodem*, videndus est Iulius Pacius *centuria 6. quast. 93. Ant. Picard in § aliquando 10. ex num 7. Institut. de obligationibus, qua ex delicto*: & interpretatione ad textum in *l. penult. ff. pro suo: & leg. iusto 44. §. etsi 2. & l. 4. §. si antequam, ff. de usucapionibus.* latè D. Amaya *lib. 3. observat. cap. 1* & de interpretatione ad textum in *leg. hæres ff. de diversis, & temporalib. præscript.* latè Couart. *vbi supra, 1. part. 9. 9. Don. lib. 5. comm. c. 20.* & D. Balboa in *presenti in 7. dubio. à numer. 90. vsque ad finem textus.*

Ad textum in c. Causam, quæ: 7. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 *Laici spiritualia possidere non possunt, ac per consequens, nec præscribere.*
- 2 *Decima pro administratione Sacramentorum Clericis debentur, ac ideo ius decimandi tanquam ius spirituale laicis denegatur.*
Sine possessione præscriptio non procedit.
- 3 *Interpretatur textus in l. iusto, digest. de usucapionibus.*
Ius postliminij in his, qua facti sunt, nihil, aut parum operatur.
- 4 *Hereditariacens defuncti personam representat ac ideo ex æquitate indulgentiam est, ut captam à defuncto usucapionem adimpleat.*
- 5 *Incorporalia quamvis non possideantur, tamen quasi possideri dicuntur.*
- 6 *Expenditur text. in l. omnes, Codic. de præscriptionibus.*
- 7 *Laici possunt beneficia acceptare, Baptisma conferre, Decimas conducere, Confessiones audire. Intellige vbi.*
- 8 *Ius patronatus laicis ex gratia Pontificis fuit concessum ut invitarentur ad dotandas, & construendas Ecclesias.*
Valet argumentum de privilegio ad præscriptionem, ac ideo id quod privilegio fieri potest, poterit etiam præscriptione fieri.
- 9 *Laicus potest Decimas iure conductionis exigere, cum tunc eas non percipiat iure spirituali, sed temporalis.*
Expenditur text. in c. 2. de locato.

C O N C L U S I O.

Laiici spiritualia possidere non possunt ac per consequens, nec præscribere. Ex cuius textus decisione aliud præscriptionis requisitum reducitur, hoc est, possessio; siquidem sine possessione præscriptio non procedit, *capit. sine possessione, de regul. iuris, libro sexto, l. sine possessione, digest. de usucapionibus*: comprobaturque nostri text. conclusio per textum in *cap.*

sacrosancta, cap. Massana, de electione, cap. prohibemus, cap. quamvis, cap. ad hæc, cap. ma, cl. 1. de decimis, capit. 10. quast. 1. cap. decimas, capit. fin. 16. quast. 7. cap. perveni, 1. quastion. 3. capit. iura, de iure patronatus: extorant Couart. lib. 1. variarum, cap. 17. num. 6. Mencha, ca lib. 2. controversiarum illustrium, cap. 89. numer. 6. Dia. Thom. 2. 1. quast. 31. art. 3. Soto de iustitia, & iuro, quast. 4. artic. 3. Menochius de recuperanda: remedio 15. num. 433. Rebuffus de decimis, quast. 17. à num. 67. Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 19. num. 30. Gutierrez libr. 1. practicarum, capit. 15. numero secundum de, Gilchenius de præscriptionibus, part. 3. capit. 8. num. 16. & ordinarij omnes in dict. capit. sine possessione.

Ratio est: quia laici non possunt præscribere decimas vel ius decimandi: notat Glossa in *presenti, & in c. 1. §. 7. gloss. 2. in cap. quamvis 17. de decimis, & Gloss. in c. Massana, de electione*: ex eo videlicet; quia ius decimandi dependet ab spiritualibus, & administratione Sacramentorum; cui tanquam accessorium inseparabiliter adheret; pro qua administratione tantummodo conceduntur, ut constat ex illo *Numerorum, c. 18. ibi: Filiis Legitimi omnes decimas pro ministerio, &c.* Et ideo ius decimandi spirituale dicitur, & à solis ministris Ecclesiasticis, non vero à laicis obtineri, seu possideri potest, *cap. vlt. de rerum permutatione, c. sua, in principio de decimis*, unde cum decimæ à laicis possideri non possint, consequens est, ut nec etiam ab illis præscribi valeant; cum sine possessione præscriptio non procedat, *d. c. sine possessione, de reg. iur. in l. sine possessione, ff. de usucapionibus.*

Primo adversus hanc decidendi rationem, & regulam supra adductam; obstabit textus in *l. iusto, ff. de usucapionibus*, vbi constat, captum ab hostibus, etsi nec naturaliter possideat; cum ipse tanquam servus possideator; tamen usucapere, & præscribere posse. Quia difficultas ex eo dissolvitur; quia ibi pater præscribit ea, que tempore captivitatis per servum; vel filium ex causa peculiari possidebat, siquidem pendente captivitate possessio illa plus iuris, quam facti habeat, cum dependeat ex dominica, vel patria potestate, que in iure consistit, ad quod sufficit ius postliminij, ut præscriptio procedat, *d. l. iusto, §. vlt. siquidem usucapio, seu præscriptio ad ius pertinet, l. bona fidei, ff. de adquirendo rerum dominio*; & ideo ea, que non peculiari iure per filium possidentur, nec iure postliminij præscribuntur, cum ea possessio plurimum facti habeat, & in factis ius postliminij, nihil aut parum operetur, *l. postliminij ff. de captivis & postlim. D. Valencia illustrium tractat. tractat. 2. capit. 4. n. 14. & tract. 3. c. 10. n. 8. & cap. 11. num. 21. Donellus lib. 1. comm. c. 25. Cuiac. lib. 2. §. Papiniani, in d. l. iusto, §. nondum de usucapionibus.*

Secundo obstabit dicere, hæreditatem iacentem non possideri, neque per se possideri posse; siquidem per totum naturam id sit impossibile, cum anima careat, & facti sit incapax; *l. 1. §. Scævola, ff. si quis test. liber esse iussus*, & tamen hæreditas ipsa acceptam à defuncto usucapionem adimplet, *l. captam, cum aliis, ff. de usucapionibus*: ergo usucapio absq; possessione admittetur. Sed respondetur, id singulari ratione in hæreditate iacete recepto esse, iuxta text. in *d. l. iusto, §. nondum*, cum ante aditionem nihil sit cur imputeretur hæredi, quare possessionem non apprehenderit, cum sibi competat ius deliberandi; nam aliàs tempus à lege sibi indultum ei perniciosissimum esset ideoque æquitatis gratia est indultum, ut interim hæreditas personam defuncti representet, *l. hæreditas, ff. de usucapionibus*, nam additio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis defuncti: & quamvis non sufficiat ad inchoandam, saltem tamen ad continuandam possessionem prodest: notat Connanus *l. 3. c. 13. Alciatus in l. c. 13. qui n. 69. ff. si certum petatur: D. Valen. illustrium tr. 17. §. c. 10. n. 7. cum seqq.*

Tertio obstat textus in *l. si quis diuturno ff. si servum vendiderit*, vbi in corporalia iura, quamvis possideantur nec tangi possint, usucapi, & præscribi possunt. Sed hæc difficultas ex eo diluitur: quia in corporalia iura, quamvis non

non possideantur, tamen quasi possideri dicuntur: & ideo id quod operatur vera possessio in corporalibus rebus, quoad usucapionem, id etiam operatur quasi possessio in corporalibus. *l. de Præscript. ff. quibus ex causis maioribus.*

Quarto obstat textus in *l. omnes, Cod. de præscriptio. n. ubi* debitor adversus creditorem actionem personalem præscribit, & tamen nihil possidet, cum adhuc pecunia non soluta in dominio debitoris remaneat, ac per consequens præscriptio illa fundari nequit super possessione debitoris sed tantum super negligentia ipsius creditoris. Sed in hac difficultate, omnia Connani interpretatione *vbi supra, c. 11.* verissime est dicendum, quod in specie proposita est aliquid quod possessionis loco, habeatur, ut præscriptio locum habeat, siquidem debitor possidere videtur libertatem ipsam: & quamvis pecunia credita, & non soluta, verè non fuerit creditoris, cum adhuc remaneat in dominio debitoris, tamen quia creditori debita fuit, & bona debitoris, non computantur nisi deducto ære alieno, *l. fructus, cum vulgatis, digest. sol. 10. matrimonio.* iusta de causa eius rei possessio sufficit, ut debitum tacite à creditore videatur remissum, & à debitore præscriptum & hæc quoad decidendi rationem sufficiant.

Quintò ad versus præcipuam nostri textus decisionem dum docet laicos Decimas præscribere non posse ex eo quod decima sit quid spirituale, & laicis spiritualia possideri nequeant; *d. c. sacrosancta, cap. Massana, de electione,* obstat dicere, hanc rationem, neque ex parte rei, nec ex parte personæ sufficientem esse: ex parte rei quia decimæ spirituales non videntur, siquidem quemadmodum temporalia locati possunt, *cap. vestra, de locato, c. sine Prælati vices suas: extravag. Ambrosiose, de rebus Ecclesie.* Ex parte personæ quia laici non videntur incapaces circa spiritualia iura, & bona possunt beneficia acceptare, *capit. 1. de procuratoribus, lib. 6. Sacramentum Baptismi administrare, cap. mulier, cap. necessitate, de consecratione, distinctione 4. Confessiones audire, c. quem poeniteat, versicul. Tanta, de Penitentia, distinct. 1.* possunt etiam de causa excommunicationis cognoscere; *cap. de cernimus de sententia excommunicationis, lib. 6.* Sed hæc omnia distinctione adhibita ad concordiam reduci possunt: videlicet, quia aut agitur materialiter, aut essentialiter: materialiter laici Ecclesiastica tractate possunt veluti beneficia alterius nomine acceptare, procurare, patrocinari, & ita obtinet textus in *dist. cap. 1. de procuratoribus, lib. 6.* non vero essentialiter, ut in *textu nostro.* Neque obstat dicere posse baptizare: quia id admittitur propter imminentem necessitatem, ne infans periculum animæ patiat. Idemque dicendum est in Confessione: nam licet utile sit in defectum Sacerdotis propter contritionem, & humilitatem, laico confiteri; tamen non exinde sequitur spiritualia tractare posse, cum non possit à peccatis absolvere, propter defectum potestatis Clavium. Nec etiam de excommunicatione de iure sed de facto tantum cognoscunt, notat *Cov. in c. Alma mater, 1. p. 6. 1. n. 9.*

Sexto obstat dicere, quod ius patronatus est quid spirituale, *cap. 3. de iudicij, & tamen laicus ius patronatus possidere, & obtinere valet, cap. 1. & 2. cum aliis, de iure patronatus.* Sed nodum hunc ex eo dissolvere potest: quia id speciali ratione procedit in iure patronatus, quod ex gratia, & permissione Pontificis laicis fuit concessum, ut invitarentur ad construendas, & dotandas Ecclesias, ut supra diximus in *dist. c. quanto:* & an à laicis præscribi possit: videndus est *Cov. in regula. poss. 2. p. 5. 10. n. 1. Fach. 1. 8. contr. c. 24.*

Neque prædictis obstat dicere, quod præscriptio, & privilegium æquiparantur, *cap. 1. §. fin. de præscriptionibus, l. 6. l. hoc iure, & duobus aqua, ff. de aqua quotidiana, & astiva* ac ideo id, quod privilegio fieri potest etiam præscriptione fieri, *cap. duo simul, de officio Ordinarij, cap. cum contingat, de foro competenti,* sed laici privilegio, vel concessione possunt decimas obtinere, *capit. quomodo de decimis, cap. 2. eodem titul. lib. 6. capit. cum Apostolica*

de his, qua sunt à Prælati: ergo & præscribere poterit quamvis non possint eas in alium transferre, cap. prohibemus, cap. tua, §. fin. de decimis. Sed hæc difficultas auferitur ex eo, quod cum demum valet argumentum de privilegio ad præscriptionem, cum rei, & personæ capacitas inest, secus vero cessat, ut in præsentibus cum laicus sit incapax quoad decimarum acquisitionem, & præscriptionem, cum eas possidere non possit, ex rationibus, & iuribus supra adductis, *Cov. 1. 1. 6. armarum, c. 10. n. 4.*

Septimo obstat textus in *cap. 2. de locato,* ubi laicus iure locationis potest decimas percipere. Cuius difficultas adhibita distinctione tollitur: nam aut loquimur de iure seu titulo percipiendi decimas, vel de ipsis decimis, quatenus fructus temporales sunt, & pretio æstimari possunt: nam ius percipiendi spirituale, & inæstimabile est, iuxta textum in *cap. fin. de rerum permutatione,* merito in laicis non consistit: at vero titulo conditionis, seu locationis poterit laicus decimas ipsas exigere, cum tunc eas non percipiat iure spirituali, sed temporali tantum, ratione contractus, cum decimarum fructus æstimabiles sint, & ideo uti res temporales poterunt à laicis percipi: & ita obtinet textus in *dicto cap. 2. de locato:* Et an Episcopus sine Pontificis auctoritate, possit decimas in perpetuum, in feudum concedere, iuxta interpretationem textus in *cap. prohibemus, de decimis:* videndus est *Cov. lib. 1. 1. 1. armarum, cap. 17. num. 5. Rebuff in tractatu de decimis, question. 10. num. 2. cum sequentibus,* & plura refert *Balb. in præsentibus, de numer. 19. usque ad 30.*

Ad textum in capit. Illud 8. hoc titul.

SUMMARIUM.

- 1 Possessio continuata in præscriptione desideratur, alias si interruptitur, cessat præscriptio.
- 2 Usucapio nihil aliud est quam captio, seu adquisitio potestatem, id est, per possessionem continuatam.
- 3 Creditor licet pignus iuste possideat, non tamen præscribit, cum non suo, sed debitoris nomine possideat. Illustratur tex. in *l. si pignore, ff. de vsuc.*
- 4 Interpretatur text. in *l. retum 30. §. Labco, ff. de vsuc.* cum *l. cum qui ædes, ff. de vsuc.*
- 5 Expenditur text. in *l. si ædes 23. §. libertas, versic. Si autem, ff. de servit.*
- 6 Possessio, qua iusto aliquo impedimento interrupta est non proprie interruptitur, sed tantum quiescit, quo cessante continuatur possessio, & præscriptio procedit.
- 7 Expenditur text. in *l. si is qui pro emptore, ver. Quod si servus, ff. de vsuc.*
- 8 Expenditur text. in *l. si me in vacuum 34. §. si, versic. Servum quoque, ff. de acquir. poss.*
- 10 Usucapio à testatore capta in hereditate iacente continuatur. Interpretatur tex. in *l. 1. §. si, ff. pro emptore, l. quia servo 16. ff. de obl. & act. cum *l. si id, ff. pro derelicto.**
- 11 Excipiens de interruptione contra allegantem præscriptionem, tenetur probare interruptionem: qua probata adeo extinguitur præscriptio, ut non videatur facta præscriptionem illam.

CONCLUSIO.

IN præscriptione possessio continuata desideratur: alias si interruptitur, præscriptio cessat. De prima nostri textus parte latè à nobis est actum in *capit. de Quarta, hoc titulo;* merito nunc agendum est de possessionis interruptione, comprobaturque conclusio ex textu in *cap. sine possessione, de regul. iuris lib. 6. l. vsucapio 3. l. naturaliter,*

l. is qui pro emptore, l. nunquam, §. 1. ff. de usucapionibus, l. 2. C. de prescriptione longi temporis, l. si id quod, in fine, ff. de acquirendo reum dominio, l. 29. tit. 29. part. 3. excipiunt vltia Ordinarios in dict. cap. sine possessione, Gotfridus lib. 6. miscellaneorum, cap. 10. Fornerius lib. 2. s. l. etiam, cap. 17. Cuiac. in l. usucapio §. 1. ff. de usucapionibus; Connanus lib. 3. cap. 14. Donell. lib. 5. comment. cap. 21. Ouald. ibidem littera B & C. Duarenus ad tract. de usucapionibus, cap. 7. Couartuv. in dicta regula 2. possessor, 2. part. §. 12. per totum Antonius Faber in iuris prudentia, lib. 1. tit. 11. cap. 8. illatione 28. Ant. Pichard. in §. si ad exhibendum instituitur, de officio iudicis, num. 3 & 8. cum traditis à Doctore Valencia illustr. tract. 2. cap. 16. cum seqq.

2. Ratio est: quia ipsa interruptio possessionis est contra naturam, & substantiam prescriptionis, dicto cap. sine possessione, siquidem usucapio nihil aliud est, quam captio, seu adquisitio per usum, id est per possessionem continuatam iuxta textum in dict. l. 1. ff. de acquirenda possessione.

3. Primum obstat textus in l. si pignore, & de usucapionibus, ubi debitor, qui cepit rem possidere; si eam creditori pignori dedit, quamvis iam eam non possideat, poterit prescriptionem adimplere Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur: quia licet creator iuste possideat, non tamen possidet suo nomine, sed dei iuris, & prescriptio à creditore ipso fieri non potest, cum ad ipsius valorem desideretur, vt nomine proprio res possideatur, l. 1. ff. pro suo, & ideo cum apud debitorem adhuc possessio remaneat cum animo suo, & creditoris corpore possidere dicatur, l. cum & sortis, ff. de pignoratitia actione, l. serui nomine, ff. de usucapionibus, iusta de causa debitor qui rem creditori in pignus dedit prescribere poterit, D. Valencia illustratum tract. tract. 2. c. 1. n. 9.

4. Secundò obstat textus in l. erum 30. §. Labeo, ff. de usucap. ubi is qui cepit columnas usucapere, & pendente usucapione, eas in ædificium contulit, etiam si decem dies ad implendam usucapionem superessent eas usucapere poterit. Quod dubium diluitur, si dixeris, quod in d. §. Labeo, nunquam fuit interrupta possessio, si quidem is, qui cepit columnas per se simpliciter possidete, postea etiam eas cum vniuersitate in domum inferendo, & coniungendo, eas possidet, ac ideo prescribit; notat Osuald. ad Don. lib. 4. comment. c. 12. littera E.

Nec solutioni obstat textus in l. cum qui aet. 23. ff. de usucapionibus, ubi is, qui ædes mercatus est, tantum ædes ipsas; non verò singulas earum res possidere intelligitur: Nam quia Accursij interpretatione in d. l. rerum 30. verissimè est dicendum, quod textus d. l. cum qui aet. procedit, quando quis bona fide domum emit, quo in casu, etsi possit usucapere domum ipsam, & solum ubi ædes fundata est tamen lapides, & alias res, ex quibus constructæ sunt ædes, non usucapit; cum re vera qui ædes possidet, singulas eius res non possideat: nam cum animus possidendi tantum sit in vniuersali æde, iusta de causa dicere ædificio poterit domus lapides ipsos vindicare: at vero textus in d. §. Labeo, non procedit, quando vniuersaliter columnæ possideri cœperunt, sed particulariter; merito etsi postea eas ædibus suis coniunxerit, usucapio non interruptitur, cum prima particularis possessio vniuersaliter continuetur: & ideo per iniunctionem in ædibus non interruptitur possessio, rationem differentie refert Connanus lib. 3. comment. cap. 14. Ouald. ad Donellum, lib. 5. comment. cap. 21. lit. E, & de interpretatione ad text. in l. seruus 14. §. fin. ff. de statu liberis, videndus est Donellus d. l. 5. comment. c. 21.

Tertio obstat textus in l. si aet. 32. §. libertas, versic. Is autem, ff. de seruitutibus urbanorum, ubi libertatis possessio etiam si naturaliter sit interrupta, prescribi potest. Cui dubio communiter dici solet, quod possessione semel cœpta si est interrupta, neque iure Canonico, neque Ciuili ab eodem à quo interruptio processit, prescriptio perfici potest. Nec contrarium probat textus, in dict. §. libertas, versic. Is autem, siquidem Iulianus postquam proposuit cœptam libertatis prescriptionem, &

ab eodem interruptam, statim prosequitur, asserit, quod si successor illius à quo interrupta est possessio, cœpit eandem ædes possidere, poterit statuto tempore libertatem usucapere; vti bene animadvertit Anton. Fab. in Rationali ad eundem textum.

Quarto obstat textus in c. ex transmissa, c. auditis, hoc tit. cap. 1. albione 16. q. 3. in quibus iuribus cautur, quod etiam si possessio interrupta sit, prescriptio adimpleri potest. Sed hæc iura, & similia procedunt, quando possessio, iusto aliquo iuris impedimento interrupta est; quo in tempore non interruptitur possessio sed tantum quiescit, quo cessante continuatur possessio, & prescriptio, & sic iura prædicta procedant in quiescente possessione, non verò in interrupta, vbi diuersa extat ratio.

Neque obstat dicere, nihil commune habere proprietatem cum possessione l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione, ac per consequens etiam si interrupta sit possessio, proprietatem non potest interrupti; arg. text. in cap. auditis hoc tit. Quia se ponderatur, quod quamvis possessio cum proprietate nihil commune habeat: nihilominus tamen illa possessionis interruptio acquisitioni proprietatis nocet, siquidem continuatio possessionis est de essentia, & substantia prescriptionis proprietatis; notat Azeved. in l. 7. tit. 15. lib. 4. compilat. n. 3. cum seqq. Castillo in l. 65. Tauri.

Quinto obstat textus in l. si is qui pro emptore 15. ff. de usucap. ubi in vers. Quod si seruus, constat, quod si quis ab hostibus sit captus, & apud illos detentus, usucapio non interruptitur, imò hæredibus prodest, dummodo eius seruus ex causa peculiari rem ipsam emerit, & possidet. Augetur difficultas ex eo, quod textus ille in 1. part. asserit, possessionem per seruum adquisitam post captiuitatem non prodesse domino, nec fictione postliminij, neque legis Cornelia. Sed huius textus difficultas ex eo diluitur: quia in 1. part. loquitur de rebus adquisitis extra causam peculiarem, quarum possessio adeo per captiuitatem interruptitur, vt neque postliminij, neque legis Cornelia auxilio successores vti possunt; secus verò si possessio, & serui adquisitio sit de re peculiari: nam tunc siue ante, siue post captiuitatem res sit adquisita, nunquam interruptitur, sed successoribus prodest; & ita est interpretandus textus in d. vers. Quod si seruus. Diuersitatis rationem reddit: Paulus; nam in adquisitis extra peculiarem causam, non debuit postliminij reuersus plus iuris habere in his quæ seruus eius possidebat; quam in illis, quæ ipse possidere cœperat ante captiuitatem: nã si in illis non prodest possessio ad usucapionem, cum per captiuitatem naturaliter sit interrupta, ita neque in his à seruo extra causam peculiarem prodest, hæredibus prodesse potest; ne videantur plus iuris hæredes habere quàm defunctus habuit, l. nemo plus, ff. de reg. iuris; quæ omnia cessant in adquisitis à seruo ex peculiari causa: nã in illis speciali, & singulari iure receptum est, vt seruus ex peculiari causa possit usucapionem incipere, l. in isto 44. §. nondum, ff. de usucap. l. penult. ff. de captio. &c. Quemadmodum etiam admittitur, vt hæreditas iacta possit usucapionem adimplere; & ita similiter in causa peculiari fauorabiliter est receptum, vt dñs possit per seruum rem illam corpore, & animo possidere; siquidem ex peculiari causa, plura contra statim iuris rationem admittuntur, l. 3. §. saluus, l. peregre 44. §. quasi, ff. de acquirenda possessione notat D. Valencia illustr. qu. tr. 3. c. 10. & 11. D. Balb. in cōment. ad hunc text. à n. 26. Ant. Fab. in iuris prudentia, tit. 11. principio 4. illatione 28. Cuiac. ad tit. de usucap. in d. l. si quis pro emptore, Connanus l. 3. c. 10.

Sexto prædictis obstat textus in l. si me invocam §. fin. ff. de acquirenda possessione; in illis verbis: Sextam quoque meum ignoranti mihi acquirere possessionem, &c. Ex quibus verbis constat generaliter dominium per seruum, etiam eo ignorante, extra causam peculiarem posse possessionem acquirere. Sed huius textus difficultas ex eo auferitur: quia in d. vers. suppleendum est verbum illud, ex causa peculiari: vti similiter est interpretandus textus in l. quod seruus 24. de acquirenda possessione, & textus in l. nunquam 31. §. si seruum, de usucapionibus. D. Valencia

dist. tract. 3. n. 18. D. Balboa in præfenti. n. 54.

Septimo obstat text in l. *ceptam, digest. de v. fucapion. nib. ubi constat, quod v. fucapio à testatore cæpta in hæreditate iacente continuatur, & tamen ex nostri textus decisione naturaliter interrumpitur v. fucapio, cum quis desinit possidere; quæ naturalis interruptio verè demonstratur in morte v. fucapientis, cum præscriptionem possessio animi, & facti desideretur, & vitium quæ morte cessat; animus, cum in voluntate consistit, & voluntas morte extinguitur. l. 4. digest. locati, cap. fin. de præcario, similiter factum cessat, cum non possit dici quod hæreditas iacens, sit persona possidens, l. fin. digest. de crimine expulsa hæreditatis, l. 5. paragrapho. cessatum, digest. ut in possessor. legat. Quæ difficultas ex eo diluitur: quia utilitatis causa, & iure singulari contra iuris regulas receptum est, quod cæpta à defuncto v. fucapio, etiam per hæreditatem iacentem continuatur, præcipuè cum in hæreditate iacente qualis qualis possessio rerum hæreditararum esse dicatur, iuxta text. in l. *gerit, digest. de adq. hared.* quæ qualis qualis possessio morte possessoris non interrumpitur sed utilitatis causa in hæreditate iacente continuatur; & cum singulari iure hoc sit receptum, non debet trahi ad consequentias: argum. text. in l. 2. digest. de v. fucap. pro donato, l. quod vero 14. digest. de legib. notat Cortaf. lib. 6. miscellanearum, cap. 12. num. 2. D. Valenc. ubi supra capit. 11. numer. 12. Covarru. libro tertio, variarum, cap. 16. numero septimo, Menoch. de recuperanda: remediò 1. num. 44. Alciat. lib. 1. parergon, cap. 1.*

Octavo obstat textus in l. 2. paragrapho. fin. digest. pro emptore, ex quo constat, v. fucapionem per litis contestationem non interrumpi: & tamen verum est, quod v. fucapio non solum interrumpitur per naturalem possessionis interruptionem, verum etiam per civilem, hoc est, per litis contestationem: l. nemo: Codic. de adquirenda possessione, l. 1. & 2. Codic. de præscriptione longi temporis. Sed huius dubij facilis erit solutio, si dixeris textum in dicto paragrapho fin. qui de possessore, cum quo de proprietate lis iam fuerat contestata: & ideo si inter litis moras tempus v. fucapionis adimpleatur; poterit v. fucapionem perficere, si victor in proprietate fuerit condemnatus, etiam si tempore sententiæ v. fucapionis tempus adimpleatur, non poterit v. fucapere; iuxta textum in dicta leg. nemo, Codic. de adquirenda possessione, leg. nec bona 10. Codic. de præscriptione longi temporis, notat Cuiacius in dict. l. 2. §. si. ff. pro emptore, & in l. naturaliter, ff. de v. fucapionibus: Donellus l. 5. comm. c. 21. vers. Civiliter.

Neque obstabit dicere, quod non solum interrumpitur possessio cum naturaliter amittitur, sed etiam superveniente mala fide per litis contestationem, per quæ cognoscitur, rem esse alienam, l. item veniunt. paragrapho, petiam, l. sed si lege, paragrapho, si ante, digest. de petitione hæreditatis: Quia respondetur, quod per litis contestationem non datur vera mala fides, siquidem à se ipso non proveniat; sed tantum ficta cum ab alio derivatur, asserente possessorem iniuste possidere: & ideo possessio ex illa ficta mala fide non interrumpitur nisi possessor sit victus, & ideo continuatur vsque ad finem litis; siquidem de iure Cæsareo sufficit à principio bonam fidem intervenisse, l. unica, Codic. de v. fucapione transformanda, Antonius Pichardus in §. si quis à non domino, Institut. de rerum divisione: Donell. lib. 4. commentar. capit. 24. & lib. 9. capit. 21. Cuiacius lib. 1. observat. capit. 21. Videndus est etiam textus difficilis in leg. qui à servo 16. ff. de obligationibus, & actionibus, cum l. si id digest. pro derelicto: & an is, qui possessionem ex alieno facto naturaliter amisit, alijs noceat, necne, pro interpretatione textus in l. naturaliter, ff. de v. fucapionibus, versicul. Quo casu, videndus est Donell. dict. lib. 5. commentar. cap. 21. versicul. Sed interrumpitur, Osuald. ibidem, littera D. Cuiac. in dict. l. naturaliter, digest. de v. fucap.

11 Non adversus textum nostrum, dum docet, quod

excipiens de interruptione contra allegantem præscriptionem, tenetur etiam probare interruptionem, quæ probata, adeo extinguitur præscriptio, ut non videatur fateri præscriptionem ipsam; obstat textus in cap. 1. de confessis, cap. per inquisitionem, de electione, cap. præterea 2. de transactionibus, in quibus iuribus constat, quod is qui allegat interruptionem, videtur fateri præscriptionem ipsam. Cui dubio dicendum est, quod in præfenti, excipiens de interruptione non videtur præscriptionem fateri; cum alias actor ab onere probandæ præscriptionem ipsam relevaretur, d. c. præterea de transactionibus: & de solutione ad textum in cap. 2. de confessis, cum similibus supra adductis, ita diximus in capite, cum venerabilis 6. de exceptionibus.

Ad textum in cap. Ex transmissa 10. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Præscriptio nec hostilitatis tempore nec contra impeditos currit.
- 2 Impedito nulla negligentia, vel culpa imputari potest.
- 3 Impedimentum facti non impedit præscriptionis continuationem, si iuris sit. Expenditur textum in l. Atilicinus, digest. de servitut. urban.
- 4 Interpretatur text. in l. si quis ex fundi 13. ff. quemadmodum servit. amitt.
- 5 Illustratur text. in l. Papinianus 29. ff. de minoribus, cum l. etsi per pretium 26. §. 14. ff. quibus ex causis maior.
- 6 Exponitur text. in l. si. C. in quib. causis, in integrum restitutio non est necessaria.
- 7 Expenditur text. in l. Emilius 39. ff. de minorib.
- 8 Expenditur text. in l. si intra, Codic. de non num. pecun.
- 9 Illustratur textus in l. auxilium 38. in princip. digest. de minorib. quid olim, & hodie in præscriptione legati contra minorem observetur? remissive discutitur.
- 10 Illustratur text. in l. sicut minorem, C. de præscriptionibus 30. vel 40. annor.
- 11 Interpretatur textus in l. etiam ei 45. digest. de minorib.
- 12 Explicatur text. in lib. 1. Codic. de in integrum restitut.

C O N C L U S I O.

Tempore hostilitatis, & contra legitime impeditos non currit præscriptio. Consonat text. in cap. cum nobis 14. capit. auditis. 15. capit. illud cum alijs, hoc tit. cap. prima actione 16. quæstion. 3. cap. cum sit Romana, de appellatione. l. vtro, l. in bello, §. facti, digest. de captivis, l. 1. §. fin. Codic. de annali exceptione, l. ut perfectius, Codic. de bonis maternis: authent. nisi tricennale, Codic. eodem tit. l. etsi per Prætorum 26. digest. ex quibus causis maiores, l. 28. tit. 29. part. 3. Exornat Mascard. de probatione. conclus. 7. à num. 11. & conclus. 116. num. 1. Rebus. in tractatu de pacificis possessoribus, fol. 66. versicul. Hostilitatis. Menoch. consil. 25. Molina de iust. & iur. tom. 1. tractat. 2. disputat. 78. Balbus de præscriptionibus 6. part. principalis 2. part. in principio, numer. 6. Osuald. ad Donellum, plures referens, lib. 21. commentar. capit. 7. littera K. & L. & in eodem libro, capite nono, littera E. & F.

Ratio est, quia iniustum videtur, ut impeditis imputetur culpa, siquidem id quod vellent propter impedimentum iuris adimplere non possunt, iuxta textum

in l. r. § fin. C. de annali exceptione, & cū hostilitatis tempore id contingat iusta de causa talis impedimenti tempore suspenditur præscriptio; quo sublato; tunc continuatur: quemadmodum etiam quis impeditus dicitur tempore tyrannidis, aut pestis: nam argumentum valet de bello ad pestem; cū pestis *diuini bellum* appellatur, notat Glos. in cap. prima *alione*, 16. q. 3. Glos. in cap. si *vero*, de iur. iurando; eademque ratione præscriptio non currit contra pupillum indefensum, iuxta text. in l. si *aut C. de præscriptione* 30. vel 40. annorum; neque contra Ecclesiam vacantem & Pastorem viduatam, cap. r. *boatic. c. cum vobis*, cap. *auditu*, eodem: nam cū præscriptio introducta sit propter negligentiam veri domini, & nulla negligentia, vel culpa imputari possit impedito, iusta de causa præscriptio contra eum qui propter hostilitatis impedimentum impeditus reputatur, non currit, d. l. 1. §. fin. C. de annali exceptione, dist. cap. prima *alione*; sed vt illud iuris impedimentum constet, aliquando evidentissima probatio desideratur, iuxta text. in l. qui *commecatus*, in princip. ff. de re militari, dist. cap. cum *si Romana*, vers. *Evidenter*; l. fin. §. illud, vers. *Evidentissimis probationib.* C. de temporibus appellationum. Aliquando vero partis iuramentum sufficit, iuxta text. in cap. quia *propter* §. illud de electione, cap. 1. 12. q. 1. & ideo arbitraria est, & prudentis iudicis arbitrio relinquitur; ita vt attentata circumspectantia materię, loci, & personę, id prospiciat notat Menoch. de arbitrariis, casu 118. numero tertio Mascardus de probatione, tomo secundo, conclusione 883. numero decimo septimo.

3 Primò obstat text. in l. Attilicinius, ff. de seruitutibus urbanorum, vbi præscriptio semel capta non requiescit, seu suspenditur, immo potius nullo oblatate impedimento continuatur. Cui dubio dicendum est, quod in specie illius textus agitur de impedimento facti quod non sufficit, vt præscriptio non continuetur; sed continuatur, licet postea restitutio competat, l. vnus ex socijs, §. fin. ff. de seruitutibus rusticorum; at vero textus noster procedit in impedimento iuris quod impedit ne præscriptio currat, iuxta text. in l. fin. C. de annali exceptione, l. 5. §. donec, C. de iure deliberandi, l. in rebus, C. de iure dotium, cap. fin. de electione lib. 6. cap. quia *diuersitatem*, de concessione præbende notat Balb. de præscript. 1. part. 6. par. casu 22.

4 Neque obstat dicere, quod impedimentum hostilitatis ex facto provenit, ac id eo facti esse, & sic nec per eum præscriptionem suspendi debere, licet postea restitutio competat, ex d. l. vnus §. si Quia dicendum est, quod licet impedimentum hostilitatis ex facto proveniat, & facti sit & regulariter ex impedimento facti restitutio detur: ea tamē restitutio nō est necessaria in impedimento hostilitatis, licet facti sit; cum ipso iure doratē bello, quiescat præscriptio, siquidē eo durante ius reddi nō possit, cū censetur ferreā repentinā, iuxta textum in l. sed *et si*, §. *ferre*, ff. ex quibus causis maiores. Et ex his, constat duo inesse impedimenta: videlicet primum hostilitatis, quod facti est; posterius feriarum repetinatum, quod est iuris; propter hæc duo vincula non currit præscriptio, licet ex illo impedimento facti regulariter currat, & restitutionis beneficium competat; sed in impedimento captiuitatis omne restitutionis remedium cessat, & etiā relatum in l. postliminium, cum vulgatis, ff. de captiuis, & postliminio reuersis; si quidem remedium nostri text. pinguius sit ex eo, quod non currat præscriptio aduersus captivos impeditos; & cum captiuus interim nihil amittit, remedium illud cessat, l. in bello, §. facti retro, ff. de captiuis.

5 Secundò obstat textus in leg. si quis ex fundo, decimo tertio Digest. quemadmodum seruitutes amittantur, vbi si quis ex fundo, cui viciniam vicinus debebat, locum proximum fundo seruienti vendidisset, neque illum intra legitimum tempus, quo seruitutes pereunt postea adquisisset, seruitus temporis præscriptione amittitur; & tamen verum est, eum impeditum esse ad vtendum seruitute, siquidem per alienum fundum seruitus non conceditur, nisi fundi dominus eam imponeret. Cuius textus difficultati est verissimè dicendum, quod

etsi verum sit non vtentem seruitute postquam locum proximum alienauit, legitime impeditum esse: tamen non obstante impedimento, præscriptio eo in censu currit, ex eo, quia ipse in culpa fuit, cum poterat tempore alienationis seruitutem imponere, quam non imposuit, vt constat ex text. ibi: *Non imposta seruitute*; ac idē sibi imputare debet, cur seruitutem non imposuit, & sic non adquisito fundo intra legitimum tempus seruitus amittitur, quæ est veta Marcelli sententia in illa specie, de qua videndus est Fab. in ration. ibid.

Tertio obstat text. in l. Papinianus 29. ff. de minorib. vbi si minor læsus in exilium fuerit relegatus, & quantumvis quando in exilio extitit, non poterit adire Praetorem, si annale antiquum tempus ad postulandam restitutionem fuerit transactum, adeo aduersus eum præscriptio illa procedit, vt ei nulla competat restitutio; neque tempus prorogetur. Sed huic difficultati sit satis ex eo, quod ideo ibi annus utilis iuris antiqui non prorogatur: quia relegatus, si licet absit, tamen quoad impetendam restitutionem pro presenti habetur cum procuratorem in ciuitate relinquere poterit per quem possit restitutionem postulare; siquidem relegatus non amittit libertatem, nec rerum suarum administrationem; & idē cum tempus petendæ restitutionis fuerit transactum, ei denegatur petitio; quæ interpretatio deducitur ex verbis eiusdem text. ibi: *Cum potuit adire Praetorem per procuratorem*, &c. Neque solutioni obstat text. in l. si per Praetorem, 26. §. 1. Digest. quibus ex causis maioris, vbi in eadem specie, delegato, etiam si posset procuratorem relinquere, subuenitur. Quia ibi ex alia causa restituitur videlicet si idoneus, vel securus procurator inueniunt non possit, notat Ant. Fab. in rationali, in d. l. iuris.

Quarto aduersus ea, quæ communiter in presenti notant DD. omnes: videlicet præscriptionem, & vfucapionem contra minores non suspendi, etsi beneficium restitutionis eis competat, iuxta text. in l. etiam *ei* 45. Digest. de minor. l. vnica, C. si aduersus vfucapionem, oblatbit text. in l. si. C. in quib. causis in integrum restit. non est necessaria; vbi constat præscriptionē aduersus minores nō curtere, Quod dubium vt diluamus, discrimen est constituendum inter præscriptionem cum defuncto prædecessore minoris iam captam, vel inter præscriptionem contra ipsam et minorem nondum ab eius antecessore minoris captam: nam in primo casu, restitutio desideratur, & ita obtinent iura in principio huius dubij adducta: si vero præscriptio solummodo contra ipsam minorem procedat, si in eius vita capta est in integrum restitutio non est necessaria; & ita obtinet text. in d. l. si. C. in quib. causis in integrum restitutio non est necessaria, notat Glossa in ibid. verbo: *Currere*.

Quinto solutioni obstat text. in l. Emiliius 39. Digest. de minoribus, vbi in eadem specie, cum cepit præscriptio à defuncto, & à minore completa fuit ea non obstante, in prima eius text. parte ex Pauli sententia minori denegatur restitutio. Sed in hac difficultate distinctio est adhibenda inter præscriptionem legalem & conventionalem: nam in legali cum à defuncto est capta, & à minore completa competit restitutio: secus vero in conuentionali: nam tunc etiam si cum defuncto sit capta, non competit restitutio; & ita communiter asserunt obtinere text. in d. l. Emiliius 39. in princip. Digest. de minoribus. hac tamen distinctione ommissa, verius dicendum est, quod Pauli sententia in prima illius textus parte, nihil obstat Antonini decreto relato in secunda illius textus parte: nam etsi ex contractu legis commissoria à defuncto celebrato, tempus cum hærede minore conuentum, esset completum, ex stricto iuris rigore, & ex rationibus supra adductis restitutio deneganda esset: tamen Antoninus Imperator non impugnauit Pauli sententiam, cum asseret bene ab eo esse iudicatum, vt constat ex illis verbis: *Pucabam bene iudicatum*, &c. sed cum plurimæ circumstantiæ apud Paulum omittæ fuissent & apud Antoninum propozitæ, videlicet tutores pupilla

fillæ suspectos fuisse, & alia plurima relata à Duar. ad inulum Codice si aduersus venditionem, folio mihi... merito ex æquitate, etsi siagula illa non prodessent, multa tamen collecta iuuabant; atque ideo contra vulgarem regulam supra adductam, in illa præscriptione conuentionali, in secunda illius textus parte restitutio competit; notat Ant. Faber l. tom de errorib. decade 25. errore 5. & in Rationali ad eund. tex. Osual. ad Don. l. 21. comm. 7. lit. L.

8 Sexto solutioni obstat text. in l. si intra, Cod. de non numerata pecunia, vbi minor contra legalem præscriptionem etiam à defuncto exceptam, non restituitur. Cui dubio dicendum est, text. illum procedere, quando illud legitimum tempus contra defunctum maiorem iam excessit: merito restitutio cessat; cum nullum cum minore negotium gestum esse dicatur, neque vilo modo sua fragilitate læsus reputetur: & ideo iusta de causa denegatur restitutio, cum minoribus tantum permittatur; maioribus vero denegatur. l. 1. §. apparet. ff. de minorib. l. cum mandato 23. ff. cod. Costa in l. si ex cautione vers. Hoc autem, C. de non numerata pec.

9 Septimo prædictis obstat text. in l. auxilium 38. in prin. ff. de minor. vbi legalis præscriptio adeo contra minorem currit vt neque restitutionis auxilio iuuetur. Quam difficultatem dilues, si dixeris, quod olim in præscriptionibus legalis præscriptio cæpisset, & perfecta fuisset ab ipso, & cum ipso pupillo, adeo olim contra minorem efficaciter procedebat, vt postea auxilium restitutionis non competeret; & ita obtinet text. in d. l. auxilium 38. in prin. ff. de minor. l. si mater, C. de statu defunctorum: alia vero erat legalis præscriptio, quæ etiam nisi contra minorem curreret, cursus tamè inefficax erat, cum contra præscriptionem illam restitutio cõpeteret; quod remedium in præscriptione illa hodie iam inutile est siquidem præscriptio hæc legalis contra minorem non admittitur, d. l. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitutio, & c. nam de prima altera legali præscriptione nihil est mutatum in d. l. fin. sed in suo robore permanet, notat Tiraq. de retractu, libro primo, paragrapho 35. glof. 4. n. 36. Balb. l. 1. par. casu 23. n. 36.

10 Octauo obstat text. in l. sicut in rem, C. de præscriptione 30. vel 40. annorum; vbi contra minorem currit legalis præscriptio, sed restitutio competit. In qua difficultate dicendum est, quod textus ille procedit in longissima 30. vel 40. annorum præscriptione, quam Iustinianus in d. l. fin. exceperat: notat Glof. verbo, Servanda, in d. l. sicut, verbo si ergo caperat; nam in illa longissima præscriptione currit tempus contra minorem deducta pupillari ætate: nam eo in tempore suspenditur iuxta textum in d. l. sicut in rem, C. de præscriptione 30. vel 40. annorum; & ideo in ea longissima 30. vel 40. annorum præscriptione, restitutio competit; cessat tamen in longioris præscriptione decem, vel 20. annorum. Denegatur autem restitutio in præscriptione conuentionali, quando tempus conuentionis, & præscriptionis à prædecessore est cæptum: nam tunc absque spe restitutionis procedit aduersus minorem præscriptio, vt diximus in d. l. Emilium; neque de ea, vlla mentio fuit habita à Iustiniano in d. l. fin. C. quibus causis in integrum restitutio non sit necessaria.

11 Nono solutioni obstat text. in l. etiam ei 45. digest. de minoribus, dum asserit, posthumum aduersus præscriptionem completam, dum in vtero est, restitui debere. Sed omissa interpretatione Coiacij in dicta leg. Emilium, digest. de Minoribus, verissime est dicendum, textum in dict. l. 45. procedere, non in præscriptione conuentionali; sed in legali, in qua nulla culpa imputari potest ei qui in vtero est; & ideo quamvis præscriptio iacente hæreditate, etiam contra posthumum procedat, tamen posthumus dignus est restitutionis remedio; notat Anton. Faber in rationali ad eundem textum, Morla in emporia tit. 5. q. 5. n. 16. & Bartolus in d. l. etiam 45. ff. de minor.

12 Decimo obstat textus in l. 1. C. de in integrum restitutione minorum, vbi si minor omiserit quinquennium

ad quærelam inofficiosi petendam, aded aduersus eum etiam iure nouissimo præscriptio currit, vt restitutionis remedium sit necessarium; & tamen verum est, iure nouissimo cursum illius temporis nullius momenti esse, aded vt nec restitutio sit necessaria, iuxta text. in l. 2. & fin. C. in quibus causis in integrum restitutio, & c. Sed respondetur, quod text. in dict. l. 1. non loquitur de præscriptione, nec de temporis lapsu, sed de renunciatione tacita à minore, quæ re ipsa sine verbis fit: veluti si minor quæ quærelam intentare poterat intra legitimum tempus eam omisit, & legatum ab hærede accepit: nam eo ipso videtur agnouisse iudicium defuncti, ac ideo restitutio ei competit; non tamen ex eo quod transcursum temporis ei noceat, sed ex eo, quod legatum accepit; notat Duaren. in d. l. 2. C. in quibus causis restitutio in integrum & c. in d. l. fin. C. eodem.

Ad textum in cap. Accedentes 11. cap. Cum non liceat 12. cap. Cum ex officij 16. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Procuratio debita Nuncijs, vel Legatis sedis Apostolica, aut Episcopis, vel alijs, visitationis ratione, non præscribitur.
- 2 Procuratio, est ius quoddam expensarum, seu victualium, ob publicam vtilitatem Nuncijs Apostolicis, alijsque Visitatoribus debitum, & ab Ecclesijs præstandum, quod neutiquam præscribi potest.
- 3 Illustratur text. in l. si quisquam 7. ff. de divers. & temp. præscript.
- 4 Argumentum valet de præscriptione ad priuilegium; sed per priuilegium Ecclesia à procuratore liberari potest; non tamen per præscriptionem, & ibi diversitatis ratio refertur.
- 5 Interpretatur text. in cap. accedens 11. de præscriptionibus. Episcopus est caput Ecclesie, Canonici verò eius membra reputantur, & vnum Corpus constituunt.
- 6 Subditus non potest obedientiam Pralato debitam præscribere; poterit tamen exceptionem præscriptionis opponere; ita vt ab illo Pralato exemptus sit, dum tamen subiectus alteri remaneat.

C O N C L V S I O.

Procuratio debita Nuncijs, vel Legatis sedis Apostolica, aut Episcopis, vel alijs visitationis ratione, non præscribitur. Consonat textus in c. cum non liceat 12. dist. c. cum ex officij, hoc tit. c. cum instantia c. procuraciones de censibus, l. 1. tit. 22. part. 1. exornant Abbas consil. 28. Surtus de alimentis, tit. 8. princip. 18. num. 13. Azor. instit. moralium part. 2. lib. 3. cap. 42. quest. 17. Molina de iusticia, & iure, tract. 2. disp. 85. Stephanus Gratian. disceptat. Forens. cap. 57. num. 19. Don. lib. 4. comment. c. 3. & lib. 5. c. 22. Osuald. ibidem littera B. & C. Couar. lib. 1. variarum, c. 9. Gonzales ad reg. 8. C. cancellaria, glof. 5. §. 6. n. 37. Menoch. de arbitrar. casu 44. nu. 6. & cons. 143.

Ratio est, quia procuratio est ius quoddam expensarum præstationis, seu victualium, debitum Nuncijs, & Legatis Apostolicis, vel prælatis visitationibus, aut eorum vicem gerentibus: quod ius ab ipsis visitatis debetur ratione officij, vel alia iusta causa, dist. cap. cum instantia, c. procuraciones, de censibus, ideoque præscribi non potest, siquidem Nuncijs Apolici propter publicam vtilitatem mittuntur, d. c. procuraciones, cap. 1. cap. dilectus, de officio Legati cap. valde 94. distinctione merito iustum est vt Ecclesie ad procuracionis solutionem teneantur, cum propter earum favorem, & publicam vtilitatem Legati mittantur, & præscriptio nunquã contra

contra ius publicum admittitur; *l. praescriptio, C. de operibus publicis.*

3 Primo decidendi rationi obstat textus in *l. si quisquam 7. ff. de diversis, & temporalibus praescriptionibus*, ubi ius publicum, hoc est, ius piscandi in flumine publico praescribi potest, & quod publicum ius sit, conitatur ex *§. flumine, Institutus, de rerum divisione, l. 4. & 5. ff. eodem*, Don. lib. 4. comment. c. 3. & quod praescribi prohibeatur, constat, ex *l. praescriptio 45. in fin. ff. de usucapionibus*. Sed in hac difficultate, omnia Cuiacii, Balduini, & Cumanii interpretatione in dictis iuribus: Pacij *centuria 7. quaestio. 1. veridicem esse existimo, quam refert Don. lib. 1. comm. capit. 22.* dum asserit, quod in dict. l. 7. non agitur de praescriptione, sed de occupatione iuris & loci publici, qui nunquam fuit desertus, sed semper ab aliquo occupatus piscandi causa; merito alium eodem iure occupationis; non praescriptionis, poterit prohibere uti, non semper, sed quando locum publicum occupaverit, & sic verba illa *prohibere potest*, sunt intelligenda non temper, sed aliquando, hoc est, quamdiu ipse occupat *l. in tantum, ff. de rerum divisione.*

4 Verum huic solutioni duo possunt obijci, primum refertur ab Olu. ubi supra littera C. videlicet, quod si de occupatione, & non de praescriptione agitur, ad quid possessio plurium annorum desideratur, siquidem occupatio ipsa sufficeret, iuxta text. in *prin. ff. de rerum divisione*. Cui dubio satisfacit, idem Olu. *ibidem*: videlicet *ibi* plures annos, desiderari, non ad usucapionem, sed ad probandum animum occupationis, arg. legis 12. ff. de testibus. Alterum dubium erit, ex quo mihi suspecta dicta interpretatio videtur: videlicet, quod cum vulgare iuris principium sit, leges intelligendas esse secundum titulum, sub quo sunt collatae, & praedicta lex sub tit. *de diversis, & temporalibus praescriptionibus*, sit collocata, non de occupatione, sed de praescriptione hoc ius intelligendum videtur. Sed huic dubio dicendum est, quod ubi usucapionem necessitatem esse videbatur ad praescribendum piscandi ius; & Consultus respondit, praescriptionem non requiri, sed sufficere occupationem per plures annos; & cum iam pro hac parte aliquid de praescriptione Consultus attingat, recte sub praedicto transscripta dicta lex est.

5 Secundo obstat dicere, argumentum valere de praescriptione ad privilegium, cum ea possimus per privilegium consequi, quae per praescriptionem, iuxta text. in *l. hoc in re, §. ductus aqua, ff. de aqua quotidiana, cap. super quibusdam, §. praeterea de verbor. signific. sed per privilegium ab Ecclesiastica procuratione liberari quis potest, iuxta nostrum text. in veris. *Mandamus, d. c. cum instantia de censibus*: ergo & similiter per praescriptionem. Pro qua difficultate dicendum est, quod licet procuratio quaeratur per privilegium, per quod Ecclesia Superioris autoritate illius procurationis capax efficitur: tamen per praescriptionem procurationem illam acquirere nequit, cum Ecclesia incapax sit illius praescriptionis, siquidem obedientia, quae Episcopis debetur, nullo tempore ab Ecclesia auferri potest; neque ab ea libertantur Ecclesiae: iuxta text. in *cap. non liceat, cap. ex officio, hoc tit.* Ex qua obedientia resultat visitatio, quae ab Episcopo fieri debet; & in eius consequentiam procuratio: ac per consequens cum obedientia, & visitatio non possit praescribi; neque etiam procuratio, cum obedientia accessoria sit, iuxta text. in *c. prudentiam, §. si de officio Delegati, c. si diligenti, de foro competenti*, notat Abbas in *praesentia, §. 3.* at tamen quotam procurationis iam semel acquisita, poterit Episcopus remittere, quamvis in totum non possit procurationem omittere, arg. text. in *c. sospita, de censibus.**

6 Tertio adversus ea, quae text. noster refert: videlicet quod ordinarij, hoc est Canonici Mediolanensis Ecclesiae maioris teneantur ad procurationis solutionem, obstat dicere, quod procuratio, quae debetur ratione visitationis, ab ipsis Ecclesijs debetur, cum earum respectu praestetur *d. c. procuraciones, de censibus*: ergo Ecclesiae tantum, vel eius Episcopo, in cuius potestate est, incumbit onus

solvendi, arg. ex. in *c. decretum c. regenda 10. q. 2.* ac per consequens non à Canonicis, cum Canonici solammodo videantur habere portionem eis assignatam pro congrua *c. si. §. si. 12. q. 1.* Sed huius dubij facilis erit explicatio, si attendamus, quod Canonici, ideo ibi tenentur procuracionem solvere, quia quamvis Episcopus tantum sit Caput Ecclesiae, Canonici tamen sunt membra, & constituunt unum corpus cum ipso Episcopo, iuxta text. in *capit. novis, capit. quanto, de iis qua sunt à Pralato*; & expresse demonstrat text. noster, dum asserit quod Nuntij Apostolici pro Ecclesiae utilitate mittuntur, cum hac utilitas omnes de Ecclesia tangat, mirum non est, quod omnibus procuratio debeatur, ut constat ex text. nostro, veris. *Volentes & Glof. ibid.*

Quarto obstat text. in *c. cum olim 2. de privilegijs, c. cum persona, §. si autem. cod. tit. l. 6.* ubi constat, subditum posse contra Praelatum obedientiam praescribere: cuius obedientiae praescriptio à iure etiam improbat, in *capit. cum non liceat 12. hoc tit.* ergo cum obedientia ipsa praescribi possit, similiter & procuratio, quae ratione obedientiae, uti supra diximus, praestatur. Pro qua difficultate sciendum est, verissimum esse subditum non posse praescribere obedientiam Praelato debitam, ita ut subiectus non maneat alicui superiori, & ita obtinet text. in *d. c. non liceat*, poterit tamen subditus exemptionem habere, si iuste praescripta est, ita ut ab illo Praelato, vel Superiore exemptus sit, dum tamen alteri sit subiectus: ita, est interpretandus text. in *d. c. cum olim*, cum similibus adductis: nam quamvis ab isto, vel ab illo, praescriptione, vel privilegio eximatur, non tamen ab obedientia, quae semper Praelato debetur, praescriptione eximi poterit, notat Glof. si in *d. c. cum non liceat 13. hoc tit.* Abbas *ibid.* 13. Innocentius n. 10.

Ad text. in c. Ad Audientiam 13. c. Cum vobis 14. hoc tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Centenaria praescriptio currit contra Romanam, nec minor admittitur in rebus ad eam pertinentibus.
 - 2 Romana Ecclesia Caput, & Mater omnium appellatur.
 - 3 Centenaria praescriptio, et si iure antiquo omnibus Ecclesijs competere; tamen hodie solum in Romana remanet.
- Expenditur text. in auth. quas actiones, C. de Sacr. Ecclesijs: auth. hac constitutio: col. 8. tit. 12.*
- 4 Interpretatur text. in c. volumus, veris. Si quadraginta annis, l. 6. q. 4.
 - 5 Exponitur text. in c. 2. de praescript. l. 6.
 - 6 Tributa Principi debita nec immemoriali praescribuntur; cum in signum subiectionis, & obedientiae debeantur.
- Illustratur text. in l. competit 6. C. de praescript. 30. vel 40. annor.*
- 7 Expenditur text. in l. si. C. de Sacros. Ecc. veris. Vt inter iuncto, veris. Centum annorum.
- Interpretatur text. in Auth. de non alien. reb. Ecc. §. vlt. vlt. tem lex. veris. Nec multum.*

C O N C L U S I O.

Centenaria praescriptio currit contra Romanam, nec minor admittitur in rebus ad eam spectantibus. Comprobat text. in *cap. si diligenti, in fin. hoc tit. cap. vlt. 16. quaest. 3. c. 2. hoc tit. lib. 6. auth. quas actiones, C. de Sacr. Eccles. Auth. ut Ecclesia Romana centum annorum gaudet praescriptione, collat. 4. l. 26. tit. 29. p. 3. exornant Balb. de praescript. §. p. principali collat. 6. Covar. in reg. possessor. p. §. 2. n. 6. Arias Pinel. in auth. nisi tricenale n. 36. Cod. de bonis maternis. Molin. lib. 2. de primog. c. 6. Fachin. l. 8. cum c. 3. Cuiac. de diversis tempor. praescript. cap. 31. & lib. 5. serv. c. 5.*

Ratio est, quia licet antiquitas quoad præscriptionem omnes Ecclesiæ æquales essent; id tamen postea mutatum fuit; siquidem quoad ceteras omnes excellentior sit Romana Ecclesiæ, & Caput, ac Mater omnium appelletur, ideo propter eius excellentiam, ut diutius eius res conserventur intactæ, speciali favore fuit decretum, ut non aliter contra eam præscriptio procedat, quam centenaria: quamvis quoad inferiores, quadragenaria sufficiat.

Primo obstat text. in *dist. authent. ut Ecclesia Romana, collat. 4.* (ad quem Romani Pontifices videntur respexisse in *d. cap. cum vobis, vers. Tam legali*) ex cuius *Authentica* decisione constat, quod non solum hæc centenaria præscriptio necessaria est contra Ecclesiam Romanam, sed etiam contra inferiores, ut patet in *vers. Hoc habeant, & in vers. Catholicæ Ecclesiæ, &c.* & in *vers. Habebant hanc legem Catholicis totius Occidentis Ecclesiis prefuturam*, quod etiam demonstrat text. in *l. 1. inter 13. C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, & tandem idem Iustinianus in *Authent. hac constitutio, vers. Quas actiones, collat. 8. tit. 12.* cuius decisio desumpta est ex text. in *authent. quas actiones, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, idem Iustinianus se ipsum expressè corrigens asserit, quod post concessum Ecclesiis omnibus privilegium illud centenariæ præscriptionis, experimento cognovit esse Reip. perniciosum, quare abrogatis suis legibus, generaliter contra omnes eam quadragenariam induxit præscriptionem, ut constat ex *Auth. de Ecclesiasticis titulis, §. pro temporalibus*. Quæ omnia iura ut ad concordiam reducantur adnotandum est, quod quamvis de iure antiquo centenaria præscriptio omnibus Ecclesiis esset concessa, tamen privilegium illud centenariæ præscriptionis tantum remansit in Romana Ecclesia, ut constat ex *dist. authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*.

Neque obstat text. in *d. authent. hac constitutio*, ubi generaliter centenariam præscriptionem inenarrabilibus locis concessam corrigit, ubi etiam comprehensa videtur Romana Ecclesia. Quia respondendum est, quod ibi tantum generaliter corrigitur privilegium antea concessum inferioribus Ecclesiis, non verò concessum Ecclesiæ Romanæ, cum Romana Ecclesia sub generali locutione non possit comprehendendi, siquidem de ea specialiter Iustinianus loqui deberet, argum. text. in *l. i. cum apud Labronem, §. nisi Prætor vers. Ea enim ff. de in iuris, notat Glos. in *dist. authent. quas actiones, Cuiac. lib. 5. observat. cap. 5.* cum traditis à D. Balboa in *presenti. n. 27. cum seqq.**

Secundo obstat text. in *cap. volumus, 16. quest. 4. in illis verbis: Si quadraginta annis possedisse reperitur, etiam si quid Romana Ecclesia competere poterit, nullam deinceps patiari sustinere calumniam*. Ex quibus constat, quadraginta annorum præscriptionem etiam contra Romanam Ecclesiam fuisse admissam. Quæ difficultas ex eo diluitur: quia ibi Monachi præscripserunt per spatium quadraginta annorum ius emphyteuticarium, quod Clericis antea competebar, qui Romanæ Ecclesiæ emphyteuticarij erant; merito licet proprietates fundi emphyteuticarij, quæ Romanæ Ecclesiæ erat, non posset præscribi, quam centum annorum spatium: ius tamen ipsum emphyteuticarium, quod Clericorum antea erat, poterat quadragenario tempore præscribi, argum. text. in *l. si dominus 71. §. fin. de legat. 1.* cum tantum centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam admitatur, dum ad eam principaliter ius spectat, ut constat ex *textu nostro in vers. Respicientes*.

Neque solutioni obstabit dicere, quod in specie text. in *dist. cap. volumus*, tantum agitur de quadam legitima præscriptione simpliciter contra detinentes fundum; non verò contra Ecclesiam, quamvis fundus Romanæ Ecclesiæ esset, ut constat ex eius originali in *epist. 9. Divi Gregorij in 1. lib. ipsius Registri*: ergo cum adversus particulares præscriptio procedat; non erit necessarium 40. annorum spatium, cum tantum sufficiat 20. inter absentes, & 10 inter præsentem, ut in *l. 1. Cod. de usurpatione transformanda*: Nam responderetur, quod præ-

scriptio illa non erat inter privatos Clericos, siquidem Clerici illi erant emphyteuticarij illius Ecclesiæ, ad quam pertinebat, & ita cum præscriptio non esset à privato contra privatum, sed ab Ecclesia contra Ecclesiam, iusta de causa quadragenaria præscriptio fuit necessaria: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Sin vero aliorum Ecclesiæ, & ceteris quibus constat Ecclesiæ nomine præscriptionem fuisse obiectam*.

Tertio obstat text. in *cap. 2. hoc tit. lib. 6.* ubi privatus spatium quadraginta annorum non solum contra Ecclesiam inferiorem, verum etiam contra superiorem matrem Romanam poterit præscribere. Verum hæc difficultas facile dissolvitur, si dixeris, quod ibi speciali de causa bona hæreticorum præscribuntur ab illis, qui ignorabant defunctum in vita esse hæreticum: nam si Catholici illa bona fide per spatium quadraginta annorum possederint, etiam si bona illa ad Ecclesiam Romanam pertinerent, præscriptio procedit: nam id specialiter iure Pontificio concessum est hæreticorum hæreticorum, propter eorum bonam & sinceram fidem, quæ specialitas deducitur iure novissimo ex verbis illius textus, ibi: *Sancimus*; notat Glos. ibi, verbo, *Hæretici*, Abbas *dict. cap. 2. num. 7.* Felinus *num. 11.* Covar. in *4. 2. parti. cap. 6. §. 8. num. 16.*

Quarto obstat text. in *l. competis 6. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, ubi etiam si res non sit Romanæ Ecclesiæ, sed Principi debita, non sufficit centenaria præscriptio; neque etiam immemorialis. Cuius textus difficultas explicata manebit, si attendamus, text. illum procedere in tributis Principi reservatis in signum supremæ potestatis; quod speciali ratione fuit indultum, ut tributa illa semper Principi essent reservata, in signum obedientiæ Principi debitæ propter supremam eius potestatem, iuxta text. in *l. 6. tit. 19. part. 3. l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop.* quod etiam dicendum est in dominio feudi Principi debiti, iuxta text. in *constit. Federici, in cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Federicum, in usibus feudorum*, ac verò in specie nostri textus non agitur de tributis in signum supremæ potestatis debitis, sed de rebus ipsi Romanæ Ecclesiæ debitis; & ideo centenaria præscriptio sufficit, notat Covarro. in *reg. possessor. 1. part. §. 2. & 3.* Balb. de *præscriptione §. part. in princ. num. 24.*

Quinto contra textum nostrum, dum docet centenariam præscriptionem solummodo contra Romanam Ecclesiam admissam esse, obstabit text. in *l. fin. C. de Sacrosanctis Ecclesiis, vers. Ut inter publicum ius, & privata commoda sit discrimen*, & in vers. *Centum annorum*, ex quibus constat, & in vers. *Centum annorum*, ex quibus constat, & in vers. *Centum annorum*, ex quibus constat, præcipue cum eadem lege constet Civitatibus idem privilegium fuisse concessum, ac per consequens multo fortius ad Fiscum extendi debet, cum maiora sint Fisci, quam Civitatis privilegia, iuxta text. in *l. 1. §. illud ff. de adilitio edito, l. Lucius 21. in fin. ff. ad municipalem, l. 4. C. de fide & iure basta fiscalis, l. b. 10.* Pro qua difficultate diluenda sciendum est, quod quamvis hoc privilegium centenariæ præscriptionis in *d. l. fin.* concessum Ecclesiis, locis piis, Civitatibus, & captivis de Fisco tamen ibi nulla fuit facta mentio; & ideo ad eum extendi non debet: præcipue cum in Iure nostro, specialiter cautum sit de præscriptionibus adversus Fiscum, ut in *lin omnibus 13. ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus, l. 1. §. Divius. ff. de iure Fisci*. Neque quidquam obstant verba text. in *d. l. fin.* ibi: *Ut inter ius publicum, & privata, &c.* Nam etsi ex illis generalis ratio deducatur, postea tamen ad specialem reducuntur: videlicet ad Civitates, Ecclesias, & pia loca, & similia; & ideo illa generalis ratio præcedens debet adaptari ad ea, quæ expressè sequantur, & in lege continentur, non verò ad ea, quæ ibi omittuntur, notat Fachin. *lib. 8. controver. cap. 3. quest. 1.*

Neque solutioni obstabit text. in *auth. de non alienandis rebus Ecclesiæ, §. ut autem lex, vers. Nec multum*, ubi constat, non multum differre Imperium, & Ecclesiam; ergo quemadmodum illa præscriptio competit Eccle-

fiat, sic etiam Principi, vel Fisco competere debet, cum Princeps in propriis rebus fiscalibus privilegiis Ecclesie utatur, & e contra, *l. fiscus in fin. ff. de iure fisci*: nam comparatio in *dift. vers. Nec multum*, tradita de Ecclesia ad Imperium, ad illum tantum finem adaptari debet ut Principi liceat res suas cum Ecclesie rebus, utilitate publica indigente, vicissim debita forma, & solemnitate precedente, permutare, quare illa absoluta comparatio ad alias res extendi non potest, cum extensio illa absurdissima esset: & quid hodie observetur quoad Civitatis prescriptionem, videndus Fachin. *d. lib. 8. controversiar. cap. 3. quest. 3.*

Ad text. in cap. Si diligenti 17. hoc nostro titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Sine possessione, bona fide, & iusto titulo, prescriptio non procedit.
- 2 Nuda traditio absque iusta causa, etiam si à vero domino fiat, dominium non transfert; quemadmodum nuda possessio vsucapiendi conditionem non acquirit, nisi iusta extet causa.
- 3 Expenditur text. in *l. si quis diuturno, ff. de vsucap. vers. Non est ei opus docere de titulo.*
- 4 Illustratur text. in *l. si pupillus 11. §. si à seruo tuo 8. ff. de institor. act.*
- 5 Titulus in longissimo, 30. vel 40. annorum prescriptione non desideratur; siquidem ex ipsa legis auctoritate propter ipsius temporis prolixitatem titulus suppletur, cum à iure ipso presumatur titulum processisse.
- 6 Electio Pralati de iure communi ad solos Canonicos spectat.
Interpretatur textus in cap. cum Ecclesia Suttina, de causa possessionis, & proprietatis, text. in cap. de Quarta, de prescript.
- 7 In prescriptione immemoriali etiam si ius commune resistat, titulus non desideratur.
Interpretatur text. in cap. si diligenti, de prescript.
- 8 Expenditur text. in cap. 1. de consuetud. lib. 6.
- 9 Expenditur textus in *l. 2. §. si appellatio, in glo. §. si à furioso*, versic. Nec publiciana, ff. pro emptore.
- 10 Error iuris in accipiente licet vsucapionem impediat, tamen error facti regulariter eam non impedit, nisi error in facto proprio consistat: exemplum ibi proponitur.
- 11 Exponitur text. in *l. si vir uxori 3. ff. pro donato.*

C O N C L U S I O.

1 Sine possessione, bona fide, & iusto titulo prescriptio non procedit, de bona fide dictum est in cap. vigilanti, de possessione, in cap. illud 8. sup. hoc tit. merito in præsentem saltem à nobis est agendum de iusto titulo, hoc est, de iusta possessionis causa: & titulum necessarium esse ad prescriptionem, docet textus in cap. placuit 2. vers. Prescriptionem, 6. quest. 3. *l. 2. §. 1. ff. pro herede, l. 2. ff. pro emptore, l. 1. ff. pro donato, l. 1. ff. pro legato, l. 1. §. fin. ff. pro dote, l. nullo, Cod. de rei vindication. princ. Instit. ac vsucap. quod etiam admitti debet in longi temporis prescriptione, *l. diuina, C. de longi temporis prescriptione, l. si quis emptoris, Cod. de prescription. 30. vel 40. annorum, Gilch. de prescriptionib. 2. part. memb. 1. cap. 1. num. 2. Balb. de prescription. 2. part. 3. part. principalis, quest. 1. a num. 1. Brissonius, & Hotomanus de verbis in is verbo: Titulus, Usual. ad Donel. lib. 5. comment. cap. 14. & cap. 15. lit. C. & F. Duar. ad titul. de vsucapion. cap. 2. idem lib. 1. disput. cap. 34. Menchaca lib. 1. quest. illustr. ium, cap. 77. num. 16. Covar. in reg. possessor. 2. part. §. 1. Fachin. lib. 6. controversiar. cap. 11. Anton. Fab. lib. 7. coniecturarum, cap. 13.**

Ratio est, quia lex iniustum putavit licere vnicuique sine causa, & iusto titulo possessionem apprehendere rei alienæ; & idem quemadmodum nuda traditio à vero domino facta dominium non transfert, nisi fiat ex iusta causa, *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. dom. ita etiam nuda possessio non tradit vsucapiendi conditionem, nisi precedat iusta causa, & titulus, argument. text. in *l. 2. vibus, ff. de contrah. emptio. & expresse constat in specie nostri textus & hæc de causa, bona fidei pars titulus à Donel. dicitur, lib. 5. comment. cap. 14. cum vix quis bonam fidem habere possit, si iniustam possidendi causam habuerit, & idem illa possessionis causa Titulus appellatur, quasi à tuendo, cum ex ea causa possessor defendatur, *l. emptor, C. de prescript. longi temp. l. 1. ff. pro dot.***

Primo obstat text. in *l. si quis diuturno, ff. de servitutibus, vers. Non est ei opus docere de iure*, vbi constat, servitutes absque titulo viucapi posse. Sed in hac difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Corraus in *l. servitutes 14. C. de servitutibus, Covar. lib. 1. variar. cap. 17. n. 7. Anton. Fab. in Rationali ad eundem text. Duar. lib. 1. disput. 34. verissime est dicendum, textum illum non negare, titulum esse necessarium ad servitutes vsucapiorem; sed tantum affirmare, quod si quis diuturno via servitutes possederit, non tenetur ostendere verum titulum, quia ea legitima prescriptio sufficit, ut à Prætoribus defendatur: quæ interpretatio colligitur ex verbis illius textus ibi: *Non est ei opus docere de iure, quo aqua sit constituta*. Quæ verba demonstrant, sextum illum loqui de eo titulo, quo servitus aquæ sit constituta, seu constitui potest, hoc est, de vero, non tamen de ficto, sed putativo, ut nonnulli existimant.*

Secundo obstat text. in *l. sed si pupillus 11. §. si à seruo tuo 8. ff. de institoria actione*, vbi constat, quod si quis habens seruum ordinarium, & vicarium, si alius operas vicarij ab ordinario conduxerit, & mercibus præposuerit, ac verus dominus cum seruo emendo contraxerit, Consultus affirmat, dominum rem à proprio seruo emptam pro tempore possidere; & vsucapere posse; & tamen constat, inter dominum, & seruum, nullam civilem obligationem esse posse: ac per consequens venditionem non valuisse, neque vllam contractum inter dominum, & seruum factum videri, cum ex eo nulla obligatio, neque actio adquiratur; ideoque nulla institoria actio contra eum, qui præposuit, dari potest, *l. 1. §. per tot. de institoria actione, argument. text. in *l. Labeo, de verbor. significat. l. ex empto 11. ff. de action. empti**. Sed respond. quod licet contractus ille emptionis & venditionis inter dominum, & seruum, ex stricto iuris civilis rigore, cum nullus titulus intervenisset, valere non possit, cum dominus non esset obligatus seruo, neque seruus domino nisi tantum naturaliter: tamen ex æquitate emptio valuit, cum sufficiat talem esse contractum, ex quo si qualitas, & conditio personarum non repugnaret, actiones empti, & venditi, utrinque competere: nam vtrum dominus seruo, vel seruus domino naturaliter debere intelligatur, ex causa civili computandum est, *l. non solum 49. §. vlt. ff. de peculio*, tamen cum emptio ibi bona fide sit facta, recte dominus pro emptore possidere, & vsucapere poterit; & ei etiam contra præponentem competit institoria actio, si res evicta fuerit, cum novum non sit, quod emptio valeat, quamvis neutra ex parte civilis actio competat: cum contractus emptionis, sit iurisdictionum, *l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur.* licet ipsa actio, iuris civilis sit; merito deportatus quamvis amittat omnia, quæ iuris civilis sunt, tamen non amittit ea, quæ sunt iurisdictionum; ideoque recte vendit, & locat, *l. deportatus 15. ff. de interditi, notat Anton. Fab. in Ration. ad text. in *l. sed si pupillus 11. §. si à seruo tuo, fin. ff. de institoria actione, & in *l. ideo 12. eiusdem tituli**.*

Tertio obstat text. in *l. omne, l. si quis emptoris, §. 1. C. de prescriptione 30. vel 40. annorum, l. 1. §. ad hec, C. de annuali exceptione, cap. placuit, vers. Si autem nullo, l. 6. §. 3. ex quibus iuribus constat, prædones, qui nullum iustum titulum*

titulum habent, neque habere possunt, longissimo tempore præscribere posse. Sed huic dubio dicendum est, quod licet in longi temporis præscriptione ordinaria decem, vel viginti annorum, necessarius sit titulus: tamen in longissimi temporis præscriptione 30. vel 40. non desideratur, in qua longissimi temporis præscriptione in *argum.* adducta procedunt; siquidem ex ipsa legis auctoritate, propter ipsius temporis prolixitatem, titulus suppletur, cum à iure ipso præsumatur titulum præcessisse; notat Panor. in *cap. illud, supra hoc tit. n. 3. Covar. ubi supra, part. 5. num. 11.* & constat expresse in *cap. 1. versic. Non licet, hoc tit. lib. 6.* ubi in præscriptione rerum Ecclesiasticarum immobilium non est necessarius titulus. Neque contrarium refert text. noster in *fin.* Quia procedit quando ius commune resistit, vel præsumptio obstat præscribenti; nam tunc tituli allegatio, & probatio necessaria est, & cessat regula *supra* adducta. Et quod in specie nostri *textus* ius commune resistat, constat ex eo, quia Episcopo Pisano exigenti fidelitatis iuramentum à Marchione Massie Iudice Calaritano, obstat ius commune, cum Iudicatus ille nullo mediante ad Ecclesiam Romanam pertineat, sicut tota Sardinia, ut constat in *prin. nostri text. & in c. Constantinus, 90. distinct.* ideoque illa generalia nostri *textus* verba, exigentia titulum in præscriptione immemoriali rerum Ecclesiasticarum, debent intelligi secundum subiectam materiam: videlicet quando ius commune præscribenti obstat, nam tunc allegari, & probati debet, iuxta text. in *d. l. 1. part. hoc tit. lib. 6. d. d. de decimis.*

Quartò prædictis obstat *textus* in *cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis,* ubi Clericis ius electionis præscribere volentibus obstat ius commune, cum electio Prælati de iure communi ad solos Canonicos pertineat, iuxta text. in *cap. 1. & 2. cap. Sanctorum, 5. ex his, 63. distinct. & in eod. cap. cum Ecclesia Sutrina, vers. Secundum statuta;* & tamen ibi titulus non requiritur, siquidem etiam neque allegatus, nec probatus fuisset, locum habet præscriptio, si legitimo tempore illud possessum fuisset, ut constat ex *eodem text. in vers. Propter brevitas temporis, &c.* In cuius *textus* difficultate, ommissa interpretatione, quam refert *Glos. ibi, verb. Brevitas temporis, Covar. lib. 1. variar. cap. 17. n. 7.* vorissimè est dicendum, quod ius illud eligendi Prælatum simul cum Canonicis Ecclesie Cathedralis à Clericis præscribi potuit spatio quadraginta annorum, quia habuerunt bonam fidem, & iustum titulum; bonam fidem, quia tam ipsi eligentes, quam eorum antecessores fuerant in illa quasi possessione, & ideò iustam ignorantie causam habere potuerunt, *cap. qus in ius, de reg. iuris lib. 6.* titulum etiam præsumptum habuerunt, quia scientibus, & patientibus Canonicis, tribus vltimis electionibus Clerici interfuerunt, & cum eis vocem eligendi habuerunt, in quibus electionibus ab ipsis Canonicis fuerunt admissi, inquirendo eorum suffragia in scrutinio, ad quod admitti non solent, nisi habentes hanc eligendi. Neque obstat *textus* in *cap. de Quarta, supra, hoc tit.* ubi constat quod licet Quarta decimarum, & defunctorum, iure communi ad Episcopum pertineat, sine titulo spatio quadraginta annorum præscribi potest: quia de eius interpretatione latè diximus in *act. cap. de Quarta.*

Quinò adversus ea, quæ in præsentem notant DD. omnes, videlicet quod in præscriptione immemoriali, etiam si ius commune resistat titulus non est necessarius, iuxta text. in *cap. 1. vers. fin. hoc tit. lib. 6.* rationem reddentes, quia immemorialis præscriptio vim legis obinet, *l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotidiana, & asiana, l. 2. in princip. vers. Vesustas qua pro lege habetur, ff. de aqua pluvia arcenda,* siquidem ubi datur cælus, & possessio temporis, hominum memoriam excedentis, credendum est, omnia necessaria præcessisse, & ita iustum titulum à principio intervenisse, sed propter nimiam temporis antiquitatem non apparere, & longa oblivione sepultum vel amissum fuisse, obstat *textus* noster in *fin.*, dum asserit, quod ubi ius com-

mune præscribenti resistit, etiam si præscriptio centum annorum extet, desideratur titulus, & tamen præscriptio centum annorum immemorialis appellatur, notat Covar. *ubi supra, 2. part. §. 1. num. 7. Duesias reg. 9. Cynus in l. 2. num. 9. Cod. de servitutibus, & aqua.* Cui dubio respondendum arbitror, quod *textus* noster non procedit in veteri immemoriali præscriptione, sed in centenaria; inter quas differentia singularis extat; nam licet in centenaria, quæ improprie immemorialis aliquando dicitur, resistente iure communi, ex *textu nostro in fine,* necessarius sit titulus, tamen in immemoriali nunquam requiritur, etiam si ius commune præscribenti obstat, iuxta *textum in dict. cap. 1. in fin. hoc tit. lib. 6.* notat Covar. in *d. reg. possessor, 2. part. §. 3. num. 6.*

Sextò prædictis obstat *text. in cap. 1. de consuetudine lib. 6.* ubi consuetudine immemoriali etiam iurata, ut quis possit obtinere duas dignitates, aut officia, absque Romani Pontificis dispensatione, ex illo immemoriali tempore titulus ille, vel privilegium non acquiritur. Verum nodus hic facile dissolvitur, quia *textus* ille non loquitur in præscriptione, sed in consuetudine immemoriali; quæ in specie consuetudo illa non admittitur, cum ad hoc ut consuetudo valeat, debet esse iusta, & rationabilis, *cap. fin. de consuetudine, l. 2. Cod. qua sit longa consuetudo,* siquidem defectus rationis in consuetudine non suppletur, etiam ex cursu tanti temporis, cuius origo memoriam hominum excedat, uti notant Doctores omnes in *d. cap. fin. Oxeda de incompatibilitate beneficiorum, cap. 10. num. 3.*

Septimò obstat *text. in l. 4. §. fin. ff. pro suo, l. Proculus 67. ff. de iure dotium,* in quibus iuribus cavetur, quod id quod legatum non est, & dos quæ nulla fuit, vltucapi potest, cum tamen verius sit, quod error falsi tituli vltucapionem non pariat: veluti si, quis non emetit, se emisse existimet, vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat, quia neque pro dote, neque pro legato; neque pro donato vltucapio valet; si nulla donatio, nulla dos, nullum legatum sit, §. *error, Inst. de vltucapion. l. Celsus 27. ff. eodem, l. 1. 2. & 3. ff. pro legato, l. 1. ff. pro dote, l. nemo 6. ff. pro derelicto,* latè notat Cuiac. *tract. ad Africanum, in l. quod vulgo, ff. pro emptore.* Sed hic nodus facile dissolvitur: nam ideò in *illis iuribus* falsus titulus vltucapionem parit, quia traditio rei legatæ intervenit iusta, & in tolerabili erroris causa: veluti si res persuasione adhibita, rem ex legati causa mihi tradiderit, quæ verè, & realiter legata non erat: nam illa bona fides mihi prodest adversus hæredem, ut pro meo vltucapere possim; eodem ferè modo interpretandus est *textus* in *l. Proculus 67. ff. de iure dotium,* cum traditis à Cuiac. in *d. tract. 7. ad Africanum in d. l. quod vulgo.*

Octavò obstat *text. in l. 2. §. si à pupillo ff. pro emptore,* ubi si rem bona fide sine tutoris auctoritate à pupillo quis emerit, existimans esse puberem, et si nulla sit emptio, poterit rem vltucapere. Similiter idem dicendum est, si à furioso quis emerit, existimans eum sanæ mentis esse, *d. l. 2. §. si à furioso, ff. pro emptore.* Cui difficultati occurrunt ex eo, quod in *dictis iuribus,* ex æquitate, contra iuris principia vltucapio procedit, quod utilitatis causa receptum est ex eo, quod emptor iusto errore fuit ductus; forte quia venditor, se puberem esse fingebat, cuius aspectu ab omnibus pro pubere erat habitus: & similiter in *dict. §. si à furioso,* eadem ratione vltucapio procedit, cum iusto errore ductus emptor existimaret venditorem compotem, & sanæ mentis fuisse: quia quietus, conspectuque omnium sanus esse videbatur: sicque si ante complementum præscriptionis possessionem amiserit, publiciana actione eam recuperare poterit, uti docet Marcel. contra Paul. in *l. eum qui §. ff. de public. ibi: Eum qui à furioso, ignorans eum furere, emerit, posse vltucapere: ergo, & publicianam habebit.*

Neque prædictis obstat *text. in d. l. 2. §. si à furioso, vers. Neque publiciana competit.* Quia ommissa interpretatione, quam refert Pacius *legum conciliatarum centuria 7. q. 3.*

Cuiac. lib. 16. *observat. cap. 20.* Antonius Faber lib. 1. *coniecturarum, cap. 12.* verissime est dicendum, quod in d. 1. 8. idem is qui à furioso bona fide emit, vsucapit, & publiciana vitatur, quia ea vitatur adversus tertios possessores, non tamen adversus furiosum venditorem, vel eius heredem, si rei emptæ possessio ad ipsum furiosum iterum pervenerit; & ita obrinet text. in d. 1. 2. §. si à furioso, ff. pro empt. quæ interpretatio deducitur x verbis illius textus. ubi de evictione actionem non nasci, nec publicianam actionem competere; siquidem evictionis actio non nisi adversus venditorem dari potest, & actionem evictionis, & publicianæ simul Consultus Paulus ibi copulavit, uti eruditè animadvertit Anton. Pichard. in §. sed isti quidem 3. Inst. de actionib.

10 Non obstant text. in l. quod vulgo, ff. pro emptore, l. pignori 13. §. 1. ff. de vsucapionibus, in quibus probatur, errorem falsi tituli vsucapionem non impedire. Quem ut diluam nodum, observandum censio, quod et si error iuris in accipiente vsucapionem impedit, nunquam 31. de vsucapionibus: at verò error facti regulariter vsucapionem non impedit, nisi quis in facto proprio erraverit: veluti si quis putet se emitte, cum non emerit, iuxta textum in l. Celsus, ff. de vsucapionibus: si verò facti error ex persona ortum habuerit: veluti si servus, vel procurator meus, cui emere iusserim mihi emitte persuaserit, & ea exultatione ductus acceperit, tunc vsucapio admittitur, cum sit iustissimus facti error ex aliena persona procedens; & ita obrinet textus in d. 1. quod vulgo, dicit l. pignori 3. §. 1. Cuiac. lib. 10. *observat. cap. 9.* & in tractat. 7. ad Africanum, in d. 1. quod vulgo. Anton. Faber lib. 1. *coniecturarum, cap. 18.* & lib. 7. *cap. 13.* Duarenus ad titulum pro emptore: Osuald. ad Donel. lib. 5. *comment. cap. 15.*

11 Decimo obstat textus in l. si vir uxori 3. ff. pro donato: ubi vxor si rem à marito donationis causa acceperit, titulo pro donato vsucapere potest; quod omnino prohibet textus in l. 1. §. fin. ff. eod. Sed de eorum conciliatione videri oportet ea, quæ supra diximus in cap. vigilans 5. hoc tit. Obiici etiam potest text. in l. sed etsi, l. 2. §. si e autem 6. ff. de petit. hered. de quo etiam diximus in d. 1. cap. vigilans. Et an suus hæres titulo pro heredem possit res à patre defuncto bona fide possessas vsucapere? disputat Fachineus libro sexto, *controversiarum, cap. 11.* Donel. lib. 5. *comment. cap. 14. vers. Notandum:* Bart. in l. in suis, num. 2. ff. de liber. & posthum. Cuiac. in l. 1. §. fin. ff. pro empt. Connan. lib. 10. *comment. cap. 15.* Prim. nosser D. Balb. in presentis, *quest. 2. num. 42. cum seqq.*



AD TITULUM DE sentent. & re iudicat. XXVII.

Ad textum in cap. 1. cap. Inter cæteras 9. cap. Cum inter 13. cap. Causam 14. cap. Quod ad consultationem 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia contra leges, vel Canones prolata ad eam non tenet, ut ab ea necesse non sit appellare.
- 2 Iudicij officium est, sententiam secundum leges, Canones vè proferre.
- 3 Interpretatur textus in l. 1. C. de postulando.
- 4 Expenditur textus in leg. 3. §. falsus, ff. rem ratam haberi.
- 5 Sententia, in qua non est expressus error contra ius scriptum, sed tantum contra ius litigatorum, valet in iure.

Interpretatur text. in cap. suborta 11. de sententia & re iudicata.

- 6 Sententia lata contra leges factas à laicis super rebus, & personis Ecclesiasticis valet in iure.
- 7 Illustratur textus in l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui notant. infam.
- 8 Explicatur text. in l. relegatorum 7 ff. de interd. & releg. cum l. relegati 4. ff. eod.
- 9 Interpretatur text. in l. motis 9. §. 1. l. 2. & 13. ff. de poenis.
- 10 Sententia est adeo individua, ut pro parte valere, & pro parte non valere nequeat.
- Interpretatur textus in leg. mulier 41. digestis, sum. heretic.
- 11 Expenditur textus in l. 1. Cod. de in integr. restitut. min. l. etiam, §. 1. ff. de minor.
- 12 Interpretatur text. in l. qualem 19 §. 1. vers. Sed si de pluribus, ff. de receptis arbitris; cum leg. Labco 27. ff. eodem.
- 13 Sententia errore calculi prolata, nulla est ipso iure: quod verum est, quando est expressus error in sententia, facta connumeratione ab ipso Iudice.
- Illustratur textus in l. 1. C. de errore calculi, cum l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescin.
- 14 Usura ex usuria non debentur.
- Interpretatur textus in l. Præles 27. digestis, de re iudicat.
- 15 Exponitur text. in cap. causam quæ 14. de sentent. & re iud. cum c. cum dilecta, de rescript.
- 16 Rei iudicanda auctoritas tanta est, ut si ex ea indebitum sit solutum, repeti non possit.
- Interpretatur text. in l. sponsus 5. §. si vxor 7. ff. de donationib. inter.
- 17 Intellegitur textus in capite 1. de sentent. de re iudicat.
- 18 Illustratur text. in l. de qua re, §. cum absentem, ff. de iudicis.
- Intellegitur text. in cap. 1. de sent. & re iudic.
- 19 Exponitur text. in cap. si cui, §. item si sententia, 1. quest. 6.
- Sententia contra consuetudinem lata non tenet.

CONCLUSIO.

SENTENTIA contra leges, vel Canones prolata, adeo non tenet, ut ab ea necesse non sit appellare. Consonat textus in cap. contra ius 63. de reg. iur. lib. 6. cap. examinata. de confirmatione vili, vel inutili, cap. ut si Clerici, de iudicis, cap. per tuas, de sententia excommunicationis, cap. fin. de feriis, 6. ad probandam 23. hoc tit. cap. consuluit, de officio delegati, cap. docet, de immunitate Ecclesiarum, lib. 6. cap. 9. qui, §. diffinitiva, vers. Item si sententia, 2. quest. 6. cap. in primis, vers. Di persona, 2. q. 1. c. fin. de electione, lib. 6. Clem. 2. de re iudicanda. l. cum Prætor, ff. de iudicis, l. 1. & per totum tit. C. si à non competentis Iudice, l. 1. Cod. quando provocare non est necesse l. si expressum ff. de appellacionibus, l. 1. §. 1. ff. quæ sententia sine appellat. rescindantur, l. nemo, Cod. de sententia, & interloquutionibus, l. præter 27. l. cum prolatæ 32. ff. hoc tit. l. 2. Cod. eodem, §. 1. Institut. de officio iudicis, l. 1. l. 12. 15. & 19. titul. 22. part. 3. exornant Cuiac. ad titulum, Cod. quando provocare non est necesse, Idem lib. 13. *observat. cap. 18.* & lib. 20. *observat. cap. 1.* & lib. 18. *capit. 33.* Morla in titul. de legibus, *quest. 15.* & in tit. de iurisdictione, *quest. 6. num. 17.* Fachineus lib. 2. *controversiarum, cap. 65. in fine,* Idem lib. 10. *cap. 93.* Covarr. in *præctis, cap. 25.* Afflic. *decis. 4. & 151.* Antonius Faber lib. 20. *coniecturarum, cap. 6.* & 7. & lib. 12. *cap. 14.* Antonius Pichardus, & ordinarij omnes in principio, *Instit. de officio Iudicis,* Donel. lib. 14. *cap. 25.* Osuald. ibi iuxta Cuiac. Donel. lib. 16. *cap. 1. & 3.* Salgado de *præctis Regie, part. 2. cap. 6. num. 1. & 21.*

Ratio est, quia præcipuum Iudicis officium est, sententiam secundum leges, Canonesve proferre, siquidem ad Reipub. tranquillitatem sunt leges constitutæ, & ab omnibus

omnibus observari debent, l. 3. C. de legibus, d. 5. 1. Instit. de offic. iudic. & ideo si contra leges sententia lata sit, nulla est, & sic ab ea appellare non est necesse; & non solum si contra leges, verum etiam si contra Consuetudinem sit prolata, non tenet: quia consuetudo vim legis obtinet, l. de quibus, cum vulgaris, ff. de legibus, tunc cum autem dicemus sententiam nullam esse debere, tanquam contra leges, cum in ea error exprimat contra leges: quia tunc proprie leges ipsae laeduntur, juxta text. in e. cum viter, hoc tit.

Primò obstat text. in leg. 1. C. de postulando, ex qua constat, quòd si Advocatus à Prætorè ex nulla sententia fuerit prohibitus postulare, si tamen ab ea non appellaverit, parere videtur sententiae: ergo etiam si nulla sententia sit, appellatio interponi debet. Sed pro huius tenus interpretatione annotandum est, aliud esse loqui de necessitate appellationis in nullis sententiis, aliud verò de permissione: nam in nullis sententiis necessaria non est appellatio, sed non prohibita, at verò si sententia non est nulla ipso iure, sed tantum iniusta, tunc appellatio aded necessaria est, ut si reus non appellaverit, parere teneatur, & de hac iniusta sententia est interpretandus textus in dicit. leg. 1. siquidem Advocatus ille remotus ab advocacy, interim se abstinere debuit; siquidem sententia illa non esset nulla ipso iure, sed tantum iniusta, contra jus litigatoris.

Secundò obstat text. in l. 3. §. falsus, ff. rem ratam haberi: ubi si falsus procurator Titium Mævij nomine mutui causa convenit, & stipulatus sit dominum rem ratam habiturum, & procurator fuerit victus, si tamen verus dominus provocaverit, etsi sententia illa, quae tanquam cum falso procuratore lata, nulla sit ipso iure, cap. cum nostra, de procuratoribus; tamen ob appellationem à domino interpositam confirmatur, & stipulatio committitur. Qua in difficultate dicendum est, stipulationem de rato ibi fuisse commissam: quia cum dominus nullitatis remedium opponere possit, & potius appellationis remedio uti voluit, videtur confirmare quoad se id, quod nullam fuerat præter se: merito cessante ratione nullitatis, nullitas quoque cessat: notat Cujac. lib. 1. resp. Papin. ibidem, Osuald. ad Donel. lib. 18. comment. cap. 14.

Tercio obstat text. in c. suborta 21. hoc tit. ubi sententia lata contra immunitatem, & privilegium à Pontifice concessum, adeo merito iure valet, ut si ab ea non sit appellatum, transit in rem iudicatam; & tamen privilegium nihil aliud est, quam lex; c. privilegia, 3. dist. 1. Cui dubio satisfieri debet, dicendo, quòd ideo ibi valuit sententia, etsi iniusta; quia non fuit expressus error contra ius publicum, sed tantum contra ius litigatoris: notat Cuiac. in posthumis ad eundem text. Neque similiter obstat text. in leg. cum prolatis 32. ff. hoc tit. ubi sententia lata contra tenorem constitutionis, merito iure valet: Quia ommissa Bartoli interpretatione ibidem, verissimè est dicendum, ideo valuisse; quia textus ille procedit in sententia lata contra jus concernens merita ipsius cause; merito cum ibi non sit expressus error contra jus, mirum non est, ut sententia valeat; notat Iason in d. l. cum prolatis, n. 11. Caltr. in l. Labeo, §. cum Prator, n. 1. ad Trebellianum.

Quartò obstat text. in cap. Ecclesia sancta Maria, e. cum in Ecclesiis, de constitutionibus; ubi etiam si sententia sit expressè contra leges lata, valet, & tenet. Sed huic dubio verissimè dicendum est, ideo in illis iuribus valuisse sententiam, etiam expressè contra leges latam: quia leges illae fuerant factae à laicis super rebus, & personis Ecclesiasticis, quibus nulla de re spirituali potestas tributa est; cum jus spirituale non cadat in laicos cap. Massana, de electione; & ideo cum sententia illa non videatur contra leges prolata, cum tales leges nullius momenti sint, mirum non est quòd valeat. Neque obstat dicere, quòd si sententia valuit tanquam contra leges nullas prolata, quare fuit necesse quòd leges illae revocarentur? cum si nullae essent, revocatione illa

non indigerent: quia dicendum est, quòd statuta illa à laicis facta, non sunt revocata per sententiam, sed per eam tantum fuit declaratum, statuta illius momenti esse; ac ideo sententia illa non fuit revocatoria, sed declaratoria tantum; notat Ant. Pich. in princ. Instit. de offic. iudic. num. 14.

Quintò obstat text. in l. quid ergo, §. pana gravior, ff. de his, qui notantur infamia; ubi si quis ex furto non manifestato, ex quo dupli tantum poena debetur, §. in duplum 23. Instit. de actionibus, si tamen in quadruplum fuerit condemnatus sententia illa non dicitur contra jus scriptum prolata, cum merito iure valeat; & tamen in quadruplum fuerit condemnatus, sententia illa non dicitur contra jus scriptum prolata, cum merito iure valeat; & tamen sententia contra leges dicitur, si Iudex poenam ultra modum, seu contra leges interrogaverit, leg. certa ratione, ff. quando provocare non est necesse. Sed huic dubio, ommissa Bartoli interpretatione ibidem n. 13. verissimè est dicendum, ideo sententiam ibi ita prolata valuisse: quia error ille in sententia non fuit expressus; neque error iuris exitit, siquidem furem esse manifestum, vel non manifestum, potius est quid facti, quam iuris & cum Iudex putaret esse fatem manifestum, cum tamen non esset, & in quadruplum condemnasset, sententia valuit: quia quæstio illa facti erat, & ex eo ius non læditur; Ant. Fab. in Rationali ad text. in d. leg. quid ergo, §. pana gravior.

Sextò obstat text. in l. relegatorum 7. de interd. & relegat. ex quo constat, quòd si Iudex relegationis poenam alicui imposuerit, & post relegationem bona ei ademerit, sententia valet; & tamen constat relegato non esse adimendam bonorum administrationem, l. relegati 4. ff. de interd. & relegat. & ideo cum maior poena, quam à iure scripto debeatur, per sententiam sit imposita, sententia nullius momenti esse debebat, Verum huic dubio dicendum est, quòd ideo ibi sententia valuit: quia primis temporibus relegato privationis bonorum poena imponi solebat, etsi postea fuisset prohibita ex speciali Principis rescripto à parte ipsa impetrato; merito cum generaliter rescripta non publicentur, neque sint clausa in corpore juris, mirum non est, quòd non debeat Iudici imputari, qui contra rescripti tenorem, & privatum ius iudicavit; quamvis postea rescriptum, illud generaliter fuisset receptum, notat Accurs. in leg. relegati 4. §. ad tempus, ff. de interd. Cuiacius ad titulum, Cod. de modo multarum.

Septimò obstat text. in l. moris 9. §. 11. ff. de panis, ubi valet sententia, si Iudex Decurionem in metalli poenam condemnaverit, etsi Decuriones, neque ad metallum, neque ad opus metalli damnari possint, d. l. moris 9. §. 12. & 13. & tamen Ulpianus in d. §. 11. asserit, quòd Decurio ita damnatus, aut permittetur, aut liberetur; ex quibus constat, sententiam ita contra ius latam valuisse, cum aliàs si nulla esset, non fuisset permutatio illa necessaria. Cuius textus difficultas ex eo excluditur; quia uti Accursus ibidem asserit, pro illo verbo, aut permittetur, legendum est, aut permittetur, quasi sensus sit, Iudicem Decurionem non posse in metallum damnare, nisi Principe permittente; & sic in d. §. 11. sententia valuit, si Princeps, ita permittente, iuxta doctrinam text. in l. divi fratres, §. fin. ff. de panis.

Octavò obstat text. in l. quadam mulier 41. ff. fam. l. eriscunt, ex qua constat, quòd si in iudicio famulæ eriscunt, Iudex non solum res, sed libertos, & eorum alimenta dividerit, sententia illa pro parte valet, hoc est, quoad alimentorum præstationem: erit tamen nulla quo ad libertorum divisionem, & tamen sententia est in dividua, quæ pro parte valere nequit, aliàs nulla dicitur ipso iure, juxta textum in l. hoc iure 28. ff. eiusdem tituli. Sed huic difficultati verissimè est dicendum, quòd ideo in d. l. quadam mulier 41. sententia illa pro parte lata valuit, hoc est, quoad alimentorum præstationem; non verò quoad libertorum divisionem: quia divisio illa in libertis fieri non poterat, cum in potestate non essent, & iudicium illud inter heredes locum ha-

bere non potuit; & idem cum res illa, quæ in iudicium fuit deducta, res esset, quæ per sententiam dividi non posset; mirum non est, quod sententia valeat pro parte illa, pro qua valere potuit; & idem cum cesset nullitatis impedimentum, mirum non est, quod nullitas sententia etiam cesset, juxta text. in leg. si constanter 24 ff. de luto matrimonio; notat Cuiac. lib. 20. obfero. cap. 1. Neque similiter obstat text. in leg. 1. C. de in integrum restitut. leg. etiam 29 §. 1. ff. de minorib. vbi sententia pro parte valet: nam idem ibi valet: quia minor restitui potest à sententia, in qua pro parte fuit latus; notat Cuiac. lib. 23. ad edictum in d. l. in hoc iudicio 27 ff. fam. l. erciscund. Neque similiter obstat text. in l. solent 3 ff. de alimentis & libertoribus legatis, vbi si plures heredes sint instituti, & testator libertis suis alimenta reliquerit, divisio libertorum inter heredes à Consulibus facta valet. Sed idem ibi valet sententia, & divisio ita facta quia Vlpianus ibi non loquitur de divisione libertorum familiae erciscundæ, ut libertorum dominium cohæredibus, quoad personas adquiratur, sed tantum ibi agitur de iure patronatus, quoad alimentorum præstationem, & divisionem, quæ divisio gratia libertorum facta videtur, ne exinde libertini cogententur à singulis cohæredibus indivisis minuatim alimenta percipere, sed ut unus hæres vni liberto, & alter alteri alimenta præstaret: quæ divisio ita à Consulibus facta perinde habetur, ac si à testatore ipso fuisset scripta, notat Ant. Fab. in Rationali ad textum in d. l. quadam mulier 41 ff. familie erciscunde.

11 Nonò obstat text. in l. qualem 19. §. 1. vers. Sed si de pluribus. ff. de receptis arbitris, in fine, vbi si de pluribus rebus apud arbitrum fuerit compromissum, & pro parte tantummodo iudicaverit, sententia illa pro parte lata tenet. Pro cujus dubij resolutione verissime dicendum est multum differre, an compromissum sic factum, ut simul de omnibus copulativè sententia feratur, an veid simpliciter de pluribus; nam in primo casu Iudex compromissarius de omnibus iudicare tenetur, alias sententia nulla erit; in secundo verò non compellitur de omnibus sententiam dicere; nam si de vna tantum iudicaverit, sententia valet, & de cæteris iterum iudicare poterit, cum adhuc non sit functus officio suo; siquidem tot sint sententia, quot causæ in iudicium deductæ, & ita obtinet text. in dicit §. 1. vers. Sed si de pluribus; & text. in l. etiam si 22 §. 1. ff. de minoribus. vbi Anton. Fab. in Rationali in d. §. 1. Cuiac. lib. 23. obfero. cap. 1. Idem in leg. hoc iudicium 27 ff. familia erciscunde. Neque solutioni obstat text. in l. Labeo 27 ff. de receptis arbitris, vbi si compromissum ita fuerit factum, ut Iudex eadem die de omnibus rebus sententiam dicat, diemque proferat, si de quibusdam iudicaverit, de quibusdam verò sententiam dixerit, simul & diem protulerit sententia quoad temporis prolationem valet, quoad cæteras verò res nulla dicitur; nam idem ibi valet sententia quoad temporis prolationem non verò quoad rerum condemnationem: quia temporis prolatio non est propriè sententia, nec nomen sententia retinet, nec retinere potest, cum condemnationem, vel absolutionem non significat; notat Anton. Fab. in Rationali ad textum in dicit leg.

12 Labeo 27.

Decimò obstat text. in l. 1. C. de errore calculi, vbi postquam Imperatores in prima textus parte proposuissent, errorem calculi nullum præiudicium veritati afferre; statim exceptionem proponunt, nisi res iudicata sit, vel transactio interveniat; l. 2. ff. de re iudicata; & tamen in iure cavetur, quod sententia errore calculi prolata, nulla est ipso iure, l. 1. §. 1. qua sententia sine appellatione rescindantur. Verum huic objectioni responderi debet, quod idem in dicit §. 1. Cod. de errore calculi, in fine, sententia valet: quia error ille non fuit expressus in connumeratione facta ab ipso Iudice, sed tacitus multo ante ab utraque parte; quo in casu sententia in partibus præiudicium lata valet merito iure: at verò text. in d. l. 1. §. 1. ff. qua sententia, loquitur quando error calculi est expressus in sententia, facta connumeratione ab ipso Iudice

dice, & idem quamvis sententia errore calculi inter partes sit iniusta, & per appellationem subverti possit, tamen si transferit in rem iudicatum, propter publicam utilitatem, pro veritate habetur; arg. text. in l. post rem iudicatum. ff. de sententia & re iudicata Glossa verbo, tractatio in d. l.onica, Cuiac. in d. l. 1. §. 1. ff. qua sententia sine appellatione. Neque prædictis obstat text. in leg. si iudex, penult. ff. de iis qui sunt sui: vbi causa, quæ semel iudicata est interveniente errore, non nocet, quo minus de veritate iterum inquiri possit: uti constat ex eodem textu, vers. Neque enim: Quia Vlpianus ibi non loquitur de errore calculi, nec de sententia diffinitiva, sed de interlocutoria tantum, siquidem plenariè non fuit de vera filiatione iudicatum, sed summarie tantum ad præstanda alimenta, ne exinde filius fame oppressus periret, merito sententia illa interlocutoria non nocet quo minus cognoscatur postea an sit filius, nec ne; notat Gloss. ibi, verbo, alimentorum.

Vndecimò obstat text. in leg. Præses 27 ff. de re iudicata, vbi si Præses Provinciae in usuras vsutatum quem condemnaverit, sententia tenet; & tamen id expressè contra ius est, quo cavetur usuras vsurarum non deberi, l. fin. C. de usur. l. 1. & 2. C. de pignorat. action. Cuius textus difficultas ex eo dissolvitur, quia ibi non fuit error expressus in sententia, siquidem Præses non expressè iussit solvere usuras vsurarum, sed simpliciter condemnatio fuit facta in certa quantitate; & quamvis ex actis constaret, quantitatem illam deberi non posse, nisi in ea usura vsurarum comprehenderentur, tamen ex eo sententia nulla non redditur, cum tantum tacitus, non expressus sit error. Neque solutioni obstant verba illa, ibi: In usuris vsurarum condemnavit: quia magis debent adaptari ad substantiam ipsam, & condemnationis effectum, quam ad pronuntiationem, & tenorem ipsius sententia; notat Alex. in d. l. Præses, m. 3. D. Balboa in præf. tit. num. 44.

Duodecimò obstat text. in cap. causam qua 14. hoc nostra titulo, vbi sententia lata contra rescripti formam valet, velet cum Pontifice ita causam iob hac clausula committit, si actor talem rem seu articulum probaverit, in eius favorem sententiam proferat; etiam si adversus rescripti formulam sententia sit prolata, valet; & tamen constat, quod quoties contra rescripti formam sententia est prolata, processus, & sententia nullius momenti erit, & cum ducta, de rescripto diligenter ff. mandati: ergo cum in dicit cap. causam, sententia fuerit contra mandati formam prolata, non debuit confirmari, imò potius nullam fuisse declarari. In cuius textus difficultate, omnia Innocentij, & Butrij, interpretatione, quam improbat Panormitan in d. cum causam, num. 7. verissime est dicendum, ideo ibi valuisse sententiam: quia non fuit prolata contra rescripti tenorem, siquidem Clericus non integrè, & plenè probavit à maiori parte Capituli fuisse electum, ac ideo nihil iniquum sententia continet. Neque obstant verba illius text. ibi: Sicut per attestaciones, &c. quæ demonstrare videntur electionem probatam fuisse: Quia satis fit ex eo, quod et si allegatio illa præsupponat aliquam probationem, non tamen integram denotat, cum Iudex non plenam, seu non concludentem potuit excludere, ut demonstrant verba illius text. ibi: Quia tamen iudex animus, &c. Et pro Iudice semper est præsumptio, præcipuè cum pro eo ibi plura extent indicia; primum quia sententia illa nihil iniquum contineat; secundum quod communi partium consensu fuit electus; tertium, quod pars ipsa requisivit Iudicem, ut sententiam ferret, quibus de causis credendum est, iustè contra actorem iudicare; notat Abb. in d. c. causam 14. hoc tit. num. 9.

Decimotertiò adversus id, quod in præfenti notant Doctores omnes: nempe, quod si sententia non est expressè contra leges lata, etiam si iniqua fuerit, tanta est eius rei iudicaturæ auctoritas, & veritas, ut si ex ea indubitum fuerit solum, repeti non possit, juxta textum in l. post rem iudicatum. ff. hoc tit. l. fideiussor 29. §. in omnibus ff. mandati, l. 1. C. de conditione indebiti; obstat textus

in l. sponsus §. si uxor 7. ff. de donationibus inter, ubi maritus desiderans uxorem a quantitate sibi debita liberare; cum non posset per donationem, ex prohibitione legis prima, ff. eodem, tamen si passus faceret uxorem falsam exceptionem per collusionem proponere, etiam si sententia in favorem uxoris sit prolata, poterit maritus centum sibi debita condicere: ergo etiam ex iniusta sententia repetitio competit. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quod ibi repetitio non competit ipso iure, sed tantum conditione ex lege, quæ competit iusta interveniente causa, cum in fraudem legis, donatio illa facta fuisset: notat Bartol. ibidem, num. 5. Neque prædictis obstat textus in leg. Iulianum, in principio, ff. de conditione indebiti, ubi si servus debitor per sententiam iniustam fuerit absolutus, si postea solverit, repetere potest: Nam ibi repetitio non competit post sententiam ex vi juris civilis, siquidem ex causa iudicati civiliter solvit, sed tantum competit ex vi iuris naturalis: nam cum naturaliter non esset adstrictus, ex eadem ratione naturali, quæ ex bono, & æquo æstimatur, condicere poterit; non tamen actione civili, cum ei obstat exceptio rei iudicatæ; Cuiac. in l. 2. C. de compensationibus.

Decimoquarto obstat text. in l. de qua re, §. cum absentem, ff. de iudicis, ubi si quis absentis causam susceperit, qui ante susceptionem jam decessisset, si condemnatus solverit, repetere non potest; & tamen sententia illa non tantum iniusta, sed & nulla est, ut ipse Iulianus fatetur, præcipue cum tanquam adversus defunctum prolata nullius momenti sit, l. 1. ff. quæ sententia sine appellatione rescindantur. In cuius textus difficultate, omnia Accusis interpretatione ibidem, verbo, repetere, verisimè est dicendum, repetitionem ibi non competere: quia etsi sententia, & iudicium nullum esset, tamen cum debitum esset solutum vero creditori, repetitio non competit, quamvis ei actio mandati adversus heredem defuncti competat, etiam si nullum intervenisset mandatum; cum ex solutione illa reus liberatus fuisset, notat Cuiacius in dict. leg. 2. Cod. de compensationibus.

Decimoquinto idem textus noster sibi ipsi obstat, dum contraria proponere videatur; siquidem a principio affirmat sententiam contra leges latam nullam esse; & statim persequitur in vers. Licet, affirmans appellationem non esse suspensam. Consideratio deducitur ex eo, quod si nulla est, ad quid suspendi poterat per appellationem? siquidem id; quod nullum est, suspendi nequit, & privatio præsupponit habitum; l. decem ff. de verborum obligation. l. nam etsi sub conditione, ff. de iniust. rumpit. Sed responderetur, quod textus noster in dict. vers. Licet, ita accipi debet: videlicet, quod etsi à sententiâ, quæ ipso iure nulla est appellari possit, non tamen ex eo videtur per appellationem approbatam fuisse: nam etsi in sententia nulla, frustanea sit appellatio, si constat 12. l. ex consensu 23. ff. de appellationibus, non tamen omnino inutilis erit: nam quamvis sententia ipsa non suspendatur, tamen suspenditur figura extrinseca ipsius sententiæ, arg. text. in l. quod vulgo, l. illud, ff. de honorum possessione contra tabulas.

Decimosexto adversus id, quod supra in decidendi ratione retulimus: videlicet sententiam contra Consuetudinem latam non valere; obstat textus in cap. ei qui, §. item si sententia, 2. qu. 6. ubi constat sententiam contra ius scriptum non valere, cuius decisio cum tantum ad ius scriptum referatur, non debet extendi ad ius non scriptum, sed potius illud excludere, arg. text. in l. si expressum, ff. de appellationibus, leg. 2. C. quando provocare non est necesse. Sed huic dubio dicendum est in d. §. item si sententia, verbum illud, ius scriptum, non fuisse positum ad differentiam iuris non scripti, sed ad expositionem sententiæ, & ejus nullitatem declarandam cum lata esset contra legem; Neque obstat textus in cap. 3. de eo, qui mittitur in possessionem, ubi sententia contra Consuetudinem lata valet, & tenet: quia distinctio est adhibenda; aut enim constat de consuetudine, ita ut in iudicio, & apud populum sit comprobata; aut de ea aliqua dubitatio extat: nam in primo casu, sententia expressè contra consuetudinem lata non valet; in secundo verò, cum id sit potius facti, quàm iuris, & de facto illo dubitari possit, iusta de causa sententia contra consuetudinem nondum perfectè receptam lata valet; & ita interpretandus est textus in d. c. 3. de eo qui mittitur in possessionem.

Ad textum in cap. Iurgantium 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

- 1 Lites debent celeriter terminari.
- 2 Reipublica interest ne lites fiant immortales: sed non ita celeriter debent terminari, ut ordo iudicarius omittatur.
- 3 Sententia, qua nimia iudicis celeritate prolata est, ita ut index non potuisset de causa sufficienter instrui, retractari debet.
- 4 Expenditur textus in leg. Papinianus 3. §. fin. ff. de receptis arbitris, cum leg. Papinianus 36. ff. e re iudicat.
- 5 Causa civilis de iure civili tantum durat per triennium; Criminalis verò per biennium; de iure verò Pontificio certum tempus non est designatum, sed id requiritur, quod causa postulaverit, ut facilius expediri possit.
- 6 Interpretatur text. in l. reus delatus, ff. de muneribus, & honoribus.

CONCLUSIO.

Lites debent celeriter terminari: Comprobat text. in cap. nulli 28. §. cium autem, de rescriptis, cap. venerabilis, de iudicis, c. 1. hoc tit. lib. 6. c. finem litibus, de dolo, & contumacia; cap. ut litigantes, de officio Ordinarii; lib. 6. cap. iudicantem, 3. q. 5. c. cum apud, 11. quæst. 3. Cium saps, de verborum significatione, Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 20. & sess. 25. cap. 10. l. 2. ff. de confessis, leg. proinde ff. ad legem Aquilianam, l. quidam existimaverunt, in fine, ff. de rebus, creditis, si certum petatur, leg. minoribus digestis, de minoribus, l. item si res, §. fin. ff. de alienatione iudicis, l. propterandum, C. de iudicis, l. 3. C. ut intra certum tempus criminalis actio terminetur, leg. sitibus, C. de agricolis, lib. 11. l. fratris, C. de transactionibus, l. terminato, C. de fructibus, & litium expensis, 9. in fine, tit. 6. part. 6. l. 27. tit. 4. par. 3. l. 7. tit. 29. part. 7. l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinamenti, leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilationis: illustant Cuiac. lib. 1. observat. cap. 8. & lib. 17. cap. 23. Idem lib. 2. de feudis, in principio: Menoch. de arbitrariis, quæst. 42. Revardus pro Tribunali, cap. 11. Gomez. in cap. dispendia, de rescriptis, lib. 6. & in regula de annali possessione, quæst. 2. Covar. in cap. quamvis, 1. part. in princ. n. 4. Maratta de ordine iudiciorum, 6. part. septima partis, n. 2. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, revocatur n. 110. C. de revocandis donationibus: Surd. conf. 271. n. 15. Stephanus Gratianus disceptat. forensium, tom. 4. cap. 762. num. 11. Valasc. de privilegijs pauperum, & miserabilium personarum, part. 1. quæst. 51. num. 6. & 8. Osual. ad Donel. lib. 23. comment. cap. 9. litera Z, & lib. 26. cap. 1. litera K.

Ratio est; quia Reipublicæ interest ne lites fiant immortales, c. finem litibus, de dolo, & contumacia, & cum ex dilatione magna partibus resultent incommoda, iusta de causa celeriter debent terminari, ne sumptibus & expensis inutilibus vexentur, cum ad iudicis officium spectet lites diminuere, dict. leg. quidam existimaverunt, in fine, ff. de rebus creditis; debent tamen non ita celeriter, sed lenta festinatione omissis superfluis dilationibus dirigi, cum servari debeant ea omnia, quæ ad ordinem iudicarium, & merita causæ desiderantur: notat Menochius de arbitrariis, quæstion. 42. Antonius

tonius Gabriel *lib. tertio, communium scilicet. de re iudic. conclus. 6.*

- 3 Primò obstat text. in *cap. cum ex literis de in integrum restitutione, cap. cum Berold in fine, hoc tit. cap. fin.* ubi Gloss. verbo *celeritate, de electione, lib. 6.* in quibus iuribus constat, sententiam retractari ex eo; quia celeriter fuit prolata. Sed dicendum est, iura illa procedere, quando sententia ita nimia, & immoderata celeritate à Iudice profertur, ut Iudex ipse non potuisset de causa illa sufficienter instrui: nam hoc in casu, nulla dicitur sententia, iuxta textum in *Clem. 2. §. xxviii, hoc tit. cap. Deus omnipotens, 2. q. 1.* At vero textus noster procedit, quando sufficienter est instructus, & omnia in iudicio solemniter sunt facta: nam tunc Iudex debet celeriter causam terminare, notat Felinus in *cap. Ecclesia sancta Maria, de constitutionibus, num. 12.* Paz in *praxi, 3. tom. 2. part. tempore 11. num. 1.* Alciatus *reg. 3. præsumpt. 9. num. 8.*
- 4 D. Balboa in *præsenti num. 6. & 7.* Nec solutioni obstat textus in *l. Pomponius 13. §. fin. ff. de receptu arbitrii*, ubi arbitrer assignatus, ut intra certum tempus sententiam proferat, etiam si iuraverit de causa nondum liquere, hoc est, non satis de ea se instructum esse; compellitur jus dicere, & sententia valet: quod omnino contrarium refert textus in *leg. Papinianus 36. ff. de re iudicata*: Quia discrimen est constituendum inter has formulas, si iudex iuraverit sibi non liquere, vel nondum liquere: nam in primo casu non compellitur sententiam dicere: quia ex prolatione illa jam est functus officio suo, & ita obtinet text. in *d. l. Pomponius 36. ff. de re iudic.* in secundo vero si dixerit sibi nondum liquere, compellitur sententiam dicere, sed ei datur legitimum tempus, ut de causa illa plenè sit capax factus; & ita est interpretandus text. in *d. l. Pomponius 13. §. fin. ff. de recept. arbitr.* notat Anton. Fab. in *Rationali ad textum in d. l. 13. §. fin. Cuiac. lib. 17. Pauli ad edictum, in d. l. Pomponius 36. ff. de re iudic.*

5 Secundò obstat text. in *l. properandum 11. in principio, & in §. fin. C. de iudicis*, ubi prima instantia in causis Civilibus tantum durat per triennium, in criminalibus vero per biennium, iuxta text. in *leg. 3. C. ut intra certum tempus: l. 27. tit. 4. part. 1. l. 9. tit. 6. part. 6.* Ergo si terminus ad finiendas lites à iure statutus est, frustra in præsentia cavetur celeriter terminari debere. Cui considerationi, omiſſa nonnullorum interpretatione, afferentium, iura in argumento adducta tantum procedere in termino à lege præfinito ad causam prosequendam, textum vero nostrum agere de termino post conclusionem, vsque ad diffinitivam sententiam; quorum interpretatio convincitur ex *vers. nostri text. ibi: Iurgantium &c.* Quod verbum, ad dilationes, &c. ante conclusionem iurgantium adaptari debet; meritoque dicendum est, iura illa procedere de iure Civili; textum autem nostrum de iure Pontificio, secundum quod certum tempus non est designatum; sed tantum desideratur, provt causa postularit, & vt facilius expediri possit, iuxta textum in *cap. fin. de probationibus, cap. cum olim, el. 2. versiculo, Iudices autem, de privilegijs, cap. cum ex literis 5. de in integrum restitutione minorum, Glossa in cap. fin. de dolo, & contumacia, Covar. in cap. quamvis pactum 2. parte, §. 1. num. 4.* Quod ita fuit admissum, ut sic nullo tempore designato cause Ecclesiasticæ celeriter finirentur, si nulla subsistat causa longius protrahendi: aliàs autem si iusta causa extiterit, prorogentur; ne exinde ob rei malitiam, vel eius cavillationem lites prorogarentur, quod fieret si sciret, quod triennio transacto lites evanescerent, & ex malitia sua commodum reportaret, quæ ratio designatur ab Honorio III. in *cap. venerabilis 20. supr. de iudicis, vers. Sit per subterfugia, & cavillationes eorum per triennium prorogata &c.* Et ibi: *In negotio procedas; notat D. Felicianus de la Vega in dict. cap. venerabilis 20. de iudicis, num. 3. vsque ad 9.* Hodie vero iuxta Concilij Trident. decretum, *sess. 24. cap. 20. de reformatione*, prima Instantia non perit post biennium; sed eo transacto parti permittitur, ut si intra illud biennium non fuerit causa ab inferiore Iudice definita, poterit Super-

riorem adire, ut illam in eodem statu, in quo fuerit, resumat; notat Paz in *praxi, annotatione 2. de instantia, num. 11. & 12.* D. Felicianus de la Vega ubi *supr. num. 11.* Neque adversus eam, quæ *supra* de termino in criminali causa diximus, obſtat text. in *l. reus delatus, ff. de numeribus, & honoribus*, ubi criminalis causa non biennio, sed aded post annum finitur, ut accusatus, si ab accusatore non fuerit prosequutus, ab honorum postulatione non removeatur: quia textus ille respicit ad ius antiquum, quo tempore criminalis actio intra annum finiebatur, iuxta textum in *leg. 1. & 2. Cod. ut intra annum criminalis actio terminetur, in Cod. Theodos. notat Cujacius in notis ad titulum, Cod. ut intra certum tempus criminalis causa terminetur, & in leg. 1. observat. cap. 3. lib. 17. cap. 23.*

Ad textum in cap. Non potest 3. hoc titulo.

DE hujus text. expositione *supr.* diximus in *cap. de Clerici, §. de adulterijs, de iudicis.*

Ad textum in cap. Ea quæ 4. hoc titulo.

DE materia hujus textus infra dicemus in *titulo de confirmatione utili, vel inutili.*

Ad textum in cap. De cætero 5. cap. Inter cætera 9. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex deputatus super executione sententia. admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententia; non ad effectum, ut super ea pronunciet sed ut negotium ad Superiorem, qui indicabit transmittat, si illam probabilem reperierit.
- 2 Executor iudex, est in triplici differentia. alius est merus facti executor, alius iuris, alius mixtus. Intellege ut ibi.
- 3 Inferior à Principe, non potest executionem sententia alterius delegare. Exponitur text. in cap. de cætero 5. de sentent. & re iudic.
- 4 Exceptio fraudis, seu nullitatis, non potest admitti àmero executeore facti, cum tantum nudum factum executionis absque ulla iuris cognitione ei committitur.
- 5 Mixtus iuris executor cum clausula illa, si ita est; si consiterit, poterit cognoscere de veritate, vel falsitate precum. Interpretatur text. in l. & si non cognitio, C. si contra jus, vel utilitatem publicam.
- 6 Illustratur textus in cap. super literis 30. de descriptione.
- 7 Exponitur text. in cap. 2. de crimine falsi.
- 8 Iudex inferior tenetur exequi Superioris sententiam si iniquam, vel iniustam esse cognoverit. Exponitur text. in cap. pastoralis, §. quia vero, de officio delegati.
- 9 Sententia excommunicationis ex defectu ministri nulla est. Intellege ut ibi.
- 10 Interpretatur text. in c. non semper, 11. q. 3. c. inquisitioni 44. in princ. de sentent. ex commun. c. literas de restit. spoliat.
- 11 Sententiam superioris notorie iniustam, & iniquam, Iudex inferior non tenetur eam exequi, quamvis Superioris rem consulere debeat.

Exponitur

Exponitur textus in capite, si quando 8. de officio deleg.

12 Iudex executor, potest cognoscere de fraude, coram eo commissis.

Illustratur text. in leg. cum fideicommissum penult. ff. de confes.

CONCLUSIO.

Iudex deputatus super executione sententia, admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis sententia, non ad effectum, ut super ea pronunciet; sed ut negotium ad superiorem, qui indicabit, transfinitat si illam probabiliter reperierit. Comprobat textus in c. pastoralis, §. quia vero, cap. fin. §. fin. de officio Delegati, c. si quando, c. sane 2. eiusdem tituli, c. si quis, §. ab executeore, 2. q. 6. c. 2. de crimine falsi, l. c. si non cognitio, C. si contra ius, vel utilitatem publicam, l. si ut proponis 63. executeorem, C. de executione rei iudicatae, si Prator 75 in principio, & in §. Marcellus, de iudicis, c. sollicitudinem, §. 4. vers. Si vero, de appellacionib. Illustr. Covar. lib. 1. variar. ca. n. 10. Batt. in l. a Divo Pio, de re iudicata: Men. de arbitrat. q. 3. R. Sol. conf. 37 n. 15. Marant. ubi supra, disp. 1. n. 12. Bobad. in sua praxi politica, lib. 2. c. 20. n. 47. Navar. in c. cum contingat, de rescriptis: Steph. Grat. disceptationum forensium, c. 146. n. 10. Scac. de appellacionib. q. 17. limitatione 10. n. 37.

Pro decidendi ratione annotare necesse est, executeorem iudicem esse in triplici differentia; alius est merus facti executor, alius vero mixtus: facti est, cui merum executionis factum committitur absque vlla cause cognitione, cum iam præcessisset, tam super principali, quam super ipsa executione; leg. executeorem, C. de executione rei iudicata: Abbas in præsentis, num. 5. Felinus num. 3. Bartolus ubi supra, num. 10. Iuris vero executor est, cui ius executionis committitur simul cum iurisdictione super executione ipsa, de qua nondum à superiore habita est cognitio, leg. penult. ff. de confes. leg. a Divo Pio, §. si super rebus, ff. hoc titulo, leg. si Prator ff. de iudicis; mixtus vero dicitur, cui tam cause principalis, quam executionis ius committitur; leg. c. si non cognitio, C. si contra ius, vel utilitatem publicam: ex quibus hic breviter præhabitis colligitur, Iudicem in præsentis posse exceptionem admittere; non vero de ea iudicare: quia textus noster loquitur in iuris executeore, cui tantum executio committitur: & idem cum non cognoscat ad effectum definiendi, & exceptio illa ad intingendam sententiam principaliter dirigatur, & de ea apud Pontificem non fuisset actum, iusta de causa non potuit super ea diffinire, licet eam admittere valeat: sed eam debet ad Superiorem remittere: notat Azeve. in l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. n. 39.

Primo obstat textus in l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictione, l. solet, ff. de offic. Proconsulis; leg. nemo potest 71. ff. de reg. iuris, l. 18. tit. 4. p. 3. in quibus iuribus constat, quod ea quæ sunt imperij delegari non possunt, sed executio sententia imperij est, libere capere ff. de iurisdictione omnium iudicum, vers. Et in possessionem mittere, &c. Ergo non poterit delegari, juxta text. in l. a Divo Pio, ff. hoc tit. Cui dubio dicendum est, idem in præsentis validam fuisse executionis delegationem: quia ab ipso Principe fuit facta: arg. text. in c. Pastoralis, §. quia vero, cap. significasti, de officio delegati, l. fin. C. de iudicis; Authent. de exhibendis Reis, §. si vero, collat. 5. Abbas in præsentis, num. 6. nam inferior à Principe non potest iurisdictionem executionis delegare; & ita obtinet textus in d. l. a Divo Pio, in principio, hoc tit. notat Covar. lib. 3. variar. c. fin. Doctor Balboa latè in præsentis, num. 14. & 15.

Secundò obstat text. in l. executeorem, C. de executione rei iudicata, ubi constat executeorem non posse exceptionem illam admittere. Cui dubio satisfieri potest ex his, quæ supra retulimus; siquidem textus in d. l. executeorem, procedit in merito executeore facti, cui tantum merum factum executionis absque vlla iuris cognitione committitur: & idem nihil mirum, quod exceptionem

illam possit admittere; cum antea, omnis principalis & exceptionis cognitio apud Superiorem præcelleret; at vero textus noster procedit in iuris executeore, cui permissum est exceptionem admittere; non vero de ea pronunciare, seu cognoscere, sed tantum ad Superiorem remittere.

Tertiò obstat textus in l. c. si non cognitio, C. si contra ius, vel utilitatem publicam, cap. dicenti, §. c. si non cognitio, 25. quast. 2. in quibus iuribus constat, Iudicem executeorem posse cognoscere de veritate, vel falsitate precum: ergo etiam in præsentis potuit cognoscere de dolo, & fraude. In cuius textus difficultate, omnia Cuiacii emendatione in dict. leg. c. si non cognitio, & in posthumis ad hunc textum, verissimè est dicendum, iura in argumento adducta procedere in mixto iuris executeore, cum clausula illa, Si ita est, vel si constiterit: nam licet ei tantum committatur executio cause nulla cognitione præmissa, tamen poterit non solum de veritate precum cognoscere, ut executio impediatur, verum etiam si fraus in rescripto intetvenit, quoad principale negotium; notat Gloss. in cap. dicenti, §. c. si non cognitio, 25. quast. 2. cap. pastoralis, §. quia vero, de officio delegati, notat Bartolus in d. l. a Divo Pio, num. 4. ff. de re iudicata: notat Cuiac. in paratitulis ad titulum, C. si contra ius, vel utilitatem publicam. Neque obstat dicere, quod in d. l. c. si non cognitio, tantum executio cause non vero eius cognitio committitur: quia quamvis principaliter cause executio commissa sit, non eius cognitio; tamen per consequentiam nullitatis cognitio commissa videtur: quia aliàs si principaliter cause cognitio fuisset commissa, Iudex executor non denominaretur; notat D. Balb. in præsentis, n. 27. Barbosa in remissionibus ad hunc textum, n. 3. Neque prædictis obstant textus in cap. super literis 20. de rescriptis, ubi constat, quod si Iudici delegato fuerit facta fides fraudis ipsius rescripti, vterius non poterit in causa sibi commissa procedere; ut constat ex vers. illo, ubi: Nullatenus de causa cognoscat, &c. Ergo similiter, neque in d. l. c. si non cognitio, Iudex executor potuit de principali causa cognoscere, cum iam sibi constaret de rescripti dolo: Quia inter hæc iura plurima extat differentia, siquidem text. cap. super literis, loquitur in fraude impetrationis ipsius rescripti, quo in casu Iudex virtute rescripti, quasi ex defectu iurisdictionis amplius in causa procedere non potest: notat Gloss. verbo, condemnatus, in cap. exceptionem, de exceptionibus, Gloss. finalis in Clementina 1. de sequestrat. possessionis, & fructuum, textus vero in dict. leg. c. si non cognitio, non procedit in subreptione impetrationis rescripti; sed in subreptione, quæ tantum respicit merita ipsius cause principalis: veluti cum dixerit sententiam à Principe fuisse latam, cum tamen non esset, vel aliud simile; quo in casu virtute illius clausula, si ita est, vel si ita constiterit, poterit Iudex illo articulo principalem causam concernente cognoscere: notat Fulgosius in l. c. si non cognitio, C. si contra ius, vel utilitatem publicam.

Quartò obstat textus in cap. 2. de crimine falsi, ubi constat, quod si coram Iudice executeore exceptio falsitatis fuerit opposita; videlicet sententiam per falsas litteras fuisse prolatam, non poterit in executione procedere: ergo neque in præsentis, si contra sententiam fuerit oppositum, fuisse per dolum latam. Cui dubio, omnia Glossæ interpretatione in d. c. 2. verissimè est dicendum, quod textus ille non asserit Iudicem executeorem, opposita illa exceptione, non posse eam admittere, sed tantum non debere exequi sententiam illam, adversus quam falsitatis exceptio est opposita; sed eam suspendere, donec de nullitate ipsa apud Superiorem constiterit, ad quem remittenda est: quo supposito nihil vergit adversus nostri textus decisionem; ita similiter est interpretandus text. in leg. si Prator 7. §. Marcellus, de iudicis.

Neque prædictis obstat text. in cap. pastoralis, paragr. quia vero, de officio delegati, ubi Iudex tenetur exequi sententiam, etiam si iniustam esse appareat: Quia

textus in *dist. 5. quia vero*, procedit quando sententia est iniusta, hoc est tantum contra ius litigatoris, quo in casu Iudex inferior eam exequi tenetur, etiam si iniustam esse cognoscat, siquidem ad subditum non pertinet discussio iusti, vel iniusti Superioris præcepti; cum satis sit, quod apparenter sit iustam, vel ita præsumatur, *cap. in istis, 4. distinction. cap. qui resistit, 13. question. 3. cap. quo iure, 8. distinction. cap. inferior, 21. distinctione, cap. omnis anima, de censuris, cap. magnum, 1. question. 3. & idem cum in *dist. 5. quia vero*, Delegatus Pontificis sit superior, & Ordinarius inferior, iuxta de causa Ordinarius non potuit de sententia Iudicis delegati etiam iniusta cognoscere, sed diligenter absque mora exequi: nam iusta præsumitur ex eo, quod in rem iudicatam transiit, qua de causa si forte vitium habuisset, purgatum censureretur ex tacito consensu condemnati, ob lapsum appellationis terminum, argum. textus in *leg. fin. Cod. ut lite pendente; leg. si ut proponis, 6. C. de exceptione rei iudicata, leg. si prator, 7. ff. de iudicis;* textus vero noster loquitur de exceptione nullitatis; non vero iniustitiae, quo in casu executio suspenditur, & Iudex executor de ea cognoscit tantum ad effectum remittendi ad superiorem; notat Abbas in *dist. cap. 2. n. 3. Felinus in presenti, num. 1. Barb. in remissionibus ad hunc textum, num. 4.**

9 Quinto prædictis obstat textus in *cap. cui est illata, cap. non semper, 11. question. 3. cap. si dominus, cap. Iulianus, eadem causa, & questione; cap. inquisitioni 44. in primo responso, de sententia excommunicationis; cap. per tuas, et secundo, de Simonia, in quibus iuribus cavetur, iniusto Superioris præcepto parendum non esse. Quorum iurium difficultati occurritur ex eo, quia textus in *dist. cap. cui est illata 11. quest. 3. procedit, quando excommunicatio non tantum fuit iniusta sed etiam nulla ex defectu ministri, cui parere non poterat, cum lata fuisset ab hæretico Dioscuro, qui cum Patriarcha Alexandriæ esset, quosdam excommunicavit, qui omnes eam crederent sententia illa se fuisse ligatos. Gelasius respondit, absolutione non indigere: quæ interpretatio ex eus integra deducitur; siquidem Gelasius Pontifex rescripsit Episcopis Orientalibus de damnatione Dioscuro, quo tempore hæreticus jam fuerat pronunciatus; notat Platina de *vita Pontificum, in vita Gelasij*: constat etiam ex Gelasij Epistola ad Episcopos Dardaniæ, quæ incipit: *Dilectissimis, &c.* notat Covarruvias in *capit. alma mater, 1. part. §. 7. num. 5.* Neque obstat dicere, Gelasium Pontificem ibi non fuisse motum ex defectu ministri, seu propter nullitatem, sed ex eo, quod sententia illa iniqua, seu iniusta fuisset: quia in principio loquitur de iniusta sententia, quæ ab hæretico fuit prolata; nam cum ij, adversus quos lata fuisset, existimarent valuisse, sublati illo errore, nulla remansit ex defectu potestatis seu ministri; & statim profectitur Pontifex, quod *si iniusta est, tamen eam curare non debet*; quasi adverbialitè verba illa fuissent proposita, & idem in *prima textus parte* sententia infringitur, quia ab hæretico fuit prolata; nam aliàs si tantum iniusta fuisset, infringi non poterat.**

10 Neque obstat textus in *dist. cap. cum semper*, cum similibus supra adductis: quia procedunt quando sententia est omnino præceptis Dei contraria, & expressè eis repugnat: textus verò in *dist. 5. quia vero*, loquitur de præcepto humano, hoc est, Principis. Neque similiter obstat textus in *dist. cap. inquisitioni 44. in primo responso, & textus in cap. literas, de restitutione spoliatorum*, ex quibus constat, quod si alter coniugum cognoscat impedimentum, quod apud Iudicem probari non potest, potius tenetur humiliter sententiam excommunicationis sustinere, quam præceptum Iudicis exequi, & peccatum per carnale commercium committere; quia communiter dici solet, quod in *disto capite Inquisitioni*, coniux potius tenetur suam privatam opinionem, quam iniquam Iudicis sententiam exequi: quia tunc privatam personam repræ-

sentat: ac verò in *disto paragrapho quia vero*, Ordinarius Iudex publicam gerit, qui Delegati sententiam exequi tenetur; neque de Superioris iniquitate cognoscere poterit; coniux verò, cum sit privata persona, & non publica, sed privata scientia cognoscat; cum conscientiam læsam retineat, iuxta de causa debiti executionem impedire poterit.

Sexto advertitur ea, quæ communiter in *presenti, & dist. cap. pastoralis, §. quia vero, de officio delegati*, notant omnes: videlicet sententiam Superioris iniquam, & notorè iniustam Iudicem inferiorem non tenet exequi, juxta textum in *cap. inter ceteras 9. huc tit. leg. si pars iudicantium 10. ff. de inefficacio testamento*. Obstat textus in *cap. si quando 8. de officio delegati*, ubi evidens, & certa iniustitia sententiæ Iudicis delegati fuit, & nihilominus inferior Iudex tenetur illam executioni mandare, ut constat ex verbis illius textus, ibi: *Non debet Iudicis delegati mandato resistere, &c.* In cuius textus difficultate, omnia Felini, & Decij interpretatione *ibidem*, Cardinalis in *Clementina 3. §. eorundem, de foro competenti*, verissime dicendum esse existimo, quod Alexand. III. in *dist. cap. si quando*, non asserit, sententiam evidentè iniquam ad inferiorem exequendam esse, sed tantum consilium refert: videlicet non esse violenter Delegato resistendum, cum sit Superior, & maxima ei reverentia debeat: & si manifestè iniustam præcipiat, tunc Delegato non debet resistere, sed Delegati præceptum aliter subterfugere, cum apud ipsum omnia remedia solerter sint investiganda, consulendo nequid ita manifestè iniquum iubeat, & veritatem insinuando, ita insistat, donec Pontifici innotescat: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Non debet ei resistere violenter, sed apud ipsum stare, ut differat eos in possessionem mitti, donec rei veritas innotescat, &c.* quæ dictio, *Donec*, conditionem inducit, *leg. sufficiat, digest. de condition. inelucti.*

Septimo obstat textus in *l. cum fideicommissum, penult. ff. de confessis*, ex qua constat, quod si fraus aliqua coram ipso executore sit commissa, poterit ipse Iudex executor de ea cognoscere, cum, commissa iurisdictione, omnia necessaria ad ejus expeditionem concessa videantur, iuxta textum in *l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. præterea, cum vulgatis de officio delegati*. Cui dubio responderi debet, quod textus *dist. leg. penultima*, tantum procedit de fraude commissa coram ipso Iudice executore; & idem nihil mirum, si de ea plenè possit cognoscere, ex principio supra relato in *dist. leg. 2.* ac verò textus noster loquitur, quando fraus fuit commissa coram Iudice superiore; quo in casu cum inferiori non sit principalis causæ cognitio commissa, mirum non est, quod eius cognitionem ad superiorem remittat: nam verba nostri textus ibi: *Fraus intervenit, &c.* idem significant, ac si textus dixisset: *Si fraus iam apud superiorem intervenisset*. Ex quibus constat, Iudicem executorem posse cognoscere de exceptionibus concernentibus executionem ipsam; non verò oppugnantibus diffinitivam sententiam; notat Abbas in *presenti num. 3.*

Ad textum in *cap. Cum aliquibus 6. hoc titulo.*

SUMMARIUM.

- 1 Non sufficit Reo damnato ad traditionem possessionis tradere pignus pro ipsa possessione.
 - 2 Aliud pro alio invito creditori solvi non potest.
 - 3 Possessio transfertur per pignus conventionale, & ibi refertur, qua differentia extet inter pignus Prætorium, & Conventionale.
- Expenditur text. in *l. contrahitur, ff. de pignorib. & in l. pignus, ff. de pignorat. act.*

- 4 Interpretatur text. in l. rescripto 6. §. plane, ff. de muneribus, & honoribus.
 5 Condemnatus, praestando pignora satisfacere videtur. Intellige, ut ibi.
 6 Obligatio dandi rem, est etiam obligatio faciendi. Intellige, ut ibi.
 7 Interpretatur text. in l. 1. & per totum titulum, C. si in causa iudicati.

CONCLUSIO.

Non sufficit Reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione. Consonat textus in l. non potest, l. quod si non, l. debitor, §. fin. ff. de pignoratitia actione, l. 1. l. possideri, l. quemadmodum, ff. de adquirenda possessione, l. licet, l. nemo, C. eodem, l. traditionibus, Cod. de patris, l. unica, C. de rei uxoria actione, Authent. hoc nisi debitor, Cod. de solutionibus, l. qui restituere, ff. de rei vindicatione, l. 3. §. 1. ff. de usufructu, l. si partem, in principio, ff. quemadmodum servitus amittatur, l. solutam, ff. de solutionibus, l. promissor 21. §. ultim. ff. de constituta pecunia: illustrent Gomezius, 2. tom. variarum, cap. 10. num. 22. Tiraquellus de retractu, tit. 1. §. 2. glossa 3. num. 5. Cuiac. lib. 5. observat. cap. 30. Idem lib. 9. cap. 37. Menochius de recuperanda remedio 15. num. 644. Idem de arbitrariis, quest. 69. n. 5. Sarmiento lib. 1. selectarum, cap. 8. num. 22. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. parte, §. 17. Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 29. Don. in dist. Authentica, nisi debitor.

Ratio decidendi deducitur ex textu in l. 4. §. ait Praetor, ff. hoc tit. ex cuius decisione constat, condemnatum solvere, non videri satisfacere pignora praestando; quod receptum est, ne ex obligatione obligatio nascatur, & ne ex litibus lites oriuntur, l. terminatio, C. de fructibus, & litium expensis: nam aliis esset contra principium iuris relatam in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, cum supra traditis in cap. 2. hoc tit. Tum etiam, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest; neque pignus pro pignore; neque vnus fideiussor pro alio fideiussore admittitur; iuxta textum in l. si rem, §. omnino, ff. de pignoratitia actione, l. 2. §. 1. in fine, ff. si certum petatur: in principio, Instit. quibus modis tollitur obligatio. Ideoque cum debitor in presenti possessionem tradere teneatur, non videtur plene satisfacere, si invito creditori pignus praestare velit, notat Glossa in presenti: Pinellus in l. 2. Cod. de rescindenda vend. secunda parte, cap. 1. num. 21.

Primo obstabit dicere, quod solo iudicis decreto transferatur possessio, & inducitur pignus praetorium, iuxta textum in l. contrahitur, ff. de pignoribus, l. pignus, ff. de pignoratitia actione; ergo si per solam possessionis adiudicationem ex Praetoris decreto transferatur possessio, ut in prima nostri textus parte mentio habetur, frustra in secunda parte, alia possessio apprehensio desideratur. Cui dubio breviter ita responderi solet: videlicet iura in argumento adducta, & similia, locum habere in pignote conventionali, ex qua sola conventionione pignus constituitur, & possessio transferatur, atque actio hypothecaria, & pignoratitia nascitur, iuxta textum in l. si rem aliquam, §. proprio, ff. de pignoratitia actione, vbi late Antonius Faber in Rationali: at verò textum nostrum loqui in praetorio pignore causa cognita, hoc est, quando res alicui per sententiam adiudicatur; quo in casu non sufficit si victus pignora victori offerat, sed etiam tenetur ipsius rei condemnata possessionem tradere, notat Ripa in l. 4. §. 1. num. 4. ff. hoc tit. Tiraquellus de retractu, tit. 1. §. 3. glossa 3. num. 15.

Secundo solutioni obstat textus in l. rescripto 6. §. plane, ff. de muneribus, & honoribus, vbi constat, quod si quis fuerit condemnatus ad solvendum, sufficit quod tantum praestet pignora, vel fideiussores. Quam difficultatem facile dissolves, si dixeris, verissimum esse, quod quando quis condemnatur ad solvendum, non

sufficit pignora, vel fideiussores dare, iuxta textum in l. item liberatur, §. 1. ff. quibus modis pignus, & hypotheca soluitur, l. promissor 21. §. fin. ff. de constituta pecunia. Neque obstat textus in dist. l. rescripto, versic. Plane: Quia omissa Bartoli, & Albertici interpretatio, ne in dist. l. item liberatur, §. 1. verissime est dicendum, quod in dist. l. rescripto 6. versic. Plane, non agitur de eo, qui tenebatur solvere, sed tantum satisfacere; haec ibi debitam liquidum erat, ut indicant verba illius textus, versic. Debitores, quo in casu sufficit dare pignora, vel fideiussores praestare; iuxta textum in l. si stantibus, l. servus 34. in fine, ff. de Statutibus: lecus verò dicendum est, cum quis non tantum satisfacere, sed ex contractu praecise solvere tenetur: quia tunc non sufficit pignora dare, ut supra retulimus.

Tertio obstat textus in l. à Divo Pio, §. in venditionibus, cum sequentibus, ff. hoc titulo, l. 1. Cod. si in causam iudicati, l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de liberis agnoscendis, in quibus iuris constat, condemnatum praestando pignora satisfacere videri: ergo, & in presenti pignoris praestatio sufficere debebat. Sed facile responderetur ex eo, quod textus in dist. §. in venditionibus, & similia iura locum habent in pignoribus iudicialibus, quae dantur pro executione sententiae, publicis ministris intervenientibus, ut ex illis fiat solutio creditori; at verò in specie nostri textus agitur de pignore dato pro securitate victoris; quo in casu non sufficit pignora praestare in executione, ut ex illis etiam distractis creditori fiat solutio, cum debitor teneatur rem ipsam tradere, ut indicant verba nostri textus, ibi: Ad iudicata possessio, quae denotant, debitorem rem ipsam praecise tradere compellendum esse: neque interesse dando liberabitur, dist. l. qui restituere, ff. de rei vindicatione, Gomezius 2. tom. variarum, cap. 10. num. 22. Antonius Faber in Rationali ad textum in dist. l. qui restituere.

Neque obstat si instes sententiam per equipollens adimpleri posse; argument. textus in l. si mater, Cod. de institutis, & substitut. l. mulier, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum, ac idè cum datio pignoris quoad debiti securitatem aequivalet dationi possessionis, §. furti, instit. de obligationibus, quae ex delicto: ita similiter in presenti sufficere videbatur datio pignoris: Quia verissime dicendum est, quod sententia non potest per equipollens adimpleri, l. si pecunia in fine, ff. ut in possessionem legatorum, praecipue quia solvere, & dare pignora, non sunt equipollentia, l. item liberatur, §. 1. ff. quibus modis pignus, &c. l. promissor, §. fin. ff. de constituta pecunia, siquidem virtute sententiae posset quis compelli rem ipsam tradere, dist. l. qui restituere, ff. de rei vindicatione, Doctor Balboa in presenti, numero decimo quinto.

Quarto obstat dicere, quod obligatio dandi rem, est etiam obligatio faciendi, l. si rem 26. ff. de verborum obligationibus: sed in hac obligatione, nemo praecise dare compellitur, sed praestando id quod interest liberabitur, l. si quis 13. §. ultimo, ff. hoc titulo, ergo & in presenti debitor liberabitur tradendo pignus pro re ipsa. In qua difficultate dicendum est, iura in argumento adducta non procedunt in obligatione faciendi; quae dimanat ex iussu iudicis, ut in presenti: quia hoc in casu quis praecise dare, & facere à iudice compellitur, nec sufficit pignus, sed vera solutio desideratur.

Neque obstat l. 1. & integer titulus, C. si in causa iudicati, vbi sufficientur pignora, si ex illorum aestimatione victori satisfieri potest: Quia titulus ille procedit quando executio non in re certa, sed in quantitate facienda est, vel quando res aliqua tradenda esset, & non extat: nam tunc in eius defectum aestimatio praestati debet: at verò textus noster procedit quando certa res, seu possessio adiudicatur; quo in casu dispar est ratio: notat Gomezius vbi supra, num. 32. versic. Quintus.

Ad textum in cap. Lator 7. c. Tenor 10.
c. Confanguinei, 11. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam, ac ideo quando unque revocatur, si constat de errore.
- 2 Sententia cum vitium continet per partes remissibile, transit in rem iudicatam: secus si irremissibile; ut in exemplo ibi relato: & in n. 3. & 4.
- 3 Interpretatur sex. in c. iuravit 6. de probat.
- 4 Exponitur textus in capit. constitutis 46. de testibus.
- 5 Exponitur textus in cap. ex litteris, de divortis, in fin.
- 6 Vitium irremissibile, etiam extat, quoties matrimonium per impotentiam dissolvitur, ac ideo in eo sententia non transit in rem iudicatam.
- 7 Illustratur text. in cap. consultationi, de frigidis, & maleficiatis.
- 8 Sententia in causa matrimoniali, etiam si ab ea non sit appellatum, nullum ius facit nec ex ea oritur, nec pro veritate habetur. Publicatis attestacionibus in causa matrimoniali testes recipiuntur.
- 9 Sententia in causis matrimonialibus transit in rem iudicatam, ad hoc tantum, ut statim exequi possit, non tamen ad hoc ut postea per viam querela reperta veritate rescindi non possit.
- 10 Valens argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, An in beneficialibus sententia transeat in rem iudicatam & an sit vitium remissibile, vel irremissibile, ibi exponitur.
- 11 Allegans propriam turpitudinem, & veniens contra proprium factum, non est audiendus. Interpretatur textus in cap. tenor 10. de sentent. & re iudic.
- 12 Sententia in causa matrimoniali contra veritatem prolata, ideo veritate reperta retractari potest, quod etiam si post sententiam ab utroque, vel altero coniuge matrimonium contractum proponatur, nullius momenti erit. Exponitur text. in c. sicut 9. vers. Super quo de testib. in ulto vers. Sequenti.
- 13 Per impotentiam separati, si postea cum alijs nuptias contraxerint, ac potentes facti fuerint, non separantur a secundo coniugio. Intelligit, ut ibi in impedimento maleficijs non vel a frigiditate.

Interpretatur text. in c. ult. 3. quest. 1.

C O N C L U S I O.

1 Sententia lata contra matrimonium, nunquam transit in rem iudicatam ac ideo quacumque revocatur, si constat de errore. Comprobat text. in cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, c. quod Deo. 35. quest. 5. cap. grave 35. quest. 9. cap. causam matrimonij, penult. de probationibus, cap. series 26. cap. sicut nobis, cap. ex tenore 35. cap. cum in iua 44. cap. constitutis 46. de testibus: illustrant Magister Sancius in repetitione ad textum in Clementina 2. de testibus, num. 10. Covar. in 4. 2. part. cap. 8 §. 12. & lib. 1. variorum, cap. 2. num. 7. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 100. num. 1. & 33. & lib. 10. disput. 9. num. 2. & 4. Menoch. de arbitrariis, casu 103. Tiraquellus de retractu tit. 2. §. glossa 2. num. 37. Osuald. ad Donellum lib. 21. cap. 12. lit. F. Maranta de ordine iudiciorum, 3. part. num. 147. cum sequentibus.

2 Pro vera nostri textus decidendi ratione omnino annotandum est, quod sententia dupliciter ferri potest: nam aut in se continet vitium ab ipsis partibus re-

missibile, aut omnino per partes irremissibile; remissibile dicitur, cum partes ius pro se introductum omit- tendo; debitum, vel non appellando, tacite; vel expresse remittere possunt; irremissibile vero dicitur, quod ab ipsis partibus, neque tacite, neque expresse remitti potest: veluti si pronuncietur non facile matrimonium, quod verum erat; quo supposito, vera deditur ad nostrum textum decidendi ratio: nam cum sententia in presentis lata in causa matrimoniali, nullam contineat ius per partes remissibile, ideo non potuit in rem iudicatam transire; quo minus postea possit, reperta veritate, retractari; cum ex partium voluntate id non dependeat, siquidem extet vitium per partes irremissibile, & peccatum subsistit videlicet ne separantur, qui legitime copulati sunt; vel ne coniungantur, qui divina, vel humana lege sunt prohibiti: nam quos Deus coniunxit separate homo non valet, *Matthaei c. 19. c. licet ex quadam 47. de testibus, Osuald. ad Donell. lib. 21. cap. 12. littera F.*

Primo obstat textus in cap. iuravit 6. de probationibus, ubi similiter agitur de matrimoniali causa, & tamen Pontifex negat probato impedimento, publicatis attestacionibus, posse eosdem, vel alios testes super eisdem articulis, vel directo contrariis recipi. Cui dubio verissime est dicendum, sponsalia de futuro, vel matrimonium multipliciter considerari: nam vel agitur de matrimonio separando, & testes deponunt impedimentum esse, ubi non erat, vel agitur non de separando, sed de impediendo: veluti in sponsalibus de futuro, & testes deponunt de impedimento inter contrahentes existente; in primo casu, est vitium irremissibile, & sententia non transit in rem iudicatam: ac ideo ob peccati periculum, iterum testes possunt admitti, & ita obtinet textus noster: in secundo vero, est vitium remissibile, ac ideo cum iam esset probatum impedimentum, & nullum extet periculum, partes poterunt eodem mutuo consensu sponsalia promissa de futuro expresse, vel tacite post testium publicationem dissolvere; quo in casu ordinarium ius servatur, ut publicatis attestacionibus nequam iterum possint de impedimento illo testes recipi, & ita obtinet textus in dist. cap. iuravit 6. notat Abbas ibidem, num. 5. Glossa verbo: *Iuri contraria, in fine, in disto cap. series 16. de testibus.*

Secundo praedictis obstat sequens consideratio deducta ex textu in cap. constitutis 46. de testibus: in cuius decisione non in sponsalibus de futuro, sed in causa matrimoniali Pontifex asserit, testes post publicationem recipi, valere, reddique rationem: quia pars non didicerat testium dicta, neque productioni renunciarat, consideratio est: ergo hoc impedimento stante, videlicet si didicisset, vel renunciarat, iterum neque in causa matrimoniali admitterentur. Sed huic scrupulo satisfieri debet ex eo, quod in specie illius textus non agitur de impedimento irremissibili, hoc est, de consanguinitate probanda ad dissolvendum matrimonium quoad vinculum, sed tantum de remissibili, hoc est, de divortio quoad torum, & de validitate processus, ubi non imminet peccatum, ac ideo ibi non receditur a regulis iuris communis; quae interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Divortij sententiam promulgavit, &c.* notat Abbas ibidem numer. 1. ad finem, Cuiacius in posthumis ad eundem textum, Thomas Sanchez lib. 7. disp. 100. & lib. 10. & disp. 2. a num. 2. cum seqq.

Neque obstat textus in cap. ex litteris, de divortis in fine, ubi non obstante sententia divortij tantum quoad torum, iterum de ea causa tractatur, & vir cogitur ad primam uxorem redire. Quia ibi non retractatur sententia tantum quoad torum lata, ex eo, quod vitium esset irremissibile; sed eo potius quia maritus delictum post sententiam commisit, hoc est, secundum matrimonium furtive cum alia contraxit: nam vivente prima, adulterij delictum commisit, ideoque ex illa adulterij, & delicti causa noviter orta, iterum de divortio

divortio cognoscitur, & maritus officio iudicis compellitur ad primam redire, iuxta textum in *cap. fin. de adulteris, cap. disemione, versicul. Cum possit, de eo qui cognovit consanguineam, l. viro 29. ff. soluto matrimonio.*

Neque prædictis obstabit, si instes, iuramentum, quo coniuges promittunt seorsum vivere, temerarium esse iuxta textum in *cap. tua 24. de iureiurando*: ergo cum separatio illa quoad totum, peccatum contineat, dici debet in separatione illa esse vitium per partes irremissibile: Quia respondetur sufficere vitium esse per se remissibile, quod etsi non expresse, tacite tamen remitti potest; ac idem quamvis expresse pactum, & iuramentum de divortio, turpe, & temerarium sit, propter adulterij periculum, tamen absque conventionione expressa tacite remitti potest: veluti si ad tempus ob iustam causam sepatentur, vel in perpetuum, si uterque continentiam voveat, iuxta textum in *dist. c. quod deo, 33. quest. 5.* notat Magister Sancius in *dist. Clem. 2. de testibus, num. 10.*

Tertio adversus communem, & verissimam sententiam, quam tenent Doctores omnes in *presenti*: videlicet nostri textus decisionem etiam locum habere, quoties matrimonium per impotentiam dissolvitur, ita ut potentia reperta, sententia illa retractari possit, Thomas Sanchez *libr. 7. de impedimentis, disputatione 100. num. 15.* redduntque decidendi rationem: quia in separatione illa inest peccatum, & vitium irremissibile: Obstabit dicere, quod tunc peccatum non imminet, cum possint coniuges etiam frigidi, uti fratres cohabitare, iuxta textum in *cap. consultationi 4. de frigida, & maleficiatis*: ob cuius textus autoritatem contrariam sententiam defendit Abbas in *cap. final. eiusdem tituli, num. 4.*

Sed nihil obstat, quia ibi Ecclesia non absolute declarat eos, ut fratres habitare posse, sed ut veros coniuges; merito cum tunc ita esse nequeat, mirum non est, quod sit vitium irremissibile: quia aliàs si id admitteretur, similiter etiam idem dicendum esset in impedimento consanguinitatis, ut semper uti fratres habitare possent, quod admitti non debet, ac per consequens idem in impotentia dicendum erit, notat Thomas Sanchez *d. disputat. 100. num. 15. in fine.*

Quarto obstabit dicere, quod sententia, quæ in rem iudicatam transit, aded pro veritate habetur, ut si ab ea non est provocatum, oriatur præsumptio iuris, & de iure, & nulla alia probatio admittatur, *cap. bene, el primero, §. porro, de electione, cap. si quis fidem, de sponsalibus, argumento textus in l. res iudicata, ff. de regul. iuris*: ergo cum in specie nostri textus in separatione illa non sit provocatum, neque quoad vinculum, postea potuit de causa illa iterum audiri. Sed responderetur facile ex eo, quod quando sententia in causa matrimoniali prolata est, etiamsi ab ea non sit appellatum, nullum ius facit, neque ex ea oritur, nec pro veritate habetur, quo minus, ea comperta; iterum de causa tractari possint: nam etsi regulariter contra præsumptionem iuris, & de iure, probatio non admittatur: tamen admittitur in causis, in quibus vertitur animæ periculum; merito, quamvis in aliis causis, publicatis attestacionibus super eisdem articulis, testes non admittantur propter subornationis periculum; ut supra diximus in *cap. cum venisset 25. de testibus*: tamen in causis matrimonialibus propter rationem supra traditam admittuntur, *dist. cap. series, cap. fraternitatis, de testibus*. Neque obstabit si dixeris, periculum hoc subornationis melius, & fortius vertere in matrimoniali causa, cum plerumque nuptiæ propter divitias, nobilitatem, vel pulchritudinem appetantur. Quia respondetur, quod etsi periculum extet, non tamen est tantum, quantum extat in prohibitione coniunctionis inter consanguineos; vel affines, quod incesti periculum maius, & certius est, quam subornationis.

Quinto obstabit dicere, quod tam à iure Civili,

quam à Canonico certum est & constitutum tempus, ut appellatio proponatur, quo termino transacto, sententia transit in rem iudicatam, *l. 1. §. biduum, ff. quando appellandum sit, l. eos, §. si autem, Cod. de appellationibus, cap. quoad consultationem, hoc titulo, cap. sapere, de appellationibus, Clementina, sicut, eodem titulo, quod fuit constitutum ne lites fierent immortales: sed hæc ratio æquè militat in causis matrimonialibus, sicut in aliis: ergo idem ius debet constitui; siquidem matrimonialis causa, quoad iuris ordinem, cum cæteris æqualis est, *cap. 1. ut lite non contestata*. Quod dubium ex eo dissolvitur; nam quamvis fateamur, tam in causis matrimonialibus, quam in aliis, transacto tempore appellationis sententiam transire in rem iudicatam, tamen dicendum est, ad id tantum transire, ut possit statim exequi; neque per appellationem rescindi; sed non aded transit in rem iudicatam, ut non possit per viam querelæ postea, reperta veritate, retractari, cum fieri possit, ut sententia transeat in rem iudicatam, & ut postea retractari possit, *l. 1. & per totum, tit. C. si adversus rem iudicatam, Covarruuias in 4. 2. part. cap. 8. §. fin.**

Neque obstabit dicere, in matrimoniali causa, sicuti in aliis, iuris ordinem servari debere: Quia regula illa, & textus in *dist. cap. 1. ut lite non contestata*, locum habebit, ut supra diximus, quando agitur de crimine adulterij, quoad tori separationem: secus verò de separatione vinculi: quia tunc matrimonialis causa privilegiata est, iuxta textum in *dist. cap. 1. cap. quoniam frequenter, §. porro, ut lite non contestata*: ac idem cum in specie nostri textus, non agatur de adulterij delicto, sed de vinculo matrimonij, mirum non est, quod ordo iuris non servetur.

Sexto obstabit, nam valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, *cap. inter corporalia, de translatione Episcopi, dist. cap. quoniam, §. porro, vers. Si vero, ut lite non contestata*: sed sententia in matrimonio spirituali, hoc est, in electionis causa, transit in rem iudicatam, si ab ea intra decem dies non fuerit appellatum, iuxta textum in *cap. cum dilectus 32. in fine, de electione*: ergo similiter in carnali transire debet. Verum in hoc dubio, ommissa Abbatis sententia in *presenti, man. 5.* quam refert Covarruuias *ubi supra, d. §. 14. num. 14.* verissime dicendum est, multum referre, an agatur de illa sententia respectu illius, qui condemnatus est; an verò respectu alterius, in cuius favorem fuit prolata, adversus quem ius commune, & utilitas ordinarij iuris resistit: nam in primò casu, si is, qui condemnatus est, non provocaverit, sententia illa quoad se transit in rem iudicatam, ita ut postea errore comperto, non possit de ea agere, cum tunc sit vitium ab eo remissibile; in secundo verò casu respectu illius, in cuius favorem fuit lata, non transit in rem iudicatam, cum sit vitium per partes irremissibile, siquidem beneficium Ecclesiasticum peccato interveniente retinet, hoc est, absque institutione canonica, cum ipsius Iudicis ordinarij ius non possit remitti, argument. textus in *cap. possessor, de regul. iuris, libr. 6. cap. 1. de eo qui mittitur in possessionem, eodem libro.*

Septimo obstabit textus in *cap. cum super, de concess. prabende*, vbi constat, quod allegans propriam turpitudinem, & contra proprium factum veniens, non debet audiri, *cap. inter dilectos, de donationibus*, sed in presenti vir, qui matrimonium contraxit, agit contra eius separationem, ut indicant verba nostri textus, ibi: *Virisque studio, &c.* Ergo ex post facto, tanquam contra proprium factum veniens audiri non debebat. Sed dicendum est, quod regula supra adducta restringi debet, quoties agitur de vitando ipsius animæ periculo; notat Glossa in *presenti*, Felinus *num. 1. Panormit. num. 6.*

Octavo adversus ea, quæ communiter in presenti notant omnes: videlicet sententiam in causa matrimoniali contra veritatem prolatam, aded veritate re-

perta retractari posse, quod etiam si post sententiam secundum matrimonium ab utroque, vel altero coniuge contractum proponatur, nullius momenti sit, iuxta textum in cap. consanguinei 11. hoc tit. cap. 1. Glossa, verba, retractare, in cap. laudabilem, in fine, de frigidis, & maleficiatis: obstat textus in cap. sicut 9. de testibus, versic. super quo, iuncto versic. sequenti: ex quo constat, quod si ad secunda vota vir, & vxor, aut alter eorum transmigraverit, testes tantum puniendos esse, cum ob illorum testimonium divorij sententia prolata esset, & matrimonium solutum. Augetur difficultas ex versicul. Si vero, dum idem textus asserit, quod si res integra est, & secundum matrimonium non fuerit contractum, diligenter sunt testes inquirendi, & sententia retractari debet: ex quibus constat, sententiam in primo membro non retractari. In cuius textus difficultate, omiſſa Glossa interpretatione ibidem, asserentis, supplendum esse verbum, maxime; verissime est dicendum, quod idem in primo illius textus membro sententia non retractatur; quia legitime non constabat de veritate: nam licet testes asseruissent, se corruptos falsum testimonium perhibuisse, tamen illis, ut textus asserit, non creditur: nam licet per alios, qui corruptioni praesentes fuerunt, eadem corruptio probetur, adhuc tamen veritas contra sententiam non probatur, id est, consanguinitatem non subesse, cum recte fieri possit, ut corrupti testes veritatem dixerint, cap. licet, versic. Item de probationibus, notat Barbosa in collectionis ad textum in dict. cap. consanguinei 11. hoc titulo.

- 13 Nondum solutioni obstat textus in cap. ult. 33. quest. 1. ubi hi, qui per impotentiam separati sunt, si postea cum alio nuptias contraxerint, ac potentes facti fuerint, non separantur à secundo coniugio, ex cuius decisione aperte constat de veritate, ob quam sententia contra primum matrimonium fuit prolata, & nihilominus prima sententia firma manet. Sed respondetur facile, quod idem ibi non retractatur: quia textus ille specialiter debet intelligi de impedimento maleficij, quod cum sua natura probetur perpetuum, & sit impedimentum respectu vnus tantum, non verò quoad omnes, & sic impedito facultas contrahendi cum alia concedatur, mirum non est, quod licet in secundo matrimonio potens appareat, non ex eo dicatur constare de veritate contra primam sententiam, cum possit esse impedimentum quoad primum matrimonium, non verò quoad secundum; quæ ratio cessat in frigidis, siquidem quoad omnes frigidus, & impotens dicitur; iuxta textum in cap. 1. cap. laudabilem, cum aliis, de frigidis, & maleficiatis, notat D. Thomas ad 3. part. quest. 58. artic. 2. & in 4. distinctione 34. ubi Sotus, quest. 1. artic. 3. Augustinus Barbosa in collectionis ad textum in dict. cap. consanguinei 11. hoc titulo, num. 5. Reliqua quæ ad hunc textum spectant, petenda sunt ex his quæ supra retulimus in cap. cum venisset 25. de testibus, & in cap. cum dilectus 9. de fide instrumentorum, & quæ refert Barbosa ubi supra, dict. cap. 11. num. fin.

Ad text. in cap. Cum super 17. cap.
Quamvis 25. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest.
- 2 Iniquum est quemquam alieno facto onerari, quando est, quod ei imputari possit.
- 3 In vna eademque causa Tertia appellatio non admittitur.
- 4 Vt appellatio admittatur prius de iustificatione eius constare debet.
- 5 Interpretatur textus noster, in versiculo. Nec circa.

- 6 Qui in sententia gravatus non est, appellare non potest.
- 7 Si lis cum debitore super pignori proprietate fuerit disceptata, sententia contra debitorem lata ipsi nocet creditori.
- 8 Interpretatur textus in l. si superatus 3. ff. de pignoribus, l. Preses 6. eodem.
- 9 Qui patitur litigare, cum prohibere, & contradicere possit, sententia inter alios lata ei præiudicat.
- 10 Interpretatur textus in cap. ad petitionem 21. de accusationibus.
- 11 Interpretatur textus in cap. cum olim, de causa possessionis, & proprietatis.
- 12 Sententia contra institutum lata nocet substituto.
- 13 Expenditur text. in l. cum mater 28. ff. de inoffic. testam.
- 14 Condicio libertatis data si seruus decem dederit, adimpletur, si se verit ei qui quocumque modo hereditatis dominium adquisierit.
Explicatur text. in l. statuliberi, §. Quintus Mutius, ff. de statuliberis.
- 15 Sententia aduersus cohæredem lata, non nocet cohæredi, nisi de libertate seruo per fideicommissum relicta agatur.
Explicatur text. in l. iudicata 29. ff. de exceptione rei iudicatae, cum l. à sententia 5. ff. de appellat. l. quidam 12. de evictionibus.
- 16 Expenditur text. in l. is qui fundum 31. ff. de usufruct. legato.
- 17 Illustratur text. in l. posthumus, §. si quis 21. ff. de inoffic. testam.
- 18 Interpretatur text. in l. si à te 9. §. ult. ff. de exceptione rei iudicatae.
- 19 Discutitur text. in l. Papinianus, §. ult. digestis, de inoffic. testam. cum leg. 1. digestis, de re iudic.
- 20 Expenditur textus in l. ingenium, digestis, de statu homin. cum l. 1. digestis, si libertus ingen. esse dicat.
- 21 Sententia in populari actione lata inter alios, aliis non nocet, & prodest: ita ut si seruus fuerit absolutus ab ea, alter eum non poterit iterum accusare, cum omnibus sententia illa nocet.
- 22 Illustratur textus in l. 1. §. ultimo, l. 2. ff. de agnoscendis, & alienis liberis, l. 2. §. sed si agat, ff. de iudiciis, l. si rem aliquam 31. §. si duo, ff. de donation. l. si duo 34. ff. de receptis arb. l. si superatus 13. ff. de pignoribus, cap. inter dilectos, versicul. Secundo per instrumentum, de fide instrumentorum, l. fideiussor, §. 1. digestis, de fideiussoribus, cum leg. Gaius Scius, digestis, de eodem.

C O N C L U S I O.

Res inter alios iudicata, aliis non nocet, nec prodest. Comprobat textus in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, cap. veniens, de transactionibus, cap. veniens, el segundo, cap. constitutus, de testibus, cap. 2. de exceptionibus, cap. super eo, de officio delegati, cap. cum olim, penultimo, de causa possessionis, & proprietatis, l. à sententia, l. ab excoctore, §. alio, ff. de appellationibus, l. de vno quoque, l. saepe 63. ff. hoc tit. l. is qui fundum, ff. de usufructu legato, l. seruus plurimum, §. 1. ff. de legatis 1. l. Modestinus, cum aliis, ff. de exceptionibus, l. quia, l. nam & postea, in fine, ff. de iurcirando, l. 1. 2. & 3. Cod. res inter alios, ff. de regul. iuris, l. 1. 2. 3. & 4. Cod. quibus res iudicata non nocet, l. 1. & 2. Cod. si vnus ex pluribus appellauerit, l. 2. Cod. de exceptionibus, l. 2. Cod. de fide instrumentorum, l. Claudius, ff. qui potiores in pignore, l. optimam, Cod. de transactionibus, l. circa, Cod. de locato, l. 4. & 7. tit. 23. part. 3. l. 19. tit. 22. eiusdem Partis: exornant Cardoso in praxi, verbo: Exceptio, num. 21. & verbo: Res, num. 25. & verbo: Sententia, num. 63. Tiraquellus de retractu, cap. 1.

Res inter alios acta, in principio, Duarenus ad titulum de re iudicata, in dict. l. *sape*, relection. 43. & ad titulum, Cod. si in communis, eademque causa in integrum restitutio postuletur: Menoch. de arbitrariis casu 111. & consil. 18. num. 28. & de Reventia, remed. 3. num. 571. Malcadas de probationibus, conclus. 394. num. 29. & consil. 1243. & 1267. num. 1. Stephanus Gratianus disceptat. Forensium, tom. 4. cap. 736. num. 5. Duarenus ad titulum de appellacionibus, cap. 3. in fine, Covarruias in practico, cap. 13. num. 4. & cap. 14. & 15. per totum, Cuiac. lib. 2. observation. cap. 7. & lib. 12. cap. 26. Antonius Faber in Rationali ad textum in l. nam postquam 9. l. quia 10. leg. de patroni, l. in duobus 28. cum suis, §. ff. de iureiurando, Donel. in dict. l. *sape* 63. digestis, hoc titulo, & lib. 27. commentariorum, cap. 1. & lib. 5. cap. 21. Ouald. eundem lib. 11. cap. 13. litera A.

Ratio est, quia naturalis æquitas suadet, iniquum esse quenquam factio alieno onerari, quando nihil est, quod ei imputari possit, cur ita actum, & iudicatum sit, siquidem res quæ culpa caret in damnum vocari non convenit, cap. 1. de constitutionibus, ac idem regulare est, ut unusquisque ad eum actum vocetur, ex quo præiudicium aliquid oriri possit, aliàs sibi non præiudicat: nam si sententia inter alios lata aliis obstaret, censerentur condemnati inauditi, contra regulam textus in cap. 1. de causa possessionis, & proprietatis, l. de uno quoque, ff. hoc titulo, l. nam ita Divus, ff. de adoptionibus, cap. cum ex literis, de in integrum restitutione, Clement. pastoralis, hoc titulo, §. fin. Institut. de pena remercè litigantium; merito etsi idem corpus petatur, tamen si diversum est iudicium, & inter diversas personas disceptatur, id facit ut alia res, & alia quæstio intelligatur; ut sic tanquam inter alios acta, aliis non noceat, dict. l. cum quaritur, ff. de exceptione rei indicata, Donel. in dict. l. *sape*, ff. hoc tit. Duarenus ibidem, §. cur autem.

Primo adversus textum nostrum in versicul. *Diversa sententia*, qui denotat, diversas ab Episcopo Auriensi prolatas fuisse sententias, & plures ac diversas appellaciones interpositas fuisse: Obstat illud iuris principium, quo docemur, quod in vna, eademque causa, tertia appellatio non admittitur, Clementina 1. hoc titulo, l. 1. & per totum tit. Cod. ne liceat in vna eademque causa tertio provocare, cap. sua, de appellacionibus: ac per consequens malè in præsentis Ovetensis Episcopus, qui se opposuit, ad appellacionis remedium admittitur. Sed huic obiectioni respondetur, quod iura in argumento adducta procedunt respectu ipsius condemnati; non tamen alterius Tertij, qui non fuit condemnatus; neque ultimæ cognitionis tertix instantiæ consensius fieri potuit; præcipuè, quia in specie nostri textus non fuerunt tres sententiæ conformes, ut in iuribus in argumento adductis; siquidem ab ultima sententia Episcopus Ovetensis, qui se opposuit non tantum provocavit, verum etiam Monasterium, cum quo principaliter iudicium fuerat disceptatum; quod utique ex iuribus supra adductis non permitteretur, si tres essent contra Monasterium conformiter prolatae sententiæ. Neque contrarium demonstrant verba nostri textus, ibi: *Si diversa sententia*, &c. quia satis est, quod in duabus sententiis nodus ille loquendi verificatur, siquidem pluralis loquutio duorum numero contenta est, l. ubi numerus, ff. de testibus, cap. pluralis, de regulis iuris, libro 6. Covarruias in practico, cap. 15. num. 8.

Secundò contra nostrum textum in vers. *Si consistit*, ex quo probatur, quod ut appellatio admittatur, prius debet constare de eius iustificatione: videlicet an iusta subsit causa: Obstat dicere, quod cum à definitiva sententia appellatur, necesse non est ut appellacionis causa exprimat, sed simpliciter appellare sufficit, iuxta textum in cap. ut debitus honor, de appellacionibus, ubi latius agemus. Cui difficultati dicendum est, quod quamvis regulariter expressio causæ in appellacione non desideretur; tamen cum Tertius, qui

se opposuit, à sententia contra alium lata provocat, eius appellatio admitti non debet, nisi prius consistat quod iusta subsit causa, iuxta textum in leg. a sententia, ff. de appellacionibus; siquidem appellatio in executione propter doli præsumptionem regulariter non admittitur, notat Abbas in præsentis, num. 5. & 7. Buttrius, & Felinus num. 10. Covarruias dict. cap. 15. num. 1.

Tertio obstat dicere, quod textus noster sibi contrarium statuisse videtur, siquidem in versic. *Nec circa*; Innocentius asserit, executionem esse suspendendam, ne præiudicium Episcopo absenti fiat: at verò in versic. *Absque Ovetensis Ecclesia præiudicio*, Affirmat executionem non esse suspendendam, cum ex ea nullum præiudicium Monasterio proveniat. Sed huic perplexitati facile satisfieri poterit, si singula verba singulis adaptemus; nam versiculus, *Nec circa*, intelligi debet respectu possessionis: at verò versiculus, *Absque Ovetensis Ecclesia*, adaptatur quoad proprietatem; notat Glos. in præsentis, verbo, non noceat, Abb. num. 15. & 17. Buttrius num. 12.

Neque obstat, si dixeris, quod si hoc verum esset, sequeretur quod sententia inter alios lata, præiudicaret in causa possessionis, quod admitti non potest, siquidem in amissione possessionis, etiam maximum extat præiudicium, iuxta textum in §. commodum, Institut. de Interdictis, cap. dilecto, in fine, de præiudicis: Quia responderetur, verissimum esse, nostri textus regulam etiam in causis possessorii locum habere. Neque contrarium probat textus in dict. cap. cum super: quia si Episcopus Ovetensis in possessione esset, eam non amitteret propter illius sententiæ executionem; notat Abbas in præsentis, num. 17.

Quartò adversus textum nostrum in versic. *Mandamus* quatenus si consistit, &c. Ex quo constat, quod non solum victus, sed & Tertius qui se opponit, appellare poterit, obstat textus in cap. omnis oppressus, cum aliis, 2. quest. 6. l. 1. in principio, ff. de appellacionibus, ubi constat, quod is, qui in sententia oppressus, & gravatus non est, appellare non potest. Cui dubio dicendum est, quod idem in præsentis Ovetensis Episcopi Tertij oppositoris appellatio admittitur: quia sua plurimum interest illius sententiæ executionem impedire, siquidem si in favorem Episcopi Auriensis exqueretur, magna iniuria, & plurimum gravamen Episcopo Ovetensi irrogaretur; ac idem etiam si cum Tertio non sit iudicium disceptatum: tamen cum sua interfit, & sententia ipsi præiudicet, appellare potuit; iuxta textum in cap. veniens, et 2. de testibus, l. *sape*, ff. hoc titulo, Covarruias in practico, cap. 13. num. 4. & in cap. 15. Abbas in præsentis, numero quinto, Buttrius num. 11.

Quintò obstat textus in l. *sape* 63. vers. *Veluti*, ff. de re iudicata; ubi si lis cum debitore super pignoris proprietate fuerit disceptata, sententia contra debitorem lata nocet ipsi creditori. In cuius textus difficultate verissimè est dicendum, exemplum in dict. vers. proponi non debere in debitore, sed in creditore, ut in Pandectis Florentinis legitur, & tenet Donel. ibidem, ac idem legendum est, *veluti si creditor*; non verò, *si debitor*: quasi sensus sit, quod si creditor patitur litem cum debitore super proprietate pignoris tractari, tunc sententia contra debitorem lata nocet ipsi creditori. Ratio est, nam tunc scientibus, & permittentibus, sententia inter alios lata nocet, quoties de ea re actio, vel defensio eis prius competeret, & alios agere patiantur; & cum actio, & defensio pignoris prius competat creditori, qui debitore excluso poterat litem in se suscipere, cap. quamvis, penult. hoc titulo, iuxta de causa si creditor debitorem agere patitur super proprietate pignoris, aut maritus socerum, vel uxorem, de proprietate rei in dotem datæ, sibi imputet ex eo, quod agere passus est. Rationem assignat Marcianus in d. l. *sape*: quia ex eo solum, quod quis patitur litigare, quem prohibere potuit, sententia contra alium prolata,

prolata, sibi præiudicat, cum dolo præsumatur tacuisse; at verò si prohibere non potuit, non præiudicat: veluti coheredibus: & ita exempla illius textus ad concordiam reduci debent; notat Covarr. *ubi supra*, cap. 13. num. 7. *vers. ceterum*: comprobatur etiam de iure Regio in l. 4. *vers. pero si el dador*, l. 19 & 20. *titul. 2. part. 3.* & de interpretatione ad textum in l. *lex veltigali*, *vers. item ff. de pignoriis*, videndus est Cuiac. lib. 24. *observat. cap. 36.*

8 Sexto solutioni obstabit textus in l. *si superatus* 3. ff. de pignoriis, l. *Præses*, Cod. eodem; in quibus iuribus cavetur; sententiam super pignore contra debitorem latam, non nocere creditori. Sed pro illorum iurium conciliatione verissime est dicendum, multum referre, an actoris debitor fuerit condemnatus in iudicio vindicationis per sententiam simpliciter absolutoriam, absolvendo reum, contra quem egit; an verò fuerit condemnatus per sententiam declaratoriam, videlicet declarando dominium rei ei competere, adversus quem debitor egit: in primo casu, quando sententia tantum est absolutoria ex eo, quod debitor non plene probavit; tunc non nocet creditori, etiam scienti. Ratio est; quia negligentia debitoris ex eo, quod non plene probavit, non debet creditori præiudicare; & ita obtinet textus in *dist. leg. si superatus*, & *dist. leg. Præses*: In secundo verò casu, quando sententia non solum absolutoria, sed etiam declaratoria est dominij illius, contra quem debitor, egit tunc si causa, ex qua ille dominium probavit, antiquior sit pignoris obligatione, & ita declaratum in sententia extet; sententia illa creditori nocet, notat Glossa 1. & 2. in *dist. leg. si superatus*: Covarruias *ubi supra*, num. 7. *vers. scilicet*; Ex quibus, Antonius Faber in *Rationali ad textum in dist. leg. si superatus*, supra relata: Cuiacius lib. 20. *quæst. Pauli ibidem*.

9 Septimo adversus ea, quæ supra retulimus: videlicet, quod ex eo, quod quis patitur litigare, cum prohibere, & contradicere posuit, sententia inter alios lata sibi præiudicat; fortiter obstabit textus in *cap. super eo*, de officio, & potestate iudicis delegati, ubi dicitur, quod si causa commissa fuerit iudici delegato, ut inter duos cum clausula, *appellatione remota*, de iure, & quasi possessione præsentandi cognoscat; & de præsentationis iure, appellatione remota, cognoverit; etiam si Episcopus non contradixerit, cum tamen talis Episcopus contradicere posset, non ex eo quod non contradixerit sententia illa ei præiudicat, quin possit non obstante clausula illa, *appellatione remota*, supra relata, postea appellare. Augetur etiam difficultas ex eo, quod institutio facta à iudice delegato, sciente Episcopo, & non contradicente, valida est, argument. textus celebris in *cap. si servus* 54. *distinctione*, tenet Lambettinus de iure patronatus, 3. part. lib. 2. *quæstion. 2. artic. 2. num. 17.*

Sed his non obstantibus, verissime est dicendum, idem in *dist. cap. super eo*, etiam si Episcopus non reclamaverit, delegati sententia Episcopo non nocet: quia non tenetur ita in eis, qui scit, etiam si possit actum impedire, ad agentes accedere, & contradicere, ut actum impediat; cum contradictionem illam possit in tempus sibi vtilius, & opportunius, lege non refragante, disferre; seclusa omni fraude, quæ ex qualitate temporis, & personarum præsumi poterit, refert Decius in *cap. cum tamen*, de constitutionibus, numer. 21. ideoque cum Episcopus in *dist. cap. super eo*, nulla fraude usus fuerit, mirum non est, quod nullus eius consensu præsumi possit; notat Abbas, & Bellamera in *dist. cap. super eo*, num. 5. Neque quidquam obstat textus in *dist. cap. si servus*, 54. *distinctione*: nam eius decisio non recte adaptatur ad textum in *dist. cap. super eo*, siquidem in *dist. cap. si servus*, plura considerantur, ut ordinatio, sciente & non contradicente Episcopo, valeat, primum propter libertatis favorem, ut semel ordinatus liber remaneat, argument. textus in l. 1. Cod. de remissione pignoris, deinde favore Reli-

gionis, cuius causa tacens consentire videtur, iuxta textum in *Authentica, si servus*, Cod. de Episcopis, & Clericis, Covarr. in *præiudicis*, cap. 13. num. 5. *vers. Hinc verò conclusio*: Archidiaconus, & Præpositus in *dist. cap. si servus*, 54. *distinctione*.

Octavo obstat textus in *cap. ad positionem* 12. de acceptionibus, ubi sententia inter alios lata aliis nocet, siquidem sententia restitutionis Abbatis, propter iuris ordinem non servatum, præiudicat electo in eius locum. Sed respondetur facile *ibidem* sententiam nocere: quia ius illius, qui in Abbatem fuerat electus, pendebat à iure, vel non iure illius qui amotus fuerat, in cuius locum ipse fuerat electus, & tunc sententia nocet: quia non inter alios, sed inter eosdem videtur iudicium disceptatum: ita similiter est interpretandus textus in *cap. hoc quippe*, & ibi Glossa verbo, *his amotis*, 3. *quæst. 6. cap. tantis*, ubi Glossa fin. 81. *distinctione*, & in *cap. ordinatos*, 59. *distinctione*, *cap. capientes*, §. *ceterum*, ubi Glossa, verbo, *nullum*, de electione in 6.

Neque prædictis obstat textus in *cap. cum olim*, de causa possessionis, & proprietatis, ubi sententia lata iudicio possessorio contra electum, vel præsentatum, præiudicat electori, seu præsentanti, siquidem proprietatis iudicium Canonicis tantum reservatur. Quia verissime est dicendum, regulam nostri textus adaptari recte ad decisionem textus in *dist. cap. cum olim*, ut constat ex ultimis illius textus verbis: quod ad hoc verum est, ut sententia illa contra Archidiaconum lata, Canonicis, neque quoad possessionem, neque quoad proprietatem noceat, quominus, si velint, possint etiam de possessione litigare. Neque obstabit illa proprietatis reservatio: quia Pontifex idem solum proprietatis causam reservavit: quia prudenter credidit, Canonicos contra Episcopum super possessione illa non litigaturos, in qua propter Episcopi possessionem succubuerant; qui si ad institutum vincuntur, ab Episcopo etiam vincerentur; ob quam considerationem Pontifex solum Canonicis proprietatem reservavit, licet si voluerint, possint de possessione illa iterum agere: notat Covarruias in *præiudicis*, cap. 14. num. 1. & 2. Tiraquellus in *tractat. Res inter alios acta declaratione* 4. Malcandus de probationibus, *conclus. 1268. Abbas ibidem numero decimo*.

Non obstat textus in l. *ex contractu* 44. ff. de re iudicata, l. *si patroni* 55. §. *fin. ad Trebellianum*, ubi sententia contra institutum lata, nocet substituto. Pro quorum iurium vera interpretatione animadvertendum est, quod quoties causa agitur cum eo, ad quem negotium principaliter spectat, tunc sententia contra principalem lata nocet eis, ad quos minus principaliter, & secundariò negotium pertinet: nam cum his tractatur cum legitimo contradicere, sententia adversus eum lata, omnibus etiam ignorantibus nocet: quia præsumitur quod is, ad quem negotium principaliter spectat, recte illud defensurus est, quo supposito, facilius iam apparet interpretatio ad textum in l. *ex contractu*, & *dist. l. si patroni* 55. §. *fin.* nam cum principalis, & legitimus defensor sit institutus, ideo sententia adversus eum lata substituto nocet; notat Pinellus in l. 1. 3. part. num. 8. Cod. de bonis matern. Cuiac. lib. 3. *Pauli ad edictum in l. si unus*, §. *de pact.* & argument. textus in l. 1. §. *fin.* cum l. *sequenti*, ff. de liber. agnoscend. l. *ingenium*, ff. de stat. homin. l. *divo*, §. 1. ff. de liber. caus. Eodemque modo, si testamentum fuerit pronunciatum inofficiosum contra heredem, nocet legatariis, l. *Papinianus*, §. *si ex causa*, ff. de inoffic. testam. siquidem principalis persona hæres reputetur, ut cum eo agi debeat: notat Covarruias in *præiudicis*, cap. 13. num. 5.

Neque prædictis obstat textus in l. *servus plurimum*, §. 1. ff. de legatis 1. l. *qui repudiat*, §. *fin.* ff. de inoffic. testamento, l. *si super*, §. *fin.* ff. de appellationibus, in quibus iuribus sententia contra heredem lata non nocet legatariis: nam ideo illis non nocet, quominus possent

possent non obstante exceptione rei iudicatæ contra victorem agere, & legata petere: quia fuit lata contra hæredem propter eius contumaciam, vel collusionem, cuius culpa legatariis non nocet: secus verò esse dicendum, si in alia culpa hæres fuisset; veluti quia non provocavit: nam tunc legatariis sententia illa nocet, si intra legitimum tempus non appellaverint, iuxta textum in *l. si per lusorio, l. absentia*, cum aliis, de appellacionibus, notat Covarruvias ubi supra, capite quinto, num. 9.

Neque prædictis obstat textus in *l. cum mater 28. ff. de inofficioso testamento*, ubi legata debentur, et si per querelam testamentum sit ruptum: quia idè debentur, quòd filius à matre præteritus erat ex eo, quòd mater existimabat filium antea decessisse; & idèd filio duobus modis succurritur, vel ex matris voluntate; quia aliàs si scivisset viuum extitisse, non præterisset; vel per remedium inofficiosi; & primo casu legata debentur, & ita obtinet textus in *dict. l. cum mater*; non ve d in secundo, vt in *dict. §. fin.* notat Cuiacius *lib. 1. o. observation. cap. 22.* Pacius *centuria 3. quest. 55.* & de interpretatione ad textum in *l. Titia 13. ff. de inofficioso testamento*, videndus est Duarenus in *commentar. ad eundem titulum*, cap. 14. Antonius Faber in *Rationali ad eundem textum*.

Decimò obstat textus in *l. statuliberis, §. Quintus Murius, ff. de statuliberis*, ubi si servo libertas sub conditione sit relicta, si decem dederit, & primo obtinuerit hæres scriptus, & servus ei decem solverit, etiam si hæres postea à filio de inofficioso fuerit condemnatus, legatum valet, & sententia non nocet libertati. Cui difficultati est dicendum, idèd ibi non nocere: quia lege duodecim Tabularum cautum est, conditionem illam quoad statum libertatis adimpleri posse, in quacunque persona, quæ quoquo modo dominium adquisierit, *l. si statulibera, §. Statuliber, ff. de statuliberis*: nam sicuti in emptore conditio illa adimpleri potest, sic & in persona victoris, vel alterius, qui dominium in servo quocunque modo fuerit adeptus; & sic sive apud scriptum ante victoriam, sive apud legitimum hæredem post victoriam, legati conditio adimpleri potest; notat Glossa magna in *dict. §. Quintus Murius*, Cuiacius *lib. 2. observat. cap. 7.*

Vndecimò obstat textus in *l. iudicata 19 ff. de exceptione rei iudicata*; ubi si duo cohæredes possideant servum, & servus contra vnum ex cohæredibus agat, allerens libertatem sibi per fideicommissum fuisse relictam, & cohæredem eum iudex condemnet, libertas efficitur, & alteri cohæredi sententia nocet. Sed dicendum est, quod et si stricto iuris rigore sententia cohæredi non nocet cohæredi, tamen favore libertatis, quia servitus est individua, sententia illa alteri cohæredi nocet. Neque obstat textus in *l. à sententia 5. ff. de appellacionibus*, ubi etiam si causa non sit libertatis, si cohæres sit condemnatus, alter cohæres tutus non remanet, cum ei sit necesse à sententia illa appellacionem interponere; Nam responderetur facilè ex eo, quòd quamvis ex regula nostri textus, cohæres ille absque appellacione esset tutus, tamen cum propter connexitatem aliquod præiudicium ei generari videatur, cum sententia illa adversus cohæredem lata secum trahat aliquam præsumptionem contra alterum cohæredem, cum tunc alter cohæres faciliùs condemnari possit, meritò propter illud præiudicium ei appellare permittitur; notat Duarenus in *dict. l. sepè 87. hoc titulo, prælectione 41.* Neque obstat textus in *l. quidam 12. ff. de evictionibus*, ubi venditio facta ab vno hærede, re evicta, venditio illa nocet cohæredi, vt de evictione teneatur. Ratio est; quia hæres, qui vendidit, precium ex re vendita ei solum tradidit cæteris cohæredibus, ac idèd nihil mirum, quod omnibus nocet.

Duodecimò obstat textus in *l. is qui fundum 31. ff. de usufructu legato*, ubi si maritus, qui fundum communem habebat, & eius usufructum vxori legavit, si decesserit, & inter socium, ac mariti hæredem, iudicium

communi dividendo sit interpositum, ita vt intra eos fundus sit divisus, sententia illa contra mariti hæredem prolata non nocet, quominus non partis, sed totius fundi fructus vxori debeantur. In cuius textus difficultate dicendum est, quod idèd integri fructus debentur & sententia contra hæredem mariti lata non nocet vxori legatarie, quia vxor legatum à morte testatoris adquisivit, etiam si rei alienæ esset, cum sciens maritus vxori ita legasset; ac idèd cum vxor iam ius in re haberet, & legatum ei deberetur, nihil mirum, quod sententia illa sibi non nocet; notat Cuiacius in *commentariis ad eundem textum*.

Decimotertio obstat textus in *l. posthumus 6. si quis primo, ff. de inofficioso testamento*, ubi si quis de inofficioso egerit, et si ei querela non competeret, ac adversus hæredem scriptum obtinuerit, sententia illa, et si adversus hæredem prolata, ei noceat, tamen aliis non litigantibus prodest, hoc est, ab intestato successuris. In cuius textus difficultate, ommissa Duareni emendatione ad titulum de inofficioso testamento, cap. 13. verissimè est dicendum quod idèd ibi sententia adversus hæredem scriptum lata, prodest cæteris hæredibus ab intestato venientibus, primò quia testamentum est individuum: tum etiam, quia actum est super statu, & conditione testatoris, hoc est, an furiosus esset, nec nè, & præcipue, quia cum legitimo contradicatore fuit iudicium disceptatum, hoc est, cum hærede scripto qui solus in causa illa legitimus litigator erat, cum ad se pertinere hæreditatem semel aditam defendere, *l. Papinianus 8. §. si conditioni, & §. si ex causa, ff. de inofficioso testamento*, notat Antonius Faber in *Rationali ad eundem textum*: & de interpretatione ad textum in *l. filio 16. l. si non moris 25. §. ultim. ff. eodem*, videndus est Duarenus in *commentariis ad eundem titulum*, cap. 13. & 14. & quando vnus rei stipulatio, acceptilatio, vel factum aliis noceat, vel prodest: videndus est textus in *l. rem, §. si duo, ff. de novationibus*. Cui obstat *l. si vnus, ff. de partibus*. Et *l. 5. §. si maritus, ff. de donationibus inter, l. fin. ff. de duobus reis, l. mora, §. fin. ff. de usuris, leg. si duo 34. ff. de receptis arbitris*: Cui obstat *l. penult. ff. de duobus reis*.

Decimoquarto obstat textus in *l. si à te 9. §. ultimo, ff. de exceptione rei iudicata*, ubi exceptio rei iudicatæ, quæ venditori prodesse coepit, emptori continuatur, & in *leg. 7. §. 1. ff. de exceptionibus*, ubi eandem exceptionem etiam fideiussoribus competere non ambigitur; & tamen personæ illæ distinctæ sunt ab illis, inter quos res acta est. Quorum iurium difficultas ex eo diluitur, si animadvertamus, quod is qui in ius succedit alterius, eodem iure vti debet, . . . *qui in ius, ff. de regulis iuris*, & cum fideiussor conventus non sit pulsatus nomine proprio, sed debitoris; idèd non diversæ, sed vna eadèque persona censetur: & iuxta hanc doctrinam interpretandus est textus in *dict. l. 9. §. ultim. digestis, de exceptione rei iudicata*, notat Donel, *lib. 2. cap. 5.*

Decimoquinto obstat textus in *l. Papinianus, §. ultim. ff. de inofficioso testamento*, ubi si legitimus hæres inofficiosum testamentum dicat, & contra scriptum iudex pronunciat, hæres ille rei iudicatæ exceptione victus remanet, adèd vt nec legata, nec libertates debeantur. Cui decisioni obstat textus in *l. 1. ff. de exceptione rei iudicata*, ubi Vlpianus asserit adèd sententiam inter alios latam non valere, vt si ex testamento, ubi libertas legata est, agi possit, licet ruptum, vel irritum, vel iniustum dicatur testamentum, neque si superatus fuerit legatarius, præiudicium libertati sit. In qua iurium repugnantia verissimè dicendum est, idèd in *d. §. ult. libertates non debentur, nec alia legata*; quia actum fuit adversus hæredem institutum, & hæres ab intestato successurus egerit, qui legitimus actor est, vt de vniversali iure testamenti disputeret, idèdque inofficioso dicto testamento, cætera in eo relicta preceant cum hæres scriptus tanquam caput testamenti pereat, arg. text. in *§. ante heredis, Instit. de legatis*; ac idèd cætera membra, tanquam ex illo

capite pendentia perire naturalis ratio dicat : at verò textus in *d. l. 1. ff. de exceptione rei iudicata*, procehit non quando hæres ab intestato egit, sed legatarij ipsi de iure testamenti egerunt : ij enim non sunt legitimi contradictores, vt pote particulares successores, & idè sententia aduersus eos lata, libertati non nocet : notat Cuiac. Ant. Fab. Fulg. in *d. l. Papinianus, §. vltim ff. de inofficio testamento, Don. lib. 22. c. 5.*

10 Decimosextò obstat tex in *l. ingenuum, ff. de stat. homin.*, vbi Vlpian. asserit, quod si de ingenuitatis statu fuerit actum, & si pro ingenuitate fuerit pronunciatum, sententia illa omnibus nocet. Cui obstat textus in *l. 1. ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, vbi Consultus Marcellus asserit liberti patronum audiendum esse, & ei sententiam non nocere, ex qua libertus, alio contradicente, declaratus fuit ingenuus. Quæ iura, vt ad concordiam reducantur, adnotandum est, quod vt res iudicata noceat, necesse est, vt is qui in iudicio obrinuit, legitimus sit contradicitor, hoc est, in ingenuitate, vel libertate, vt sit verus dominus, vel patronus, cum ei res, de qua agitur, principaliter pertineat; notat Covarruias *lib. 1. variarum, cap. 3. versic. Erit: Donel. in leg. sapè, ff. hoc titulo*: quo supposito dicendum est, quod idè in *dist. leg. ingenuum*, sententia ingenuitatis omnibus nocet: quia textus ille procedit, quando cum legitimo contradicatore, hoc est, cum domino, vel patrono est litigatum: at verò textus in *dist. leg. 1. ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, idè sententia non nocet domino quominus aduersus libertum agere possit: quia libertus non cum patrono, sed cum alio, qui voluit intendere libertum illum, suum esse; & sic sententia illa, quæ pro ingenuitate fuit lata, non nocebit alteri, hoc est, vero domino, qui victus non fuit: cum jus quod habet contra libertum non dependeat à iure alterius victi, sed à se ipso: notat Covar. & Donel. *locis supra citatis*. Ita similiter est interpretandus textus in *l. patronum, ff. si libertus ingenuus esse dicatur, l. cum non iusto, ff. de collusione detegenda*: Covar. *dist. cap. 13. num. 5. vers. Primum enim*.

21 Decimosseptimò obstat textus in *leg. 3. §. si plures, ff. de liberis exhibendis*, vbi si quis populari actione egerit, & victus fuerit, tunc alius de ea re agens non auditur. Idem docet textus in *l. sicut, §. 1. ff. de accusationibus*. Sed huic dubio dicendum est, iura illa procedere in populari actione, & publica accusatione: in qua si reus fuerit absolutus, alter eum non poterit iterum accusare eum omnibus sententia illa noceat nam cum illa popularis actio iam sit ab altero in iudicium deducta, & nulla actio posteriori remaneat, idè postquam ab vno semel est intentata alter non auditur: cum actio popularis non sit constituta, vt singuli ex Civibus experiantur, sed vt semel quis de populo, *leg. 1. ff. de popularibus action.* vnde si vnus ex populo eam actionem intenderit, omninò extinguitur, *leg. 3. §. si plures, digestis, de liberis exhibendis*: notat Donell. & Covarruias *locis citatis*.

22 Decimosoctavò obstat textus in *l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de agnoscendis, & aliendis liberis*, vbi Vlpianus asserit, quod si maritus negaverit ex se suam vxorem prægnantem esse & noluerit custodes ad partum mittere, & si maritus non comparuerit, ac iudex pronunciet super partu ex marito vxorem gravidam esse, sententia illa fratribus, & consanguineis nocet, licet ipsi in iudicio non intervenerint. Sed huius dubij solutio pendet ex decidendi ratione supra adducta: videlicet, quod cum iudicium illud sit disceptatum inter legitimos contradictores, hoc est, inter filium in ventre inclusum, sive eius nomine matrem, & inter patrem, iusta de causa sententia illa præiudicat fratribus, & cognatis ipsius patris; notat Don. in *dist. leg. sapè, ff. hoc tit.* Pro interpretatione ad textum in *leg. 2. §. sed si agat, ff. de iudicij*, videndus est Ant. Fab. in *Rationali ad eundem text.* Et pro interpretatione ad textum in *l. si rem aliquam 31. §. si duo, ff. de donationibus, l. si duo 34. ff. de receptis arbitris*, videndus est idem Ant. Fab. *lib. 11. coniect. cap. 2.* Et pro *leg. si*

superatus 13. ff. de pignoribus, Idem in *Rationali ad eundem leg. & Cuiacius ibidem*, similiter est videndus textus in *cap. inter dilectos, versic. Secunda per instrumentum, de fide instrumentorum*, de quo nos ibi plura retulimus: videndus est etiam textus in *l. fideiusor, §. 1. ff. de pignoribus*: cui obstat textus in *l. Caius Seius, ff. eodem*, de quibus Antonius Faber in *Rationali in dictis iuribus*.

Ad text. in cap. Cum Bertoldus miles 18. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatus ad sententiam ex legitima causa Iudici ignota si non comparuit, tenet sententia eo absente lata: sed retractatur, probata legitima causa absentie: si vero id non probetur plenè, non antea retractatur, quam de ipsius iniquitate constiterit.
- 2 Absentia iusta nemini nocet. Restitutio appellationi equiparatur, vt ea pendente nihil innovetur.
- 3 Ius patronatus non ad pignoratitium creditorem transit, sed pænes verum dominum remanet, cum presumatur debitor illud sibi reservare velle: licet factus observetur in venditione rei, vel villa constitutione.
- 4 Ius patronatus transit cum universitate bonorum. Expenditur textus in cap. filijs, vel nepotibus, 16. quæst. 7.
- 5 Ius patronatus libertorum non transit cum universitate bonorum, sed iure sanguinis debetur.
- 6 Expenditur text. in l. cum patronus 22. §. 1. ff. de operis libertor.
- 7 Interpretatur text. in l. plures 47. §. vlt. ff. de bonis libert.
- 8 Expenditur text. in l. quia perinde 42. §. restituta, ff. ad S. C. Trebel.
- 9 Interpretatur text. in l. vel quia 6. ff. de religiosis, & sumpt. fun.
- 10 Discutitur textus in l. cum sine, digestis, de Carbon. edict.
- 11 Exponitur textus in capite primo, de Capitaneo, qui Curiam vendidit in vsibus feudorum, libro secundo.
- 12 Institutio beneficiorum non ad Archidiaconum, sed ad solum Episcopum spectat. Interpretatur text. in cap. cum Bertholdus, de re iudicata, versic. Didacum Clericum.
- 13 Expenditur text. in capit. vt nostrum 9. de offic. Archid.
- 14 Exponitur text. in cap. super eo 15. de offic. & potest. iudic. deleg.
- 15 Archidiacono ius eligendi, nec consuetudine adquiri potest. Interpretatur textus in cap. cum venissent 6. de institutionibus. Consuetudine iurisdictionis adquiri potest. Intellige vt ibi.
- 16 Illustratur text. in cap. licet Episcopus, de præbendis, lib. 6.
- 17 Presentatus à vero patrono potest agere contra presentatum à creditore, etiam si à creditore presentatus, si primò ab Episcopo admissus. Intellige vt ibi. In iure nostro melior est conditio possidentis.
- 18 Interpretatur textus in cap. cum Bertholdus, de sent. & re iudic. versic. Postmodum autem idem Presbyter. Et an iusta absentia causa probari debeat, an sufficiat eam allegare, vt aduersus sententiam quis restitui possit remissivè discutitur, ibidem & n. 19.
- 19 Expenditur textus in capit. ex literis, de in integr. restitut.
- 20 Mora purgatio in iudicijs admittitur.

Sententia à Iudice semel prolata, retractari ab eodem Iudice potest, dummodo restitutio in integrum absentia causa prius sit postulata.

- 21 *Delegati à Principe tantum, possunt alius vires suas subdelegare; nec inferioribus id permittitur.*
Interpretatur textus in cap. cum Bertholdus, de sententia, & re iudic. versicul. Verum dicto Electo, & prefatis Abbatibus committentibus aliis vires suas, &c.
- 22 *Exponitur textus in leg. legatus, digestis, de offic. Proconsul.*
- 23 *Interpretatur text. in Novella 59. de exhibendis rei, §. ii. verò.*

CONCLUSIO.

SI citatus ad sententiam ex legitima causa Iudici igno-
 ra non comparuit; tamen sententia, eo absente lata: sed
 retractatur, probata legitima absentia causa: si vero id
 non plene probatur, non ante retractatur, quam de ipsius
 iniquitate constiterit. Quæ conclusio comprobatur ex
 textu in *cap. querelam, de procuratoribus, cap. suscita-
 ta, de in integrum restitutione, l. 1. & per totum tit. ff.
 ex quibus causis maiores, l. si finita, §. si forte ff. de dam-
 no infecto, l. quæstum 60. hoc tit. l. si Prator 75. §. fin.
 ff. de iudiciis, l. 1. & per totum tit. Cod. in integr. restitut.
 postulata, nequis novi fiat, l. si causa cognita, Cod. de
 transactionibus, l. decedente, ff. de auctoritate tutorum, l.
 Præses, ff. de minoribus, l. absentia 82. ff. de regul. iuris,
 Clem. pastoralis 2. §. denique, de iudiciis, cap. quia diver-
 sitatem 5. de concessione præbende, l. 1. ff. de perpetuis, &
 temporariis præscriptionibus, l. 12. tit. 13. part. 3. l. 1. 3. ti-
 tul. 27. part. 3. exornat Covar. in practiciis, cap. 25. num. 7.
 Idem in cap. 3. de testamentis, num. 6. Lancellotus de
 attentatis, 2. part. cap. 18. num. 15. Duarenus in dict. l.
 quæstum 60. ff. hoc tit. Surdus cons. 32. num. 4. & cons. 42.
 num. 23. & cons. 371. num. 97. Gutierrez in practiciis,
 lib. 3. quæst. 34. num. 21. pluresque refert Osuald. ad Do-
 nel. lib. 21. cap. 5. litera G. & D. Balboa in commentariis
 ad hunc textum.*

Ratio præcipue nostri textus partis ea est: videlicet
 ideo Pontificem in præfenti respondisse, Theobaldum
 ratione iustæ absentia restituendum esse adversus sen-
 tentiam contra se prolatam, quia iusta absentia nemi-
 ni nocet, l. quæstum 60. ff. hoc tit. nam sicut per appel-
 lationem executio sententia suspenditur, cap. 1. cum
 vulgatis, de appellationibus; sic similiter per restituti-
 onem petitam: iuxta textum in l. Præses 43. ff. de mino-
 ribus, & quemadmodum id, quod post appellationem
 est innovatum, attentati remedio revocatur; sic etiam
 pendente restitutione nil novari potest, quod iure at-
 tentati non sit revocandum; iuxta textum in cap. susci-
 tata, de in integrum restitutione: nam restitutio appel-
 lationis species dicitur, & appellationi æquiparatur,
 d. l. Præses, ff. de minoribus; ideoque cum restitutio effectum
 suspensivum, sicut appellatio habeat; nil mirum, quod
 in præfenti, restitutione pendente ob iustam absentia
 causam, sententia contra absentem prolata, restituti-
 onis, & attentatorum remedio rescindatur: omitto
 reliquas decidendi rationes, quoad cæteras nostri tex-
 tus partes, quia ex sequentibus solutionibus deduci
 poterunt.

Primo adversus nostrum textum in versic. *Afferens,*
 immo versic. *A vero patrono fuisse ad sæpe dictam Ec-
 clesiam præsentatum, &c.* In quo ultimo versic. conclu-
 dit Pontifex ius patronatus & præsentationem non ad
 pignoratitium creditorem transire, sed ad debitorem,
 vigore verum dominum, & patronum pertinere; ob-
 stabit textus in cap. ex literis 7. cap. cum seculum 13. de
 iure patronatus, cap. de iure 16. cap. præterea 26. eodem tit.
 l. quæstum 63. ff. de acquirendo rerum dominio, l. aqueductus
 47. l. dolia 76. ff. de contrahenda emptione: in quibus iuri-
 bus constat, ius patronatus in emptorem, vel villæ
 conductorem, cui annexum est, transire: Augetur diffi-
 cultas ex eo; nam creditor, cui res pignori data est, rem

ipsam possidet, l. si rem, §. proprie, l. si pignus, l. cum &
 sortis 35. ff. de pignorat. act. cum traditis à Doctore Va-
 lencia illustrium tractatum, tractat. 2. cap. 11. & is qui
 in possessione est, præsentare potest, iuxta textum in
 cap. consultationibus, de iure patronatus; sed in præsen-
 ti creditor pignus possidet, vt ex litera nostri textus
 in principio constat: ergo eius præsentatio præferri
 debet præsentationi veri domini; præcipue cum ius
 patronatus cum ipsa fundi vniuersitate in creditorem
 transiret, vt etiam constat ex textu nostro, versicul.
*Afferens, quod ius patronatus cum vniuersitate transis-
 set in eum.* Sed in hac difficultate, omnia interpretatio-
 ne, quam refert Beroius in dict. cap. ex literis, num. 35.
 Garcia de beneficiis 5. part. cap. 5. num. 10. & 11. D. Bal-
 boa in præfenti, num. 49. verissime dicendum arbitror,
 ius patronatus in creditorem non transferri, non pro-
 pter vltimam, vt perperam existimant ferè omnes; sed
 propter defectum voluntatis debitoris, cum in dubio
 verosimile sit velle illud excipere, & sibi præservare,
 l. obligatio 6. ff. de pignoribus, l. 1. Cod. qua res pigno-
 ri; cum etiam, quia pro pignoris traditione videtur
 dumtaxat debitor creditori tribuere ius percipiendi fru-
 ctus sua natura restituibiles; scilicet in pecunia con-
 sistentes: cum igitur huiusmodi præsentatio illius na-
 turæ non sit pæa de causa, & ex rationibus supra ad-
 ductis ad creditorem non spectat: Ex quo principio
 inferitur interpretatio ad nostrum textum, in versic. *Cum
 tamen, vbi in creditorem transfertur facultas perci-
 piendi decem solidos, qui domino patrono annuatim
 præstabantur: quia in his ratio superior deficit, cum
 in sortem computari, & restitui possint. Et similiter
 eruenda est ratio, & interpretatio ad textum in dicto
 cap. ex literis, dict. cap. cum seculum, cum similibus su-
 pra adductis: nam idem in emptorem, vel conductorem
 villæ, cui ius patronatus erat annexum transfertur, ni-
 si excipiat: quia in his contractibus ratio superior
 locum non habet; cum in dubio defectus voluntatis
 non detur: quinimò venditor inspecta mente contra-
 hentium, si aliud non exprimitur, vendere etiam in-
 telligitur omne ius, quod in villa habet; cuius ratione
 valor emptionis, seu locationis augetur, quemadmo-
 dum locator per locationem, censetur concedere om-
 nes fructus villæ, prout in vniuersitate ipsa continen-
 tur, in qua etiam ius patronatus transit: & iuxta hanc
 sententiam interpretandus est textus noster in versicul.
*Afferens, cum tunc nihil interit, an fructus eius na-
 turæ sint, quod imputationem, vel restitutionem pa-
 tiantur, vel non.**

Secundò adversus nostrum textum in versic. *Affe-
 rens, quod ius patronatus cum vniuersitate transisset, &c.*
 Ex quo, & ex iuribus supra adductis constat, ius pa-
 tronatus cum hæreditate, & vniuersali bonorum ven-
 ditione transire: obstat Concilium Toletanum 9. in
 cap. filiis, vel nepotibus, 16. quæst. 7. vbi conitatur ius pa-
 tronatus, non iure vniuersali, sed iure sanguinis filius,
 vel nepotibus competere. Sed huic dubio verissime est
 dicendum, ius patronatus simul cum vniuersitate ibi-
 dem transire, ex eo, quia hæredes instituti fuerant,
 quibus non tam propter consanguinitatem, quam pro-
 pter vniuersalem successionem competit: quæ interpre-
 tatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Ipsi tamen
 hæredibus, & notat Riccius in praxi aurea desig. 101. Dua-
 renus lib. 5. de sacris Ecclesie ministeriis, cap. 4. in fine.*
 Nec solutioni obstat textus in l. si filij 9. ff. de iure pa-
 tronatus, l. si operarum 29. ff. de operis libertorum, l. si
 patroni 55. ad Trebellianum; in quibus iuribus cavetur,
 ius patronatus non transire iure hæreditatio, sed iure
 sanguinis: Quia iura illa procedunt in iure patrona-
 tus libertorum: at verò textus noster in iure patro-
 natus Ecclesiastico, inter quæ plurima extat differe-
 tia: nam in iure patronatus libertorum, ex dictis iuri-
 bus succeditur iure sanguinis: at verò in Ecclesiastico
 iure hæreditatio, & tacite transit cum vniuersitate bo-
 norum. Ratio est, nam ius patronatus libertorum debe-
 tur ob beneficium manumissionis, ideoque quasi ab ipsa
 naturali

naturali ratione consanguineis debetur, notat Cuiac. ad titulum *Institut. de acquisitione per adrogationem*, & lib. 20. *quest. Papiniani, in dict. l. si patronus*, §. ff. ad *Trebellian.* Antonius Faber in *Iuris prudentia, tit. 5. de libertinis, princip. 2. illatione 12.*

6 Tertiò solutioni obstat textus in *l. cum patronus 27. §. 1. ff. de apertis libertorum*, vbi filio patroni opera libertorum non debentur, nisi patri hæres extiterit: ergo nulla inter Ecclesiasticum, & Civile ius patronatus differentia extat; siquidem in Iure patronatus libertorum, etiam vniversalis successio desideratur, vt filiis comperat. Sed prædicta difficultas ex eo diluitur, si dixeris, quod verba illius *textus*, ibi, *si patri hæres extiterint*, idem significant, ac si Consultus dixisset, si à patre exhæredati non fuerint, neque significant hæreditatis petitionem, ita vt si noluerint se immiscere hæreditati paternæ, amittant etiam ius patronatus libertorum, sed tum demum si exhæredati fuerint, iuxta textum in *l. si operarum 29 ff. eodem*, Cuiac lib. 17. *observat. cap. 14.* Duarenus lib. 2. *comment. cap. 18.* videndus est etiam Antonius Faber in *Iuris prudentia, dict. tit. 5. principio 4. illatione 14.* Neque obstat si testes, quod supposito, quod ius patronatus libertorum defertur iure sanguinis, tolli non possit per exhæredationem, cum filius exhæredatus, non amittat iura sanguinis, quæ à iure naturali proveniunt, §. *sed agnationis*, *Institut. de legitima agnatorum tutela*: Quia satisfit ex eo, quod quamvis filius exhæredatus iura sanguinis retineat, quæ iuris naturalis sunt; tamen si iuste exhæredatus est, removeretur etiam ab illa iuris patronatus successione, quod ius, vt successio, etiam patri reservatur, propter pietatem, & reverentiam parentibus naturaliter debitam, *l. 1. cum aliis ff. de obsequiis parentibus, & patronis*; ideòque si filius iuste exhæredatus fuerit, amittit ius patronatus, cum non sit ius sanguinis, sed ius concessum propter sanguinem, notat Ant. Fab. *vbi supra.*

7 Quartò obstat textus in *l. Paulus 47. §. ult. ff. de bonis libertorum*, vbi constat, quod si filius à patre milite silentio fuerit præteritus, quæ præteritio in milite vim exhæredationis habet, *l. si patronus 12. ff. eodem*, exhæredatio illa non nocet, quominus filius ad ius patronatus admittatur. Sed in hac iurium contrarietate, omissis pluribus interpretationibus, verissime dicendum est, Consultum Paulum in *dict. §. ultim.* loqui de exhæredatione bona mente facta, non notæ causa; vt colligitur in *principio illius textus*, ac idè non amitti ius patronatus; secus verò dicendum in *dict. l. si patronatus 12. de quibus & Pacius centuria 6. quest. 67.* videndi Cuiac. lib. 14. *observat. cap. 15. & lib. 11. quest. Pauli ibidem.*

8 Quintò prædictis obstat dicere, quod si esset verum, quod ius patronatus transferebat cum vniversitate bonorum, transferebat etiam in fideicommissarium, cum ipsa vniversali bonorum restitutione, iuxta textum in *l. si patroni, ff. ad Trebellianum*, Lambertinus *de iure patronatus, lib. 3. quest. 8. 1. part. artic. 2. num. 2.* Sed in hac vniversali bonorum restitutione non transit, *l. quia perinde 42. §. restituta, ff. ad Trebellianum*, ergo hucusque dicta sustineri nequeunt. Sed p̄o huius dubij resolutione adnotandum est, discrimen versari inter iura sepulchrorum, de quibus in *dict. §. restituta*, & ius patronatus Ecclesiasticum, de quibus noster est sermo: nam sepulchrorum iura minime transeunt in fideicommissarium, sed p̄enes hæredem scriptum remanent, *l. ius sepulchri 13. Cod. de religiosis, & sumptibus funerum*. Ratio est; quia is, cui hæreditas est restituta, non dicitur verus hæres, sed quodammodo, vt de fideicommissariis hæreditatibus. Nec solutioni obstat textus in *l. vel quod 6. ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, vbi Vlpianus demonstrat, sepulchrorum iura omnibus hæredibus etiam fideicommissariis competere: Quia sepulchrorum iura duplicia sunt; alia enim hæreditaria, alia familiaria sunt: hæreditaria, quæ sibi hæredibus, que suis paterfamil. construxit: familiaria, quæ quis sibi, familiæ que suæ ædificavit, *l. familiaria 5. & 6. ff. de*

religiosis, & sumptibus funerum, quæ iura partim ad invicem conveniunt, partim differunt; conveniunt in eo, quod tam hæreditaria, quam familiaria, ad omnes hæredes, extraneos & suos, pertinent; dum tamen vniversaliter scripti sint, *l. ius sepulchri 13. Cod. de religiosis, & sumptibus*; differunt tamen in eo, quod familiaria sepulchra, non solum ad vniversalem hæredem spectant, sed etiam ad omnes, qui de familia sunt, etiam si hæredes non fuerint, & in his loquitur textus in *dict. l. vel quod 6. ff. de religiosis, & sumptibus*; ideòque cum hæc omnia iura tam familiaria, quam hæreditaria transeant in quoscunque vniversales hæredes, consequens est dicere, etiam transire in vniversalem fideicommissarium hæredem. Neque contrarium docet textus in *dict. l. quia perinde, §. restituta. ff. ad Trebellianum*: quia Consultus ibi non negat, semel hæreditate restituta, iura sepulchrorum in fideicommissarium transire; sed asserit quod hæres gravatus de restituendo, etiam si hæreditatem restituat, adhuc sibi remanet ius patronatus; quod ius sepeliendi ad invicem communicatur inter hæredem, & fideicommissarium, cum is, qui semel est hæres, non desinat esse hæres; notat Osuald. ad Donel. lib. 7. *cap. 27. litera E.*

Sextò obstat textus in *l. cum sine, digesti, de Carboniano edicto*, versic. *Neque ad rem*, vbi constat, quod etiam si filius impubes sit missus in possessionem bonorum patris ex Carboniano edicto, in eum non transeunt iura sepulchrorum; & tamen constat successorem vniversalem appellari, *l. 1. eiusdem tituli*: Quia in difficultate dicendum arbitror, textum illum nihil superius resolutis obstare: nam Papinianus ibi non negat, impuberem missum in possessionem ex Carboniano edicto, ex illa vniversali successione ius sepulchrorum retinere; sed tantum asserit, quod si agatur de iure status ipsius, hoc est ex alia matre natum esse, tunc neque etiam competit Carbonianum edictum ad iura sepulchrorum, vel patronatus libertorum, cum Carboniani edictum solummodo ad bona paterna, non ad materna sit institutum; notat Cuiacius lib. 13. *quest. Papiniani, in dict. l. cum sine, ff. de Carboniano edicto.*

Septimò adversus nostrum textum in versic. *Asserens*, & id quod supra retulimus: videlicet, quod vendita villa tacite cum venditione ipsa ius patronatus transit, nisi contrarium exprimat; obstat textus in *cap. 1. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, in vrbibus feudorum, lib. 2.* vbi constat, quod si Curia sit vendita, cui annexum est feudi beneficium, beneficium illud non transit cum villa, neque censetur venditum, nisi de eo expresse in venditione mentio sit habita. In cuius textus difficultate, omissis pluribus interpretationibus traditis per Beronem in *dict. cap. ex literis, num. 63.* verissime est dicendum, quod idè ibi vendita Curia non censetur venditum beneficij feudum: quia feudum non est Curia accessorium, ac idè non sequitur Curiam, hoc est, villam; cum beneficium ipsum per se subsistat; secus dicendum erit in iure patronatus: nam vendita villa, cui annexum est, etiam censetur venditum ius patronatus, *dict. cap. ex literis*, cum supra traditis. Quæ interpretatio deducitur ex eodem *cap. 1. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidisse*: vbi notat Gloss. verbo, *non continebitur, in vrbibus feudorum*: Similiter etiam in *textu nostro, dict. vers. Asserens*, disputari potest questio illa, an in creditorem transeat iurisdicatio competens villæ in pignus acceptæ? de qua latè Molina lib. 4. *de primogeniis, cap. 5. num. 9.* Et questio illa, an ius præsentandi in maritum transeat, cui in dotem datum est Castrum, ius patronatus continens? de qua latè Abbas, & Imola in *cap. ultim. de concessione prebende, Barbof. in l. divorzio, §. si vir, versic. Contrarium, ff. soluto matrimonio.* Et questio illa, an bonis publicatis transeat in Fiscum ius patronatus? de qua, plura refert Lambertinus lib. 3. *de iure patronatus, quest. 8. artic. 8.* Sahagun in *cap. quanto 3. de iudiciis, d. num. 23. & sequentibus.*

Obiit aduersus nostrum textum in versic. *Didacum Clericum eiusdem loci Archidiacono ad supradictam Ecclesiam presentavit, &c.* Quae verba denotant, Clericum illum presentatum, ab Archidiacono fuisse institutum, obicit textus in *cap. cum satis*, cum aliis, de officio Archidiaconi, *cap. nullus omnino, 16. quaest. 7. cap. 3. de excessibus Prælatorum, cap. cum eis iniuncta, in fine, de hereticis*; in quibus iuribus constat, beneficiorum institutionem non ad Archidiaconum, sed ad Episcopum tantum pertinere. Sed dubium hoc dissolvitur ex eiusdem textus verbis, ibi: *De consensu Episcopi illum instituit, &c.* Ex quo constat, Archidiaconum non ex proprio, sed Episcopi nomine, & eius consensu institutionem illam fecisse: nam aliàs ex dictis iuribus, inutilis reputaretur; notat Baldus in *presenti, num. 5.* Butrius *num. 4.* Abbas *num. 7.* D. Balboa *num. 13.* Neque solutioni obstat textus in *cap. si in plebibus, 63. distinctione*, ubi constat, quod si in plebibus Archiepiscopus obierit, tunc Archidiaconus, quantocius poterit, Archiepiscopatum instituat, etiam sine Episcopi consensu: quia dicendum est, Archidiaconum ibi Archiepiscopatum non elegisse, neque instituisse, sed tantum inter cæteros de plebe interfuisse, ut sic eius præsentia seditiones, quæ in electione oriri solent, sedarentur: nam si diceremus, Archidiaconum ibi inter cæteros votum in electione habuisse; id tamen intelligi deberet, si prius Episcopi consensus intercessisset, notat Glossa ibi, verbo, *videlicet*, iuxta textum in *dicto cap. nullus, 16. quaest. 7.* Qua interpretatione retenta, reiciendam existimo, quam refert Rodericus de Acuña in *prima decreti parte, in dicto cap. si in plebibus.*

Neque prædictis obstat textus in *cap. ut nostrum 9. de officio Archidiaconi*, ubi constat, Archidiacono de iure communi ex propria officij ratione beneficiorum institutiones competere: Quia dicendum est, adhibendam esse distinctionem inter institutionem realem, quam corporalem possessionem appellant; & inter spirituales beneficij collationem: nam illa in factis, hæc tamen proprie in iure consistit, illa ad Archidiaconum spectat, & de ea loquitur textus in *dicto cap. ut nostrum 9.* siquidem post canonicam iuris institutionem, Archidiaconus intromittit provivum in corporalem beneficij possessionem, quæ interpretatio deducitur ex textu in *cap. ad hæc, versic. In quadam, cap. si nostrum, de officio Archidiaconi, cap. perlectis, §. Archidiaconus, cum aliis, 25. distinctione*, Abbas in *dicto cap. cum satis 4. de officio Archidiaconi, num. 2.* Anastasius Germonius *4. de officio Cardinalium, §. necnon, num. 6.*

Non obstat prædictis obstat textus in *cap. super eo 15. de officio, & potestate iudicis delegati*, ubi constat, quod si questio super iure presentandi fuerit orta, ac iudici delegato commissa, ut si constiterit ad Archidiaconum ius eligendi pertinere, tunc iudex absque Archidiaconi contentu non poterit eligere: ex cuius decisione constat, beneficiorum electiones ad Archidiaconum pertinere. In cuius textus difficultate, omiſſa communi interpretatione asserentium, Archidiaconum ibi ex consuetudine potuisse beneficia conferre: nam convincitur ex eo, quod neque per illam consuetudinem Archidiaconus potuit ius illud acquirere, iuxta textum in *cap. cum satis 4. de officio Archidiaconi, versic. Quoniam igitur*: merito verius dicendum esse existimo, diversam esse sententiam textus in *dicto cap. super eo*, quam communiter omnes ibi existimant: & nihil obstat: nam ibi duplex erat præiudicium, vnum videlicet Episcopi, alterum Archidiaconi, Episcopi verisabat circa institutionem spirituales, quæ soli sibi ex dictis iuribus reservata est, Archidiaconi verò, circa corporalis possessionis apprehensionem, quæ de causa Summus Pontifex affirmat, quod etiam si in rescripto inserta sit clausula, ut vacante Ecclesia de persona idonea à delegato ipso provideatur, & non solum canonica institutio, verum etiam corporalis missio sic inserta; tamen Pontificis intentio non est

Diocæsano Episcopo, & Archidiacono præiudicium in ferre, sed unicuique iura sua conservare: videlicet Episcopo tituli institutionem, Archidiacono corporalem possessionem, quæ absque eius consensu fieri non debet: quæ interpretatio deducitur ex verbis *Illius textus*: nam cum Pontifex de Episcopo loquitur, sic scribit, *vel Episcopus ad quem institutio pertinet*; & cum de Archidiacono, ita se habet, *vel Archidiacono reclamante, presentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesie mittere.*

Decimò aduersus id, quod nuper diximus, nulla consuetudine, ius eligendi Archidiacono competere posse, iuxta text. in *d. cap. cum satis, versic. Quoniam agitur*, obicit text. in *cap. cum venissent 6. de institutionibus*, ex quo constat, quod inter Archiepiscopum Eboracensem, & Archidiaconum Richimundie, super institutionibus Ecclesiarum orta fuit questio, cui Innocentius Pontifex respondit, Archidiaconum defendendum esse in consuetudine, & possessione illa eligendi, in qua erat: ex qua decisione colligitur, ius eligendi per consuetudinem Archidiacono acquiri posse. Cui dubio verissimè est dicendum in *d. cap. cum venissent*, non propter solam consuetudinem fuisse Archidiaconum in electione, seu in iure institutionis faciendæ tutum; sed ex eo præcipuè, quia Archidiacono eius antecessori, non personaliter, sed realiter, & perpetuo eius dignitati, cum consuevit Capitulij, iure privilegij, institutio illa concessa fuerat, in cuius privilegij possessione, & consuetudine semper ipse, eiusque antecessores tuti fuerunt; ideoque institutio illa ad Archidiaconum non spectat ex consuetudine, sed ex privilegio, & consensu Archiepiscopi, quod neque ab eius antecessoribus revocari poterat, notat Abb. in *d. cap. cum venissent, à mina. 4.*

Neque obstat si inter, tantam esse consuetudinis potestatem, ut non habenti iurisdictionem tribuat, *cap. cum ex officio, de prescriptionibus, cap. duo simul, de officio Archidiaconi*: Quia respondetur facillè, hæc iura tantum locum habere, quando consuetudo illa substantiata actus non aufert, vel quoties à iure scripto contrarium non extat: nam tunc omnino cessat, ut in *dicto cap. nullus, 16. quaest. 7. dist. cap. cum satis, versic. Quoniam de officio Archidiaconi.*

Neque prædictis obstat textus in *cap. licet Episcopus, de præbendis, lib. 6.* ubi constat corporalem missionem in possessionem, ad Episcopum potius, quam ad Archidiaconum pertinere: Quia textus ille non loquitur de ipsa corporali post collationem possessione; sed tantum de sententia, & decreto, quo Episcopus pronuntiat institutum mittendum esse in possessionem, de qua mentio habetur in *cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem, lib. 6.* præcipuè cum ibi tractetur de tradenda Ecclesia quoad proprietatem, & iurisdictionem ipsam, cuius tituli, seu iurisdictionis traditio ad Episcopum potius, quam ad Archidiaconum spectat; notat Panorm. in *c. Pastoralis, de privilegiis.*

Vndecimò aduersus nostrum textum in versic. *Prædictus vero Bersoldus dominus fundi, &c.* ex quo deducunt omnes, presentatum à verò Patrono, posse agere contra presentatum à creditore, etiam si à creditore presentatus primò fuerit ab Episcopo admissus, dum tamen veri domini presentatio fuerit Episcopo exhibita; Bald. in *presenti, num. 2.* Panorm. *num. 13.* obstat illud principium iuris, quo docemur quod is, qui primò, vel secundò est presentatus, dum tamen primò ab Episcopo fuerit admissus, ad eò omnibus anteposendus est, quod neque primò loco presentatus, si non est admissus, possit agere contra secundo loco presentatum, simul & ab Episcopo admissum, cum in iure nostro melior sit conditio possidentis, iuxta textum in *c. quod autem, c. Pastoralis, de iure patronatus*, Gomezius in *regula de triennali, quaest. 35.* Ergo nec in presentati presentatus à verò domino potuit agere contra presentatum à creditore, iam semel ab Episcopo admissum. Verum huic obiectioni verissimè dicendum est, quod quando patronus verus vnum presentavit, non variando in presentatione, sed

in ea persistens, licet presentatus non adquiret ius in re, quærit tamen ius ad rem contra Episcopum, & Clericum ab eo inutiliter institutum; & ita procedit *textus* noster: At verò iura in argumento adducta locum habent, quando patronus duos simul successivè presentavit: nam tunc neutri quæritur ius in re, neque ad rem, sed præfertur is, qui primo loco ab Episcopo fuerit institutus cum tunc uterque à vero patrono sit presentatus, sub qua presentatione legitime cadit institutio: notat Glossa in *d.c. Pastoralis*, verbo, *adversus*; & Gloss. verbo, *plus iuris*, in *cap. dilectus*, de officio legati, Beronius in *d.c. illud*, n. 25. & 29.

In presenti etiam disputari solet elegans illa quæstio, an presentatio à non veto patre facta, sit nulla ipso iure, an verò irritanda? de qua Abb. in *presenti*, num. 13. Felinus num. 4. Lancellotus de iure patronatus, lib. 2. 3. part. quest. 2. artic. 2. qui omnes asserunt, collationem ab Episcopo factam absque veri domini presentatione, merito iure valere; sed id tantum interim, donec patronus vetus non egerit de contemptu ipsius, iuxta textum in *cap. illud*, in fine, de iure patronatus; erit tamen nulla, & ut nulla reputatur statim quod Patronus cepit de contemptu agere; cum collatio ab Episcopo facta, subintelligatur facta sub illa tacita conditione, si verus Patronus voluerit; & ita obtinet *textus* noster notat Felinus in *presenti*, n. 9.

18 Duodecimò adversus nostrum *textum* in versic. *Postmodum autem idem presbyter*, ubi notant omnes, ratione absentia allegata, admissum fuisse Theobaldum ad allegandum contra sententiam; licet absentia causam sufficienter non probaverit: obstabit *textus* in *c. querelam* 2. de procuratoribus, *cap. tam ex literis*, de testibus: ex quibus iuribus constat, quod ut quis contra sententiam audiatur, prius debet absentia causam sufficienter probare. Sed in hac iurium difficultate, omissa interpretationibus traditis à Glossa in *presenti*, verbo, *iustam*; & ab Abbate, num. 29. verissime est dicendum in specie nostri *textus*; ideo Theobaldum admissum fuisse ad impugnandam sententiam, licet minus sufficienter absentia causam probasset: quia auditur tantum non ad retractandam sententiam ex sola absentia causa, sed ad allegandam iniustitiam ipsius sententia: nam absentia allegatio solum attenditur ad effectum, ut detur iudex coram quo probata iniustitia causæ, sententia rescindatur; siquidem ex ista absentia causa retractari non poterat, ex ratione, quam refert *textus*, ibi: *Ne scilicet opinio præiudicet veritati*: Nam ad retractandam sententiam, omnino desideratur legitima absentia, iniustitia causæ probatio; & ita obtinent iura in argumento deducta, quæ interpretatio deducitur ex *textu* nostro; siquidem in versiculo, *Postmodum*, dicitur, quod ostensa causa absentia, annulletur sententia; & in versic. *Licet autem*, non annullatur, sed tantum de ejus iniustitia cognoscitur; quem ut singularem refert Abbas in *presenti*, num. 35.

16 Decimotertio huic sententia obstat *textus* in *c. ex literis*, de in integrum restitutione, ubi ad retractandam sententiam, non est necesse iustam absentia causam per testes probare, cum satis sit partis iuramentum. Cui dubio dicendum arbitror, idèd in *d.c. ex literis*, ad probandum impedimentum, & absentia causam, ut restitutio concedatur, iuramentum partis sufficere: quia id specialiter est admissum ob favorem matrimonij; cuius favor est, ut sententia non transeat in rem iudicatum, cum revocari possit quoadmodum de errore constitit, iuxta à nobis tradita in *cap. lator*, supra, hoc tit. At verò *textus* noster procedit in causa beneficii, ubi plena probatio desideratur, & sententia transit in rem iudicatum: notat Abbas in *dicto c. ex literis*, num. 7. Imola num. 17.

Neque obstabit, si dixeris, in specie nostri *textus*, non fuisse necesse iustam absentia causam probare; siquidem intra breve tempus Theobaldus comparuit, ut constat ex verbis illis: *intra breve tempus* &c. Siquidem in iudiciis purgatio moræ admittitur, *leg. etsi post tres*, ff.

si quis cautionibus: Quia respondendum est cum glossa in *presenti*, verbo, *breve tempus*, dum asserit, quod *textus* in *dicta leg. etsi post tres*, procedit quando Reus voluntariam purgare ante litem contestatam: nam ante litem contestationem omne tempus breve dicitur: at verò *textus* noster loquitur, quando sententia iam lata est, quo tempore mora purgari non potest, siquidem moræ purgatio non admittitur, nisi cum res est integra, *leg. si in lege*, §. *penale*, digestis, locati; notat Cumanus, Angelus, & Iason in *leg. Insulam* §. 4. ff. de verborum obligationibus, Don. lib. 16. comment. c. 2. Ant. Pich. in *disp. de mora*, n. 94.

Decimoquarto adversus nostrum *textum* in versic. *Archiepiscopus verò*, &c. Ex quo constat, quod si electi Iudices iustam absentia causam cognoverint, sententia ab illis prolata iterum ab ipsis retractari poterit; obstabit *textus* in *leg. iudex posteaquam*, ff. de re iudicata, leg. 1. Cod. *sententiam rescindi non posse*: ex quibus iuribus constat, sententiam temel à Iudicibus latam, ab ipsis retractari non posse: ergo nec in presenti Archiepiscopus potuit Iudicibus committere, ut suam retractarent sententiam, etiam stante impedimento, ex absentia causa. Cui dubio dicendum est, iura in argumento deducta limitanda esse, quotiescumque ob iustam absentia causam restitutio in integrum postulat ex illa clausula generali, *si qua mihi iusta causa*, &c. de qua in *leg. 1. ff. ex quibus causis maiores*: nam tunc idem Iudex poterit sententiam temel ab eo prolatam retractare, iuxta *textum* in *leg. in causa*, §. *fin.* cum *leg. sequenti*, ff. de minoribus, *leg. si finita*, §. *si forte*, ff. de damno infecto, & de hac in integrum restitutione ob iustam absentia causam loquitur *textus* noster, ut bene animadvertit D. Balboa in *presenti*, num. 32. Caldas Pereira in *leg. si curatorem*, verbo, *implorandum*, numer. 17. Cod. de in integrum restitutione.

Decimoquinto adversus nostrum *textum* in versic. *Verum dicto Electo*, & *presentis* *Abbatibus* *committentibus* *alijs vices suas*, &c. Obstabit principium illud, quod docemur, quod tantum Iudices delegati à Principe possunt alijs vices suas subdelegare; neque inferioribus id permittitur, iuxta *textum* in *c. cum causam*, de appellationibus, *leg. 1. ff. de officio eius*; *cap. super questionibus*, §. *si verò*, de officio delegati; *leg. à Iudice*, C. de iudicibus, 1. 9. tit. 4. part. 3. ergo in presenti delegati ab Archiepiscopo non poterant alijs vices suas subdelegare. Sed in hac difficultate, omissa interpretatione, quam refert Panormitanus in *presenti*, num. 21. Felinus in *dict. cap. super questionibus*, num. 17. Iason in *dict. leg. à iudice*, num. 10. C. de iudicibus, verissime est dicendum, in presenti Iudices delegatos de causa illa cognovisse, non de iure, sed de facto; sed cum nulla eis fuerit opposita exceptio defectus iurisdictionis videlicet subdelegationem non valuisse, merito cognitio, & subdelegatio valuit, quæ interpretatio deducitur ex eo, quod Theobaldus à subdelegatis appellavit; & illa appellantis opinio, existimantis subdelegationem valere, facit etiam sententiam prævaluisse; sed cum plus sit in re, quam in existimatione, ne appellantis opinio veritati præiudicaret, qua attenda, nulla esset sententia ob defectum iurisdictionis; idèd Summus Pontifex alium elegit Iudicem, ut coram eo, ea omnia, quæ antea inutiliter acta fuerant, iterum disceptarentur; notat Covar. lib. 3. *variartum*, c. 20. num. 10. & 11. Morla in *emporio*, 1. part. tit. 2. quest. 10. num. 14.

Decimosexto prædictis obstat *textus* in *leg. Legatus*, ff. de officio Proconsulis, ubi Legatus Proconsulis, qui mandatam iurisdictionem habet, iudicem dare potest. In cuius *textus* difficultate, omissa *Dnarenis* interpretatione in titulo, de iudicibus, *cap. de iudicibus datis*; & in titulo de iurisdictione, *cap. 7. & 8.* Anastasij Germonij lib. 1. animadvertens *cap. 8. Pacij centuria 1. cap. 49.* verius dicendum est Legato Proconsulis specialiter indultum fuisse, ut is, qui à Proconsule mandatam iurisdictionem habet, tantum possit iurisdictionem dare, non verò delegare. Ratio est: quia iudex datus ius dicere non potest,

test. sed tantum secundum formulam sibi assignatam pronuntiare debet; siquidem Proconsulibus plurima concessa sunt, quæ cæteris delegatis denegantur; *leg. & Legati* 13. ff. de officio Proconsulis; nec mandante, ff. de iuribus, & curatoribus datus, l. muto, §. tutores, ff. de tutelâ. Ita etiam interpretandus textus in *leg. cum Prator*, vers. *si quoque*, ff. de iudicibus, l. 1. C. de pedaneis iudicibus; notat Cuiac. lib. 7. *observat. cap. 42. Corral. lib. 3. miscellaneorum, cap. 19. Fachin. lib. 1. controvers. cap. 45. Osuald. lib. 17. cap. 23.*

Decimoseptimo his omnibus obstabit text. in *Novella 59. de exhibendis reis*, §. *si verò*, iuncto vers. *Igitur*. Vbi conflat Iudicem à Magistratu datum, jurisdictionem habere, sententiam exequi, ac in possessionem honorum actorem mittere posse. Sed in hac difficultate omiſſa Glossæ interpretatione, verbo, à se, & Barroli in l. à Divo Pio, ff. de re iudicata, veriùs dicendum est, principium illius §. *si verò*, loqui de exhibendo Reo qui iuramento adhibito, iudicio sistere promiserat, & contra Religionem iurifurandi per malitiosam absentiam venerat, quo in casu Iustinianus decrevit, administratorem, hoc est, per ordinarium Iudicem de causa principaliter cognoscentem citari debere; & eundem casum prosequitur, in dicto versicul. *Igitur*, asserens, eundem Iudicem, hoc est, ordinarium, non verò datum, teum latitantem: edictis propositis citare debere, & contra eum tanquam contumacem actorem in possessionem honorum mittere posse. Ex quibus constat iurisdictionis actus, nunquam per datum, sed per ordinarium Iudicem, expeditos fuisse; notat Cuiacius in dict. *Novella 53. col. 2. apud medium*: Alciatus lib. 2. *Paradoxorum*, cap. 5. Neque obstat textus in l. *Iudici*, C. de iudicibus, ubi aperte traditur, Iudicem à Magistratu delegatum, alium Iudicem dare non posse: Quia text. ille non loquitur de Iudice à Magistratu del. gato, sed tantum de Iudice simpliciter à Magistratu dato, qui alterius Iudicis dandi potestatem non habet; notat Duaren. ubi supra, de iudicibus, C. de iudicibus datis, Idem de iurisdictione, cap. 5. Donel. dict. c. 23. Osuald. ad eundem lib. 17. cap. 3. *littera A.*

Ad textum in cap. Duobus Iudicibus, final. hoc tit. de sententia, & re iudicata.

S V M M A R I V M.

- 1 Si duo Ordinarij pronuntiant contraria, tenet sententia pro Reo. Quæ regula fallit in casibus in presenti expressis: si verò Delegati discordant, delegans est adendus: si Arbitri, neutra tenet.
- 2 Rei ad causam inopinati & imparati trahuntur. In re dubia favorabiliores sunt Rei, quam actores. Intellige, ut ibi.
- 3 Ordinaria favorabilior est, quam delegata iurisdictione.
- 4 Libellus si obscurus est, interpretationi actorum standum.
- 5 Expenditur text. in leg. fluminum, §. servis, §. item apud, ff. de damno infecto.
- 6 Interpretatur text. in leg duobus 30. ff. de liberali causa; cum lex filius 76. ff. de legat. 1.
- 7 Sententia si à duobus Iudicibus pro testamento sit prolata, & ab alijs duobus contra testamentum sit scripta, illa tenet quæ pro testamento fuit habita.
- 8 Exponitur textus in dict. leg. cum filius 76. ff. de legat. 2.
- 9 Fisci causa in re dubia, cum pares sunt sententia, etiam inter pias causas reputatur, ut pro eo sit iudicandum.
- 10 Expenditur text. in leg. non puto, ff. de iure Fisci. Referitur text. in l. Papinianus 16. ff. de re iud. cum l. Pomponius 13. §. fin. ff. de recept. arbitris.

SI duo Ordinarij pronuntiant contraria, tenet sententia pro Reo. Quæ regula fallit in casibus in presenti expressis: si verò Delegati discordant, Delegans est adendus: si Arbitri, neutra tenet. Idem probat textus in l. favorabiliores, 167. ff. de regulis iuris, cap. cum sunt partium, eodem tit. lib. 6. cap. ex litteris, de probationibus; cap. inter dilectos, de fide instrumentarum; cap. ad aures, de prescriptionibus cap. quod autem, cap. pastoralis, de iure patronatus; cap. in pari, de regulis iuris, lib. 6. §. 4. vers. commodum, Institut. de Interdictis; leg. absentem, ff. de pœnis; leg. Arrianus, ff. de act. & obligat. leg. respiciendam, ff. de pœnis; l. cum par, 154. ff. de regulis iuris; leg. in pari causa, ff. eodem, leg. duo iudices 28. & 29. ff. de re iudicata; leg. quoties, C. de rei vindicatione; l. si ob turpem ff. de conditione ob turpem causam; cap. 1. de arbitris, lib. 6. cap. continebatur, de desponsatione impuberum; leg. libertas, ff. de regulis iuris, leg. si pars, ff. de inofficioso testamento, l. 1. ff. soluto matrimonio, cap. ex litteris, de pignoribus, cap. nuper, de donationibus inter, leg. in ambiguis 85. ff. de regulis iuris, leg. si ego, §. si res, ff. de iure dotium; illustrant Covarruvias lib. 1. variarum cap. 2. num. 6. Petrus Faber, & ordinarij omnes in dict. leg. favorabiliores 125. ff. de regulis iuris: Petrus Pechius in dict. cap. cum sunt partium 11. eodem tit. lib. 6. Cuiacius lib. 10. *observationum*, cap. 20. & lib. 12. cap. 16. Antonius Faber in suo *Cod. lib. 1. tit. 7. de Senatoribus*, definit. 2. & 3. Antonius Gomez in l. 88. *Tauri*, num. 1. & 4. Afflictis decis. 1. n. 4. Tiraquell. de privilegijs pia Cause, cap. 147. Pacius Centuria 7. *quæst. 6.* Duarenus in l. Pomponius 36. 38. 39. hoc tit. Cuiac. lib. 12. *responsorum* Modest. in l. duo iudices 28. ff. hoc tit. Pacian. de probationibus, q. 47. n. 158. Osuald. ad Donel. lib. 17. c. 12. lit. P. & lib. 27. cap. 8. *lit. C.*

Ratio primæ conclusionis partis est: quia in potestate actoris est, rebus maturè secum perpensis deliberare, an & quando, & coram quo Iudice experiri velit? non sic de Reo, cui hoc ideo grave, & periculosum est; siquidem Rei multa omittunt ex eo quod ad causam inopinati, & imparati trahuntur, adeoque iusta de causa decimam est, quod in re dubia favorabiliores sint Rei, quam Actores, d. l. favorabiliores: d. c. cum sunt partium; præsertim cum promptiores simus ad absolvendum, quam ad condemnandum, d. l. Arrianus, l. absentem, ff. de pœnis, ac idem si duo Ordinarij pronuntiant contraria, tenet sententia pro Reo, Alciatus de *presumptionibus*, reg. 3. *presumptione* 43. Osualdus dict. lib. 17. c. 12. *lit. D.* si verò causa favorabilis est, veluti testamenti, matrimonij, & similis; sententia pro Actore tenet, siquidem tunc Reus non dicitur esse in pari causa, cum causæ favor publicus, Rei favori præponderet, d. l. inser pares 5. ff. hoc tit. d. l. in ambiguis: de reg. iur. Tiraq. notat de privilegijs pia causa, privilegio 146. D. Balboa in c. ex litteris 3. de probationibus, n. 86. Osualdus ad Donellum, lib. 27. *comment. cap. 8. littera C.* Et quamvis in assignanda discriminis decidendi ratione, quoad sententias diversas inter Iudices ordinarios, delegatos, & arbitros, valde laborent Interpretes; tamen omiſſa, quam refert Glossa in presenti, verb. *ex delegata*, Abbas num. 9. Iason in leg. duo Iudices, num. 14. ff. hoc tit. quam improbat Covarr. lib. 1. *variarum*, cap. 2. num. 6. in fine, veriùs dicendum esse existimo, inter diversas Iudicum ordinariorum sententias, pro Reo latam admittendam; Delegatorum verò, si pares sunt in suspensio esse: quia magis favorabilis est ordinariæ, quam delegatæ iurisdictioni: siquidem ordinariæ maior h. not., excellentia, & prærogativa, quam delegatæ debeat; notat Covar. ubi supra, n. 6. versic. 3. *quæ omni*; quæ omnia cessant in Arbitris, in quibus nulla est iurisdictione, & impar numerus desideratur, ut maior pars prævaleat, cap. 1. de arbitris, cap. 1. eodem, lib. 6.

Primò obstabit dicere, quod in re obscura potius favendum videtur Actori, quam Reo: siquidem si in libello continentur verba obscura, interpretationi actoris

actoris standum est, *l. si quis intentioni, ff. de iudicijs, Linter stipulantem, § 2. l. in ambiguis orationibus, ff. de verborum obligationibus, l. p. imponitur, ff. de acquirenda possessione.* Pro cuius dubij resolutione annotandum est, multum differre, an loquamur in principio litis, in medio, aut in fine: nam in principio, & eius libelli expositioni, actori semper est favendum, cum actio in favorem actoris semper sit prodita, cum lex semper præsumat actorem calumniari nolle: nam aliàs reus semper actorem impediret, ne contra illum posset actionem intendere; & ita obtinent iura in principio huius dubij adducta: quod etiam in medio iudicij dicendum est iuxta textum *in c. iudicantem, 30. q. 5. c. cum tu, de testibus*: At verò textus noster loquitur in fine iudicij, cum sunt partium iura obscura, cum jam cesset calumnie præsumptio; & appareat, actorem suam intentionem non probasse, ac idèd is qui à principio favore dignus videbatur, odiùm in fine contrahit, & favor in reum transit; notat *Glof. 2. in cap. cum ad Sedem, de reff. spo. latorum*: Petr. Pech. *in c. cum sunt 11. de regulis iuris, lib. 6.*

4. Secundò obstat textus *in leg. fluminem, § servus, & §. item apud, ff. de damno infecto*; vbi in re dubia potius attenditur, quod res nocet, quam quod ei prodest; si quidem ea cavetur, quod si reus cavet de damno infecto, & damnum contingat vitio ædificij, etiam fortuito casu, reus tenetur ad emendationem damni, ex cautione damni infecti, & tamen casus fortuitus pro reo est, licet debilitas ædificij contra eum extet; & sic partium iura sunt obscura: & eo non obstante, contra reum jus stat. Quo in dubio dicendum est, quod *in dilectis iuribus* non erant in pari causa reus, & actor: nam reus erat in culpa, ex eo, quod ruinam ædificij providere poterat, actori autem nulla culpa imputatur, ac idèd deterior rei conditio erit; argumento textus *in leg. item obstruixit, ff. ad l. Aquiliam, l. si putator ff. eodem*, nam aliàs si in pari dolo, vel culpa essent, potius favendum esset reo, quam actori; notat *Dynus d. c. cum sunt 11. de regulis iuris, num. final.* Petrus Pechius *num. 9. cum sequentibus.* Neque obstat regula illa, qua dicimus, quod in iudicijs non est acceptio personarum habenda; *cap. in iudicijs, de regulis iuris, lib. 6.* Quia de eius solutione supra diximus *in cap. 1. de probationibus*, ac idèd *in presenti* omittimus.

5. Tertio adversus id quod *text. noster* docet: videlicet, quod sententia in causa libertatis à duobus Iudicibus diversimode est prolata, tum pro libertate, quæ favorabilis causa est, sententia tenet iuxta textum *in leg. duobus 30. digestus, de liberali causa*; vbi si duo Iudices dixerint, & aliquem libertinum esse, & alij duo servum d iudicaverint, Sabinianorum sententia obtinuit: videlicet libertinum esse, sed is, qui vincit, compellitur æstimationem partis, de qua ab alijs duobus Iudicibus victus erat, arbitrio boni viri præstare; quibus omnibus obstat *text. in l. cum filius 76. ff. de legatis 2. vbi victori, hoc est, filio exheredato qui à duobus Iudicibus obtinuit de inofficioso, æstimatio illius partis libertatis à libertato non præstatur.* Sed huic dubio respondendum est, iura illa inter se differre: nam *text. in d. l. duobus*, loquitur de causa onerosa, hoc est, de contractu emptio-nis, & venditionis; ac idèd quamvis sententia pro libertate valeat, tamen æstimatio partis ob illam causam onerosam præstatur: at verò *in d. l. leg. cum filius 76.* etiam si hæres à paribus Iudicibus sit victus, tamen libertus non cogitur æstimationem partis alterius sententiæ præstare: quia causa lucrative erat, hoc est successione; notat *Cuiacius in d. l. leg. duobus 30. ff. de liberali causa.*

6. Quarto adversus id, quod *in presenti* refertur: videlicet idem in testamento observari, ita vt si sententia à duobus Iudicibus pro testamento sit, & ab alijs duobus contra testamentum, tamen favore testamenti pro testamento tenet, iuxta *text. in l. si pars 10. ff. de inofficioso testamento.* Obstat *text. in d. l. cum filius 76. ff. de legat. 2. vbi Titia Mævium, & Sempronium extraneos hæredes scri-*

*psit, Mævio centum prælegavit, servitutes, & libertatem alijs extraneis reliquit, filium exheredavit; & filius egit contra vnum hæredem scriptum coram duobus iudicibus per querelam inofficiosi, & contra alium coram alijs duobus iudicibus, evenitque, quod vnus hæres à duobus iudicibus fuit absolutus, pro qua parte firmum mansit testamentum; alius verò hæres à filio coram alijs duobus iudicibus fuit victus, & sic pro illa parte Papinianus asserit, infirmum manere testamentum; ac idèd prælegatum hæredi, qui vicit non integrum deberi; ex cuius decisione constat, testamentum, cuius favorabilis causa est, partim à duobus iudicibus infirmari, & partim contra nostri textus sententiam, infirmari. Sed pro huius textus difficultate diluenda animadvertere oportet, olim Centumvirales Iudices fuisse, qui de testamenti causa cognoscebant, qui centumvirales Iudices inter diversa tribunalia dividebantur, ac idèd interdum eveniebat, vt in vno consilio coram duobus actor vinceret, & in alio coram alijs duobus vinceret: idèdque *in d. l. cum filius* sententiæ partim pro testamento valent, si coram duobus filius sit victus, & partim non tenent si coram alijs duobus iudicibus vincat: quia filius de inofficioso egit coram illis centumviralibus Iudicibus, non in vno Tribunali, sed in diversis; ac idèd nihil mirum si pro parte valeat testamentum, & pro parte infirmetur: Secus verò esset dicendum si in vno Tribunali à paribus Iudicibus diversa sententia esset prolata: quia tunc ex nostri text. decisione prævalet sententia, quæ pro testamento est lata; notat *Cuiac. lib. 10. observationum, c. 20. ff. lib. 7. ff. de iur. iur. l. si quis in d. l. cum filio 76.* Ita similiter est interpretandus *text. in l. circa 14. ff. de inofficioso testamento, leg. nam et si parentibus, §. vlt. ff. eodem leg. cum duobus, Cod. eodem.**

Quintò adversus ea, quæ *in presenti* notant omnes: videlicet *in diversis sententijs à paribus Iudicibus pro-latis, in pijs Causis, Fiscum causam etiam esse comprehensam*, iuxta *text. in l. Imperatores, ff. de re iudicata*, notat *Duar. in l. inter pares 38. ff. hoc tit. Olu. lib. 27. c. 8. l. C. Valde* obstat *textus in l. non puto, ff. de iure Fisci*, vbi Modestinus asserit in re dubia contra Fiscum iudicandum esse. In cuius textus difficultate, omissis alijs, verius dicendum arbitror, Modestinum *ibi* non negare in dubio pro Fisco iudicandum esse; sed tantum ostendere, eum quasi delinquentem non esse puniendum, qui contra Fiscum responderit: hoc idèd; quia nonnulli assensatores malorum, & avarorum Principum, hoc crimen grave esse asseriebant; notat *Duar. in d. l. inter pares 38. ff. de re iudicata*: Decius *in d. l. leg. in ambiguis, ff. de regulis iuris, n. 2.*

Et de sententia Arbitrorum numero impari prolata, videndus est *text. in l. Papin. 36. ff. de re iudicata, l. Pompe-nius 13. §. fin. ff. de receptis arbitris*, de quibus latè *Ant. Fab. in d. l. 1. §. fin. Cuiac. lib. 17. Pauli ad edictum, in d. l. Papin-ianus: Duar. ibid. Olu. lib. 28. cap. 7. l. C. Gratian. tom. 1. discip. c. 72. n. 47. Bodæus in Pandectis in l. 2. ff. si quis cau-tion. Vancitola lib. 1. var. cap. 33. pag. 55. Men. de retinenda poss. s. remed. 3. n. 748. Cuiac. 6. observ. c. 27. Pich. in manda-tionibus ad praxim, 2. part. in præiudic. §. 2. n. 5. Valentia Il-lustrinum tractatum, lib. 2. tract. 2. c. 11. num. 15. Larrea dec. Granat. decis. 39. n. 35.*

AD TIT. XXVIII. DE appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Ad textum in cap. Dilecti 1. hoc tit.

S V M M A R I V M.

1. *Exc. communicationes, suspensiones, inter dicta, beneficia*

rum collationes, aut si quid post appellationem legitime interpositam, alicui est per inferiorem Iudicem, irrita censeri; & remedio attentatorum revocari posse.

Appellatio iurisdictionem Iudicis à quo suspendit: & conservat illatum statum appellantis.

3 Innovata post appellationem extrajudicalem attentatorum remedio non revocantur, nisi sint facta post, & contra ipsam appellationem; hoc est, contra expressum articulum de quo fuit extrajudicialiter appellatum.

Interpretatur tex. in c. 1. de appellationibus.

Præmissio præsupponit habitum.

4 Expenditur tex. in d. c. 1. de appellationibus, versic. In irritum revocetis,

5 Legatus à latere potest beneficium conferre, quia simul cum Ordinarij sua Provincia concurrat.

Legati sunt in triplici differentia, intellige ut ibid.

6 Iudex à quo, etiam post appellationem poterit mandatum de residendo interponere absque ullo metu attentatorum.

Interpretatur tex. in leg. perveit 8. digest. de appellationibus.

7 Illustratur tex. in c. cum teneamur 17. de appell.

8 Refertur tex. in c. constitutis 46. de app.

9 Expenditur tex. in l. creditor 60. ff. mandati.

10 Exponitur tex. in l. postquam 5. Imperator, ff. ut leg. seu fideic. nomine caveatur.

11 Patroni Ecclesiastici in presentatione nullo modo variare possunt, sicut laici.

Interpretatur tex. in cap. Pastoralis, de iure patronat. ibid.

12 Excommunicationis effectu per appellationem non suspenditur, cum ob favorem sententia excommunicationis id sit indultum, siquidem medicinalis est tendens in correctionem eius, qui excommunicatur, ac ideo ne impediat correctio, per appellationem non suspenditur.

Illustratur tex. in cap. Pastoralis 53. §. verum, de appellat.

13 Excommunicatio sub conditione prolata suspenditur per appellationem.

Interpretatur tex. in c. præterea 40. de app.

14 Illustratur textus in capit. qua fronte 25. de appellat.

15 Interpretatur tex. in Cl. vnica, de sequestratione possessionis, & fructuum.

16 Attentatorum remedium, ut locum habeat in appellatione iudiciali, desideratur expressio causa appellationis & ut coram Superiore legitime sit probata; in extrajudiciali vero non ita. Intellige, ut ibi.

17 Appellatio unius ex sociis procedit omnibus.

Expenditur tex. in l. si quis separatim 10. §. quod esse receptum, ff. de app.

18 Attentatorum remedium, non solum in civilibus, causis sed etiam in criminalibus locum habet, nisi reus de crimine convictus, vel non confessus fuerit.

19 Exponitur text. in cap. 1. de appellation. versic. Veritate per idoneas personas, & famam loci inquisita.

20 Plura remissa referuntur.

CONCLUSIO.

Excommunicationes, suspensiones, interdicta beneficiorum collationes, aut si quid post appellationem legitime interpositam alicui est per inferiorem iudicem, irrita censeri, & remedio attentatorum revocari posse. Quæ conclusio etiam confirmatur ex textu in cap. ad hoc 6. cap. ad presentiam 17. cap. cum teneamur 17. cap. qua fronte 25. cap. perveit 18. cap. ad hac 37. cap. accepta 38. cap. an sit 41. cap. constitutis 46. cap. bene 51. cap. sollicitudinem 54. cap. dilectio 55. cap. ut nostrum 56. cap. cum cessante 60. hoc titulo: cap. cum non solum eodem titulo, lib. 6. cap. cum a nobis, de electione, cap. cum contingat, de officio Legati, cap. per tuas, de sententia excommunicationis, cap. venientes, de iurjurando, cap. Pastoralis 29. de

iure patronatus, cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum; cap. post appellationem 31. §. appellatione, cum alijs, 2. quæst. 6. Clement. vic. de sequestratione possessionis, & fructuum, c. 1. ut lite pendente: leg. sciendum 6. ff. de appellationibus recipientis: leg. vicia ff. nihil innovari posse: leg. 1. §. ultimo, ff. ad Scævum Consulenti Turpillianum, leg. 1. C. ut lite pendente: leg. minime 12. C. de appellationibus, leg. Chirographis 57. §. final. ff. de administratione tutorum, l. instituta, §. penult. ff. de inofficiosa testamentis: l. 26. tit. 23. part. 3. final. tit. 16. lib. 3. Ordinationi exornant Lancell. de Attentatis, 2. part. cap. 12. Scaccia de appellationibus, quæst. 3. artic. 2. Petrus Gregorius de appellationibus, lib. 7. per totum. Maranta de appellationibus, num. 163. Tiraquellus in l. si vaquam. Cod. de revocandis donationibus, verbo revertatur, num. 20. Covarru. in practico, cap. 29. & 24. Mynsingerius lib. 1. observatum cap. 26. Gaillius lib. 1. observ. 144. Doctor Amaya lib. 2. observationum, cap. 15. Cuiacius lib. 20. observationum, cap. 36. Dueñas regula 42. González regula 8. Cancellaria gloss. 5. n. 176. Osualdus ad Donellum lib. 28. comm. c. 4. & 9. tit. A. & T. Pichardus plures refert in mandatis ad praxim, part. 4. §. 15. & 16. Salgado de protectione, Regia, p. 2. c. 12. n. 17.

Ratio ex eo provenit, quia appellatio iurisdictionem Iudicis, à quo, suspendit; capite Pastoralis 53. §. verum, hoc titulo, & causam devolvit ad Iudicem superiorem, cap. dilecti 55. hoc titulo, & appellanti eximit ab inferioris iurisdictione, cap. Romana 3. de appellationibus lib. 6. vnde qui iudicavit definit esse Iudex in illa causa, dict. cap. ad hac 37. c. ut nostrum 56. hoc titulo, ideoque quidquid post appellationem egerit, attentatum, & nullum est, & remedio attentatorum potest revocari, ut ex prædictis iuribus constat: quam rationem Iulius exornat Lancellot. ubi supra num. 108. Accedit etiam & alia ratio: nam appellatio conservat illatum statum appellantis, d. l. 1. ff. nihil innovari appellatione pendente: ac ideo Episcopus, aut alius Prælati, per sententiam depositus, si appellaverit, poterit ea pendente, excommunicate alios aut alias suum exercere officium, & quamvis ex causa famosa Canonici vel alij damnati sint, medio tempore ad electionem faciendam, & ferendum testimonium erunt admittendi notat Panor. in c. 2. n. 6. ut lite pendente quod locum habet, si recepta sit appellatio per superiorem siue nondum admittam si recepta est, suspensa manet inferioris iurisdictione, & causæ cognitio ad superiorem transfertur, d. c. ad hac, cum similibus supra adductis; si vero nondum est transmissa, præiudicium irrogatur appellanti, contra quem iura cavent nihil innovari posse.

Primo huic decidendi rationi obstat dicere, quod 3. textus noster non loquitur de appellatione iudiciali, sed de extrajudiciali, hoc est de beneficij collatione, ut ex eius litera constat; & quamvis ea quæ post appellationem iudicalem facta sunt attentatorum remedio debeant revocari; non tamen revocantur, quæ post extrajudicalem facta sunt, cum extrajudicialis appellatio tantum sit quædam provocatio ad causam inchoandam, quæ non suspendit iurisdictionem eius, à quo interponitur; sed tantum in eo articulo de quo specialiter est appellatum, iuxta text. in c. cum sit Romana, §. si vero hoc tit. notat Abbas in presenti, numer. 4. Lancellot. ubi supra, lib. 3. capit. 12. limitatione 3. num. 6. & 9. Covarru. in practico, c. 24. n. 5. Cui dubio dicendum est, verissimum esse, innovata post appellationem extrajudicalem, attentatorum remedio non revocari, nisi innovata sint post, & contra ipsam appellationem; hoc est, contra expressum articulum, de quo fuit extrajudicialis appellatio interposita: nam tunc iam extat suspensa iurisdictione, d. c. cum nobis 29. de electione.

Neque obstat tex. noster. Quia procedit in hac extrajudiciali appellatione, & innovatione, contra ipsum innovationis articulum, siquidem appellatio à Priore in presenti, principaliter fuit interposita ne collationes beneficiorum per Eboracensem Archiepiscopum in sui præiudicium fierent, cum neque iure proprio, neque devoluto

devoluto conferendi potestatem haberet; notat Abbas, & Felinus in *presenti*, a n. 30.

Neque obstabit si dixeris, beneficiorum collationes in *presenti*; non fuisse factas post, sed ante ipsam appellationem; ac ideo attentatorum remediū locum non habere; sed tantum inspecta iustitia vel iniustitia causæ, & quod ante appellationē sint factæ, constat ex nostri textu, verbis, ibi: *Super quibus, &c.* Quod verbum tantum adaptari debet ad proxima illa gravamina; videlicet ad Abbatibus suspensionem; & Canonicarum interdictum si ei obedirent; siquidem illud relativum, *quis*; ad proxima præcedentia tantum adaptatur, iuxta Bartoli doctrinam in *l. si quis seruum* 8. §. finali, n. 5. ff. de legatis 2. tum etiam comprobatur ex veris illis, *Nisi Prior; & Canonici malitiosè distulerint, &c.* Ex quibus constat, & constanter defendit Bero in *presenti*, n. 1. quod si Archiepiscopus contulisset beneficia, data negligentia Prioris, & Canonicorum collationes illæ non revocarentur: nam alias si post appellationem factæ fuissent, attentatorum remedio revocari deberent. Quia dicendum est, verba illa *super quibus*, non solum ad censuras, verum etiam ad beneficiorum collationes esse referenda, siquidem non tantum super tribus, sed etiam super quatuor gravaminibus querela fuisset facta, cum Pontifex in illis verbis; *In irritum revocetis easdem*; omnibus respondisse videatur, hoc est, tam ad censuras, quam ad querelam super collatione beneficiorum, ne alias ad non interrogata respondisse videatur, & constat ex originali nostri text. 2. 10. Conciliorum, post acta Lateranensis Concilij sub Alexandro III. tit. de appellationibus, c. 1.

Neque etiam obstat cætera nostri text. verba, ibi: *Nisi Prior, &c.* Quia verba illa idem significant, ac si Pontifex dixisset, quod si Prior, & Canonici malitiosè noluerit beneficia conferre, & ex eo, collationes ad Archiepiscopum sint devolutæ, tunc non poterunt attentatorum remedio revocari: nam etsi collationes illæ fuissent factæ post appellationem, non tamen præsumuntur contra appellationem, cum tunc adiecta illa falsa impediementi causa, non poterat dici iuste appellatum esse ab illo actu extrajudiciali, cum Prioris, & Canonicorum malitia in dilatione collationis, ut interim perciperent beneficiorum redditus, nihil videbatur innovatum contra ipsam appellationem: notat Abbas in *presenti*, n. 6. videndus D. Franc. Salgado Patriæ Nostræ decus de protectione Regia, p. 2. c. 13. n. 1.

4. Secundò prædictis obstabit dicere, in *presenti*, beneficiorum collationem, etiam post appellationem interpositam merito valuisse, & probari videtur ex ultimis nostri text. verbis, ibi: *In irritum revocetis, &c.* Quæ verba denotant collationes valuisse nam alias non potuissent in irritum revocari, cum priuatio habitum præsupponat iuxta textum in *l. decem*, l. 16. de verb. oblig. l. nam est sub conditione 5. §. fin. ff. de iniur. ruptio: c. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum. In qua difficultate dicendum arbitror, collationes in specie nostri textus, revocatas fuisse, non quatenus de iure, sed quatenus de facto fuerunt factæ per Archiepiscopum Eboracensem, ac ideo non ius, sed factum tantum revocatur; argumento text. in *l. quod vulgo* 19. ff. de bonorum possessione contra Tabular. l. 1. & ibi Gloss. verbo. *infirmavit*, ff. de feriis. Ita similiter est interpretandus textus in *cap. ad presentiam* 16. infra, hoc tit. c. non solum, eodem tit. lib. 6. c. significante 34. cap. Rodolphus 35. cap. significavit 36. de rescriptis, cap. exhibita 17. de iudicijs, cap. dilecti 8. in fine de exceptionibus.

5. Tertio his omnibus obstabit dicere, quod Legatus Sedis Apostolicæ potest beneficia conferre, c. dilectus 6. de officio Legati, c. cum dilectus 26. de iure patronatus, cap. si a Sede 31. de præbendis, lib. 6. sed in *presenti* Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis legatus erat, ut ex littera, constat, ac per consequens recte poterat beneficia conferre, ac ideo in irritum collationes ab eo factæ revocari non poterant. Sed pro huius dubij solutione animadvertendum est, in Iure nostro tres diversas Legatorum species esse: nam alij sunt Legati de latere Summi Pontificis,

vti sunt Cardinales; alij Legati missi qui non de latere, sed ad aliquam rempublicam regendam à Summo Pontifice mittuntur, quos Nuntios appellamus, ut in *cap. excommunicatus* 9. de officio Legati, c. 2. & 3. eodem tit. l. 6. alij denique sunt Legati nati, quales sunt qui dignitates Archiepiscopales obrinet, quibus legationis munus in territorio totius Archiepiscopatus annexum est: c. 1. de officio Legati, c. 1. iuncta Glossa, verbo, *Ecclesiarum*, eodem tit. lib. 6. c. cum Bertholdus, de re iudicata, l. 23. tit. 9. partit.

2. Quibus suppositis dicendum est, Legatos de latere posse beneficia conferre: quia simul cum Ordinarijs suæ Provinciæ concurrunt, c. 1. in fine, de officio Legati, lib. 6. l. si a Sede 31. de præbendis, lib. 6. & de his loquitur textus in *dict. cap. dilectus*, de officio Legati, cum similibus supra in argumento adductis; at vero noster textus procedit in legato nato, cui beneficia conferre prohibitum est in præiudicium Ordinariorum, in *dict. cap. 1. de officio Legati*, lib. 6. & de hoc Legato nato, hoc est, Archiepiscopo intelligi debent verba nostri textus, ibi, quod *Eboracensis Archiepiscopus Apostolica sedis Legatus, &c.*

Quarto obstat textus in *cap. pervenit* 28. hoc nostro tit. 6. vbi appellatione interposita à monitione de residendo, potest Iudex à quo, ulterius monere Clericum, ut vel resideat, vel appellatione prosequatur, & si negligat, alium ei ad tempus substituere, qui eius vicem suppleat interim, dum causam prosequitur. In cuius textus difficultate, ommissa Petri Gregorij interpretatione de appellationibus, l. 7. §. 3. Lancell. de attent. c. 12. limitatione 6. verissime est dicendum, in specie illius textus, iurisdictionem Iudicis, à quo, quoad articulum residentia, non fuisse suspensam ex eo; videlicet quia illud mandatum residentia erat, ad quam Clericus secundum communem sententiam de iure divino tenetur, iuxta textum in c. 1. cum alijs, de Clericis non residentibus; ideo ne Ecclesia suis defraudetur officiis, cum interim dum causa appellationis contenditur, absque servitio maneret, iusta de causa datur Vicarius: quia alias si in secunda instantia appellans esset victus, illa appellatio malitiosa redundaret eius commodum, & Ecclesiæ incommodum ideoque appellatio illa non operatur effectum attentatorum, quin potius Iudex, à quo, pendente illa, Vicarium possit constituere, & ei præbendam assignare, ne ministerium Ecclesiasticum debitis fraudetur obsequijs præsertim cum illa Vicarij subrogatio sit quoddam incitamentum ad celeriores expeditionem appellationis; ut post Gl. in *d. c. pervenit*, Lancell. vbi supra, *dict. limitatione* 18.

Quinto obstat textus in *cap. cum teneamur* 17. hoc titulo, vbi Iudici à quo, conceditur, ut possit turbatam possessionem reformare, etiam post appellationem. Ergo appellatio non efficit, ut Iudicis inferioris potestas conquiescat, neque inducit effectum attentatorum. In cuius textus difficultate, ommissa interpretatione, quam refert Dueñas regul. 42. num. 16. Hostiensis ibidem num. 5. verissime est dicendum, quæstionem in eo textu agitam eam esse, an Iudex à quo, pendente appellationis iudicio, possit possessionem reformare, eo, de quo appellatio interposita fuit prætermisso; hoc est, an iudicio appellationis renunciare possit Iudex, à quo, de causa possessionis cognoscere. In qua quæstione dubitandi rationem suggererat, quod cum possessionis, & proprietatis causa, ab vno, eodemque Iudice terminari debeat, c. 1. cū ibi traditis, de causa possessionis; & quemadmodum proprietatis quæstio ad Iudicem appellatum pertinet, ita de quæstione possessionis dicendum videbatur; maxime cum ratione connexitatis debeat appellatio fortiri effectum attentatorum, *dict. c. super eo* 10. hoc tit. sed Pontifex asserit, permissum esse recedi ab appellatione, ut Iudex à quo; de causa possessionis cognoscat: nam quemadmodum ex causa permittitur, quod postquam actum est iudicio petitorio suspendatur illud, & possessorium proponatur, etiam post conclusionem in causa, c. Pastoralis 5. de causa possessionis; ita etiam permittendum est appellationi renunciari, ut idem iudicium coram inferiore

inferiore proponi valeat; argumento text. in *cap. gratum* 19. de officio delegati: nam qui id agit, iuri suo renunciare videtur, quod cuique permittum est, l. *pennit. cum simili-* bus. C. de pallis.

Sexto obstat textus *cap. constitutis* 46 infra, hoc titulo, dum ait, appellatione interposita, ab electione, possessionem postea concessam attentatorum remedio non revocari. Cuius textus difficultas ex eo diluitur, quia *ibidem* possessiones obtentæ post interpositam appellationem ab electione, & confirmatione, defendi poterant, tam ex iure singulari, quod in electionibus servatur, quam ex iure communi. Ex iure singulari, nam licet ab electione facta, aut faciendæ, & à confirmatione electionis appellari possit, c. *cum nobis* 19. de electione, c. *con-* certationi hoc titulo lib. 6. tamen post factam electionem aut confirmationem, non potest à futura possessione seu investitura traditione appellatio interponi, ita ut operetur effectum attentatorum, dicto *cap. constitutis*: ex eo videlicet, ne Dignitas diù vacare videatur, contra regulam textus in c. *ut circa, de electione in 6.* Ex iure etiam communi eadem possessionis investitura tenet ac ideo appellatio ab ea non admittitur; quia in effectu, Investitura; nihil aliud est, quam executio confirmationis; quæ cum fiat cum causæ cognitione, & parte contradicente, habetur pro sententia diffinitiva: & quemadmodum ab executione appellatio non admittitur, ab *executore, ff. de appellationibus, l. ab executione 5. C. quorum appellationes non recipiantur, cap. novit 43. hoc titulo*; sic similiter, neque ab executione electionis, seu confirmationis: quam interpretationem veriorē esse existimo; & si aliter sentiat Doctor Balboa in *presenti*, num. 47.

Septimo obstat textus in l. *creditor 60 ff. mandati*, vbi constat, quod etiam si creditor mandatorum condemnaverit, isque appellaverit, poterit creditor appellatione pendente Ream principalem convenire. Pro cuius dubij resolutione magnopere animadvertendum est, quod olim iure antiquo, ante Iustiniani ætatem, cum creditor Ream principalem, & mandatorum habebat obligatum, non tantum sibi, optio eligendi concedebatur, verum etiam, quod magis est à conventionē illa variare poterat, iuxta text. in l. 3. §. 1. ff. de duob. reis. l. *Reas, C. de fidei-* iussoribus. Ant. Pich. in §. si plures 4. *Institut. de fideiussori-* bus: quo supposito, mirum non est, quod creditor in d. l. 60. ff. in mandati, possit appellatione pendente Ream principalem convenire; cum iure illo antiquo, illa optionis facultas sibi permessa esset, vt à prima mandatoris conventionē posset recedere, absque vllō attentatorum metu, præcipue cum notum iudicium cum nova persona disceptaretur, notat Glossa 1. in dict. l. *creditor 60.* Cuiacius lib. 1. *responsorum Scævola*: Ant. Fab. in *Rationali ad eundem textum.*

Octavo obstat textus in l. *postquam, §. Imperator ff. de legatarum seu fideicommissorum nomine caveatur*, vbi si Titius sit rogatus hæreditatem restituere, Papianus docet, quod etiam si fuerit condemnatus, & appellaverit, pendente appellatione, absque metu attentatorum poterit conveniri, vt caveat, seu satisfactionem præstet, si suam hæreditatem restituere. Sed huic tanto dubio verissime est dicendum, ideo ibi absque metu attentatorum posse fideicommissarium fiduciarium hæredem appellatione pendente convenire: quia vt Papinianus docet, id etiam fieri poterat ante sententiam, & appellationem; ac ideo appellationis moratio & interpositio non impedit, quo minus hæres compelli possit cautionem præstare; cum etiam eo invito, cautio illa in quocumque tempore ex illo edicto Prætoris exigere poterat, l. 1. §. *per totum tit. ut leg. seu fideic. n. cau.* notat Cuiac. lib. 62. *questionum Papiniani, in dict. l. postquam, §. Imperator.*

Nono obstat text. in c. *Pastoralis, de iure patronatus*, vbi post interpositam appellationem propter non admissam ab Episcopo præsentationem, potest Episcopus institueret aliter præsentatam à Patrono. Pro cuius difficultatis interpretatione sciendum est, inter Patronos Ecclē-

siasticos, & laicos illud discrimen constitui, quod Ecclēsiastici nullo modo variare possunt circa præsentationem semel factam; laici vero possunt, c. *cum autem 24. de iure patronatus*; quo supposito dicendum est ideo in d. c. *Pastoralis*, post appellationem interpositam potuisse eundem Episcopum aliu institueret: nā ille fuit præsentatus à Patrono laico, qui potest variare in præsentatione, esset enim inutilis præsentatio, nisi institutio sequi posset, sed hoc in casu non tollitur potestas præsentandi quæ Patrono cōpetit per appellationem ipsam. Tum etiā, quia diversā est causa secundæ præsentationis à prima, vel quia appellatio interposita non potuit præiudicium inferre Patrono. Neq; obstat quod per appellationem impeditur potestas præsentandi ex communi Doctorum sententia in præsentationem id procedit quoties lis vertitur super ipso iure patronatus, aut titulo beneficii, non tamen cū controversetur super exceptione, qua excluditur ipse præsentatus, vt latius resoluit Lanc. ubi *sup. c. 4. n. 588.*

Decimo obstat text. in c. *Pastoralis 53. §. verum, hoc tit.* dū ait permittum esse Iudici, à quo, vt post appellationem possit excommunicatum appellatorem denunciare, & cum fructibus beneficii privare. In cuius text. difficultate dicendum est, multum referte cum de iure appellationis queritur, an ab alijs causis, vel ab excommunicatione appelleretur; nam excommunicatio in eo differt, quod post interpositam appellationem novata debent per Iudicem appellatum revocari; quia eius iurisdictio lata creditur, c. *non solum, cum vulgatis, hoc tit. in 6.* vbi autem post sententiam fertur excommunicatio, neque per Iudicem appellatum, neq; per Iudicem, à quo, opus est, vt revocetur cum ipso iure inutilis adeo sit, vt neque impediatur excommunicatum à divinorum celebratione, neque absolutio ei sit necessaria, nisi ad cautelam, c. *ad presentiam 16. hoc tit. 2.* Etiam differt sententia excommunicationis ab alijs sententijs: quia vbi semel lata est; effectus, & executio per appellationem suspendi non potest, c. *per tuas, de sentent. excom. c. is cui 20. tod. tit. l. 6. d. c. Pastoralis, §. verum* cum in alijs causis executio per appellationem removeatur, d. c. *veniens de iure iurando*: quia per illam extinguitur vis sententiæ: quod ob favorem sententiæ excommunicationis est indultum; quia cum sit medicinalis, c. 1. *de sententia excommunicationis, in 6.* & tendat in correctionē eius, qui excommunicatur; ne prætextu frivolæ appellationis impediatur correctio, sublata est appellatio, vt in omni correctione, c. *ad nostram 3. c. reprehensibilis 26. hoc tit.* merito, cum excommunicatio statim sortiatur effectum, iuxta de causa post appellationem excommunicatus denunciari potest, sine metu attentati, vt ab alijs evitetur: nam declaratio nihil aliud est, quam executio sententiæ, dict. §. *verum*: potest etiam fructibus beneficii privari; quia cum fructus, & distributiones quotidianæ ex illa communione Ecclesiastica proveniant, cum beneficium propter officium concedatur, c. *cum secundum Apostolum, de præbendis*; iuxta de causa ab illis fructibus, etiam non obstante appellatione, privari poterit, Pichardus in *manuduct. ad praxim, 4. part. §. 15. num. 5.* Salgado de *protectione Regis, part. 2. cap. 5. num. 12.*

Vndecimo huic solutioni obstat text. in *cap. præterea 40. hoc titulo*, dum ait appellati posse à censura excommunicationis, ita quod impediatur denunciatio illius post appellationem. Sed respondetur facile, multum interest an excommunicatio feratur purè, an sub conditione; putà, *nisi intra tale tempus satisfeceris, sis excommunicatus*: nam vbi purè fertur excommunicatio cum statim effectum habeat, nihil mirum, si appellatio ab illa interdicatur, iuxta textum in dict. §. *verum*: at vbi excommunicatio sub conditione fertur, ante eventum conditionis nulla est excommunicatio; ac ideo per appellationem suspenditur: & ita obtinet textus in d. c. *præterea* notat Lanc. ubi *supra, limitatione 21. n. 31.*

Duodecimo obstat text. in c. *qua fronte 25. hoc tit.* dum permittit inferioribus Iudicibus, vt si quos excommunicaverint, etsi appellatio ad Pontificem delata fuerit ne absoluantur, possint eisdem beneficium absolutio-

tionis impartiri, & absolutio utilis erit. Sed respondendum est ius singulare *ibi* præscribi observandum in absolute excommunicationis, ut absque metu attentati possit per Iudicem concedi. Primo propter periculum quod ex mora imminet, ne in peccato homo decedat. Secundo, quia absolutio favorabilis est; l. *Arrianus, ff. de oblig. & actionib.* Tertio, quia nullius interest excommunicatum absolvi, cum per absolutionem nihil nocenti inferatur propter cautionem, de qua in *codem textu*. & an iuratoria sufficiat, vide *Glos. hic* & notat *Lancell. ubi supra, dicto capite decimo secundo, limitatio- ne 23.*

15 Decimotertio obstat text. in *Clementina unic. de sequestratione possessionis*, ubi etiam si post appellationem sequestratur possessio, attentatorum remedium non revocatur. Cui dubio dicendum est, quod etsi regulariter appellatione pendente fieri non possit, absque metu attentatorum; aliquando tamen fieri permittitur, veluti ad compescendam litigantium malitiam, quando in prima instantia sententia lata est contra possessorem in causa beneficii, qui nondum triennem possessionem adimpleverat: nam hoc in casu sequestrum per appellationem non suspenditur, iuxta rationem traditam in *d. Cl. unic.* Si vero causa profana est, sequestratio absque metu attentatorum fieri non potest, nisi possessor fructus dissipet vel dissipari timeatur, cum non desideretur actualis fructuum dissipatio, sed probabilis dissipationis timor sufficiat: iuxta text. in *c. penult. & ultimo, de sequestratione possessionis, & fructuum*; notat *Don. l. 28. comm. c. 9.* *Osual. ibidem littera T. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 1. tit. 10. diffinitione 11.*

16 Decimoquarto adversus nostrum text. obstat dicere quod ad hoc, ut attentata post appellationem revocentur, desideratur omnino, ut coram Superiore probetur veritas causæ in appellatione expressæ, iuxta text. in *c. non solum 7 in secundo responso hoc tit. l. 6. c. ex parte, 7.* *Gloss. verb. si vobis de testibus*: sed in præsentibus, non fuit veritas causæ probata coram Superiore: Ergo collatio beneficiorum non debuit attentatorum remedio revocari. Sed huic dubio dicendum est, quod textus in *d. c. non solum, in secundo responso*, loquitur in appellatione iudiciali à sententia interlocutoria interposita, quo in casu causæ expressio, & eius probatio coram superiore desideratur, ut attentatorum remedium locum habeat: at vero textus noster procedit in appellatione extrajudiciali, hoc est, in beneficiorum collatione, quæ in specie non requirit causam appellationis coram superiore probari, sed verisimilem esse sufficit, ut inferius dicemus in *capit. ut debitus honor, infra, hoc titulo*. Ratio differentiarum est: quia cum Iudex iudicialiter procedit, semper pro eo præsumitur acta iudicialia observasse, exceptiones omnes admisisse, ac iuste processisse, quæ de causa appellans ab interlocutoria, tenetur appellationis causam iustificare, ut attentatorum remedium habeat, iuxta textum in *dicto capite non solum*, cum *similibus supra adductis*: secus veto est dicendum, cum quis non tanquam Iudex, sed tanquam privatus procedit: nam tunc debet exceptiones admittere, neque ordinem iudicium observare, ideoque cum non præsumatur iuste processisse, non est necesse appellationis causam iustificare, sed verisimilem exprimeret, ut in *textu nostro*, & *Innocentius notat in capit. 2. numer. 2. de his, qua sunt à maiore parte Capituli*. Tum etiam, quia cum appellatur sine iusta causa ab actu interlocutorio, interrogatur Iudici maxima iniuria, quæ cessat quando appellatur ab extrajudiciali, cum tunc Iudicis vicem non gerat, ideoque nulla probatio causæ appellationi desideratur, sed verisimilis sufficit, notat *Abbas in præsentibus, & in capit. bona num. 7.* & *Doctores omnes in cap. ut debitus honor, hoc titulo.*

17 Decimoquinto adversus ea, quæ in præsentibus notant omnes; videlicet regulam nostri textus etiam procedere, cum quid innovatum est post appellationem ab uno ex socijs in causa communi interpositam, ita ut nihil sit novandum, non solum in præiudicium eius, qui appel-

lavit, verum neque eorum qui non appellaverunt, cum appellatio unius ex socijs pro sit omnibus, iuxta textum in *cap. vna 72. infra, hoc titulo, capit. ei qui 42. paragrapho quandoque, 2. questione 6. leg. 1. & 2. Cod. si unus ex pluribus leg. 1. Cod. de diversis rescriptis leg. 5. tit. 13. part. 3.* Obstat textus in *leg. si qui separatim 10. §. quod est rescriptum, ff. hoc titulo*; ubi constat, quod si sententia est lata in communi causa, condemnatio eius scinditur pro virili parte inter eos, qui damnati sunt; vnde comes inter alios acta, alijs non debeat nocere ante processisse; *cap. penultimo, de re iudicata, leg. super 63. ff. eodem l. cum uno, ff. de exceptione rei iudicata*, dicendum videbatur, appellationem ab uno ex socijs factam, tanquam de re diversa interpositam, alijs non esse profuturam. Augetur difficultas ex eo, quod etsi coniunctim fuerint socij damnati, veluti duo vel tres tutores, appellatio unius alijs nihil proficit, *dl. 2. in fine, C. si unus ex pluribus*: Ergo provocatio unius ex socijs alijs processisse non debet ad effectum attentatorum.

Quibus difficultatibus, ut fiat satis, dicendum est, consortibus eiusdem litis concessum esse, ut facta per unum provocatio, alijs eius beneficio uti possint: quia licet in effectu plures videantur lata sententiæ, cum inter eos pro virili parte scindatur condemnatio: re tamen vera una tantum sententia præcessit, quæ provocatione facta suspensa fuit; notat *Osualdus ad Donellum, lib. 28. cap. 5. littera B.* sed cum in prima instantia sententia, contra unum lata, alijs nec noceat, nec proficitur *d. cap. penultimo, de re iudicata*, tunc ut in causa appellationis victoria unius alijs processisse valeat, rescriptis Imperatorum caveti oportuit, *dict. leg. 2. Codic. si unus ex pluribus, dict. leg. si quis separatim, ff. hoc titulo*; quod etiam iure Pontificio observatur in *cap. vna, penultimo, hoc titulo* sed id, est permissum multis concurrentibus. Primo, quod in omnibus personis fiat condemnatio: nam separatim damnatis pluribus, si appellet unus nihil agit quoad ceteros, *dict. leg. si qui separatim, in principio, leg. cum in vna decima septima, digest. hoc titulo*. Secundo, ut communis sit omnium defensio, *dicto cap. vna, penultimo, hoc titulo*, vnde pluribus tutoribus damnatis, quorum alter gessit tutelam, si unus appellet, ex ea appellatione nullum commodum alijs reportat; & ita obtinet text. in *dict. leg. si qui separatim, §. quod est rescriptum*, siquidem diversa est causa defensionis eius, quinon gessit; iuxta text. in *l. 2. C. si tutor, vel curator non gesserit*. Tertio, ut omnes circa appellationem communi iure utantur, non speciali beneficio, *l. cap. vna, penultimo. l. 1. C. si in communi eademque causa, leg. 2. C. si unus ex pluribus*, cum supra traditis, de qua re plura refert *Ant. Pich. in manu dictione ad praxim, 47. præcepto 2.*

Decimosexto adversus ea, quæ in præsentibus notant Doctores omnes; videlicet nostri textus decisionem, non solum in civilibus controversijs, sed etiam in criminalibus observari debere; iuxta textum in *leg. non tantum 6. ff. hoc titulo, leg. unica, versic. si quis ergo, digest. nihil novari appellatione pendente*; obstat textus in *leg. 2. C. quorum appellationes, non recipiantur; capit. ei qui 41. versic. Nullus, 2. questione 6. leg. 16. tit. 13. part. 3.* ubi damnati ob maleficium homicidium, adulterium, aut violentiam manifestam, & si appellaverint, interroganda est poena in sententia expressa: Ergo in criminalibus causis appellatio non suspendit iurisdictionem Iudicis, à quo; neque operatur effectum attentatorum. Sed huius difficultatis solutio facilis est, si dixeris, quod quamvis appellationis remedium ad præsidium innocentie sit institutum, *capit. cum in speciali 61. hoc titulo*, tamen cum in notorijs factis innocentia non extet, & defensionis locus non sit, iuxta de causa appellatio non admittitur, neque attentatorum remedium locum habeat, iuxta text. in *c. cum sit Romana 5. §. ultimo, cap. pergenit 13. & 14. hoc titulo*. Quod verum est cum Reus idoneis testibus est convictus, & confessus; & ita obtinet text. in *dict. leg. 2. C. quorum appellationes, & c.* cum supra traditis: nam adversus convictum, & confessum,

sum, ob publicam utilitatem sententia executionis mandatur, ne delicta impunita remaneant; leg. locatio paragrafo, illicite. cum vulgatis, digest. de publicanis, & vestigialibus: & ut hæc omnia procedere valeant, duo necessaria sunt. Primo, quod Reus testibus idoneis sit convictus. Secundo, quod ipse sponte crimen ante sententiam confiteatur, dist. l. 2. Cod. quorum appellaciones, &c. Nam his concurrentibus, propter publicam utilitatem, & quia frustratoria censetur appellatio, quæ defensionis rationem habere non videtur, reis denegatur in dist. leg. 2. cum similibus supra adductis: notat Lancellotus ubi supra, limitatione 9. Sigismundus ubi sup. a. 9. 13. limitatione 4. Osuald. ad Donellum, lib. 28. cap. 6. littera K. & Y.

Decimoseptimo aduersus textum nostrum, in versiculo, Veritate per idoneas personas, & famam loci inquisita, &c. Ex quibus verbis constat, quod ut locus sit revocationi attentatorum, omnino oportet ut constet per idoneas personas, hoc est; testes simul & famam id probari; obstat principium illud, quo docemur, quod duo testes sufficient, ut fides adhibeatur, capit. in omni negotio 4. cap. cum à nobis 28. de testibus; l. final. Codic. de probationibus l. ubi numerus, cum vulgatis, ff. de testibus: Ergo cum soli testes ad probationem sufficient, non erit necessaria loci fama, ut attentatorum revocatio fiat. In qua difficultate, omiffa interpretatione Glossa in presenti, verbo, famam Abbatis, & Hostiensis, & Beroi. num. 37. veriorum esse existimo, quam refert Decius in presenti, numer. 11. dum asserit, ideo in presenti simul cum testium depositione loci famam desiderari; quia testes illi non integrè concludunt nouata illa post appellationem fuisse facta: neque rationem dicti reddunt: ac ideo cum adhuc causa dubia remaneret, rectè ad eius maiorem declarationem, loci fama desideratur; cum testium defectus per loci famam suppleri soleat argumento textus in leg. si quis ex argentarijs, paragrafo cogentur, digest. de edendo, notat Baldus, & Iason ibidem numero secundo. Neque superiori interpretationi refragantur verba nostri textus, ibi: Per idoneas personas, &c. Quia referuntur ad conditionem, & qualitatem testium, ne scilicet sint viles, aut alia ratione inhabiles, non tamen ad defectum circa dictum, & testimonium eorum. Similiter videndus est textus in leg. sciendum 15. §. si fundas digest. qui satisfacere cogantur, leg. tale pactum 4. §. qui provocare, digest. de pactis, leg. chirographis 57. §. ab eo, ff. de administratione tutorum, cui obstat textus in leg. tutor 41. ff. de usuris, & leg. negotiorum, ff. de appellationibus, leg. Imperatores 21. paragrafo si magistratus leg. cum ex causa 11. leg. qui suspectum 20. paragrafo final. leg. non tantum, leg. si quis, paragrafo quod est, digest. hoc titulo, l. ab his 10. paragrafo habitis 3. digest. de vacation. & excusation. numerum, leg. adducta 19. Codic. hoc titulo: leg. furis 6. digest. de his qui notantur infamia; leg. si quis filio 6. paragrafo si autem omnes 8. digest. de iniuriis, ruptio, cum l. instituta 27. paragrafo penultimo, digest. de inoffic. testament. cui obstat textus difficilis in l. 1. Codic. eodem; Videndus est etiam textus in leg. final. Codic. de edicto Divi Adriani tollendo; leg. unica, Codic. si à momentanea possessione fuerit appellatum; leg. in ratione, paragrafo, cum quidam, ad legem Falcidiam; capit. veniens 38. cum capit. ex parte 7. de testibus; leg. in servorum 10. paragrafo, qui ex causa, leg. quod ad statum, digest. de penis: leg. in ratione 11. paragrafo 3. digest. ad legem Falcidiam; leg. 3. Codic. si pendente appellatione mors intervenerit; leg. 3. paragrafo Imperator, digest. ut legatorum nomine; leg. penultima, digest. indicatum solvi: & pro interpretatione ad textum in leg. 1. paragrafo fin. ff. ad Senatus Consultum Turpilianum, videndus est Donellus lib. 24. commentariorum, & Osuald. in eodem lib. cap. 9. littera C.

Ad textum in capit. Cum sit Romana §. hoc titul. de appellationibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Apellans habet annum ad prosequendam appellationem: & ex iusta causa biennium; & hoc, nisi index moderetur: nisi apellans non prosequatur appellationem in termino prescripto, firma manebit sententia.
- 2 Iudex curare debet finem litibus imponere ne partes sumptibus, & expensis valde grauentur.
- 3 Interpretatur textus, in capit. ex ratione 8. de appellat.
- 4 Expenditur textus, in l. si vnus, fin. C. si pendente appellatione mors intervenit; cum leg. cum in antiquioribus, C. de iure delib.
- 5 Prima instantia de iure Canonico perpetua est: de iure vero Civili limitatur triennio; & ibi differentia ratio.
- 6 Fatale appellationis tempus currit à die sententia, si Reus condemnatus, est conscius sententia: si vero ignarus, currit tantum à die appellationis.
- 7 Interpretatur textus in l. 1. C. de temporibus appellationum, cum leg. 1. paragrafo, quod in sententijs, ff. quando apellan. sit: cap. anteriorum, vers. Sanctimus, 2. q. 6.
- 8 Beneficium à iure indultum nemini est auferendum.
Terminus à iure datus cum Iudicis ministerio poterit ab ipso coarctari: secus si sine Iudicis ministerio fuerit indultum, ubi assignatur differentia ratio.
Expenditur textus in c. cum sit Romana §. de app. tex. in c. ex insinuatione, 56. eod.
- 9 Illustratur textus in l. 2. versicul. Sed petraro, de re iudicata
- 10 Iudex si detulit appellationi, poterit terminum iuris moderari, & limitare: secus vero si non detulit: ubi assignatur ratio.
- 11 Sententia excommunicationis etiam si appellatio sit deserta non convalescit, casera vero convalescunt, & ibi ratio differentia assignatur.
- 12 Apellans à gravamine etiam post fatale auditur, non per viam appellationis, sed querela, vel nullitatis tantum.
Expenditur textus in c. cum sit Romana §. vers. Si vero de appellat.
- 13 Interpretatur textus in d. c. cum sit Romana de app. ver. Sin autem.

C O N C L U S I O.

Apellans habet annum ad prosequendam appellationem: & ex iusta causa biennium: & hoc nisi Iudex moderetur. Quod si apellans non prosequatur appellationem in termino prescripto, firma manebit sententia. Quæ conclusio in tres dividitur partes. Prima deducitur ex principio nostri textus. Secunda, ex versiculo, Et hoc Tertia, ex versiculo, Quod si apellans. Prima pars probatur ex textu in capit. ex ratione 8. cap. constitutus 45. infra, hoc titulo, capit. ei qui 2. questione sexta, Clemantina, sicut, hoc titulo, Authentic. de his, qui ingrediuntur ad appellationem in principio, & paragrafo 1. collatione 5. Authentica, ei qui. Cod. de temporibus appellationum l. 11. titul. 16. lib. 4. Recopilationis, exornant Octavianus in Pedemontana decisione 28. Fachineus lib. 1. controversiarum, c. 79. Secunda conclusionis pars probatur ex textu in cap. personas 4. capit. reprehensibilis 26. cap. sapè 44. cap. oblato 57. hoc titulo, cap. quoad consultationem, capit. causam, de re indicata, leg. 2. digest. eodem

plures refert Menoch. *de arbitrariis, casu 1. num. 3.* Tertia conclusionis pars probatur ex textu in *diēt. cap. sepe: diēt. Clement. sicut, hoc titulo, leg. si Praeses, C. quomodo, & quando iudex: diēt. Authent. ei qui, leg. final. §. illud, C. de temporibus appellationum, leg. 2. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, vbi plura, & plures refert Azeved. num. 1. & 36. Anton. Pichard. in *manuduct. ad praxim, part. 4. §. 21. per totum.**

2 Ratio quoad primam nostri text. partem, qua docemur; appellantem habere annum, vel ex iusta causa biennium, ea est: Videlicet quia valde interest, vt sit certus, & determinatus litium finis, ne in infinitum procedatur cum magno litigantium incommodo quod vtrūque ius Civile, & Canonicum semper abhorrent *c. finem litibus, de dolo & contumacia; leg. final. cum vulgaris, ff. pro suo.* Secundæ verò partis decidendi ratio in eo consistit; videlicet Iudicem posse terminum ad prosequendam appellationem assignare: quia Iudex semper curare debet, ne litigantes sumptibus, & expensis valde grauentur, *d. c. finem litibus, c. vt litigantes, de officio Ordinarij, lib. 6. capit. 2. de causa possessionis & proprietatis; capit. 2. de re iudicata, leg. properandum 13. Cod. de iudicijs;* poterit etiam iusta de causa terminum limitare: quia multoties, vt sententiæ executio impediatur, cavillôsè pars appellat; ac idèd, ne ex malicia sua commodum reportet, iusta de causa appellationis terminus à Iudice restringi poterit; notat Glossa in *d. c. 2. verb. celeri: supra tit. prox. & hoc c. 5. verb. recisus: Abbas num. 18. facit etiam text. in c. intelleximus 7. de iudicijs, c. 1. §. final. cum alijs, de iuramento calumnia, lib. 6.* Tertiæ partis decidendi ratio est: videlicet transacto appellationis termino, noluit appellationem prosequi, si appellans sententiam transire in rem iudicatam, quia eo transacto, perinde habetur, ac si à principio appellatum non fuisset, *l. final. §. illud, Cod. de temporibus appellationum, Maranta in praxi, 6 p. actu 2. tit. de appellationibus. num. 409.*

3 Primò, contra primam nostri textus partem, obstat text. in *c. ex ratione 8. hoc titulo,* vbi impedimento non solum annus, & biennium, verum etiam iusta de causa maius tempus conceditur: Ergo male in principio nostri text. annus, vel biennium præscribitur. Sed huic dubio responderi valet, quòd textus noster omninò suppleri, & interpretari debet per text. in *d. c. ex ratione;* quo caveatur, quod si biennio illo appellans fuerit legitime impeditus, adhuc poterit post biennium admitti ad appellationem prosequendam; dum tamen restitutionem in integrum priùs postulaverit, ex illa clausula generali *si qua mihi iusta causa, &c.* de qua mentio habetur in *leg. 1. in fine, ff. quibus ex causis maiores:* notat Glossa, *verb. manet, in diēt. Authent. ei qui, C. de temporibus appellationum;* quæ temporis restitutio post biennium, non extenditur vsque ad triennium, sed solummodo ad tantum tempus, quantum durabit impedimentum, argumento textus in *Clementina unica, in fine, de in integrum restitutione minorum,* notat Abbas in *diēt. cap. ex ratione, num. 6. & 9. Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. num. 228.*

4 Secundò huic sententiæ obstat text. in *l. si vnus, fin. C. si pendente appellatione mors intervenerit,* vbi si vnus ex litigatoribus decesserit, ejus hæredi vltra illud tempus, quod defuncto, ob ejus impedimentum competebar, quadrimestre tempus, indulgetur, quod connumerari debet à die deliberationis, seu à die ipso quo potuit hæreditatem adire. Sed huic dubio dicendum est, diversam esse rationem, quæ militat in defuncto, quam quæ in hærede: Nam defuncto tantum conceditur tempus, in quo fuit impeditus: at verò hæredi, non residuum impedimenti tempus, sed quadrimestre conceditur; & ita obinet text. in *l. si vnus, Cod. si pendente appellatione:* Ratio differentiæ est: quia defunctus jam erat conscius; & litis dominus factus, cuius notitia omninò in hærede deficit, notat Cujac. in *diēt. l. si vnus:* Osualdus *lib. 18. c. 8. in fine.* Neque solutioni obstat textus in *l. cum in antiquioribus, C. de iure deliberandi,* vbi si in tempore annali, quod est concessum ad deliberandum, interim

quis decesserit, tempus quod deficit, hoc est, residuum hæredi tantum conceditur, & annali completo nullum regressum habebit: quia textus ille procedit in anno deliberationis ad hereditatem adeundam, quo in casu, nova deliberatio hæredi hæredis non permittitur, sed continuum tempus esse debet: ratio est; quia diversum est ius, quoad prosequendam appellationem, quam quod est ad additionem; cum lis sit incerta, & incognita, at verò causa additionis, vel repudiationis certa; ideoquè diversum tempus conceditur, notat Cujac. *ad titulum de prescriptionibus, c. 16. & in posthum. ad titulum, C. si pendente appellatione mors intervenerit.*

Tertio obstat dicere, quod prima instantia de iure Canonico non habet terminum præfixum, *c. venerabilis, de iudicijs,* sed non est major ratio in 2. quàm in prima instantia, siquidem in omnibus ratio finis litium attendi debet; *d. c. finem litibus:* Ergo de iure Canonico secunda instantia non debet habere terminum præfixum quemadmodum neque prima habet. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur; quia diversum est jus Canonicum à Civili in præfinitione primæ instantiæ, licet in 2. & 3. conveniant: quia de iure Canonico, ex *d. c. venerabilis,* prima instantia perpetua est; iure tamen Civili triennio limitatur, *l. properandum, C. de iudicijs,* hodie tamen intra biennium concluditur iuxta decretum Concilij Tridentini *sess. 24. c. 20. in principio:* Guttier. *de iura mento, 3. part. cap. 5. num. 3. Paz in praxi adnotatione 2. num. 12.* In secunda verò instantia, de iure Canonico biennij tempus constituitur: ratio differentiæ est; quia appellatio ad præfidium innocentiam, non verò ad subterfugium iniquitatis datur, *cap. cum speciali, §. porro, infra hoc tit. & cum hi, qui iniquas causas fovent, ad appellationis remedium frequenter subterfugiant;* vt causa prorogetur, *diēt. cap. venerabilis, de iudicijs,* idèd iusta de causa in secunda instantia prædictum tempus ad prosequendam appellationem est stabilitum: qui dolus, & malitia cessat in prima instantia, cum in ea adhuc cognitio causæ non existat, neque dolus præsumatur; ideoquè prima instantia de iure antiquo, & Pontificio nostro, perpetua erat ex rationibus & iuribus supra adductis. Neque prædictis obstat textus in *Clement. sicut, de appellationibus,* vbi annus, vel ex iusta causa biennium non solum datur ad prosequendam, veram etiam ad finiendam appellationem: Ergo male in prima nostri text. parte deciditur, vt supra retulimus, tempus illud ad prosequendam appellationem fuisse tantum constitutum: Quia similiter textus noster suppleri, & declarari debet per text. in *d. Clem. sicut;* siquidem ibi noviter est decisum, terminum illum non solum à iure esse concessum ad prosequendam, verum etiam ad finiendam appellationem; quod etiam iure Regio observatur, in *l. 11. tit. 18. lib. 4. Recopil.*

Quartò adversus id, quod etiam in hac prima nostri textus parte notant Doctores omnes: videlicet hoc fatale tempus incipere currere in extrajudiciali appellatione à die ipso illati gravaminis; in iudiciali verò à die interpositæ appellationis non verò à die prolatae sententiæ, iuxta textum in *diēt. Clementina sicut 3. de appellationibus, Authentica, hodie, §. Apostolus, C. eodem,* valde obstat textus in *leg. iudicibus 25. C. de appellationibus, cap. fin. §. iudicibus, 2. quæst. 6.* in quibus iuribus constat, quod annus statutus ad prosequendam appellationem, connumerari debet, non à die appellationis, sed à die sententiæ. Cui dubio distinctione adhibita satisfieri poterit: scilicet multum interesse, an quis est conscius, sententiam adversus eum fuisse prolatam, & non provocavit; an verò ignorabat, & vsque ad vltimum decendij diem, similiter non provocavit: nam primo casu, si ignorat, fatale tempus currit ab ipso die appellationis, & ita obinet text. in *diēt. Clement. sicut:* si verò conscius erat, & non provocavit, tunc currit tempus à die sententiæ; & ita obinet text. in *diēt. l. iudicibus, Cod. de appellationibus,* & textus in *diēt. cap. fin. §. iudicibus, 2. quæst. 6.*

Quintò solutioni obstat textus in *l. 1. C. de temporibus*

huius appellationum, ubi fatale tempus ad prosequendam appellationem in nominatione muneris publici adversus presentes, etiam ignorantes computari debet; adversus absentes verò, tunc, cum primum cognoverint, nominationem contra eos factam fuisse. Cui dubio satisfacere conatur Donellus *lib. 28. comment. c. 8.* existimans discrimen versari inter sententiam nominationis ad munera publica, & inter ceteras sententias: nam in his ordinariis, fatale tempus currit à die ipso appellationis cum distinctione *supra* adducta: at verò in nominatione ad munera publica; tempus illud currere à die nominationis statim adversus presentes, etiam ignorantes; adversus absentes verò, cum primum cognoverint nominationem adversus eos factam; & ita obtinere textum in *d. l. 1. c. de temporibus appellationum*. Sed hæc interpretatio convincitur manifestè per textum in *l. 1. §. quod in sententiis, ff. quando appellandum sit*; ubi docemur quod id, quod in sententiis receptum est, quoad appellationem in temporis continuatione, id etiam observari debet in ceteris casibus, in quibus sententia non proferatur: Ergo si sententia, & nominatio munerum æquiparantur, frustra illa Donelli specialitas traditur: Quare hæc, & alii ommissis, verissime est dicendum, iura illa non esse contraria: nam licet in tempore quoad prosecutionem differant, cum in nominatione duo menses sufficerent in ceteris verò sententiis semestre desideraretur; tamen in continuatione vniuscuiusque temporis, non differunt quia in omnibus æqua lance absque vlla specialitatis ratione semper currit, & dinumerari debet à die interpositæ appellationis, cum distinctione *supra* adducta, scientia, vel ignorantia interveniente.

Neque obstat textus in *d. l. 1. c. de temporibus, & reparationibus appellationum*, ubi: *Ex eo die interponenda appellationis, &c.* Quia non debet intelligi ex die sententiæ cum possit interponere appellationem; sed ex die quo iam interposita est appellatio in nominatione: vel mutato nomine, hoc est, *interp. sira*, pro *interponenda*, uti solemus dicere *litis contestanda*, pro *litis iam contestata*; & *res iudicata* tempus, pro *re iam iudicata*; uti bene animadvertit Cuiac. *ad tit. de temporibus appellationum, in principio*. Neque etiam obstat text. in *cap. anteriorum, vers. Sancimus, 2. q. 6.* ubi fatale tempus currit à tempore sententiæ: quia textus ille non loquitur de tempore, quo iam est interposita sententia, sed de ea intra decem dies interponenda; qui quidem dies, omninò necesse est, ut currant à die ipso prolationis sententiæ: uti refert Turretemata, *ibid.*

Sextò, contra secundam nostræ conclusionis partem obstat principium illud: quo docemur beneficium à iure indultum, nemini esse auferendum, *cap. indultum 17. de regulis iuris, lib. 6. l. 1. vers.* Neque enim, *ff. de feriis, leg. unica, c. de temporibus appellationum*: sed fatale anni, vel biennij tempus, à iure omnibus est concessum, ex *lex. nostro*, cum *similibus supra* adductis: Ergo non poterit à Iudice moderari. Qua in difficultate communiter respondetur solet, quod quando terminus à iure conceditur sine Iudicis ministerio tacito, vel expresso, tunc non poterit Iudex terminum limitare, vel moderare; & ita obtinet textus in *d. l. 1. c. de temporibus appellationum, cum similibus supra* adductis; si verò terminus à iure datur cum Iudicis ministerio, tunc poterit illum coarctare; & ita procedit textus noster, & iura, in eius confirmationem *supra* adducta, siquidem Iudex, iusta de causa, legis autoritate juris terminum restringit; ac idè cessat regula, in *d. l. 1. c. de temporibus appellationum*, cum ea, quæ fiunt ab homine, lege permittente; non per hominem, sed per legem ipsam fieri videntur: notat Gloss. *unica in principio, in d. l. 1. c. de temporibus appellationum, cum similibus supra* adductis, *Conanus in l. fin. ff. de re iudicata*.

Neque obstat text. in *c. ex insinuatione 56. infra, hoc tit.* ubi iudici à quo non permittitur assignare terminum ad finiendam causam: Quia textus noster & eius doctrina debet intelligi respectu partis appellantis, ita ut debeat coram Iudicibus appellationis instare, ut intra terminum ab inferiori Iudice præfixam causam diffiniant, ipsosque instanter interpellare, ut sententiam proferant:

ita ut quantum in se est, causa intra illud tempus finem accipiat: respectu verò Iudicis superioris, & sententiæ ab eo ferendæ, aliter observari debet: nam licet terminus parti sit assignatus ad causam finiendam, aliàs sententiam in rem iudicatam transire; Superior tamen non poterit coarctari intra illud tempus sententiam dicere, cum inferior Superiori legem imponere non possit, & ita obtinet text. *in d. c. ex insinuatione*; & idè nihil obstat: quia loquitur de tempore respectu Iudicis: noster verò text. de tempore respectu partis; notat Dec. & Imola *in præsent. num. 4.*

Septimò prædictis obstat textus in *l. 2. vers. Sed per raro, ff. de re iudicata*, ubi iuris terminus solummodo alimenterum favore, seu restitutionis minorum restringi potest: Ergo ex alia causa per Iudicem moderari non poterit; cum casus exceptus firmet regulam in contrarium, *leg. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penn. legata, leg. cum Prator 12. ff. de iudicis*. Sed huic tanto dubio dicendum puto, dictum verò *Sed per raro*, nihil adversus nostri text. sententiam obstarè: quia in principio illius *leg. 2.*, & in secunda nostri text. parte, idem est statutum: videlicet Iudicem posse iusta subsistente causa terminum à iure indultum minuere. Neque contrarium refert versiculus ille, *Sed per raro*: quia sensus illorum verborum est, quod etsi raro, sine iusta causa non possit Iudex terminum coarctare, tamen ab hac regula excipiuntur duæ causæ, quæ favorabiliores sunt: videlicet alimentorum, & restitutionis in integrum, in quibus absque vlla probationis causa poterit Iudex terminum minuere, cum in illis pro causa sufficiat eorum favor, & miserationis ratio.

Octavò adversus eandem secundam nostri text. partem obstat sequens consideratio: nam aut Iudex à quo, appellationi defert, vel non: si appellationi defert, eo ipso videtur à se iurisdictionem abdicare, & cum appellationibus *5. hoc tit. lib. 6.* ac subinde non poterit terminum appellanti præfixere. Quod similiter est dicendum, si non defert, cum iuvari non possit, appellatione non admittitur; argum. text. in *c. ex eo 38. de regulis iuris, lib. 6. c. cum olim, infra, de censibus*: Ergo neutro casu poterit Iudex terminum à iure concessum moderari. Quod dubium, cum duas contineat partes, duarum etiam indiget solutionum. Primæ responderi debet, quod licet Iudex, qui appellationi detulit, videatur à se abdicasse iurisdictionem, tamen id fallit in his, quæ tendunt ad faciliorem causæ expeditionem; merito cum termini restrictio ad id tendat, mirum non est; quod Iudex à quo, etiam appellatione admittitur, possit terminum restringere, & limitare, arg. text. in *cap. cum teneamur 17. hoc tit.* notat Abbas *in præsent. num. 1.* Decius *num. 2.* Covarr. *in practica, cap. 23. num. 1.* Secundæ verò responderi valet; verum esse, Iudicem, qui appellationi non detulit, non posse terminum præfixere, ut constat ex *iuribus supra* adductis: quæ omnia nihil obstant, cum nos de appellatione admittitur agamus. Neque huic sententiæ repugnat textus in *cap. 1. hoc tit. lib. 6. c. oblatus 57. hoc tit.* Vbi etiam si Iudex non detulerit appellationi, poterit terminum appellanti assignare: Quia iura illa quatenus de termini assignatione loquuntur, interpretati, & intelligi debent secundum terminos iuris, nempe, si delatum sit appellationi, non aliàs; cum Iudex, qui appellationi non detulit, ea ad faciliorem causæ exitum iuvari non possit; notat Beronius *in præsent. num. 18.* Decius *num. 6.* Azcvedo *in leg. 2. num. 5. tit. 18. lib. 4. Recopil.*

Nonò adversus ultimam nostri text. partem sic arguuntor: excommunicationis sententia lata post legitimam appellationem, quamvis postea appellatio ipsa desertatur, minimè convalescit, iura textum in *cap. licet, de sententia excommunicationis, lib. 6.* Ergo quamvis appellans appellationem non prosequatur, & deserta maneat, non debet Inferioris sententia convalescere, & in rem iudicatam transire. Sed huic dubio omittitur Glossæ interpretatione, *ibi*, verbo, *convalescat*; verissime dicendum esse existimo, discrimen versari inter excommunicationis

nicationis sententiam, & inter cæteras sententias: quia excommunicationis sententia lata post appellationem, ea deserta, non conualescit, & ita obtinet text. in dict. cap. licet: cæteræ verò sententiæ conualescunt, & ita procedit Tertia textus pars: Ratio differentiæ est: quia in cæteris sententiis, deserta appellatione, quadam fictionis ratione, æquitate suggerentis, datur retractio; & perinde habetur, ac si nunquam fuisset appellatum; & leg. furtis 6. ff. de his qui notantur infamia, l. fin. 5. illud. Cod. de temporibus appellationum: quæ retractio in spiritibus libus causis non admittitur, præcipue in censuris, in quibus veritas, non fictio attendi debet, notat Covar. in c. Alm. Mater, 1. part. 5. 10. num. 6. & cum fictio in æquitate fundetur, l. postlimum in principio ff. de captivis, l. qui in vtero 6. ff. de statu hominum; iniquum esset, excommunicationem retrahere ad tempus latæ sententiæ, quo in tempore contumacia non exitit, quæ ad excommunicationem omninò desideratur, c. Episcopi 8. cum vulgaris, 1. 9. 3.

12 Decimò contra nostram text. in vers. Si verò, obstabit sequens consideratio: Videlicet, quod si extrajudicialis appellatio intra iuris terminum non est interposita, amplius quis per aliam appellationis viam audiri non potest; c. concertationi, hoc tit. lib. 6. Ergo in d. vers. Si verò, appellatione deserta per lapsum fatalium, appellans à gravamine audiri non debet. In qua difficultate, omiſſa Glossæ interpretatione, in præſenti, verb. ante litis ingressum, Decij n. 26. & 27. veritatem esse existimo, quam refert Abbas, n. 18. dum allerit appellantem à gravamine ante litis ingressum, vel post litem, ante sententiam audiri, etiam post transcursum fatalium; non tamen per viam appellationis, sed tantum per viam querelæ, vel nullitatis; & ita obtinet text. noster, in dict. vers. Si verò, arg. text. in d. concertationi, in fine; hoc tit. lib. 6. ac idè textus noster in d. vers. Si verò, intelligi debet de appellatione extrajudiciali, in vers. Si autem, de iudiciali ante sententiam, notat Præpositus in præſenti, n. 7.

13 Undecimò adversus nostram textum in vers. Sin autem, obstabit dicere appellantem debere stare iudicio illius, à cujus interlocutoria appellatum fuit, iuxta textum in c. consuluit, 1. c. directa 39. c. reprehensibilis, c. ut debitus honor, hoc tit. Ergo perperam in d. vers. Sin autem, asseritur dari debere iudicio illius, ad quem noscitur appellasse. Cui dubio, omiſſa emendatione, quam referunt Ioannes Andreas, Cardinalis, & Felin. in præſenti, n. 9. dum asserunt, in specie nostri textus pro illo verbo, ad quem, reponendam esse verbum, à quo, quasi sensus sit, quod is qui ante sententiam appellat, teneatur stare iudicio illius, à quo appellavit: sed quia hæc lectura violat verba textus, merito impugnatur à Beronio in præſenti, n. 1. Quare verissimè est dicendum, vers. Sin autem, intelligendum esse, ita ut procedat, quando appellans non est prosecutus appellationem, & transierunt fata; ad veritatem verò, quoad potuit, institit apud Iudicem, ad quem, ut declarat desertam esse appellationem, & sententiam ratam, à qua appellatum fuit, iuxta textum in dict. Clem. 2. hoc tit. At verò iura in argumento adducta procedunt, quando uterque deseruit appellationem: nam tunc redeundum est ad Iudicem, à quo, cuius iudicio cogitur appellans stare, iuxta textum in Clem. si appellationem 6. hoc tit.

Ad textum in cap. Si duobus 7. hoc tit. de appellationibus.

S V M M A R I U M.

1 Si à Iudice inferiori vnus appellat ad Pontificem, & alius ad inferiorem Pontifice, teneatur appellans ad Papam comparere ad citationem inferioris, saltem appellationem suam allegaturus; alias valebit processus coram inferiori factus; nisi cognovisset appellationem fuisse interpositam.

- 2 Appellatio ad Romanam Ecclesiam tanquam ad Matrem, & Caput omnium Ecclesiarum, omisso non admittitur: & ibi assignatur ratio.
- 3 Expenditur textus in cap. si Clericus 46. 11. quæst. 1.
- 4 Illustratur Cypriani auctoritas epist. 3. qua ad hereticos ineptè accipitur.
- 5 Interpretatur Divi Augusti, testimonium epist. 161. & ibi reſertur hereticorum intellectus.
- 6 Intelligitur Damasci epist. ad Theophilum, & Anathemum, quæ extat inter epistolas Ambrosii, epist. 73. & ibi repellitur hereticorum opinio contra Pontifici iurisdictionem.
- 7 Refertur Divi Augustini epist. 162.
- 8 Expenditur textus in capite, omnes itaque 11. quæst. 1.
- 9 Interpretatur textus in cap. si Metropolitanus, 6. quæst. 4.
- 10 Expenditur textus in cap. placuit 35. 2. q. 6.
- 11 Appellatio gradatim fieri debet ad proximum & immediatum Iudicem superiorem.
- 12 Appellatio à sententia Archidiaconi debet fieri ad Episcopum tanquam ad immediatum Iudicem superiorem. Interpretatur textus in capit. referente 7. de præbendis.
- 13 Illustratur text. in c. à collatione 11. in fin. de appellat. lib. 6.
- 14 Appellatio à Vicarij sententia, non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum tanquam ad proximum, & immediatum Iudicem devolvi debet. Exponitur text. in leg. à Proconsulibus 19. Cod. de appellat.
- 15 Appellatio à sententia Delegati ad Delegantem fieri debet. Illustratur text. in l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo appelletur, cum cap. si cui, de offic. Delegati, lib. 6. & l. fin. §. quis, & à quo appelletur.
- 16 Interpretatur text. in l. si appellati 2. ff. quis, & à quo appelletur.
- 17 Refertur text. in cap. cura Bertholdus, de sentent. & re iud.
- 18 Exponitur text. in cap. si duobus 3. de offic. Delegati lib. 6.
- 19 Excommunicatio ut proferatur, omninò desideratur iurisdictio. Exponitur text. in cap. si duobus 7. de appell. vers. Nisi iudex cognoverit.
- 20 Consuetudo admittitur, ut valeat appellatio de Iudice seculari de Ecclesiasticum. Interpretatur text. in c. si duobus 7. §. denique de appell. cum cap. licet ex suspecto, de foro competentis.

C O N C L U S I O.

SI à Iudice inferiori vnus appellat ad Pontificem, & alius ad inferiorem Pontifice, teneatur appellans ad Papam comparere ad citationem inferioris Iudicis, saltem appellationem suam allegaturus: alias, valebit processus coram inferiore factus, nisi cognovisset appellationem fuisse interpositam. Idem probat text. in c. sollicitudinem 54. c. dilecti 65. & 66. hoc nostro titulo. c. ad Romanam 6. & 8. c. anteriorem, cum aliis, 1. 9. 6. c. licet de susceptio, de foro competentis, c. non putamus, de consuetudine, lib. 6. c. si duo, c. si contra unum de officio delegati, lib. 6. c. Romana, in principio, hoc titulo lib. 6. Clem. 2. de rescriptis, l. 1. §. si quis in appellatione. Imperatores, ff. de appellationibus, si actor, C. eodem, l. 1. & per textum tit. ff. quis, & à quo appelletur, l. 21. tit. 23. p. 3. exornat Fachinus lib. 1. contr. c. 78. Morta in emp. io, tit. 2. in præludis, n. 6. Maranta in praxi, 6. p. act. 2. Sec. de appellationibus, c. 11. Connanus lib. 2. variat. c. 46. Covar. in præſenti, c. 4. n. 9. Anast. Germon. de Indultis Cardinalium, §. tibi, quoad venenis, n. 84. Cujac. lib. 21. observationum, c. 23. Thuf. verb. Appellatio, concl. 352. Paz in praxi, tom. 1. 6. p. in prohemio, n. 43. Bellarminus de Romano Pontifice, c. 21. cum sequen-



libri. Donel lib. 28. c. 7. Osuald ibidem, lit. A. pluresque refert Pichard. in manu duct. ad praxim, p. 4. præcepto 8.

Ratio quare ad Romanam Ecclesiam, omisso medio appellare permittitur, ea est; quia ad Romanam, tanquam ad Matrem; & Caput omnium Ecclesiarum specialiter de causa confugere debemus, ut sic eius auctoritate ab omni opprobrio liberemur; cum Pontifex cunctos iudicaturus sit, & à nemine est iudicandus, *c. cuncta per mundum, §. 9. 3. c. ad Romanam 1. §. 2. 1. q. 6. quod appellationis iudicium Pontifex apud se reservavit, ut sic eius terrore, inferiores suam gregem magna cum cura pascant; & hac de causa appellatio ad Pontificem omisso medio admittitur, cum ad se, quasi ad maius Tribunal, trahat illam ab Ordinatione interpositam; argum. text. in leg. contra pupillum, §. 1. ff. de re iudicata, neque omisso medio inferioribus appellatio permittitur: quia quemadmodum honores gradatim conferuntur, leg. ut gradatim: ff. de muneribus, & honoribus; ita similiter appellationis honor de inferiore ad proximum superiorem observari debet, *dist. c. Romana, §. ab Archidiaconi, hoc titulo, lib. 6. leg. 1. §. si quis, leg. Imperatores, ff. hoc tit. Tum etiam, quia inferior superiori legem dicere non potest, cap. ut inferior, de maioritate, & obedientia, leg. nam Magistratus, ff. de receptis arbitris. Valet enim processus coram inferiore factus, si ignoret appellationem fuisse ad Pontificem interpositam: quia licet in rei veritate, inferior, provocatione interposita, iurisdictione careat; tamen propter fundamentum ordinariæ jurisdictionis, donec de incompetencia constiterit, poterit contumacem coercere; argumento text. in leg. si quis ex aliena, ff. de iudicijs, Gloss. verb. nisi, in cap. super literis 20. de rescriptis: Si vero conscius illius appellationis fuit, non poterit appellanti censuram Ecclesiasticam coercere, cum tunc nulla exculatio interponi possit, ob quam Iudex inferior adhuc cogoscatur, cum Pontifici honor, & reverentia illa debeatur, *dist. cap. ad Romanam, cum similibus supra adductis.***

Primò adversus præcipuam nostri text. sententiam, dum asserit ad eod. Pontificem supremum in appellationibus esse, ut possit adiri prætermittis Prælati medijs, obstat Concilium Chalcedonenſe, c. 9. & 17. *relato in c. si Clericus 46. 1. 1. q. 1. ubi appellationis ordo statuitur: videlicet, quod si Clericus causam habeat adversus Clericum, Episcopum adeat; si adversus Episcopum, recurat ad Archiepiscopum; si adversus Archiepiscopum, Primatis iudicium petat, & causa ibi finem accipiat: Ex quibus iuribus constat de Primatu ad Pontificem appellari non posse, in quorum iurium difficultate, omnia emendatione, quam refert Marta de iurisdictione, 3. p. c. 17. num. 5. Bellarm. de Pontifice, c. 22. Tursecremata, ibi dem, verissimè est dicendum, quod illo tempore à Primatis iudicio ad Legatum Pontificis, tanquam ad immediatum appellatio non admittebatur, sed solummodo negotium exquirebatur apud Primatem Constantinopolitanum; quod ex quadam iuris prærogativa tunc temporis illis Primatibus permissum erat; quorum potestas ad eod. supra fuit, ut excellenti potestati etiam quoad insignia ferè assimilatur, c. de Constantinopolitana, no. 21. *dist. 7. cap. mos antiquus, 6. dist. 1. notat Iacobus, lib. 1. de Concilijs, n. 184. sed quamvis hoc appellationis privilegium, omisso Legato Pontificis, eis permitteretur; non tamen illorum sententiæ ad eod. firmæ erant, quòd ad Romanam Sedem appellari non possent, cum Romana Ecclesia semper illæ la, & intacta remanere debeat, c. dudum 14. vers. Nos igitur, de præbendis, lib. 6. Chassaneus, de glor. mund. consideratione 7. & 9. Bellarm. *dist. cap. 12. Marta, dicto cap. 17. & 4. parte Centuria 1. casu 56.***

Secundò obstat illa Cypriani auctoritas, *epist. 3. ibi: Nam cum statuum sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter, ac iustum, ut uniuscuiusque casus illic audiatur, ubi est crimen admissum, &c. & infra adicit: nisi si paucis desperatis ac perditis; cum non minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, &c. In quibus, Cyprianus ostendere videtur, in causis coram Episco-*

pis Africanis disceptatis, supremam ipsis Episcopis potestatem competere: ex quibus hæretici evertere conantur Pontificis auctoritatem, asserentes supremam iudicium Africanis Episcopis competere. Sed hujus loci solutio in eo extat, quòd verba illa tantum quoad primam Instantiam sunt intelligenda: Nam id eod. solum iudicium Episcoporum Africae illic requiritur; quia ibi crimen admissum fuit, & ibi puniri debet, *c. fin. cum vulgaris, de foro competenti*: nam aliàs, si de interdicienda appellatione locus ille acciperetur, sequeretur quòd non solum ad Pontificem appellare non liceret, verum neque ad alium Africae Prælatum, præterquam ad Episcopos; quòd absurdum esset: cum nullibi scriptum sit, quòd ab Episcopis Africae appellare non liceat: & juxta hanc interpretationem, declaranda sunt verba illa: *cum non minor videatur esse auctoritas, &c. Quia non comparative Episcopi illi ad Pontificem debent reduci, sed potius, ut respectu ipsius causæ, potestatem eandem habere videantur ratione delicti, ad similitudinem alterius Iudicis domicilarij: & quamvis illa Cypriani auctoritas de iudicio appellationis accipiat; nihil obstat, tum quia non interdicit omnem appellationem, sed eam tantum, quæ in criminibus manifestis interponitur; quò casu à iure sublata est, c. cum sit Romana 5. §. ult. c. cum speciali 61. §. verum, hoc titulo. Tum etiam quia nihil derogat Pontificis potestati, ad quam non solum à gestis per Episcopos in Concilio Provinciali, sed etiam à gestis per Concilium universale, cui ipse Pontifex per se non præsit, appellare licet, cap. sicut 48. vers. Ex Concilio 23. *quæst. 4. notat Petrus Gregorius, lib. 3. de appellationibus, cap. 5. num. 2. Iacobacius de Concilijs, lib. 9. art. 12. num. 200.**

Tertiò huic sententiæ obstat illud D. Augustini testimonium, *epistola 161. ubi agens adversus quosdam Episcopos, qui cum Melehiade Pontifice iniquas sententias diiudicaverunt his verbis, sic se habet: Et si putamus illos Episcopos, qui Roma iudicaverunt, non bonos iudices fuisse, restat adhuc nobis plenarium universalis Ecclesie Concilium, ubi etiam cum ipsis Iudicibus causa potest agitari; & si male iudicasse conviciti essent, eorum sententiæ solverentur. Ex quibus verbis deducunt hæretici, Pontificis sententiam posse à Concilio generali per appellationem retractari. Sed hæc D. Augustini sententia parum prædictis obstat: quia verba illa ab eo non proferuntur ratione Superioritatis, & maioris potestatis, ad hoc, ut sententia à Pontifice semel cum Episcopis prolata, possit à Concilio generali retractari; sed tantum ratione humilitatis, & plenioris examinis, ex eo quòd Summus Pontifex sententiam illam, falsis Episcoporum allegationibus commotus protulisset; quasi Augustinus dixisset, nihil obstat illam sententiam Episcoporum fallacia fuisse prolatam; cum iterum possit ab eodem Pontifice plenioris Concilij generalis examine concurrente retractari; quò quidem maius Concilij generalis examen nonnunquam à Pontifice conceditur ad convincendam malitiam, & pertinaciam eorum, qui iniquam causam tuentur, ac fovent. Cuius Concilij generalis auctoritas summopere à Pontificibus approbatur, cum in eo longe magis veritas illucescat, liquidem à tot tantisque Patrum sententiis gubernetur; notat Anastasius Germanus lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 11. per totum. Eod. etiam modo interpretandus est textus in leg. 1. §. *quæstum, ff. de appellationibus*, ubi à Principis sententia appellare licet; quòd est contra regulam textus in leg. 1. *digestis, à quibus appellare non licet*: quia in *dist. 6. quæstum*, Princeps ille, quemadmodum & Pontifex, ubi supra; per Iudices coadiunctos, & consulentes, fuit falsis allegationibus commotus sententiam proferre, ac id eod. ibi non appellatur à sententia Principis, sed à sententia illorum iudicum, qui falsis allegationibus Principi consuluerunt: Pichardus latè in manu duct. ad praxim, 4. part. §. 7.*

Quartò prædictis etiam obstat Damasi epistola 6

ad Theophilum, & Anillium, quæ extat inter epistolas Ambrosij *epist. 79.* in illis verbis, *cum huiusmodi fuerit Concilij Capientis iudicium, &c.* & ibi, *quod nobis iudicandi forma competere non debet:* Ex quibus ultimis verbis etiam deducunt hæretici, Pontificem nullam supra Concilium habere potestatem, ac idè de Conciliorum sententiis ad Pontificem appellari non posse. Sed auctoritas illa, qua se tuerunt, parum obest: quia ex illis verbis non constat Pontificem iudicare non posse, quoties quæstio aliqua ad Concilium Provinciale delata fuit: quia id absurdum esset; sed tantum asserit id facere non debere, quod rectissime est dictum, et si enim Pontifex supremus Iudex sit, non tamen expedit, ut ubi Concilium provinciale quid rectè statuerit, id sine causa reformetur; notat Bellarminus, *lib. 2. de Conciliis, cap. 24.* Neque sententia supra adducta quidquam turbatur ex Divi Augustini *epist. 162.* ubi legitimus causam Ceciliani hæretici Donatistæ, primo ad Imperatorem Constantinum delatam fuisse, cuius iussu Pontifex Romanus illam iudicavit: deinde iudicata fuit ab Episcopo Arelatense, eodem Imperatore iubente: & tertio ab Imperatore, ex cuius decisione constat, Pontificem Supremum ius appellationum habere non videri, si quidem post eius decisionem aliud iudicium desideratur: quia licet Romanus Pontifex Supremum habeat in causis Ecclesiasticis iudicium; at in causa illa Ceciliani Episcopi passus est, post iudicium à se latum, aliud profecti, quia Donatistis hæreticis erat suspectus, quapropter Imperator ipse causam invitatus suscepit, sed eam suo iudicio terminavit, veniam prius exorans ab Episcopis.

8 Quinto obstat textus in *cap. omnes itaque, 11. quest. 1.* ubi constat, quod quæstio illa, quæ semel Episcoporum iudicio discussa est, amplius in controversiam apud alium Iudicem reduci non licet. In cuius textus difficultate, omittitur *Glosse* interpretatione, *ibidem*, verissime est dicendum, quod textus ille non est de corpore iuris Pontificij; sed ibi refertur quedam lex Theodosij Imperatoris, quæ extat in *l. 8. quicumque de Episcopali iudicio: Theodosiani Codicis*: nam cum ille sanctissimus Constantinus Imperator Ecclesiam summa charitate fuisset prosecutus, nonnulla privilegia in Episcoporum favorem concessit, & præcipuum fuit, quod omnes causæ, quæ Prætorio, vel Civili iure inter laicas personas Episcoporum iudicio semel fuissent discussæ, ita perpetuo iure firmarentur, quod ulterius ab alio Iudice tractari non possent, sed cum privilegium illud esset concessum extra iuris ordinem, & contra principia iuris; iusta de causa dicendum est, illius textus decisionem ex defectu potestatis, non esse admittendum, *cap. Ecclesie sancte Mariae, cum vulgatis de constitutionibus*, notat Imola, & Innocentius in *d. cap. novit, de iudiciis, a num. 13 & 16.*

9 Sexto prædictis similiter obstat textus in *c. si Metropolitanus, 6. quest. 4.* ubi constat, quod si criminalis causa contra Episcopum fuerit disceptata, si Episcopus ad Archiepiscopum, vel Metropolitanum appellaverit, & cum audire recusaverit, quæstio illa ad comprovinciale Concilium devolvatur; & quidquid in illo Episcoporum iudicio concorditer fuerit stabilitum, observari debet. Qua in difficultate dicendum est, quod sententia in illo comprovinciali iudicio lata, non aded firma manet, quod ad Romanam Sedem appellatio non admittatur; siquidem ex nostri *textus* decisione, Ecclesia Romana salva semper remanet, sed tantum *textus* affirmat, quod facta ab Episcopis in Concilio illo rata manent, hoc est, ad hoc, ut nulla appellatio ad Archiepiscopum, neque ad eius Metropolitanum devolvatur, ex eo videlicet, quia remissi, & negligentes in recipienda prima appellatione extiterunt, quare æquum fuit, ut causa illa ad Concilium provinciale devolvatur, ne iustitia partis peccet; notat Gratianus in notis ad *text. in cap. si Metropolitanus, & in c. si quis Episcopus, eadem causa, & questio. ne.* Neque dixeris eo casu requirendum iudicium alterius Metropolitanis, qui vicinus sit, tum auctoritate Concilij Antiocheni, *cap. 14.* quod refertur in *cap. si Episcopus, 1.*

eadem causa, & quæstione, & Martini Papæ, in cap. si Episcopus, eiusdem causa, & quæstione. tum etiam ex decreto Concilij Toletani 13. *cap. 12.* Quia dicendum est horum iurium diversam esse speciem: in dictis enim decretis sermo habetur de ea quæstione, in qua Comprovincialium Episcoporum dissidentia placita proponuntur; non tamen ubi concordia iudicio omnes in unam sententiam conflant: at in *d. Concilio Toletano*, vicino Metropolitanum potestas agnoscendi, conceditur, ubi quis à proprio Metropolitanum gravatur, & molestiam ipsi adimat, quæ diversa est traditio ab ea, quæ proponitur in *dist. cap. si Metropolitanus.*

Septimo his omnibus obstat *text. in cap. placuit 35. in ordine, 2. quest. 6.* ubi ex Concilio Milevitano, *cap. 22.* cavetur, quod si Clerici adversus Episcopum causam habuerint viciniore Episcopi de ea cognoscere debent, & si ab eis provocandum fuerit, appellatio illa, tantum ad Africana concilia referenda est, & si ad transmarinam, hoc est, ad Romanam Ecclesiam quis appellaverit, nullo in communionem suscipiatur. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, si dixeris, quod appellatio illa fuit interposita in Ecclesia Africana, in qua ut appellatio in illo Concilio Provinciali admittatur, multum interest, an causa sit agitata inter Episcopos, an verò inter inferiores Clericos; in primo casu, ultra maximè appellatio admittitur: in secundo verò, hoc est, inter inferiores personas non admittitur, nisi ad Concilia Africana: quod specialiter in Africana Ecclesia observatur: quia ex illo Regno ad urbem Romanam longa, & difficilis profectio erat, & in iure nostro, remotis ab urbe Romana subveniri solet, ne in itinere, lumbibus, & expressis litigatores fatigantur, *cap. cum longe, 66. distinct.* notat Bellarminus, *ubi supra, dist. cap. 24.*

Octavo his omnibus obstabit principium illud, quo docemur, quod appellatio gradatim fieri debet ad proximum, & immediatum Iudicem superiorem, *l. Imperatores 21. ff. de appellationibus, cap. dilecti 66. huius inveni:* quod receptum est, ne iurisdictiones confundantur, contra regulam *text. in l. nemo, C. de iurisdictione omnium iudicum:* Ergo cum gradatim maiores Iudices provocandi sint, æquum non videtur, ut hoc ordine prætermissis, & omisso medio, Pontifex adeatur. Sed ut huic difficultati satisfaciamus, observandum est, verum esse regulariter, appellationis remedium, ad maiorem Iudicem causam deferri, illumque immediatum, ut constat ex *invenis supra adductis*; sed hæc regula non obtinet in Pontifice Romano, cui ob extinguitam qua in Ecclesia aliis præcellit, potestatem, hoc privilegium competit, ut immediate adiri possit, ut constat ex *textu nostro, & in c. sollicitudinem 54. hoc t. c. antiqua 23. de privilegiis*, cum hanc sibi Pontifices potestatem reservaverint, ut vigilantiori cura gregem sibi committum custodirent, & iniurias illatas per inferiores Iudices auferrent, & cum origo totius Ecclesiasticæ iurisdictionis à Pontificibus Romanis descendat, mirum non est, hanc sibi prærogativam reservasse, notat Andreas Gaillius, *lib. 1. practicarum observat. 110. num. 3.* Neque obstat *text. in dist. cap. dilecti 66. cum similibus*: quia procedunt respectu inferiorum Iudicum, vel Prælatorum inter quos servari debet ordo ibi prescriptus, ut quisque ordinatè adeatur, ut tollat gravamen ab inferiori immediate illatum; non tamen pertinet ad appellationes Pontificias, quibus ex iuribus, & rationibus supra adductis constitutum est, ut omisso medio ad Summum Pontificem appellari possit.

Nono adversus ea, quæ in *presenti* notant omnes: Videlicet, quod appellatio gradatim de inferiore ad Superiorem, non omisso medio debet fieri, & sic de Archidiacono ad Episcopum appellationem esse interponendam, tanquam immediatum Iudicem Superiorem, iuxta *textum in cap. Romana, §. ab Archidiacono, hoc titulo, lib. 6.* obstat *textus in cap. referente 7. de præbendis*, ubi à sententia Archidiaconi omisso Episcopo ad Archiepiscopum appellatur. In cuius *textus* difficultate, omittitur *Cuius* interpretatione in *posthumis, ad textum in d. cap. referente.* Imola in *l. Imperatoris ff. de appellat.*



appellat. verissimè est dicendum, quod et si in dict. cap. referente, appellatio illa à sententia Archidiaconi, non ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum tanquam proximum Superiorem in causa beneficiâ, ex delegatione Archiepiscopo commissa devolui debebat; tamen cum id sit quid accidentale appellationis, si medium omittatur, & exceptio illa apud Archiepiscopum non fuerit proposita, appellatio ea admittitur, & à Metro politano retineri potest, argum. text. in cap. dilecti 66. hoc noster tit. vbi late Guiciamus in suis posthumi.

Decimò obstat textus in cap. à collatione 11. in fine, hoc tit. lib. 6. vbi appellatio non gradatim de sententia Episcopi ad Archiepiscopum fit, sed ad eundem Episcopum appellatur: quæ difficultas ex eo augetur, quod in principio illius textus asseritur, quod ab his, quæ Episcopus decrevit cum Capitulo, appellari non potest ad ipsum Episcopum, Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, si attendamus, Episcopum cum Capitulo aliquando quid decernere tanquam Prælatum, vel consilio Capituli advocato, vt in cap. novit, cap. quanto, de his qua fiunt à Præ lato sine consensu Capituli, cap. ea nescitur, eodem tit. aliquid verò Episcopum, & Capitulum simul quid statuere, ita vt vox Episcopi non plus valeat, quam vnus de Capitulo, vt in cap. fin. de supplenda negligentia Prælatorum lib. 6. cap. pastoralis, de concessione præbende, c. quia nonnullis, de Magistris: quo supposito, dicendum est, quod dum quaeritur an à gestis per Episcopum cum Capitulo liceat eundem Episcopum appellare, distinguendum est, an Prælatum ita egit, vt consensum tantum simul cum Capitulo præstaret; & eo in casu, appellatio ad ipsum non tenet, ne ab eodem idem appelletur: Aut verò simul cum Capitulo interfuit; ita vt vox eius non plus valeret, quam vnus de Capitulo, vt in prædictis irribus; & tunc ipse est provocandus, vt in 2. part. text. in d. cap. à collatione, vt tenet Panorm. in cap. dilecti 66. n. 17. hoc tit. Sigism. de appellat. quest. 8. num. 6. rationem reddunt, quia tunc quasi à Capitulo, non ab ipso Præ lato, appellatio facta videtur, iuxta textum in l. 1. ff. quando appellandum, &c.

Vndecimò aduersus ea, quæ in præfenti notant omnes; Videlicet à Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum, tanquam ad eundem Iudicem appellari non posse, cum Episcopus non maiorem, sed eandem cum Vicario potestatem retineat, iuxta textum in cap. non putamus, de consuetudine, lib. 6. Quod etiam in Vicario iuris Civilis observatur, iuxta textum in l. precipimus 32. C. de appell. notat Pichard. in manduccionibus ad praxim, part. 4. præcepto 8. num. 2. Obstat text. in l. à Proconsulis 19. C. de appellat. vbi à Vicario, qui vicem Præfetti retinet, ad ipsum Præfectum est appellandum. Cui dubio dicendum est, quod quamvis verum sit, quod regulariter de sententia Vicarij non sit appellandum ad Episcopum, tanquam ad idem Tribunal; sed ad Archiepiscopum, tanquam ad immediatum Superiorem: tamen in d. l. à Proconsulis, de Vicario ad Præfectum prætorio appellatur; quia specialiter in his observatur; ita vt ab eius Vicario ad eum, tanquam ad Principem appellari videatur; cum ratione privilegij sit admissum, vt ad alium appellari non possit: notat Covarruias lib. 2. practica rum, cap. 4. num. 8. sed an de Vicario Foraneo ad Episcopum, vel ad Archiepiscopum appellatio devoluatur, copum, vel ad Doctores omnes, præcipuè Covarr. omnino videndus, lib. 2. practica rum, cap. 4. num. 13. Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, cap. 7.

Duodecimò prædictis obstat text. in l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo appelletur: vbi constat, quod à Legato Proconsulis non ad Proconsulem delegantem, sed ad ipsum Imperatorem provocare necesse est; & tamen notissimum iuris principium est, ad delegantem Iudicem esse appellandum, iuxta text. in c. scui, de officio delegati, lib. 6. l. fin. ff. quis, & à quo appelletur. Imperatores, ff. de appell. l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. Sed in hac iurium contrarietate, omiffa Bart. interpretatione in d. l. 1. §. fin. & ferè Doctorum antiquiorum omnium in cap. super questionum, §. porò, de officio delegati, verissimè est dicendum, pluri-

mam differentiam versari inter iurisdictionem datam, vel mandatam: quia de eo, qui mandatam iurisdictionem habet, ad mandatorein appellare non permittitur. Ratio est; quia qui mandatam habet, nihil proprium habere videtur, ac idè alij mandare non potest, cum non sitam, sed mandantis iurisdictionem exerceat, cum vnum, & idem Tribunal sit; ac propterea ab eius sententia non ad delegantem, sed ad proximum Superiorem est appellandum; & ita obtinet textus in dist. l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo appelletur: At verò textus in dist. l. fin. c. scui, de officio delegati, non loquitur de mandato, sed de iurisdictione data à Magistratu, quo in casu Iudex datus aliquid proprium habet, & idè non est mirum, quod ab eius sententia ad Magistratum dantem appelletur, cum iam sit diversum iudicium; notat Oualdus ad Donellum lib. 28. cap. 7. litera B. Goveanus lib. 1. variarum, cap. 36. Fachineus lib. 1. controversiarum, cap. 76.

Decimotertiò solutioni obstat textus in l. si appellari, 2. eiusdem tituli, ff. quis, & à quo appelletur, vbi constat, quod ab eo, cui mandata est iurisdictione, appellare permittitur ad eum, qui mandavit, et si idem iudicium, & Tribunal sit. Sed parum obest, si dixeris, quod textus ille loquitur in mandata iurisdictione Proconsulis, quoad multam non infamie, sed contemptæ iurisdictionis, quo in casu ad ipsum Proconsulem, qui mandavit, appellare permittitur. Ratio est, quia Iudex, qui illam mandatam iurisdictionem accepit, aliquid proprium habere præsumitur, notat Goveanus lib. 1. variarum, cap. 46. Oualdus vbi supra, Antonius Pichardus plures referens in manduccionibus ad praxim, 4. part. §. 8. num. 3. Nec solutioni obstat textus in cap. cum Bertholdus, de re iudicata, vbi à subdelegato inferioris Iudicis non est appellandum ad subdelegantem proximum inferiorem, sed ad Pontificem: Quia omiffa interpretatione quam refert Covar. lib. 3. variarum, c. 20. num. fin. verissimè est dicendum, idè ibi non appellari ad subdelegantem, etiam si delegatio non sit Pontificis, sed inferioris Iudicis, ratio est, quia appellans intendebat subdelegationem illam non valere opponendo exceptionem, subdelegatum, & subdelegantem, videlicet non esse ætatis legitimum, vel excommunicatos fuisse, vel rescriptum subreptitium habere, de quibus exceptionibus delegans cognoscere non poterat, cum exceptiones illæ proveniant ex defectu iurisdictionis, ac idè ad Pontificem appellatio fieri debet: quia si ad subdelegantem fieret, appellans contrarium sibi ipsi proponere videretur, hoc est, partim admitendo, & partim non admittendo iurisdictionem eius, iuxta text. in cap. si à subdelegato, §. fin. de officio delegati, lib. 6. notat Gloss. ibidem, verb. in aliis casibus. Neque prædictis similiter obstat text. in cap. si duobus 3. de officio delegati lib. 6. vbi constat, quod si causa à Sede Apostolica sit commissa tribus delegatis, & duo ex illis impedimento dèrenti vices suas subdelegaverint si subdelegati simul cum Legato Pontificis diiudicaverint, Pontifex affirmat, non esse appellandum ad Delegatos iudices, sed ad proximum Delegantem, hoc est, ad Pontificem: Quia dicendum est, quod et si secundum iuris principia, appellatio ad Legatos, tanquam ad proximos superiores fieri debeat, tamen ibi non ad eos, sed ad primam Sedem deferatur: quia in illa mixtura iurisdictionis Delegati, & subdelegatorum, potius attenditur delegata tanquam dignior, vt ad se trahat subdelegatam, etiam si excedat in numero subdelegatorum; notant Dominicus, & Francus in dist. cap. si duo 3. de officio delegati lib. 6.

Decimoquartò aduersus textum nostrum, in versic. Nisi iudex cognoverit, &c. obstat dicere, quod etiam data Archiepiscopi ignorantia, excommunicationis sententia ab eo prolata, in præfenti valere non poterat: & constat ex eo, quia posse excommunicate, est actus iurisdictionis, qui nisi ab habente iurisdictionem exerceri nequit, c. per tuas, de sententia excommunicationis, sed appellatione interposita, Archiepiscopi iurisdictione suspèditur, c. veniens, de iurcurando, cum supra traditis in c. 1. hoc

Decimoquartò aduersus textum nostrum, in versic. Nisi iudex cognoverit, &c. obstat dicere, quod etiam data Archiepiscopi ignorantia, excommunicationis sententia ab eo prolata, in præfenti valere non poterat: & constat ex eo, quia posse excommunicate, est actus iurisdictionis, qui nisi ab habente iurisdictionem exerceri nequit, c. per tuas, de sententia excommunicationis, sed appellatione interposita, Archiepiscopi iurisdictione suspèditur, c. veniens, de iurcurando, cum supra traditis in c. 1. hoc

Decimoquartò aduersus textum nostrum, in versic. Nisi iudex cognoverit, &c. obstat dicere, quod etiam data Archiepiscopi ignorantia, excommunicationis sententia ab eo prolata, in præfenti valere non poterat: & constat ex eo, quia posse excommunicate, est actus iurisdictionis, qui nisi ab habente iurisdictionem exerceri nequit, c. per tuas, de sententia excommunicationis, sed appellatione interposita, Archiepiscopi iurisdictione suspèditur, c. veniens, de iurcurando, cum supra traditis in c. 1. hoc

Decimoquartò aduersus textum nostrum, in versic. Nisi iudex cognoverit, &c. obstat dicere, quod etiam data Archiepiscopi ignorantia, excommunicationis sententia ab eo prolata, in præfenti valere non poterat: & constat ex eo, quia posse excommunicate, est actus iurisdictionis, qui nisi ab habente iurisdictionem exerceri nequit, c. per tuas, de sententia excommunicationis, sed appellatione interposita, Archiepiscopi iurisdictione suspèditur, c. veniens, de iurcurando, cum supra traditis in c. 1. hoc

rit. Ergo excommunicatio ab eo prolata valere non potuit, iuxta textum in *cap. Pastoralis*, §. *verum*, infra hoc tit. Sed hoc dubio non obstante, verissima est sententia non tri *textus* in eius ultimis verbis prolata. Neque obstant iura in argumento adducta: quia procedunt in excommunicatione lata à Iudice, à quo, cuius iurisdictionis, appellatione semel interposita, suspensa manet; *dict. cap. si à iudice*, *cap. non solum*, hoc tit. lib. 6. At verò textus noster loquitur in excommunicatione lata à Iudice, ad quem, qui virtute appellationis interpositæ iurisdictionem habet, donec cognoscat, appellatum fuisse ad Romanam Sedem; merito ratione contumaciæ excommunicate poterit, licet ex pòst facto opposita exceptione appellationis ad primam Sedem, eius iurisdictionis elidi possit. Nec solutioni obstant, si dixeris, quod etiam ignorantia appellationis interveniente, excommunicatio illa valere potuit: quia is qui excommunicationis sententiam contra adversarium obtinuit, eam dolosè obtinuit, siquidem tacuit appellationem ab adversa parte ad Sedem Apostolicam fuisse interpositam; ac idèd processus, sicut sententia illa, valere nequit, iuxta textum in *leg. si Prator*, §. *Marcellus*, ff. *de iudicijs*: Quia dicendum est, quod textus in *dict. §. Marcellus*, procedit, quando quis virtute falsæ allegationis contra absentem, sententiam obtinuit: at verò in specie nostri *textus*, adversarius nullam falsitatem allegavit, sed tantum tacuit, appellationem ad Pontificem fuisse interpositam, quam ipse adversus se exprimere, seu allegare non tenebatur: nam licet impetans nihil debeat tacere, ex quo Pontifex in contraria movere possit, *cap. super licetis*, cum vulgatis, *de rescriptis*; tamen pars non tenetur in iudicio allegare ius adversarij, ac idèd constat, excommunicationem in præsentem valuisse, cum non dolosè, sed iusta de causa fuisset prolata.

20 Decimo quintò adversus *textum* nostrum in §. *denique*, dum docet, quod etià ex consuetudine Ecclesiæ valeat appellatio à sæculari Iudice ad Pontificem, non verò secundum iuris scripti rigorem; obstat *textus* in *cap. licet ex suscepto*, 10. *de foro competentis*, vbi aperte constat, quod ex consuetudine à Iudice sæculari ad Ecclesiasticum, etiam in his, quæ non sunt de temporali Ecclesiæ iurisdictione, appellatio admittitur. Sed huic dubio dicendum est, verissimum esse, servari debere consuetudinem cuiusque loci, in quo observatur, vt appellatio de sæculari ad Ecclesiasticum admittatur. Neque obstat *textus noster*, dum asserit, quod consuetudine extante appellandi à sæculari ad Ecclesiasticum, vel ad Pontificem, secundum iuris regulas, Consuetudinem illam non valere: quia illa nostri *textus* verba non debent intelligi de consuetudine loci, vbi appellatio illa admittitur; sed tantum specialiter intelligi debent de consuetudine illa, quæ erat in Curia Romana appellandi à sæculari Iudice ad Pontificem: quo in casu, ex suprâ traditis non valebit secundum iuris regulas, non obstante consuetudine Ecclesiæ Romanæ: quæ interpretatio deducitur ex verbis nostri *textus*, ibi: *Si de consuetudine Ecclesiæ, &c.* id est Romana, cum simplici Ecclesiæ appellatione Romana intelligatur. Ratio differentiæ est; quia populus quoad se, & suos, potuit consuetudinem illam inducere, & alium Iudicem suscipere, *leg. & quia*, ff. *de iurisdictione omnium iudicum*, *leg. de quib.* ff. *de legibus*: At verò consuetudine Romanæ Ecclesiæ, id, quoad alios extraneos, & extra Curiam, observari non poterat; argumento *textus* in *leg. extra territorium*, ff. *de iurisdictione omnium iudicum*, *cap. secundo*, *de constitutionibus*, lib. 6. ideoque rectè in præsentem decisum est, consuetudinem illam extra Romanam Ecclesiam extantes non ligare.

Ad textum in capit. Postremo 36. cap. Secundò Requiris 41. cap. Ex parte 47. cap. Pastoralis 53. cap. Inquisitioni 71. hoc titulo.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio, à Pontifice, seu Principe, non ab alijs tolli potest.
 - 2 *Causa cum clausula illa*, appellatione remota, solum à Principe, vel Pontifice committi potest.
 - 3 Appellatio licet ad præsidium innocentia sit instituta, tamen absolutè defensio non dicitur, ac ideo potius ad ius positivum, quam ad naturale referri debet; cum à Principe tolli possit; quod secus in citatione observatur.
 - 4 Interpretatur text. in l. fin. C. de sentent. & interlocution. omnium iudicium.
 - 5 *Clausula illa*, appellatione remota, tantum operatur effectum suspensivum, vt remedium attentionum locum non habeat; non verò devolutivum, vt ad Superiorem non devoluatur.
- Expenditur text. in *cap. ex questione* 10. *de restitut. spoliator.*
- 6 *Citatio facta ad locum non tutum, inuisilis est.* Exponitur *textus* in *c. ex parte*, *de appellatione.*
 - 7 *Clausula illa generalis*, appellatione remota, in quacunque rescripti parte apposta, referri debet ad omnia rescripti capita, tam præcedentia, quam sequentia.
- Expenditur text. in *cap. inquisitioni* 71. *de appellat. cum cap. secundò requiris*, *cod. tit.*

C O N C L U S I O.

Appellatio à Pontifice, seu Principe, non ab alijs tolli potest. Idem probat *textus* in *cap. 1. de rescriptis*, *cap. super eo* 13. *cap. super questionum* 27. §. *si verò*, *cap. Pastoralis* 28. §. *final. de officio delegati*, *cap. dilecti* 4. *in fine*, *de arbitris*, *cap. 2. de mutuis petitionibus*; *cap. cum olim* 34. *de restibus*; *cap. licet de foro competentis*; *cap. si autem* 6. *de cohabitatione Clericorum*; *cap. accepimus* 5. *de palliis*, *cap. ex tua*, *de filijs presbyterorum*, *cap. pro illorum* 22. *de præbendis*; *cap. ad audientiam*, *de Ecclesiis adificandis*; l. 1. §. *ultimo*, *in fine*, ff. *de quibus appellare non licet*; *leg. 13. tit. 23. partit. 3.* exornant Covarruvias in *prædictis*, *cap. 23. num. 6.* Donellus 1. *part. rubrica*, *de rescindenda vend.* *cap. 2. num. 22.* Petrus Gregorius lib. 2. *de appellationibus*, *cap. 20.* Sigisvundus *de appellationibus*, *quæst. 16. limitatione 1. ex num. 20.* Maranta in *praxi*, 6. *part. art. 2. limitatione 28. num. 336.* Menchac. lib. 1. *controversiarum vsu frequentium*, *cap. 1. num. 4.* Paz in *praxi*, 6. *part. 1. tom. in præfatione*, *num. 7.* Rebuffus *de appellationibus*, *art. 7. gloss. 2. num. 26.* Osualdus ad Donellum lib. 28. *cap. 6. litera X.* Anton. Pichard in *manuductionibus ad praxim*, 4. *part. præcepto 7. per totum*, D. Francisco Salgado de *protectione Regia*, 1. *part. præludio* 3. n. 81. & *part. 2. cap. 6. num. 16.* & *part. 3. cap. 8. num. 27.*

Ratio est, quia in signum supremæ potestatis, reservatum est Pontifici, & Principi supremo, vt possint causam committere cum clausula, appellatione remota quod adeo verum est, vt nec Legatis Pontificis permitatur, causam cum eadem clausula delegare, iuxta *textum* in *dicto cap. super questionum*, in principio, *de officio delegati*: nam cum appellatio à Iute positivo sit inducenda, vt inferius dicemus, & Princeps supra ius positivum sit; *cap. proposuit*, cum vulgatis, *de concessione præbende*, nihil mirum, quod ab eo causa committi possit ita vt iudex cognoscat, cum clausula illa, appellatione remota, &c.

Primò obstat dicere, quod appellatio, defensio est, *cap. omni oppressus, 2. quest. 6. cap. suggestum 15. hoc titulo, & ad præsidium innocentie instituta, cap. cum speciali 61. § 1. hoc titulo, & cum defensione iuris naturalis sit, leg. 1. §. cum ardet, ff. si quadrupes pauperem fecisse dicatur, leg. ut vinum 3. ff. de iustitia & iure, à Principe tolli non potuit, cum ea quæ iuris naturalis sunt, à Principe tolli non possint, cap. sunt quidam, 25. quest. 1. §. sed naturalia, de iure naturali, qua de causa, Citatio, cum à iure naturali proveniat, à Principe tolli non potest, cap. 1. de causa possessionis, Clementina, Pastoralis, §. ceterum, de re iudicata, merito dicendum videbatur, appellationem vti defensionem, neque à Principe tolli posse. Pro cuius dubij declaratione adnotandum est, quod licet appellatio ad præsidium innocentie sit instituta, *dist. cap. omni oppressus*; non tamen absoluta defensionem continet, ac idè appellatio non debet referri ad ius naturale, sed ad positivum: nam intra appellationem, & citationem, illa extat differentia, quod citatio omnimodò continet defensionem, & à iure naturali proveniat, notat Osualdus ad Donellum, *lib. 23. cap. 2. litera A. & B.* appellatio verò, iuris positivi est, *l. 2. §. exaltis, ff. de origine iuris, l. 1. Cod. de sententiis prætorum Prætorio*, ac idè legitima defensio dicitur in *cap. significavit 11. de exceptionibus*: & legitimum dicitur, quod à lege provenit, *leg. legitima 6. ff. de pactis, leg. 3. §. de illo, ff. pro suo*; ac idè licet citatio à Principe tolli non possit, *dist. cap. 1. de causa possessionis*, cum similibus, appellatio tamen ab eo removeri, & auferri potest, cum Principis potestas extendatur ad ea, quæ sunt à iure positivo instituta; præcipuè cum defensio per clausulam supra adductam non auferatur; siquidem potestas appellandi, & causa devolutionis ad Superiorem non admittit, iuxta textum in *cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum*; sed tantum remedium illud auferatur, videlicet ne operetur effectum suspensivum, ut considerat Sigismundus *dist. limitatione 1. num. 22.* ac idè cum appellatio non sit sublata quoad effectum devolutivum, non videtur sublata defensio ipsa.*

Secundò adversus ea, quæ supra retulimus: videlicet clausulam *appellationis remota*, tantum Pontifici esse permissam: inferioribus verò prohibitam, *dist. l. 1. §. ultimo, ff. à quibus appellari non licet, cap. super questionum 27. de officio delegati*, obstat textus in *leg. final. Cod. de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum*, dum affirmat, iudicibus in sententiis esse solitum adiicere, *ne liceat partibus appellare*: ergo non solum à Principe, sed etiam ab inferioribus appellatio illa partibus prohiberi potest. In cuius textus difficultate, omnia Accursij interpretatione *ibidem*, quam sequitur Bartolus in *dist. l. 1. §. ultimo*, Cuiacius in *recitationibus ad titulum, Cod. de sententiis, & interlocutionibus*, verissimè est dicendum, illius textus sententiam tantum observandam esse in clausula, *appellatione remota*, quæ ad interlocutoriam sententiam per inferiorum Iudicem prolatam: ratio est; quia ut supra diximus, appellatio à iure Civili ante sententiam diffinitivam est prohibita, *leg. ante sententiam, penult. C. quorum appellationes non recipiantur*; secus verò est dicendum in diffinitiva, cum tunc solum à Principe imponi potest, ut constat ex his, quæ supra retulimus; & inferius dicemus in *cap. ut debitis honor, hoc nostro titulo*.

Tertiò adversus ea, quæ nuper diximus: videlicet clausulam, *appellatione remota*, tantum auferre ius suspensivum, hoc est, ut remedium attentatorum locum non habeat, non tamen ius devolutivum, notat Lancellorus de attentatis, *2. part. cap. 12. limitatione 3. Speculator de appellationibus, §. in quibus, num. 13. Sigismundus ubi supra, quest. 17. limitatione 47.* obstat textus in *cap. ex conquestione 10. de restitutione spoliatorum*, ubi etiam si causa sit commissa, cum clausula, *appellatione remota*, si appellatio fuerit interposita, operatur effectum, non tantum devolutivum, sed etiam

suspensivum, siquidem quidquid post eius interpositionem fuerit actum, attentatorum remediò revocatur: Cui difficultati ut occurramus, annotandum est, in *dist. cap. ex conquestione*, rescriptum illud Iudicibus fuisse commissum, ut de consanguinitatis impedimento in causa matrimoniali, clausula illa adiecta; cognoscerent, coram quibus mulier vitum sibi possessorio iudicio restitui postulabat, quod omnimò debuit præcedere cognitionem causæ principalis, ex regula textus in *cap. final. de ordine cognitionum, cap. in litera, cum aliis, de restitutione spoliatorum*, quod remedium etiam in matrimonialibus causis observari debet, iuxta textum in *cap. accedens 4. ut lite non contestata*; cum autem Iudices questionem spolij prætermisissent, & ad controversiam matrimonij pervenissent, merito ob hanc causam iuste ab eis appellatur, quamvis cognoscerent cum clausula, *appellatione remota*: quia cura causa illa sit in iure specialiter expressa, virtute illius clausulæ non impeditur, ac idè attentatorum effectus appellationi tribuitur: quia post appellationem legitime interpositam, de cuius iniustitia constitit Iudici, in causa processerunt, contra regulam textus in *cap. non scilicet, de appellationibus, lib. 6.*

Quartò obstat textus in *cap. ex parte 47. hoc titulo*, ubi etiam si causa delegatis Iudicibus sit commissa, cum clausula, *appellatione remota*, ab eorum sententiis appellare permittitur. Sed huius textus difficultas ex Superiori solutione, veram accipit interpretationem: nam idè appellatio ibi admittitur, quia Iudices illi partes citantur ad locum non tutum, quo in casu citatio à iure expressè est prohibita, iuxta textum in *cap. cum olim 37. de testibus, cap. accedens 4. in principio, ut lite non contestata, leg. si locus 59. ff. de iudiciis*, Osualdus ad Donellum, *lib. 23. cap. 2. litera N.* Sigismundus ubi supra *questione 17. limitatione 47. membro 1. num. 8. usque ad 24.* ac idè cum ex hac causa, quæ à iure est expressa, appellatio sit permissa, non obstante clausula supra adducta, iuxta textum in *cap. ex parte 47. cap. Pastoralis 53. versicul. Sed si appellans, hoc nostro titulo*, idè mirum non est, quod in prædicta specie appellatio admittatur. Ex quibus principiis interpretatio deducitur ad textum in *cap. inter ceteras 9. de sententiis, & re iudicata*; quò loci Alexander III. affirmat, quod si causa committatur, cum clausula, *appellatione remota*, si sententia iniqua fuerit, eam oportet evacuati: nec ei debet dari si manifestam contineat iniquitatem: cuius responsi sententia est, ut licet causa sit commissa cum clausula, *appellatione remota*, si tamen Iudex iniustam sententiam dixerit, liceat eam retrahere remediò scilicet appellationis: quia etsi hæc clausula in rescripto apposita fuerit, ea non obstante, poterit Iudex ad quem appellationem admittere, cum ex eo consequatur effectus devolutivus, *dist. cap. Pastoralis, in fine. principij, hoc titulo*: si verò sententia manifestam contineat iniquitatem, hoc est, ut Cuiacius *ibidem* explicat, contra leges Canonice lata est, nulla censeri debet; & Pontifex aſſecit, nullitatis remediò agi posse adversus sententiam, ab eo iudice latam, cui causa commissa est cum clausula, *appellatione remota*, ut erudite animadvertit Cuiacius in *passibus ad eundem textum*.

Quintò adversus ea, quæ communiter in presenti notant omnes: videlicet, quod clausula generalis, *Appellatione remota*, in quacunque rescripti parte apposita, referri debet ad omnia rescripti capita, tam præcedentia, quam sequentia, iuxta textum in *cap. secundò requirit 41. hoc titulo*, ubi ordinarij omnes, & Menochius *lib. 2. de arbitrariis, casu 64.* ita defendunt; obstat textus in *cap. inquisitioni 71. nostro hoc titulo*, ubi præbatur, clausulam, *appellatione remota*, in medio rescripti positam, solum ad præcedentia, & non ad sequentia referri. In qua iurium repugnantia, omnia Decij interpretatione *ibidem*, Sarmienti in *leg. 3. §. filius, ff. de liberis, & posthumis, num. 6.* Ta verè responde, decisionem textus in *dist. cap. secundò requirit*, procedere,

cedere, quando vnum erat negotium plures articulos continens, & clausula, *appellatione remota*, post vnum fuit posita; quo in casu ad præcedentia refertur: at verò textus in *diēt. cap. inquisitioni*, loquitur quando omninò diversa, & separata sunt negotia sese minimè contingentia: quæ interpretatio deducitur ex illius textus verbis, ibi: *Si sunt plura negotia, &c.* Nam tunc clausula in vno negotio posita, non refertur ad alia; notat Cardinalis in *diēt. cap. secundò requiritis*, & *consil. 124. columna 1. lason in diēt. l. 3. §. filius, ff. de liberis & posthumis, num. 17.* Neque obstat, si dixeris, textum in *diēt. cap. secundò requiritis*, loqui, quando clausula in vno tantum contingit, atque idè extendi non posse ad alios articulos, argumento textus in *diēt. l. 3. §. filius*. Quia respondendum est, verba illa, in vno tantum, intelligi debere, cum statim in continenti post primum articulum ad ceteros fuit proposita: nam tunc etiam ad ceteros eiusdem negotij articulos extendi debet; siquidem ea, quæ in continenti fiunt, inesse videntur, *leg. lecta, versiculo, Dicebatur, ff. de rebus creditis*, vbi eruditè agnovit lason in *diēt. §. filius, num. 17.* Reliqua vide in his, quæ supra diximus in *c. cum super 17. de re iudicata*, & infra dicemus in *c. cum specialis 61. hoc nostro titulo*.

Ad text. in cap. Præterea 40. hoc tit. de appellationibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Excommunicationis sententia, suspensionis, vel interditi, lata sub hac conditione, si intra certum tempus Petto non satisfeceris, suspenditur, si intra eventum conditionis fuerit appellatum.*
 - 2 *Retrotractiois fictio ut locum habeat, desiderat habilitatem utriusque extremi. Intellige, ut ibi.*
 - 3 *Interpretatur text. in cap. Romana, §. caveant, de sententia excommunicationis, lib. 6.*
 - 4 *Actus legitimi, nec diem, nec conditionem recipiunt.*
 - 5 *Sententia sub conditione extrinseca ferri non potest: secus sub intrinseca, qua omnino ad actum est necessaria.*
 - 6 *Actus sub conditione gestus, ea secuta ex fessione retrotractiva iuris purus remanet; & quid in spiritualibus observetur, ibidem discutitur.*
 - 7 *Appellatio non admittitur de eo, quod quis omninò facere tenetur.*
- Exponitur textus in cap. præterea 40. de appellationibus.*

C O N C L U S I O.

- 1 **S**ententia excommunicationis, suspensionis, vel interditi, lata sub conditione, si intra certum tempus Petto non satisfeceris, suspenditur, si intra eventum conditionis fuerit appellatio interposita. Quæ conclusio fulcitur ex textu in *cap. à nobis 2. cap. per tuas 4. de sententia excommunicationis, cap. 2. de constitutionibus 6. cap. ad presentiam 16. cap. dilecti 55. supra; hoc titulo, cap. cum contingat 36. de officio delegati, cap. 2. de sententia excommunicationis, lib. 6.* illustrant Parladorius in 4. sententiarum, distinctione 18. questione prima, versic. Sexta conclusio. Sylvestr in *cap. Alma Mater, 1. part. §. 10. num. 4.* Ioannes Gutierrez *Canoniarum questionum, cap. 4. num. 19.* Spinus in *speculo testamentorum, glossa rubrica, part. 11. num. 19.* Suarez de *cenfuris, disputat. 7. sectione 8. num. 9.* Sayrus de *cenfuris, lib. 2. cap. 26. num. 4.* Salgado de *protectione Regia, parte secunda, capite quinto, num. 8.*
- 2 Ratio propter quam excommunicationis sententia sub conditione prolata suspenditur, si ante conditio-

nis eventum appellatio fuerit interposita, & tantum effectum sortitur à tempore existentis conditionis, neque ad tempus sententiæ retrahitur, ea est: quia ad hoc, ut fictio retractionis locum habeat, habilitas utriusque extremi desideratur, hoc est, tam in extremo, à quo extitit conditio, quam in extremo ad quod veluti tempore sententiæ late; & fictio retractionis, quæ ex æquitate constat, *l. qui in vtero, ff. de statu hominum*, in cenfuris non admittitur, in quibus tantum veritas attendi debet, *cap. licet, de sententia excommunicationis, lib. 6.* merito cum deficiat habilitas in extremo ad quod, hoc est, contumacia, quæ tempore prolata sententiæ excommunicationis, omninò ex vi iustitiæ desideratur, *cap. certum, 11. question. 1.* & quæ pendente conditione neutiquam esse potest; idè iusta de causa excommunicatio, ita sub conditione prolata, suspenditur, neque adveniente conditione retrahitur, sed tantum à tempore existentis conditionis vires accipit: quia cum semel est interposita, adeò impedit coniunctionem prædictorum extremorum, ut interim ius appellanti adquiratur quoad effectum suspensionis, *cap. Pastoralis 28. §. præterea, de officio delegati, cap. venientes 19. de iurisdictione.*

Primò obstat textus in *cap. Romana, §. caveant, de sententia excommunicationis, lib. 6.* vbi constat excommunicationis sententiam sub hac conditione latam non valere, veluti, *si intra tale tempus non satisfeceris, excommunico te.* In cuius textus difficultate, ommissis alijs, attentius re perpensa, verissime dicendum iudico, textum in *diēt. cap. Romana, §. caveant, in principio*, procedere, in casu, in quo nulla præcessit contumacia, vel mora debitoris, & ludez incipit cum excommunicatione absque vlla citatione præcedente: nam tunc excommunicatio ex defectu contumaciæ non tenet, *cap. nullus, cap. certum est, 11. question. 3.* At verò textum noster loquitur, quando post purificatam debitoris conditionem, secutum fuit præceptum de solvendo intra certum tempus sub excommunicationis pœna, & secuta condemnatione, mora, & contumacia præcessit, quo in casu iure optimo excommunicatio incurritur, iuxta textum in *diēt. cap. Romana, §. caveant, versic. Nisi mora.* Neque prædictis obstat textus in *diēt. §. caveant, in principio*, vbi constat, quod pro futuris culpis excommunicationis sententia proferri non potest: cuius doctrina fallit, si iusta extiterit causa proferendi excommunicationem: nam tunc in futuris culpis proferri potest, veluti quoties furtum, vel aliquod delictum in vrbe commissum erit: iuxta textum in *cap. à nobis 11. de sententia excommunicationis, cap. ut animarum periculum, de constitutionibus, lib. 6.* quæ interpretatio deducitur ex *diēt. cap. Romana, §. caveant, versic. Aut alia rationabilis causa subsit.*

Secundò prædictis obstat dicere, quod actus legitimi, neque diem, neque conditionem recipiunt, *leg. actus legitimi, ff. de regulis iuris, cap. actus legitimi 50. eodem titulo, lib. 6.* sed quælibet sententia est actus legitimus, argumento textus in *leg. legitima 6. ff. de pactis*: ergo non poterit sub conditione ferri. Cui difficultati occurritur si dixeris, quod iura in argumento adducta solummodo locum habent in emancipatione, acceptilatione, hæreditatis aditione, & in reliquis actibus ibi expressis, in alijs verò non extenditur; notat Glossa, verbo, *In diem*, in *§. omnis stipulatio, Insti. de verborum obligationibus*: Navarrus in *cap. 1. num. 64. de penitentia, distinctione 6.* Covarruias in *4. 2. part. cap. 3. num. 4.* & licet fateamur, excommunicationis sententiam esse actum legitimum, tamen cum non sit de expressis in *diēt. leg. actus*, bene poterit diem, & conditionem recipere; notant omnes in *d. leg. actus 77. ff. de regulis iuris.*

Tertiò obstat textus in *cap. viduam 29. in principio, 2. questione 6. leg. 1. §. viduam, ff. quando appellandum sit*; vbi constat sententiam sub conditione nullatenus ferri posse. Sed huius dubij facilis erit explicatio, si dixeris, iura in argumento adducta, procedere in sententia

sententia lata sub conditione extrinseca, quæ de natura actus necessaria non est; veluti, *præcipio solvas, si natus ex Asia venerit*: noster verò *textus* loquitur in sententia lata sub conditione intrinseca, quæ omninò ad actum est necessaria, veluti, si dixeris, *solve intra viginti dies, & si non solveris, excommunico te*; sub qua conditione, non solum interlocutoria, sed diffinitiva profertur potest, *leg. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicata*, notat Decius in *presenti*, num. 9. Abbas num. 10.

Quartò obstat dicere, quòd actus sub conditione gestus, ea secuta purus remanet, *l. qui balneum 9. l. pottor 11. ff. qui potiores in pignore, l. 8. versic. Quod vis. ff. de periculo, & commodo rei vendita*. Augetur difficultas ex eo, quòd sententia excommunicationis purè prolata, per appellationem postea secutam non suspenditur, *cap. ad hac 37. cap. Pastoralis 57. §. verum, supra, hoc titulo*: ergo etiam si sententia excommunicationis sub conditione fuerit prolata, ea secuta, & verificata pura censeri debet, & per consequens per appellationem secutam post prolationem excommunicationis, non debet ipsius effectus suspendi. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur; quia licet fateamur, actum sub conditione gestum, ea secuta, ex *iuribus supra adductis* purum censeri; id tamen evenit, quia tales actus, conditione secuta, quadam iuris fictione retrahantur ad tempus celebrationis, quæ tamen fictio, ut supra diximus, in rebus spiritualibus, & præcipuè in censuris minimè locum habet: vnde eventus, sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, sub conditione latam, ea secuta, puram non censeri; merito cum prædictæ sententiæ conditionales purè nullatenus censentur, necessario sequitur per appellationem, ante eventum conditionis interpositam, optimè suspendi, *ex textu nostro*, licet si iure prolata fuissent, nullatenus per appellationem suspenderentur, *ex dicto cap. Pastoralis, §. verum, cum supra traditis*.

Quintò adversus præcipuum nostri *textus* tenorem, obstat *textus in cap. consultus, in fin. hoc titulo, cap. brevis 17. de iurjurando*, in quibus iuribus cavetur, appellationem non esse admittendam, cum quis appellat de eo, quod omninò facere tenetur; præcipuè cum quilibet, etiam si non interpelletur, teneatur suo creditori solvere, vel satisfacere, *cap. cum tu 5. de usuris, cap. 1. 14. quæst. 6.* Ergo cum in præsentem idem sit, dicendum videbatur, appellationem non valuisse, nec eam excommunicationis sententiam suspendi posse. In qua difficultate; ommissa Abbatis interpretatione in *presenti*, num. 8. verissimè est dicendum, *textum nostrum* procedere in debitore; qui licet solvere teneatur, non tamen appellavit à mandato de solvendo, sed à brevitate temporis ad solutionem designati, præcipuè cum difficultatem, seu solutionis impotentiam allegat, quo in casu appellatio tanquam non frivola in iure admittitur, *cap. 1. de dilationibus*: nam licet teneatur solvere, non tamen debet venire sacco paratus, *l. quod dicimus 105. ff. de solutionibus*; ac idèò cum impotentia solutionis existat, dilatio danda est, argumento *textus in cap. Odoardus, de solutionibus*, notat Præpositus in *presenti*, num. 11.

Ad *textum in cap. Ut debitus honor 59. hoc titulo, de appellationibus*.

SUMMARIUM.

Ante sententiam diffinitivam appellans admittitur, expressa causa rationabili coram Iudice inferiori, quam si Iudex superior minus rationabilem esse cognoverit, ad inferiorem remittet, & appellantem in expensis condemnabit.

- 2 *Iudicibus, & Magistratibus omnis honor, & reverentia debetur.*
Ad officium Iudicis spectat ne partes laboribus & expensis vexentur. ibid.
- 3 *Interpretatur textus in l. & in maioribus, Cod. de appellat.*
- 4 *Appellare licet de iure Canonico à quacunque sententia interlocutoria, servata iuris forma, de qua mentio habetur in cap. ut debitus honor, de appellat. secus verò de iure Casareo, quo attentò, appellatio indistinctè prohibita est.*
- 5 *Expenditur textus in l. intra vult 39. digestis, de minoribus.*
- 6 *Exponitur textus in l. arbitrario, ff. qui satisfac. cogan.*
- 7 *Illustratur text. in l. ait Prætor, ff. de minor.*
- 8 *Interpretatur text. in l. scio, §. quid ergo, vers. fin. ff. de appellat. cap. super eo 12. cod. tit. l. 1. Cod. quor. appellat. non recipiantur.*
- 9 *Expressio causa de iure antiquo in appellatione ab Interlocutoria nequam aestimabatur, secus de iure noviori, ex decisione textus in c. ut debitus honor, de appellat.*
- 10 *Exponitur text. in cap. 2. de appellat.*
- 11 *Exponitur text. in cap. dilecti 3. cap. cum causam 62. de appellat.*
- 12 *Refertur text. in cap. super quæstionem 17. §. fin. de offic. deleg.*
- 13 *Arreptio itineris, vel missio ad Pontificem, vim appellationis habet. Intellige et ibi.*
Interpretatur textus in cap. ut debitus honor, vers. Non obstante si dicat, de appellat. ibid.
- 14 *Præsentio iurisdictionis, non acquiritur per solam litterarum presentationem, sed per citationem simul.*
Exponitur textus in cap. debitus honor, de appellat. in versic. Priusquam delegato fuerint assignata. ibid.
- 15 *Appellatio etiam absente Iudice interponi potest.*
Interpretatur text. in dict. cap. ut debitus honor, vers. Cum autem.
- 16 *Gravaminis causa in appellatione ab interlocutoria coram Iudice, à quo, proposita sufficit, ut in ea appellatio admittatur, nec eius probatio desideratur.*
Intelligo ut ibi.
Expenditur text. in cap. ex parte 7. de testibus, & in num. 18.
- 17 *Refertur textus in cap. interposita 70. de appellat.*
- 18 *Causa appellationis ab Interlocutoria, si verificata non fuerit, remittitur ad inferiorem iudicem.*
- 19 *Iudex superior remittens causam ad inferiorem, eam à se abdicat, & tantum de expensis propter frivolum appellationem cognoscit.*
Expenditur text. in cap. ut debitus honor, versic. Et in expensis: de appellat.
- 20 *Iudex superior si causam appellationis instam esse cognoverit, negotium principale apud se retinere debet.*
Interpretatur text. in c. dilecto 4. de testibus.
- 21 *Illustratur textus in l. eos, in fin. principij, C. de appellat.*
- 22 *Exponitur textus in cap. olim, in fine, de exceptionibus.*
- 23 *Causa expressio in appellatione ab Interlocutoria, in maioribus causis non desideratur.*

CONCLUSIO.

Ante sententiam diffinitivam appellans admittitur, expressa causa rationabili coram Iudice inferiori, quam si Iudex superior minus rationabilem esse cognoverit, ad inferiorem remittet, & appellantem in expensis condemnabit. Quæ conclusio comprobatur, ex *textu in cap. super eo 10. cap. super eo 12. cap. cum Ecclesia 58. cap. cum cessante 60. versic. Non obstante, cap. cum speciali 61. §. porro, hoc titul. cap. significante 69. cap. interposita 70. eodem,*

eodem, cap. 1. & final. hoc tit. lib. 6. Clementina, appellantis, hoc tit. cap. ex parte 7. de testibus, cap. omnis oppressus, 2. quasi. 6. l. 1. §. quæsitum, ff. hoc tit. l. ante sententiam, C. quor. appellat. non recipiantur: Concilium Trident. sess. 13. de reformatione, cap. 1. in fine. & sess. 24. cap. 10. l. 13. & 26. tit. 23. part. 3. l. 8. tit. 17. part. 1. l. 3. tit. 18. lib. 4. ordinament. l. 3. tit. 18. lib. 4. Recopil. exornant Philip. Franc. in c. cum cessante, hoc tit. Mynsinger. centuria 4. observat. 43. Paz in prax. tom. 1. part. 6. in proemio, num. 25. Matant. 6. part. tit. de sententia, Gaillios lib. 1. observatione 132. Bartolus, & Rebuffus in leg. quod iussit, ff. de iudicata, Covarruias in practico, cap. 24. Duchas regula 47. & 48. Lancellotus de Attentatu, cap. 12. limitatione 1. num. 31. Osualdus ad Donellum plures referens, lib. 28. cap. 6. litera L. litera Q. Idem lib. 28. cap. 8. litera E.

2 Ratio deducitur ex Concilio Lateranensi relato ab Innocentio III. in presenti, celebrato anno 1215. afferente causam in appellatione esse exprimentam, ut debitus honor Iudicibus deferatur: quia aliàs si appellatio esset frivola, iniuria iudicibus irrogaretur, cum eis, & Magistratibus omnis honor, & reverentia debeatur; iuxta textum in leg. final. in principio, & in fine, Cod. quando provocare non est necesse; ubi postquam Imperator scripsit, omnem honorem iudicibus esse servandum, postea prosequitur, & in fine affirmat, iniuriam Iudici fieri, ex supervacua appellatione, & alia non minima ratione, hoc est, ut litigantibus super laboribus, & expensis subveniatur; cum ad officium Iudicis spectet, ne partes sumptibus, & laboribus vexentur, iuxta textum in cap. finem libris, cum vulgatis, de dolo, & contumacia: quare Lateranense Concilium, ut hæc omnia mala, damna, & incommoda evitentur, & appellationum calliditati, & tergiversationi occurratur, statuit ante definitivam sententiam appellari non posse, nisi rationabilis sit causa, expressè coram Iudice, à quo, proposita, & coram Iudice, ad quem, iustificata, quæ si frivola apparet, remittitur ad Iudicem inferiorem, ne ei iniuria inferatur, sed debitus honor observetur.

3 Primò adversus hanc decidendi rationem, obstabit textus in l. & in maioribus, C. de appellationibus, dum ibi statuitur, nullam iniuriam Iudici inferiori irrogari ex eo, quod litigator ad commune auxilium convolverit. Sed huic dubio facile respondere poteris, si dixeris, textum illum loqui de iusta provocatione, ex qua nulla Iudici iniuria irrogatur, iuxta textum in l. 1. ff. de appellationibus, l. Præfati Prætorio, ff. de minoribus, at verò textus noster intelligitur de iniusta appellatione, ex qua non levis Iudici iniuria irrogatur, l. final. in fine, C. quando provocare non est necesse, notat Matanta 6. part. act. 2. num. 328.

4 Secundò obstabit dicere, quod appellatio indistinctè ante sententiam prohibita est, leg. 1. §. quæsitum, versicul. Hinc consequenter, ff. hoc titulo, l. ante sententiam, ff. de appellationibus recipiendis, l. ante sententia tempus, C. quorum appellationes non recipiantur: ergo etiam cum causa rationabili, non licet ab Interlocutoria appellare: Huic difficultati ut satisfaciamus, meminisse oportebit, discrimen constituendum esse inter ius Canonicum, & Civile: nam de iure Canonico licet appellare à quacumque Interlocutoria, servata nostri textus forma: secus verò de iure Casareo, & ita obtinent iura in argumento, adducta: sed in assignanda discriminis decidendi ratione, valde laborant antiquiores omnes in presenti, Abbas, Bellamera, Ioannes Andreas: quorum omissis rationibus, si quid mei iudicij est, opinor dicendum, idè iure Pontificio non esse prohibitam appellationem ante definitivam sententiam, quia ius Canonicum magis æquitatem, quam rigorem amplectitur, iuxta textum in Clement. 2. hoc tit. ibi: Cum rigor iuris illud exposcat, nos æquitatem rigori præferendam sæpe esse censemus, &c. Nec dicat aliquis me divinare, hanc discriminis decidendi rationem retinendo; siquidem æquitas maximè consistit in hoc, ut omnis oppressus ad refugium, & appellationis remedium ad-

mittatur, iuxta textum in cap. omnis oppressus, 2. quasi. 6. & in cap. non ita, eadem causa, & questione, ibi: De iure in Ecclesiasticis negotiis agendum est, sicut in secularibus: nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decretare ceperit, non licet ei ante prælatam causam recedere; in Ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari videat, &c.

Tertiò adversus hanc utriusque iuris discriminis decidendi rationem, obstabit textus in l. infra utile 39. ff. de minor. ubi si minor læsus restitutionem petat, & questio incidens fuerit obiecta; videlicet, esse maiorem, & Iudex fuerit interlocutus tempore contractus minorum esse, appellatio ad eò ipso iure Civili ab ipsa Interlocutoria permittitur, ut ea interposita iurisdictione Præsidis suspendatur; ergo malè supra retulimus de iure Civili ante definitivam, appellationem esse prohibitam, in cuius textus difficultate, ommissa Fulgosi interpretatione, ibidem, num. 7. verissime est dicendum, textum illum non loqui de Interlocutoria, sed de decreto, & sententia definitiva, causa cognita, prolata; siquidem super ætate non nisi causa cognita, & decreto interveniente agi possit, l. atate, ff. de minor. quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: Dicta pro ætate sententia, &c. Cum interlocutio sola dicitur, quæ ex solo imperio, absque causæ cognitione fit. Neque solutioni obstant verba illius textus ibi: Adversarij & Præsidis cognitionem impedire, &c. Ex quibus verbis constare videtur, adhuc cognitionem quoad definitivam remanere, & sic ibi Interlocutoriam fuisse: Quia dicendum est, verba illa intelligenda, & referenda esse quoad cognitionem in executione, cum in ea adhuc cognitio extet; iuxta textum in leg. à Devo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. notat Cuiacius, & Antonius Faber in rationali, ad textum in dict. leg. infra utile.

Quartò obstat textus in l. arbitrio 9. digestis, qui sitis dare cogantur, ubi si quis fuerit conventus, ut bideiutores præstet; & offerat; si actor obiiciat, fidei iutores illos solvendo non esse, & Arbitrari electum ad eorum probationem, ac interlocutus fuerit idoneus esse; pars adversa poterit ab illa interlocutoria appellare. In cuius textus difficultate, ommissa Bartoli interpretatione ibidem, veriore esse existimo, quam refert Antonius Faber, in Rationali ad eundem textum, dum asserit, ibi non propriè fuisse definitivam, sed interlocutoriam sententiam, sed cum Interlocutoria illa finiret negotium, ad quod Arbitrari fuerat datus, & eius pronuntiatione iam desinat esse Iudex, leg. Iudex posteaquam, digestis, de re iudicat. iuxta de causa ab illa sententia appellatio admittitur, cum nulla iniuria afficiatur, cum iam esset sanctus officio suo.

Quintò prædictis obstat textus in l. ait Prætor 9. versicul. Permittitur, ff. de minor. ubi si debitor petat, minorem compellendum esse, curatorem nominare, ut debiti solutio legitime fiat; si Prætor decernat solutionem minori absque curatore fieri posse, & debitor obiectur, creditorem minorem esse, ac ideo solutionem ei absque curatoris auctoritate fieri non posse, si postea Prætor interlocutus fuerit, compellendum esse absque curatoris auctoritate minori solutionem fieri; tunc debitori ab illa interlocutoria sententia appellare permittitur. Sed huic dubio dicendum est, textum illum non loqui in interlocutoria sententia, sed in decreto per iniuriam facto, quod reparari non poterat per definitivam sententiam; cum postquam semel iussisset, debitorem compellendum esse solvere minori, non prohibito curatore, nulla alia definitiva sententia speretur; ut animadvertit Antonius Faber in Rationali ad eundem textum, versicul. Quod tamen si Prætor decernat, & Glossa magna in leg. penultim. Cod. quorum appellationes non recipiantur, siquidem à contumelia facti, vel dicti, à Iudice illata, ante definitivam sententiam etiam de iure Civili appellare permittitur, iuxta textum in leg. si provocatione interposita, C. de appellationibus. Glossa

Glossa *ibi*, verbo, *iniuria*, & Bartolus *in dicta leg. ait Prator 7. num. 3. & 4.*

Secundo prædictis obstabit dicere, quod nullo iure Canonico, vel Civili cogimur, causam in appellatione exprimere, iuxta textum in *cap. super eo 12. hoc tit. leg. scio. §. quid ergo, versiculo finali. ff. hoc titulo*: Ergo non rectè Concilium Lateranense in præfenti assentit causam esse exprimendam. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur: quia textus in *dicto cap. super eo*, intelligi debet de iure antiquo: Hodie verò in appellatione ab Interlocutoria servari debet forma, quæ in *textu nostro* refertur. Neque obstat textus in *dicta leg. scio 3. §. quid ergo, versiculo finali*. Quia procedit in appellatione, quæ interponitur à sententia diffinitiva, quo in casu non est necesse, causam gravaminis exprimere; notat Glossa *in præfenti*, verbo, *ante sententiam*, & Glossa *in cap. 1. verbo, statuit, hoc titulo*, Bartolus *in dicta leg. ait Prator, verbo, permittitur, ff. de minoribus*. Nos verò loquimur in appellatione ab Interlocutoria, ubi ex his, quæ *supra* reculimus, disparatio vertitur. Neque solutioni obstat textus *in leg. 1. Cod. quorum appellationes non recipiantur*, ubi in appellatione à diffinitiva, causam exprimi omninò necesse est: Quia *textus* ille procedit, quando appellatio interponitur à diffinitiva contra iuris prohibitionem, hoc est in casibus, in quibus appellatio est prohibita; ac ideo, cum appellatio illa sit contra iuris prohibitionem, necesse est, ut exprimaturs causa; iuxta textum in *cap. ad nostram, hoc titulo*: notat Covarruias *in prædicto, cap. 15. in principio*.

Septimò, obstat textus in *cap. consuluit*, el *legundo. & 18. hoc titulo*, ubi constat, generaliter ab omni futuro gravamine appellari posse, & tamen in appellatione in causa nullatenus exprimi potest, cum nondum cognoscatur, & non entis nullæ sunt qualitates, *leg. 1. ff. de hereditate, vel actione vendita, leg. finali. ff. de collatione bonorum*. Sed hæc difficultas cessat, quia textus in *dicto cap. consuluit*, procedit de iure antiquo ante nostri textus novam constitutionem: nam de iure antiquo nulla expressio causæ desiderabatur, *dicto cap. omni oppressus, cap. ad Romanam*, cum aliis, 2. *questione sexta*. Secus verò hodie ex nostri textus decisionem, & Clementina, appellanti, eodem titulo, notat Glossa *in dicto cap. ad Romanam*: Abbas, & Decius *in dicto cap. consuluit*.

Neque solutioni obstat textus in *cap. 2. hoc titulo*, ubi Alexander III. qui etiam fuit Auctor *illius capituli, consuluit 18. hoc titulo*, & ipsemet prohibet generalem appellationem tanquam frivolum, & temerariam: quod etiam probat textus in *leg. à Proconsulibus, Cod. quorum appellationes: cap. Pastoralis, hoc titulo*. Augetur difficultas: quia à futuro gravamine nondum illato appellatio non admittebatur, iuxta textum in *cap. non ita, 2. questione sexta; cap. dilecti, cap. suggestum*: ergo male in *dicto cap. consuluit*, generaliter à futuro gravamine appellatio admittitur. In qua injuria contrarietate verisimilè dicendum est, textum in *dicto cap. consuluit 18. in secunda parte*, procedere in appellatione ab omni gravamine: quod in vna, & certa causa appellanti inferri poterat, quo in casu appellatio admittitur: nam licet sit verum, quod à futuro gravamine appellari non possit; tamen regula illa cessat, cum iam processit actus, per quem designatur gravamen futurum: at verò iura in argumento adducta locum habent in appellatione generaliter interposita ab omni causa, quæ moveri possit; quo in casu, ut frivola à iure reicitur; notat Abbas *in dicto cap. consuluit, num. 20. Franch. in præfenti, num. 9. Bernard. Diaz in praxi, regula 420.*

Octavo prædictis omnibus obstat textus in *cap. dilecti 3. cap. cum causam 62. hoc nostro titulo*, in quibus iuribus probati videtur etiam iure antiquo, ante nostri textus decisionem, in appellatione ab Interlocutoria, causæ expressionem desiderari. Quæ difficultas, ut di-

luatur, distinctio adhibenda est: nam aut loquimur quoad validitatem interpositæ appellationis, & quoad ius devolutivum; vel loquimur quoad revocationem attentatorum illati gravaminis: nam in primo casu, ante nostri textus decisionem, causæ expressio non desiderabatur, iuxta textum in *dicto cap. omni oppressus*: in secundo verò, etiam iure antiquo, quoad revocationem illati gravaminis, causæ expressio desiderabatur: & ita obtinet textus in *cap. dilecti 3. d. cap. cum causam 62. hoc nostro titulo, cap. non solum, eodem titulo, lib. 6.*

Nec solutioni obstat textus in *cap. super questionum 12. §. finali. de officio Delegati*, ubi novata post appellationem, etiam ab Interlocutoria, ipso iure sunt nulla: ergo neque quoad revocationem illati gravaminis, in illo iure antiquo, causæ expressio desiderabatur: Quia responderi valet, quod etsi attentata post Interlocutoriam statim sint irrita, quoad ipsam legem, quæ certa est ex *dicto cap. super questionum, §. finali*: tamen quoad nos, qui sumus incerti, expectanda omninò est verificatio causæ, ad hoc ut attentatorum revocatio fiat, & ita obtinet textus in *dicto cap. dilecti 3. hoc tit. dicto cap. non solum, eodem tit. lib. 6. Covarruias in prædicto, cap. 24. num. 2.*

Nondò adversus nostrum textum, in versiculo, *Non obstante si dicat, &c.* Obstabit dicere, quod arreptio itineris, vel missio ad Pontificem, vim appellationis habet, *cap. ad hac 3. cap. meminimus, cap. dilecti*, el *legundo, supra, hoc titulo, cap. cum causam, de officio Delegati, cap. cum olim, de dolo, & contumacia, cap. audita, de restitutione spoliatorum*: Ergo male in *præfenti*, in prædicto versiculo, *Asseritur*, non sufficere nuntium misisse, ut appellationi deferatur. Quo in dubio omiſsa interpretatione, quam refert Glossa *in dicto cap. ad hac*, & Glossa *in præfenti*, verbo, *Si dicatur*, Franchis *num. 29. & 30.* veritatem esse existimo, quam refert Abbas *in dicto cap. dilecti 3.* & Præpositus *in præfenti, numero decimo octavo*, dum asserunt, distinctionem esse adhibendam: nam vel loquimur de effectu suspensivo iurisdictionis Iudicis inferioris; & tunc permissionem Nuntij, non suspenditur iurisdictionis, & ita obtinent iura in argumento adducta; aut loquimur de missione Nuntij tantum, ut habeat vim appellationis; & tunc dummodo observetur forma *textus nostri*, hoc est, si causa rationabilis exprimaturs; tunc non videntur correctæ prædicta iura, siquidem tacita illa appellatio, vim expressæ appellationis quoad ius devolutivum obtinet; notat Imola *in præfenti, numero septimo, super glossam 4. Lapis allegatione 36. Lancelotus ubi supra 7. part. capite duodecimo, ampliatione 12.*

Decimò adversus nostrum textum in versiculo, *Priusquam delegato fuerint assignata, &c.* Obstabit textus in *cap. Romana, §. sed si obiciatur, cap. non solum, hoc titulo, lib. 6. capite secundo, de dolo & contumacia, eodem libro sexto*, in quibus iuribus constat, quod ex sola literarum præsentatione Iudex inferior non prohibetur, quominus possit procedere: ergo male in *dicto versiculo*, ex sola præsentatione suspenditur iurisdictionis Iudicis à quo. Cui dubio responderi debet, verum esse, per solam literarum præsentationem non induci præventionem iurisdictionis, sed necesse esse citationem, omninò intervenire, iuxta textum in *cap. gratum, cap. relatum, de officio delegati*, ubi DD. omnes, & ita obtinent iura in argumento adducta. Neque contrarium refert *textus noster*: quia in *dicto versiculo*, non est decisum, quod per solam literarum præsentationem sit præventa iurisdictionis; sed tantum intendit, quod præsentatis literis poterit impetrans opponere declinatoriam; & tunc ea non admissa, censetur iusta & rationabilis causa, ut appellatio ab interlocutoria valeat, notat Imola *in præfenti, numero 7. Præpositus num. 12.*

Vndecimò adversus nostrum textum, in versiculo, *Cum autem, dum asserit, coram Iudice à quo, appellationis causam esse exprimendam*: obstabit dicere, 15

appellationem etiam absente Iudice interponi posse, *cap. 1. de alienatione iudicij, cap. suggestum 15. supra hoc titulo*: ergo non est necesse, ut coram Iudice a quo expressio causæ fiat. Cui dubio responderi valet, quod licet regulariter appellatio in præsentia Iudicis debeat fieri, *cap. biduum 19. 2. questio. 6. Clementina. hoc titulo*; tamen id non procedet si copia Iudicis haberi non possit: nam tunc Iudice absente, vel appellationem recipere nolente, poterit interponi coram honestis personis, *dict. cap. biduum, cap. 1. cap. suggestum 15. hoc titulo*; & quamvis ita absente Iudice appellatio admittatur, non tamen exinde sequitur, causæ expressionem non esse necessariam, cum exprimenda semper sit, ac si coram Iudice exprimat.

- 16 Duodecimò adversus eundem versicul. *Cum autem*, dum asserit, tantum sufficere causam gravaminis coram Iudice, a quo, exprimere, neque necesse esse, causam illam probare; obstat textus in *cap. ex parte 7. de testibus*, ubi non solum sufficit causæ expressio: sed eius probatio desideratur: veluti si quis, ut alicui beneficium auferatur, obiecterit, testes non esse admittendos, quia latrones, raptores manifesti, infames, & inhabiles sunt; & Iudex interlocutus fuerit, testes esse recipiendos; & ab ea pronuntiatione fuerit appellatum, Pontifex decidit, quod si constiterit, & probatum fuerit legitimam esse appellationis & exceptionis causam, irrita & cassata sententia illorum iudicum, ei beneficium restituatur, & Interlocutoria sententia revocantur. Pro cuius textus interpretatione annotandum est, Iudicem superiorem in appellatione ab Interlocutoria dupliciter posse cognoscere super causam expressam appellationis: nam vel cognoscit in vim declinatoriæ fori, ad fundandam iurisdictionem Iudicis appellationis, ut de appellatione coram ipso interposita cognoscat, vel cognoscit de causa expressa appellationis ab Interlocutoria in vim exceptionis peremptoria, ut integra cognitio causæ ad eum devolvatur, & attentata revocari possint: nam primo casu, sufficit causam appellationis, & gravaminis exprimere; licet de eius veritate nondum constet; & ita obtinet *textus noster*, & textus in *cap. Romana, §. quod si obiciatur: hoc titulo, lib. 6.* In secundo verò, de veritate causæ gravaminis constare debet; & ita est interpretandus textus in *dict. cap. ex parte 7. de testibus*, versicul. *Mandamus quatenus*, notat Ancharan. in *dict. cap. Romana, §. quod si obiciatur, notabili 9.*

- Nec solutioni obstat textus in *cap. interposita 70. hoc titulo*, ubi ad hoc, ut Superior possit illatum gravamen revocare, non est necesse causam, & gravaminis veritatem probari; sed satis erit, probationem coram inferiore obtulisse, & admittam non fuisse, quod omnino contrarium refert textus in *dict. cap. ex parte*, versicul. *Et se obicit probaturum, &c.* Quia textus in *dict. cap. interposita in fine*, procedit solummodo quoad consequendum effectum devolutivum, & revocationem attentatorum, merito in odium Iudicis, & in favorem appellantis sufficit, appellationis causam obtulisse: nam quamvis à Iudice, a quo, non sit recepta, iusta præsumitur; at verò textus in *dict. cap. ex parte*, locum habet, quando Clericus utebatur integram, & finalem effectum suæ appellationis diffinire: scilicet, causam per sententiam diffinitivam finire, & ut adversarius prohiberetur amplius super beneficio molestiam inferre; ac idèd ibi non solum sufficit oblatio causæ, verum etiam & eius probatio desideratur; notat Cuiacius in *posthumis ad textum in d. cap. interposita*, Abbas in *dict. cap. ex parte, num. 9.* Felinus *num. 15.* Imola *num. 20.*

- 18 Decimotertio adversus *textum nostrum* in versic. *Et si minus*, ubi notat Doctores omnes, quod si causa appellationis interlocutorie verificata non fuerit, tunc ut debitus honor Iudicibus observetur, eius causæ cognitio remittitur ad inferiorem, ut de principali causa cognoscat; obstat textus in *dict. cap. ex parte 7. de testibus*, versic. *Si vero res aliter se haberet, causam*

audiatis, & sine debito terminetis, &c. Ex quibus verbis apparet, causam appellationis ab interlocutoria sententia verificatam non fuisse, & nihilominus principalis causa ad inferiorem Iudicem non remittitur, sed penes superiorem remanet, ut finem causæ imponat, ut constat in illis verbis, *sine debito terminetis, &c.* In cuius textus difficultate, ommissa Glossæ interpretatione in *dict. cap. ex parte*, verissimè est dicendum, verba illius textus, ibi: *Si vero res aliter se haberet, &c.* referenda esse ad sententiam primi Iudicis, a quo, qui post appellationem ab Interlocutoria Clericum à beneficio spoliavit; non verò referenda ad legitimam appellationis causam, siquidem appellans, veritatem, & causam appellationis rectè probavit, ex eo, quod probasset, priores Iudices in causa illa beneficiarii testes infames ab eo exceptos recepisse, ac idèd iustificavit appellationis, & exceptionis causam; sententia tamen cum adhuc à Iudicibus inferioribus lata non fuisset, iusta de causa Eugenius III. respondit, quod cum appellatio iam esset iustificata, Iudices superiores posse in principali causa procedere, & sine debito terminare, notat Abbas, & Beroius in *dict. cap. ex parte*: si verò causa illa appellationis iusta non appareat, tunc ex nostri *textus* decisione, ut debitus honor Iudicibus deturatur, inferioribus remitti debet. Neque obstat si dixeris, quod is qui à Iudice appellavit, potest cum tanquam suspectum recusare, *cap. ad hac, el primo, cap. propeius 24. supra, hoc titulo*, cum nimis grave sit coram suspecto Iudice litigare, *cap. quod suspecti, 3. questione prima.* Ergo quamvis causa non sit rationabilis, non debuit negotium ad inferiorem tanquam suspectum Iudicem remitti: Quia ommissa interpretatione, quam refert Glossa in *presenti*, verbo, *rationabiliter*, verissimè est dicendum, *textum nostrum* procedere, quando absque iusta causa fuit appellatum, cum sola suspicio, quæ frivola censetur non dicatur iusta suspensionis, & recusationis causa: at verò iura in argumento adducta procedunt, quando iusta appellationis causa coram Iudice ad quem, fuit comprobata, quo in casu iusta recusationis causa censetur.

Decimoquarto adversus *nostrum textum*, in versic. *Et in expensis*, obstat dicere, quod Iudex superior remittens causam ad inferiorem, nullam retinere videtur iurisdictionem in negotio, sed tantum competit inferiori, cui remittitur, ut constat ex *textu nostro*, sed sententia à non suo Iudice lata, non tenet, *leg. final. C. si a non competente Iudice, cap. ut si Clerici, de iudicio*; ergo Superior non poterit frivole appellantem in expensis condemnare. Sed prædictam difficultatem effugies si dixeris, quod licet Iudex superior in principali negotio iurisdictionem non habeat, tamen in his casibus lex ipsa ei iurisdictionem quoad expensas tribuit, *cap. ceterum, cap. super literis, cap. final. de rescriptis, cap. 2. de dolo, & contumacia*, quod præcipue in appellationem frivola admittitur cum ius frivola appellationem semper abhorreat, iuxta *textum in cap. cum appellatio, hoc titulo, libro sexto*, Abbas in *presenti, numero sexto*, Præpositus in *cap. ex ratione, num. 53. hoc titulo.*

Decimoquinto adversus *nostrum textum*, in versic. *Alioquin ipse procedat, &c.* Ex quo deducitur, quod si Iudex superior causam appellationis, iustam esse cognoverit, negotium principale apud se retinere debet, siquidem ex eo, quod Iudex a quo, partem gravavit, suspectus in futurum efficitur: Obstat textus in *cap. dicto 4. de testibus*, ubi appellatio ab Interlocutoria sententia, iusta censetur, & nihilominus ad inferiorem Iudicem non remittitur. In cuius textus difficultate ommissa Innocenti interpretatione, & aliorum in *dicto cap. dicto*, verissimè dicendum arbitror, idèd ibi causam an priores Iudices esse remittendam: quia in illa interlocutione priorum iudicum probabilis adfuit error; ac idèd non poterant dici dolosi, & suspecti quoad causæ cognitionem, quo interveniente errore, cum cesset



cesset offensio, quæ provenire poterat per appellationem ab Interlocutoria, mitum non est, quod principale negotium iterum ad priores Iudices remittatur, si quidem cessante causa reculationis, effectus cesset, arg. text. in cap. cum cessante, hoc tit. notat Abbas, & Atetinus in dist. cap. dilecto.

Decimosexto adversus eundem versiculum, obstat textus, in l. eos, in fine principij, Cod. de appellat. c. ei qui, §. finali, 2. quaestione sexta, vbi probatur, appellationis Iudicem tantum pronuntiare posse, iuste, vel iniuste ab inferiore appellatum fuisse: Ergo non poterit principale negotium retinere. Sed huic dubio respondetur facile, videlicet, prædicta iura intelligenda esse, quando à diffinitiva sententia appellatum est, quo in casu superior Iudex solam pronuntiat, iustam, vel iniustam appellationem interpositam fuisse, revocando, aut confirmando inferioris Iudicis sententiam: At verò textus noster loquitur, quando ab interlocutoria sententia appellatur: nam tunc Iudex superior de articulo appellationis cognoscit, & si iniuste appellantem repellat, negotium ad inferiorem remittit, & appellantem in expensis condemnat, iuxta textum in cap. cum Ecclesia 38. hoc titulo, cap. cum appellationibus, eodem titulo, libro sexto. Si verò gravaminis causa probata fuerit, & appellatio iusta appareat, totius negotij cognitio ad eum spectat, argument. textus in leg. si quis provocacione, Cod. hoc titulo, notat Paz in praxi, tanto primo, capite primo, §. unico, num. 10.

Decimoseptimò prædictis obstat textus in cap. olim, in fine, de exceptionibus, vbi Iudex appellationis, etiam si decernat legitimam appellationis causam fuisse, neque in negotio principali procedere potest. In cuius textu difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Glossa, ibidem, quam sequitur Hostiensis, verissimè dicendum est, nostri textus decisionem limitari in specie tradita, in dist. cap. olim, videlicet, quando exceptio ob quam appellatur, respicit defectum iurisdictionis Iudicis à quo, vt si opponatur esse incompetentem, & ipse exceptionem non admittat: nam tunc appellationis Iudex, etiam si pronuntiet legitimam fuisse appellationis causam, non procedit in negotio principali: nam sicuti Iudex à quo, non potest procedere tanquam incompetens, ita neque Iudex ad quem, qui in illius locum subrogatur, erit competens; argument. textus in leg. si cum, §. iniuriam, digestis, si quis cautionibus, notat Abbas in presenti, numero septimo, Imola numero secundo, Felinus numero octavo.

Decimooctavo adversus nostrum textum in versicul. Solus, obstat dicere, quod eadem est ratio appellandi in maioribus, quæ in minoribus causis, cap. de appellationibus, supra, hoc tit. l. & in maioribus, Cod. eodem. Ergo nulla est ratio cur in dist. versic. In maioribus causis nostri textus decisio repellatur. Sed dubium hoc ex eo diluitur, quia nostri textus decisio restringitur, & excipitur ne procedat in maioribus causis, ita vt in illis non sit necesse causam appellationis exprimitere, quia ipsius negotij gravitas pro causa sufficit; & maiores causæ dicuntur, quæ extant in cap. quod translationem, de officio Legati, Glossa verbo, reservata in cap. maiores, de Baptismo, Franch. in presenti, numer. 5. & 48.

- 2 Periculosum est coram suspecto Iudice litigare. Appellatio, & recusatio æquiparantur in eo, vt si prohibita est appellatio, censetur etiam prohibita recusatio.
- 3 Expenditur text. in l. fin. C. de sententiis, & interlocutionib. iud.
- Recusatio, & appellatio in quo differant, ibid. proponitur.
- 4 Interpretatur text. in cap. postremo 36. in fine, de appellat.
- 5 Recusationis iusta causa dicitur, cum Iudex similem causam patrocinatur.
- Nullum simile idem dicitur. Intellige, vt ibi.
- 6 Exponitur textus in leg. in privatis 77. digestis, de iudiciis.
- 7 Recusatus Iudex de iure Pontificio in totum removetur à causa cognitione, si causa recusationis fuerit probata; de iure verò Casareo non desistatur causa, nec in totum removetur, sed Adiunctus ei datur.
- 8 Interpretatur textus in l. qui iurisdictioni, digestis, de iurisdictione omnium iudicum, l. lex Cornelia, ff. de iniuriis, l. 1. Cod. si quacunque præditus potest.
- 9 Recusationis causa ab Arbitris comprobanda est. Illustratur textus in cap. si quis 4. de foro competentis.
- 10 Iudex recusatus in principali causa, non censetur recusatus in eius executione, ac ideo de executione cognoscit.
- 11 Recusatio, & exceptio declinatoria, in multis differunt, vel conveniunt.

CONCLUSIO.

CAUSA recusationis coram Iudice recusato proponenda est, sed ab Arbitris probari debet, qua si non fuerit probata, recusatus utitur sua iurisdictione: alias mittet ad superiorem principale negotium. Consonat textus in cap. cum inter, de exceptionibus, cap. causam qua 17. de iudiciis, cap. secundo requiris 41. §. tertio postula, hoc tit. cap. ex suscepto 10. de foro competentis, cap. insimulante 25. & 27. §. si verò, cap. suspicionis 39. de officio delegati, cap. 1. & 2. 4. quaest. 4. l. qui iurisdictioni, l. Iulianus, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. vni. a. C. nequis in sua causa: leg. apertissimi; Col. de iudiciis, l. 22. tit. 4. partica 3. l. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recopil. exornant Maranta de ordine iudiciorum; 6. part. num. 46. Pacharina in practica criminali, 2. part. num. 784. Surd. conf. 50. n. 10. volum. 1. Scaccia in tractatu de sententiis, & re iudicata, c. 1. glos. 4. quaest. 8. num. 4. Rebuff. de recusationibus, art. 9. gloss. vlt. Menochius de arbitrariis, cap. 152. Petrus Gregorius lib. 49. syntagm. cap. 13. num. 4. Gaillius lib. 1. observat. cap. 33. num. 4. Mynsing. lib. 3. observat. 63. Cuiacius lib. 9. observat. cap. 23. Paz in praxi, 1. part. 1. tom. decimo tempore, num. 18. Osualdus lib. 17. commentar. c. 25. litera A.

Ratio est quia nimis periculosum dicitur coram suspecto Iudice litigare; & quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, cap. quod suspecti, 3. quaest. 5. & iusta suspicionis causa dicitur consanguinitas, vel similem causam apud alium agere, vel defendere, iuxta textum in cap. postremo 36. hoc tit. cap. causam, qua 27. de iudiciis. Effectus autem reculationis est, vt quemadmodum iurisdictione Iudicis à quo, appellatione interposita, suspenditur; ita & similiter reculatione proposita: nam appellatio, & recusatio ita æquiparantur, vt sicut ante sententiam appellatio non permittitur, nisi expressa causa legitima, ita nec reculatio permittitur, & cum appellatio est prohibita, ita & recusatio prohibita censetur, iuxta textum in cap. super eo 12. cum similibus, hoc titulo.

Primo adversus hanc recusationis, & appellationis æquiparationem, obstat textus in leg. fin. Cod. de sententiis, & interlocutionibus: vbi constat, quod si causa fuisset commissa, appellatione, vel reculatione remota,

Ad text. in cap. Cum speciali 61. & c. Postremo 36. hoc tit.

S V M M A R I V M.

1 Recusationis causa coram Iudice recusato proponenda est; sed ab arbitris probari debet: qua si non fuerit probata, recusatus utitur sua iurisdictione: alias mittet ad Superiorem principale negotium.

non ex eo videtur prohibita recusatio ante litem contestatam, quamvis appellatio sit prohibita. Quæ difficultas ut diluatur, & veram illius *reus* sententiam percipiamus, adnotandum est, ibi multum differre appellationem, & recusationem: nam appellatio illo iure Civili attentio, non nisi post litem contestatam, & diuinitam sententiam proponi potest. *leg. ante sententiam, Cod. quorum appellationes non recipiantur*: at verò recusatio eodem iure, ante litem contestatam permittitur, *l. apertissimi, Cod. de iudiciis*: cum ergo ibi erat vtriusque appellationis, & recusationis differentia, nihil mirum, quod in *diēt. l. fin.* non ita ante litem contestatam æquiparentur: æquiparantur verò post litem contestatam in eo, quod quemadmodum post litem contestatam appellatio de iure Civili non admittitur, ita etiam post eam, cum quis in Iudicem consensit, recusatio non admittitur, nisi nova subsit causa, iuxta textum in *diēt. l. apertissimi, Cod. de iudiciis*, versicul. *Cum post litem*; notat Gregorius Lopez in *l. 1. §. tit. 23. partita 3. glos. fin.* At verò de iure nostro Pontificio aliter observatur; siquidem eo attentio, etiam ante sententiam appellare permittitur; & in eo appellatio, & recusatio æquiparantur, ut tunc cum causa committitur, *appellatione remota*, etiam recusatio remissa censeatur, *diēt. cap. super eo 12. hoc tit.* siquidem delegans cum clausula, *appellatione remota*, etiam de Iudice confidit recte iudicaturam absque vlla suspitionis, & recusationis causa, argument. textus in *cap. novis, hoc tit.* Neque solutioni obstat textus in *diēt. cap. postremo 36. in fine, hoc titulo*: vbi constat, delegatam Iudicem recusari posse, etsi ei causa fuerit commissa, *appellatione remota*: Quia dicendum est, verissimum esse, appellatione remota, recusationem quoque remotam censeri, sed sicut clausula illa interposita, non removetur appellatio, ex iusta causa interveniente: ita similiter non videtur sublata recusatio, ex iusta causa interposita; sed solum ex frustratoria; & frivola: & ita est interpretandus, textus in *diēt. cap. super eo 12. hoc tit.* versic. *Non esse aliquatenus deferendum, &c.* Ac idem recte in *diēt. cap. postremo 36.* est decisum, quod etsi remota sit appellatio, non tamen recusatio removetur, cum in recusatione iusta illa consanguinitatis causa interveniat; siquidem ea existente, iam cessat præsumptio, quæ in favorem Iudicis fieri potuit, ut recusationis remedium crederetur frivolum; notat Osualdus ad Donellum *lib. 17. commentariorum, cap. 25. litera E.* Doctor Balboa, in *diēt. cap. super eo 12. hoc titulo, n. 27.*

Secundò adversus ea, quæ supra retulimus, videlicet, similis causæ defensionem, iustam recusationis causam esse, obstat principium illud quo docemur, quod licet vna causa alteri sit similis, adhuc ab ea diversa est, cum nullum simile sit idem, *l. quod Nerva 32. ff. de positi, l. 1. §. hoc alio, ff. si mensor falsum modum dixerit*; ac idem cum ex diversis non possit fieri illatio, *leg. fin. digestis, de calumniatoribus, leg. Papinianus 21. digestis, de minoribus*, & cum separatorum separata debeat esse ratio, *leg. is 18. §. 1. digestis, familia herciscunda*, dicendum videtur, quod Iudex, qui suspectus est in propria causa, non videtur suspectus in alia simili. Cui dubio responderi valet, quod etsi fateamur nullum simile idem esse, & vnum ab altero inter se differre; hoc tamen procedit quoad substantiam singularum rerum, & ita obtinent iura in argumento adducta: at verò quatenus atinet ad respectum recusationis, de quo nos loquimur, æquiparantur, cum ratione similitudinis negotij, datur præsumptio suspitionis, iuxta textum in *capit. causam, qua 18. de iudiciis*.

Neque prædictis obstat textus in *leg. in privatis 77. ff. de iudiciis*, Glossa in *cap. consanguinei 1. 3. quest. 5.* vbi facta à Iudice suspectio propter illam consimilem defensionis causam, merito iure valet. Neque Iudex removetur à causæ cognitione: quia textus ille tantum procedit habito respectu ad hoc, quod acta iudicialia ab eo facta valida sint, interim dum non fue-

rit recusatus, non verò ad id, quod exinde non possit Superior, qui eum delegavit, remove; ista illa suspitionis causa interveniente: cum deleganti id sit permittum, ne partium iura lædantur; & ut lites sine suspitione dirigantur, notat Barbosa *axiomate 93. num. 25.*

Tertiò adversus ea, quæ in *presenti* notant omnes, videlicet, Iudicem recusatum omnino à causæ cognitione excludum esse; iuxta textum in *cap. secunda requirit 41. §. tertiò postulat hoc tit. cap. infirmante 25. §. 27. §. etsi verò, de officio delegati, cap. causam 18. de iudiciis Morla tit. 2. num. 173. obstat textus in *ausentis, si vero conrigeris, Cod. de iudiciis, l. nemo, Cod. de iurisdictione omnium iudicum, l. 22. tit. 4. partit. 3. l. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recopil.* in quibus iuribus constat, Iudicem recusatum non in totum removendum esse à causæ cognitione, sed tantum ei est dandus Adiunctus, Pro cuius dubij resolutione adnotandum est, in hac parte discrimen versari inter ius Castarum, & Pontificium: nam de iure Civili, Iudicibus ordinatis recusatis, non tollitur in totum cognitio, sed eis tantum Adiunctus datur, iuxta formam traditam in *verbo in argumento adducto*: at verò de iure nostro Pontificio Iudex recusatus in totum removetur à causæ cognitione, ut in nostro *textu*, cum *similibus supra adductis*, notat Covarr. in *prædictis, cap. 16. Morla, ubi supra, num. 176.**

Neque huic distinctioni obstat textus in *l. qui iuris dictioni, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. lex Cornelia, ff. de iniuriis, l. 1. Cod. si quacunq. præliis pu.* vbi Iudices ordinarij propter suspitionem in totum à causæ cognitione removentur: Quia decisio *diste Authentica* limitatur in illis iuribus, notat Morla; ubi *supra, num. 182.* videndus est etiam textus difficultis in *l. fin. Cod. de iudiciis*; & plura, quæ retulimus in *cap. super eo 22. de retribus*.

Quartò adversus nostrum *textum*, in versic. *Arbitros communiter eligat, &c.* Obstat textus in *capit. quis 4. de foro competenti*, vbi Episcopus recusatus non eligit Arbitros, sed Iudicem delegatum non suspectum designare debet: Ergo frustra in *presenti* Arbitri eliguntur. In qua difficultate, ommissa interpretatione Morla, ubi *supra, num. 183.* verissimè est dicendum, quod tunc demum Arbitri eliguntur, cum Episcopus noluerit se, ut suspectum iudicare, cum sibi causa recusationis dubia videretur; quo in casu formula *nostri textus* locum habet: Secus verò cum causa suspitionis notoria est: quia tunc observari poterit formula tradita in *diēt. cap. si quis 4. de foro competenti*.

Neque obstat si dixeris, quod si Iudex Ecclesiasticus propter suspitionem remotus est à cognitione causæ principalis, etiam remotus censebitur ab eius executione, argument. textus in *cap. quod suspectus, 3. quest. 3. cap. novis, hoc tit. at in diēt. cap. si quis 4. de foro competenti*, ab executione causæ non repellitur ut suspectus. Ergo nec ab eius cognitione ut suspectus repelli debet. Quia responderi valet verissimum esse, Iudicem recusatum in causa principali, non censeri recusatum in executione sententiæ; siquidem recusatio ipsa tantum futura, non præterita respiciat, quæ in sola executione consistunt; & cum executio illa nova causa censeatur rectè in executione nova alia recusationis causa deinde datur: veluti si pars in executione valde gravetur, ut in *Concilio Tridentino sess. 25. cap. 6.* & notat Avenda. *de exequendis mandatis, 2. part. cap. 23. num. 10.*

Quintò prædictis obstat dicere, quod recusatio est exceptio declinatoria, ut supra diximus in *primo dubio*; sed de declinatoria exceptione Iudex Ecclesiasticus cognoscit, *cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6.* Ergo in *presenti* de ea exceptione, tanquam declinatoria, Ordinarius cognoscere debebat, non verò Arbitri. Sed scrupulus hic ex eo diluitur: quia inter se differunt recusatio, & exceptio declinatoria iurisdictionis: quia in hac non proponitur Iudicem esse suspectum, sed incompetentem; in illa

verò esse suspectum, & iniustum, in qua, tanquam Iudex in propria causa repellitur; ac idè Arbitri eliguntur; notat Doctor Felicianus de la Vega in *dist. cap. si quis 4. de foro competentis, num. 29. & 35.* & de materia huius textus videri oportet ea, quæ supra retulimus in *cap. licet 10. de foro competentis, in §. dubio,* & ea, quæ tradunt omnes in *cap. 1. de iudicij,* ubi disputant, an tota Synodus recusari possit; quæ omnia in *presenti ritè,* & rectè disputari poterunt.

AD TITVLVM XXIX.
De Clericis Peregrinantibus.

Ad textum in cap. vnico, hoc titulo.

S V M M A R I V M.

1. Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam, non est aliquid innovandum.
2. Arreptio itineris ad Pontificem, vim præsumpta appellationis obtinet; & in ea Assentatorum remediis locum habet.
3. Expenditur textus in cap. cum meminimus 9. de appellat.
4. Appellatio in scriptis expressè fieri debet.
5. Illustratur text. in cap. ut debitus honor, vers. Non obitante si dicat, de appellationibus. Appellatio non solum per personalem itineris ad Pontificem arreptionem præsumitur; verum etiam per Nuntij missionem: & in quo differant? Intellige, ut ibi.
6. Interpretatur text. in cap. meminimus 9. in fin. vers. Quod si, de appellat. cum c. suggestum 15. eod. & in num. 7.
8. Interpretatur textus in capit. primo de appellation. cum cap. vnico, de Clericis peregrinantibus, & num. 9. & 10.
11. Clericis non licet sine auctoritate Superioris peregrinari: Intellige, ut ibi.
12. Expenditur textus in leg. ignorare, C. de restitut. militum, & bonæ memoriæ 3. de confirmatione vtilis, vel inutilis.
13. Clericis peregrinantibus qua privilegia concedantur, remissi vè ibi referantur.

C O N C L V S I O.

Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam, non est aliquid innovandum. Consonat text. in cap. meminimus 9. cap. suggestum 15. cap. ut nostrum 51. cap. ad hac 30. cap. ad audientiam, et 2. cap. dilecti 52. de appellationibus, cap. cum causa cap. consultationibus, de officio delegati, cap. cum olim 7. de dolo, & contumacia, cap. audita, de restitutione spoliatorum, cap. ultimo, de tunc 24. & pace, cap. si quis Romipetas, cap. paternarum 24. quæst. 3. cap. arguta, 2. quæstione 6. cap. Sacerdotes, de penitentia, distinctione 6. cap. non oportet, de consecratione, distinctione 5. leg. iubemus, C. de emancipatione liberorum, leg. ultim. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his; leg. vnica, Cod. si per vim, vel alio modo; leg. miles, leg. qui mittuntur, ff. ex quibus causis maiores; exornant Lancellotus de Assentatis, 2. part. cap. 12. ampliatione 15. Maranta in speculo 3. part. tertia partis principalis, quæst. 7. num. 39. Boetius decis. 6. num. 8. Decius in *dist. cap. meminimus, cap. dilecti, de appellationibus,* Guido Papa decis. 436. numer. 104. Puteus decis. 17. Tuschus de *visitatione, lib. 2. cap. 2.* Anton. Augustinus collectanea 2. Decretalium lib. 2. tit. 20. c. 1. Scaccia de appellationibus, q. 6. n. 44. Erasius à Cochier de *iurisdictione Ordinarij exempti, p. 1. q. 92. n. 3.* Barb. in *collectaneis ad textum in c. recepimus, de privilegijs.*

Ratio est; quia arreptio itineris ad Pontificem vim præsumpta appellationis, obtinet, & idè licet novata post veram appellationem, iure Assentatorum revocantur, sic similiter novata post præscriptum qualis est illa de qua in *presenti,* iuxta text. in *c. dilecti, cap. suggestum, de appellationibus;* merito, quidquid post arreptum itat usque ad reditum, ablatum est, remedio nostri textus restituitur; cum jus suum interim illæsum remanere debeat. Quod similiter procedit, etiam si peregrinus res suas, & Ecclesiæ suæ sub protectione Pontificis expressè non posuerit, dum tamen facto ipso id declaraverit; iuxta textum in *cap. si quis Romipetas 24. quæst. 1. cap. dilecti, cap. ut nostrum, c. ad Audientiam, el secundo, de appellationibus,* notat Gloss. ibi, verbo, non posuerit, ubi Antiquiores omnes.

Primo obstat textus in *c. meminimus 9. de appellationibus,* ubi etiam post itineris arreptionem procedi potest. Cui difficultati dicendum est, textum in *dist. cap. meminimus,* procedere, quando res iam non est integra: quia pars à Iudice domiciliario, vel delegato iam fuerat citata: nam cum sola citatione iurisdictione perpetuetur, leg. ubi captum, ff. de iudicij, leg. penult ff. de iurisdictione omnium iudicium, cap. proposuisti, de foro competentis; idè non potuit pars postea dolo malo Romam petere, Iudicemque & adverterium eludere, quod non patitur jus; cap. suggestum, de appellationibus: dolo namque præsumitur statim atque in ius vocatus Romam petit; merito, cum siue iusta causa, nullaque querela interveniente iter arreptum sit, rectè procedi potest in *dist. cap. meminimus:* ac verò noster textus procedit, quando quis Romam petit, iusta querela, & appellatione tacita, seu præsumpta interveniente, iuxta textum in *cap. 1. cap. dilecti, de appellationibus.*

Secundò solutioni obstabit dicere, quod appellatio in scriptis fieri debet, iuxta textum in *l. scio, leg. à sententia, §. si ff. de appellationibus:* Ergo itineris arreptio vim appellationis habere nequit, ac per consequens sufficiens esse non potest, sed solemnitas appellationis intervenire debet, quæ describitur in *cap. ab eo, de appellationibus, lib. 6.* Cui difficultati dicendum est, quod quamvis itineris arreptio expressè appellatio non sit, vim tamen appellationis retinet, etiam si verbum, *appello,* non exprimat, nam sicuti pro appellante habetur qui se protectioni sedis Apostolicæ subicit, nullò appellationis verbo expresso; sic similiter pro appellante habetur, qui se, itineris arreptione, sedis Apostolicæ protectioni subicit: nam tunc verbis ipsis appellare videtur, declarando itineris arreptionem, veluti si in vestigio illati gravaminis se itineri accingebar, ut constat ex *d. c. dilecti, ibi: Et ipso propter di. tam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus,* notat Glossa, ibi, verbo, non posuerit: quod adè verum est; ut non solum id operetur personalis itineris arreptio, verum etiam si ob prosequendam appellationem Nuncius Romam mittatur; iuxta textum in *c. ad hac, cap. constitutus, c. dilecti, de appellationibus* & arg. text. in *l. 1. §. de iocisse, ff. de vi, & vi armata.*

Tertiò solutioni huic valde obstat textus in *cap. ut debitus honor, de appellat. vers. Non obstante si dicat;* ubi constat, non sufficere Nuncium misisse, ut appellatio præsumatur. Sed in hac difficultate, omnia interpretatione, quam refert Glossa in *cap. ad hac 30. de appellationibus,* & in *dist. ut debitus honor,* verbo, si dicat, verissime dicendum esse existimo, distinctionem esse adhibendam: nam vel loquimur de effectu suspensivo iurisdictionis iudicis inferioris, vel loquimur de missione Nuncij ad hoc, ut habeat vim appellationis: nam primo casu permissionem Nuncij non suspenditur iurisdictione, & sic quoad hanc partem correctæ contentur iura, in confirmationem nostri textus supra adducta, per novam decisionem textus in *dist. cap. ut debitus honor, vers. Non obstante:* In secundo verò casu, si causa rationalis gravaminis exprimat, vim appellationis missio Nuncij retinet; & ita obinet

suprà à nobis tradit a doctrina: notat Abbas in *dist. cap. de celi*; *Propositus in dist. cap. ut debetur honor*, à num. 18.

- 6 Quarta aduersus id, quod in primo dubio asseruimus: ex *dist. cap. meminimus*: n. impè itineris arreptionem post citationem non prodesse; ante citationem verò, privilegium subsistere, & Romam posse petere, nec iudicem procedere posse, uti constat ex *dist. c. meminimus, in fine, versicul. Quod si*; obstat textus in *cap. suggestum 15. de appellationibus*, ubi non tantum citatio sufficiens est ad impediendam effectum itineris arreptionis, verum sufficit notitia literarum, seu rescripti tantum, ut pars non possit Romam petere: Ergo non rectè diximus absolute ante citationem locum esse itineris arreptioni. Cui difficultati dicendum est, decisionem textus in *dist. c. meminimus*, declarari, & determinari per decisionem textus in *dist. c. suggestum*: nam etsi in *d. c. meminimus*, Alex. 3. expressisset, post citationem Romam peti non posse, id etiam statim ampliavit, in *d. c. suggestum*, decernens, idem obtinere post notitiam literarum: Et licet hi duo casus a iurarentur, in eo tamen differant, quod quando post notitiam literarum iter arripitur, distinguitur an fraudulenter fecit, etiam absque literarum notitia privilegium non conceditur, ut alterius iustitia lædatur *cap. ex tenore, de foro competentis*; si verò post citationem, generaliter, & indistinctè privilegium amittit, quominus conueniri possit: quia etsi dolus non insit, tamen culpa intercessit, cum potuerit procuratorem mittere, notat Decius in *dist. c. meminimus, à n. 10.* & sic iura illa non contrariantur.
- 7 Quintò solutioni obstat dicere, quod indistinctè post notitiam tantum dolus præsumitur, uti constat ex *dist. c. suggestum*, ibi: *Dolus post notitiam præsumitur*: ergo ante notitiam nunquam dolus præsumi potuit, Augeturque difficultas, ex *dist. c. meminimus*, versicul. *Quod si*; ex quo constat, quod si ante citationem iter arripitur, non est aliquatenus procedendum, ex quo sequitur ante citationem indistinctè privilegium vim retinere; cum *text.* ille generaliter præcisè loquatur, ac per consequens distinctio suprà adducta sustineri nequit. Cui difficultati satisfieri debet ex eo, quod distinctio illa interventionis doli, vel non, in *dist. c. suggestum*, recipit facultatem probandi dolus: nam quando post notitiam iter arripitur, semper dolus adest: at verò quando ante notitiam, non videtur dolus adesse, nisi per aduersarium probetur. Nec obstat *text. in d. c. meminimus*, versicul. *Aliquatenus*: quia textus ille intelligendus est, quando absque dolo iter arripitur; notat Decius in *dist. cap. meminimus*, num. 11. & 12. de *appellat.*
- 8 Sextò obstat dicere, inutilem esse novam hanc *nostri textus* decisionem cum ex decisione *text. in c. 1. de appellat.* sit constitutum, ea, quæ post appellationem facta sunt, attentatorum remedio reuocari. Cui dubitationi responderi oportet, textum in *dist. c. 5.* loqui de attentatis à iudice post appellationem factis: at verò *nostri textus* noviter fuit conditus contra attentata, & spoliata de facto extra iudicium: nam ea, quæ in iudicio attentata sunt, remedio *nostri textus* non debent reuocari, arg. *text. in dist. cap. audita, de restitutione spoliatorum*, notat Abbas in *presenti*, num. 6. Nec solutioni obstat dicere, quod tunc debuit competere Interdictum, *Unde vi*, de quo in *c. in literis, de restitutione spoliatorum*: quia *text. nostri* novum remedium producit, siquidem in Interdicto *Unde vi*, omnino probatio spoliationis desideratur: at verò intendendo remedium *nostri textus*, sufficit probare, quod tempore arrepti itineris rem possidebat, quæ nunc reperitur penes Tertium, notat Abbas in *presenti* n. 7. Cum hoc iungendus est ultimus numerus.
- 9 Septimò obstat dicere, quod Clericis non licet sine auctoritate Superioris peregrinari, seu Romam petere, *c. non oportet, de consecratione, dist. 5. c. magna, de voto*. Cui dubio occurrendum est; nam aut Clerici Romam

petunt causa meræ peregrinationis, veluti propter devotionem; vel causa appellationis prosequendæ, seu pro evitanda opprobrio: nam in primo casu, peregrinatio absque Superioris licentia non admittitur, & ita obtinent iura in argumento adducta: secus verò in secundo: de quo *nostri textus* loquitur, Abbas in *presenti*, num. finali.

Octavò obstat textus in *Lignorare, C. de restitutionibus militum*, ubi contra absentem causa Reipublicæ, saltem admissionem in possessionem ex primo decreto proceditur: Ergo multò minus ex itineris arreptione liberabitur quis, ut aduersus ipsum non procedatur. Qua in difficultate dicendum est, idè ibi missionem in possessionem admitti aduersus absentem; quia dolo malo causa Reipublicæ absit, & potuit procuratorem constituere, quem non constituit: sic Panorm. in *dist. cap. meminimus, de appellat. à num. 4.* Pro latiori huius *textus* extensione, huic congeri possunt plurima, ac difficilia iura, ex *titulo, quibus ex causis maiores*, circa eos, qui Reipublicæ causa absunt; & etiam de iure Possiminij; similiter etiam possunt adduci omnia ea iura, quæ suprà retulimus, in *cap. fin. de foro competentis*: videlicet, an Legatus durante legatione conueniri possit, quæ ibi petenda sunt: vide textum difficilem in *cap. bona memoria 3. de confirmatione vili, vel inutili*.

Ultimò obstat dicere, supervacuum esse nostri *textus* decisionem, ex eo, quia non solum arreptio itineris ad Romanam Sedem, verum etiam ad Metropolitanam, aut alium inferiorem Iudicem à Pontifice pro appellatione habetur, ita ut novata post illam, attentatorum remedio possint reuocari: nam cum appellatio de facto, legitima appellatio sit, qualis est arreptio itineris; nihil interest an ad Pontificem, vel ad inferiores deferatur, notat Hostiensis in *c. dilecti, de appellatione*. Abbas, ibi, num. 7. in *fine*. Pro cuius dubij resolutione supponendum est, per nostri *textus* decisionem peregrinantibus ad Romanam Sedem duo privilegia concessa fuisse; Primum est, ut appellasse videantur; Secundum, ut sint sub iurisdictione, & protectione Pontificis, quoad omnes causas: quapropter in *Bulla Cane Domini* excommunicantur, qui illis aliqua ratione inferunt gravamen, aut iniuriam, aut bona eorum invadunt: unde licet primum privilegium commune sit illis, qui ut appellent, ad inferiores Pontifice iter ceperunt: secundum tamen peculiare est iis, qui ad Sedem Romanam vadunt.

AD TITVL. XXX. DE confirmatione utili, vel inutili.

Ad textum in cap. 1. cap. De confirmationibus 2. cap. Bonæ 3.
hoc titulo.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iudex inferior non potest cognoscere de confirmatione Summi Pontificis, nec illam interpretari, nisi sit facta de re litigiosa, vel subreptitia.
- 2 Rescriptum Pontifici vera constitutio dicitur. Confirmatio facta de re litigiosa, nulla in iure præsumitur; ac idè eius cognitio etiam inferioribus competit.
- 3 Interpretatio legis alia est necessaria, generalis, & scripta: alia verò non necessaria, & generalis, sed non scripta: prima Principi tantum reservata est, secunda verò inferioribus etiam competit.
- 4 Expenditur textus in capit. illa, ne sede vacante cap.

capite quia diversitatem, de concessione præbenda.

5 *Confirmatio facta de re litigiosa, nulla rei litigiosa mentione facta, nullius est momenti.*

Interpretatur text. in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6.

6 *Pontifex cum imponit manus in aliqua, tunc inferior iudex, etsi nulla sit Pontificis provisio, illam examinare non debet. Intellige ut ibi.*

7 *Cognitio privilegij, etiam si dubium sit, ad solum Pontificem spectat.*

Privilegium, vel est activum, vel est passivum.

8 *Exponatur text. in c. postmodum 7. de privilegiis.*

9 *Illustratur in c. 1. in fin. de rescript.*

10 *Privilegium dubium consuetudine interpretari potest, cum adest consuetudo, nec Pontificem adire necesse est.*

11 *Possidere pacifice quis dicitur, quoties in possessione rei non turbatur, licet in eius proprietate turbetur.*

Interpretatur text. in c. 1. de confirmatione utili, vel inutili, vers. Sed si rem.

CONCLUSIO.

IUDEX inferior non potest cognoscere de confirmatione Summi Pontificis, nec illam interpretari, nisi sit facta de re litigiosa, vel surreptitia. Consonat textus in cap. præceptis, 12. dicitur in cap. postquam 3. c. cum in cunctis 7. §. cum verò, cap. transmissam 15. cap. qualiter 17. cap. ubi est 44. de electione, cap. ex parte, de constitutionibus cap. 2. de rescriptis, cap. quoniam Abbas, cap. pastoralis, §. præterea, de officio delegati, cap. ex literis 3. c. accipimus 4. c. inter dilectos 6. de fide instrumentorum, cap. cum simuladum de præsentibus, c. super eo, c. licet, de crimine falsi, c. oim, c. ex parte, de verborum significatione, c. avaritia, cap. fin. de electione lib. 6. leg. Aurelius, §. testamento, de liberali; casu, l. si quis priore, ff. ad Trebellianum, l. 3. §. missum, ff. de Carboniano editio: exornant Covat, in practica, c. 15. n. 6. Menoch de arbitrariis, casu 202. & consil. 75. n. 32. 191. n. 46. & consil. 351. num. 19. & consil. 378. num. 39. Gurtier lib. 3. practicum, quæst. 17. num. 4. & quæst. 23. num. 6. Mascareus de probationibus, conclus. 404. Cardinalis Thufcus, tom. 2. lit. C. & consil. 705. & 708. Molina de primogenijs, lib. 2. cap. 7. num. 9. Mascardus de probationibus, concl. 22. Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria, gloss. 45. §. 1. n. 76. Garcia de beneficijs, 3. p. c. 2. n. 125. cum sequentibus, Gaillius lib. 1. observat. observatione 3. num. 3. Cuiac. in cap. 2. sic sede vacante.

Ratio quoad primam conclusionis partem, ea est: quia cum rescriptum Pontificis, vera sit constitutio, l. 1. ff. de constitutionibus principum, §. sed quod Principi, Instans. de iure naturali: cumque de constitutione, nulli liceat iudicare, cap. in istis, 4. distinctionem, ita similiter de rescripto confirmatorio nullus cognoscere poterit, nec etiam illud interpretari, dicit. cap. oim, cap. ex parte, de verborum significatione, cum solus legum Interpreter sit, qui illi auctoritatem præstat, cap. inter alia, §. ut igitur, de sententia excommunicationis, leg. leges sacratissima, leg. penult. & fin. Codic. de legibus. Ratio verò limitationis nostræ conclusionis, nempe nisi de re litigiosa, vel surreptitia confirmatio facta sit, ea est, quia confirmatio illa nulla est, sicut & privilegium; cap. causam, qua: el segundo, de testibus, iuncta Glossa verbo, noviter, capite primo, & fin. ut lice pendente; & Gloss. 1. in presenti; merito ea confirmatione non obstante, Iudex inferior cognoscere poterit. Idemque est quando confirmatio est surreptitia, cum nullus roboris, vel momenti sit; cap. ad aures 8. cap. super literis 20. cap. ad Audientiam 31. de rescriptis; merito etiam Iudex de ea cognoscere, & iudicare poterit, cap. inter dilectos, de fide instrumentorum super eo, c. licet, de crimine falsi, siquidem actus nullus nullum producit effectum, l. 4. §. condemnatum, de re iudicata.

Primò obstat dicere, quod quoties à lege aliquid unum, vel alterum introductum est, cætera à Iudice interpretari, vel suppleri poterunt, juxta text. in l. nam ut 13. ff. de legibus. Augeturque difficultas ex eo, quia inferiori licet legem superioris interpretari, juxta text. in c. 1. de postulatione Prælatorum: ergo etiam Iudex inferior poterit de confirmatione Pontificis cognoscere. Pro cuius dubij resolutione annotandum est, quod interpretatio alia est necessaria, generalis, & scripta; qualis est illa, quam Princeps facit, l. fin. C. de legibus, c. inter alia, de sententia excommunicationis; alia est generalis, & necessaria, sed non scripta: veluti consuetudo, quæ dicitur optima legum interpret, c. consuetudo, 1. dist. l. minime, l. si de interpretatione, ff. de legibus: Tercia verò est necessaria, & scripta, non tamen generalis: veluti quæ fit per Iudicem, qui de similibus ad similia procedit, l. non possunt, l. nam ut ait, ff. de legibus: quarta est Magistrorum quæ nec generalis, nec obligatoria est, nisi sit communis, l. 1. C. de professoribus lib. 12. l. 1. ff. si certum petatur, c. Ecclesia vestra, de electione, c. novimus, de verb. signif. l. 1. ff. de Senatoribus, l. 1. ff. de officio quæstorum: quo iur.posito, ad argumentum respondetur, quod interpretatio, qua Iudici conceditur, in d. l. nam, ut ait, ff. de legibus, est illa, quæ est conformis legi, d. l. non possunt, ff. de legibus, nec, ff. eodem; non tamen illis permittitur interpretatio, quæ est contra naturam actus, cum hæc solummodo ab ipso Principe, vel de ejus mandato fieri possit, uti est illa, de qua text. noster loquitur, & in ea procedit text. in c. 1. de postulatione Prælatorum, ibi, Legatus auctoritate Pontificia interpretatio, em illam fecit.

Secundò obstat text. in c. illa, ne sede vacante, c. quia diversitatem de concessione præbenda: in quibus iuribus cavetur, quod confirmatio Principis nunquam impedit inferioris cognitionem, maxime si sit facta in forma communi. In quorum iurium difficultate, ommissa communi interpretatione asserentium, text. nostram tantum loqui in confirmatione, ex certa scientia: at verò prædicta iura, in confirmatione in forma communi: quam sequitur Abbas in presenti, n. 3. & 8. l. mol. n. 1. Hollien, in summa, hoc tit. §. quis sit effectus: ego indistinctè dicendum puto, nempe nostri text. decisionem in utraque locum obtinet: & movetur ex ipsius verbis, ibi: Nisi sit surreptitia, vel de re litigiosa, quæ exceptio firmat regulam in contrarium; l. nam quod liquide, §. fin. de penu legata. Nec obstat, d. c. illa, d. c. quia diversitatem: quia iura illa procedunt in cognitione ex mandato Pontificis, non obstante confirmatione in forma communi.

Tertiò adversus nostri text. limitationem obstat dicere; quod etiam si confirmatio, seu privilegium de re litigiosa sit datum, non est ipso iure nullum; imò tantum vitiat, quoad impediendam litem, in cæteris autem valet, & tenet; juxta text. in c. si eo tempore, de rescriptis, lib. 6. sed quando confirmatio valet, Iudex inferior non cognoscit, juxta text. in c. 2. hoc tit. ergo nec etiam poterit cognoscere de confirmatione rei litigiosæ, cum in toto iure valet. In qua quidem difficultate, ommissa Decij sententia in presenti, n. 1. asserentis, confirmationem rei litigiosæ non valet tantum in præiudicium litispendentia, valet tamen quoad alios casus in ea comprehensos; verius dicendum esse existimo, confirmationem rei litigiosæ non habita mentione de litigio, esse ipso iure nullam; ut docet text. in c. ad nostram, c. parrecta, hoc nostro tit. a. sedes, c. ad audientiam, 1. de rescriptis. Nec obstat text. in d. c. si eo tempore: quia idem ibi confirmatio, seu rescriptum pro parte valet, quia literæ fuerant impetratæ sine mentione ætatis ad beneficium, cum cura, vel sine cura, ex simplicitate & ignorantia, quo in casu surreptio solum vitiat id cuius causa fuit, non aliud; juxta text. in d. c. cap. super literis 2. notat Barol. in presenti, n. 3. Abbas in presenti, notabili 1.

Quartò obstat dicere, quod quando Pontifex imponit manus in re aliqua, Iudex inferior, etiam si nulla sit provisio, illam examinare non poterit, iuxta textum in c. nomen Presbyteri, 2. q. 1. cap. multum stupeo, 3. quæstion. 6. cap. licet, de officio Legati, cap. ut nostrum 36. de appellacionib.

appellationib. latè Innocentius in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum: Ergo etiam si nulla confirmatio, inferior de illa cognoscere non valet. Cui difficultati satisfieri debet ex eo, quod quamvis fateamur, quod quotiescunque Pontifex imponit manum in re aliqua, inferior de illa non possit cognoscere: Id tamen non procedit, quando inferior cognoscit non de re ipsa, sed de surreptione confirmationis, seu privilegij, vel rescripti: nam tunc cognitio, illa inferiori non prohibetur; iuxta textum in cap. 2. hoc titul. Gloss. in presenti: Abbas, & Beroius, n. 17. & 32. Quod aded verum est, ut quoad hanc partem, nulla sit constituenda differentia inter rescripta, & confirmationes ex certa scientia: quia semper Iudex inferior de surreptione cognoscit, ita constat ex generali nostræ textum de cisione.

7 Quinto obstat textus in cap. cum venissent 12. de iudiciis, ubi generaliter disponitur, quod cum de privilegio Pontificis dubitatur, ad ipsum tantum spectat cognitio: Ergo similiter cum de confirmatione privilegij agitur, sive sit surreptitia, sive de re litigiosa, inferior de ea non poterit cognoscere. Qua in difficultate, omiſſa Decij interpretatione, ibi; & aliorum asserentium, textum illum esse intelligendum de privilegio passivo, hoc est, concessio ipsi Sedi Apostolicæ, verius tamen dicendum est, intelligendum esse de activo: videlicet, de dato, & concessio ab ipsa Sede Apostolica, de quo si dubium in eo existit, illius privilegij interpretatio solummodo privative ad Romanam Sedem spectat, cap. aliorum 14. 9. quæst. 3. cap. cum inferior 16. de maiestate, & obedientia; cum legum interpretatio solum spectet ad Principem, qui eas condidit, l. leges 9. & l. fin. Cod. de legibus: quod etiam procedit in privilegiis, quæ privata leges proprie nuncupantur, cap. privilegia 3. distict. quæ ratio omnino cessat, cum privilegium surreptitium, vel de re litigiosa est; de quo non est textus loquitur.

8 Sexto, solutioni obstat textus in cap. porro 7. de privilegiis, ubi Iudex ordinarius potest cognoscere de causa mora super privilegio Apostolico. Cui difficultati dicendum est, textum in dict. cap. porro, procedere, quando privilegium nulla indigeat interpretatione ex eo, quod eius verba sunt manifesta; tunc enim ordinarius rectè poterit de eo iudicare ex eius inspectione, iuxta textum in cap. accepimus 4. de fide instrumentorum: at verò textum in dict. cap. cum venissent, loqui, cum verba ipsius privilegij aded sunt dubia, ut ex illis non possit constare de voluntate Pontificis; notat Gloss. in dict. cap. cum venissent, ubi Doctor omnes.

9 Septimo his omnibus obstat textus in cap. 2. in fine, de rescriptis, ex quo constat, quod dum opponitur falsitas contra rescriptum, tunc Iudex inferior debet remittere impetranter ad summum Pontificem. Cui difficultati dicendum est, remissionem ibi non fuisse factam, ut Pontifex de falsitate ipsa cognosceret, de qua iam inferior Iudex cognoverat; sed remissionem tantum fuit facta ad hoc, ut qui falsitatem commisit, per Sedem Apostolicam pœnis legitimis puniretur, siquidem ad ipsam spectat falsarios punire in rebus ad se pertinentibus, cap. memoria 3. §. 1. 19. distict. cap. ad falsarios 7. de crimine falsi: & quod ipsa rescripti falsitas ad delegatum spectat, docet textus in cap. super literis 10. de rescriptis.

10 Octavo obstat textus in cap. cum persona 7. §. quod si tales, de privilegiis, lib. 6. cap. cum venissent 6. de institutionibus, l. ex facto 43. in princip. vers. verum voluntatem, ff. de vulgari; in quibus iuribus constat, quod quoties dubium est aliquod privilegium, tunc potius recurrendum est ad usum, & consuetudinem illius, quam ad petendam Superioris declarationem. Cui dubio dicendum est, quod quando adest consuetudo interpretativa privilegij, tunc verum est, non esse necesse ad Pontificem recurrere; quo modo intelligenda sunt iura in argumento adducta, & supra diximus in

solutione ad primum: at verò textus in dict. cap. cum venissent, de iudiciis, procedit, quando rescriptum aded est dubium, ut absque Pontificis declaratione, de eius mente constare non possit: disputat latè Felicianus de la Vega in dict. cap. cum venissent, de iudiciis, a num. 42. & seqq.

Nono adversus textum in cap. 1. hoc nostro titulo, vers. Si rem, obstat dicere, quod quoties aliquis in possessione rei non turbatur, licet in proprietate turbetur, non minus dicitur pacificè possidere, cap. licet causam, de probationibus, Authentica, litigiosa ver. Cod. de litigiosis, Gloss. in cap. 2. de in integrum restitutione: cuius rei ea est ratio, quia nihil commune habet proprietas cum possessione, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione; ergo dati potest confirmatio rei pacificè possessæ, simul & litigiosæ, quod omnino negat textus noster in secunda parte, d. ver. lic. Sed si rem. Cuius dubij solutio pendet ex illa lata questione, an questio mora super proprietate faciat rem litigiosam, nec ne? In qua verius dicendum est, questionem motam super rei proprietate tantum, etiam super possessione litigiosam rem efficere, docent omnes in dict. vers. Si rem, ponderando dictionem illam adversativam, Sed, quæ cum primo illius textus responso interpretari debet, docet etiam Gloss. verbo, pacificam, in cap. 1. de electione, libro sexto, & argumeto pro contraria opinione, respondit Beroius in presenti, num. 1. Decius a num. 32. cum sequentiis, & in 42. a num. 50.

Ad textum in cap. Cum dilecta cum sequentibus, hoc titulo.

S V M M A R I U M.

- 1 Privilegij innovatio, sicuti & confirmatio, novum ius non tribuit, sed solum antiquum conservat.
- 2 Confirmatio est iuru quasi corroboratio.
- 3 Confirmatio si super actu invalido fiat, actus nihilominus invalidus remanet, cum nihil de novo tribuat, sed iam quascumque roborare videatur.
- 4 Privilegij innovatio, vel est ipsius gratia in instrumento contenta, vel est instrumenti tantum: in primo casu si innovatio gratis fiat, aliquid addere videtur ius novum continere necesse est; in secundo vero cum innovatio instrumenti tantum fit, ut puta, quia omnia vetustate est consumptum, tunc ex sola eius innovatione, nullum ius de novo tribuitur.
- 5 Expenditur textus in leg. dies 4. digestis, de damno infecto.
- 6 Confirmatio dupliciter potest accipi, proprie, vel improprie: proprie accipitur, quando actui de se valido accedit, cui nihil de novo additur, sed tantum tribuitur ipsius validitati prestat: improprie vero pro approbatione actus invalidi factus ab inferiore, & a superiore comprobatus.
- 7 Interpretatur textus in l. adoptio 38. ff. de adoptionibus, l. 1. ff. de confirmando tutore.
- 8 Confirmatio fit dupliciter, vel in forma communi, vel ex certa scientia: hæc alteram nullam validam reddit; illa vero nihil detrahunt, vel addit. Intellige, ut ibi.
- 9 Expenditur textus in cap. 1. 2. & cap. examinata 7. de confirmatione utili, vel inutili.
- 10 Interpretatur textus in capit. venerabilis 8. de confirmatione utili, vel inutili, cap. illa, ne sede vacante.
- 11 Illustratur textus in cap. veniens 8. de transactionibus.
- 12 Exponitur textus in cap. fin. de for. com. & for. lit. & for. iud.
- 13 Refertur textus in cap. apostolica 22. de Præbendis, lib. 6.

Intelligitur text. in cap. quia diversitatem, de concessione Præbendæ.

CONCLUSIO.

Invenio privilegij, sicut & confirmatio, novum ius non tribuit, sed solum antiquum conservat. Consonat textus in cap. ex parte 13. cap. quia intentionis, de privilegiis, cap. preceptis, 12. distinctione, cap. inter dilectos, versic. ceterum, de fide instrumentorum, cap. quia diversitatem 5. de concessione præbendæ, cap. ex parte 13. ut verborum significatione, cap. cum in cunctis 7. §. cum vero, cap. quæritur 13. cap. nihil est 44. de electione, cap. paritatis, cap. fin. eodem titulo, lib. 6. cum iamandum, de præbendis, cap. super eo, cap. licet, de crimine falsi, cap. Pastoralis, §. præterea, de officio delegati: exornant Covarruvias in practico, cap. 15. num. 6. Menochius de arbitrariis, casu 202. Idem consil. 191. num. 96. Gutierrez in practico, lib. 3. quæstion. 17. num. 40. Malcardus de probationibus conclusione 44. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 7. num. 4. Gonzalez ad regulam Cancellaria, glos. 45. §. 1. a num. 56. Suarez de legibus, lib. 8. cap. 20. per totum.

Ratio est, quia superior qui privilegium aliquod ignorat, seu aliquam rem confirmat, non habet in mente aliquid de novo constituere, sed tantummodo ius prius quæsitum corroborare; constat namque ex recepta Confirmationis definitione, quod sit iuris quæsitæ corroboratio, ut post Hostiensem, & alios antiquiores explicat Decius in rubrica huius tituli, a num. 2, & Beronius a num. 3. Cardinalis Tuscus tom. 2. litera C. conclus. 705. unde est, quod si confirmatio super actu invalido fiat, actus nihilominus invalidus remaneat; cum nil roboris ei per eam adiciatur; sed tantum antiquum, si quod habebat, corroboraretur: natura namque innovationis, seu confirmationis non est aliquid de novo tribuere, sed quod iam tributum est corroborare.

Primo obstat dicere, innovationem ex ipsius nominis proprietate, novam concessionem, & actus extincti redintegrationem importare; ut per textum in l. dies 4. in principio, ff. de damno infecto, ubi Scriben-tes omnes communiter notant, referentes renovationem ad id, quod iam finitum est, iuxta leg. sed etsi manente, in fine, ff. de precario. Pro cuius dubij resolutione sciendum est, privilegium aliquando accipi pro charta, seu instrumento, in quo gratia ipsa, aut concessio Principis continetur; aliquando verò pro ipsa concessione, seu gratia in instrumento contenta: unde est, quod si innovatio privilegij sumatur pro innovatione ipsius gratiæ, seu privilegij, quatenus importat formalem ipsam concessionem, tunc aliquod ius novum in ea contineri necesse est: si verò sumitur pro innovatione solius chartæ, seu instrumenti, quia vel nimia vetustate consumptum sit, ut in nostro textu; vel quia est perditum, iuxta textum in cap. cum olim 12. de privilegiis, tunc certum est talem innovationem nil iuris de novo tribuere, ut in presenti, & in dict. cap. ex parte, cap. quia intentionis, de privilegiis: quia in ea concessione, seu innovatione, nil aliud contineri potest, quam quod in charta veteri continebatur, ex notatis in capite ultimo, de fide instrumentorum, & adductis à Malcardo conclusione 711. numero decimo septimo, & 18.

Secundò obstat textus in cap. adoptio 38. de adoptionibus, leg. 1. ff. de confirmacione, leg. 1. 2. & 3. Cod. eodem, in quibus iuribus cavetur, quod confirmatio sæpè cadit in actu invalido, & illud facit validum: ergo non rectè diximus, ius de novo non tribuere. Cui difficultati dicendum est, confirmationem bifariam accipi, aut propriè, aut impropiè: impropiè accipitur pro approbatione actus invalidi, facti ab inferiore, & à superioribus approbati, ut accipitur in cap. 1. de treuga, & pax, cap. 1. de locato; quod magis propriè dispensatio, seu nova datio, quam confirmatio

dicitur, quo modo obtinent iura in argumento adducta: quod confirmatur ex decisione textus in cap. quia, de electione, in illis verbis, dispensativè volumus confirmare, ubi verbum illud confirmare, pro dispensare, accipitur; sic etiam sumitur in Authentica, de defensoribus civitatum, §. insurandum, collatione 3. Propriè autem sumitur confirmatio, quando alicui actui per se valido accedit, cui nihil de novo adicit, sed tantum robor ipsius validitati præstat, ideoque rectè, propriè sumpta, dicitur, iuris prius quæsitæ corroboratio, notat post alios Matienzo in l. 3. tit. 10. glos. 17. libr. 3. Recopilat.

Tertiò obstat textus in cap. 1. & 2. hoc nostro titulo, in quibus iuribus cavetur, quod postquam Summus Pontifex privilegium, aut rem aliam confirmat, nullus inferior de ea cognoscere, aut iudicare potest: ergo per confirmationem aliquid de novo adquisitum rei confirmatæ. Pro cuius difficultatis solutione animadvertendum est, confirmationem dupliciter fieri: vel enim fit in forma communi, vel ex certa scientia: in forma communi dicitur fieri, quando Pontifex non bene instructus de negotio, contractum confirmat; seu privilegium, vel collationem Beneficij, provt antea iuste, & pacifice possidebatur, ut docet Pontifex in dict. cap. quia diversitatem, de concessione præbendæ, dicitur autem, ex certa scientia, quando fit cum perfecta notitia ipsius negotij, veluti quando tenor totius privilegij, aut instrumenti, in ipsa confirmatione inferitur, qua admittit confirmationis differentiam, tanquam receptissima, sciendum est, quod ea quæ fit in forma communi, non reddit actum validum, sed illud confirmat provt antea erat, & in eodem robore, & statu illum relinquit, ut in dict. cap. quia diversitatem; quomodo etiam est interpretandus textus in cap. dudum 39. de decimis: & ita etiam nostra conclusio intelligi debet; & textus in cap. examinata 7. hoc nostro titulo, ubi Papa confirmavit arbitrium, sicut providè latum fuerat, quæ est forma confirmationis in forma communi, & nihilominus irritari potuit confirmatio: quia apparuit nullum fuisse arbitrium pronunciatum; confirmatio verò ex certa scientia, actum nullum confirmat, eique novum robor; & validitatem tribuit; quomodo procedit textus in cap. 1. de transactionibus, & de hac confirmatione intelligendi sunt textus in dicto capite primo, & secundo, hoc titulo, Suarez in dict. capite decimo octavo, num. 10.

Quartò solutioni obstat textus in cap. venerabilis 8. hoc nostro titulo, in cuius specie confirmatio facta fuit à Pontifice sub illa clausula conditionali, scilicet, sicut providè facta est: quæ quidem, ut ex dict. cap. examinata, diximus confirmationem in forma communi factam denotat: & nihilominus confirmationem ipsam validam esse, docet Pontifex; & similiter compositionem, de qua in illo textu adimpleri mandat: ergo etiam si sit sub clausula illa conditionali, ac per consequens in forma communi, aliquod robor habet. Cui difficultati occurrendum est ex eo, quod quamvis prædicta verba in illa clausula conditionem inducere videantur, ut in dict. cap. examinata, inducunt: tamen in dict. cap. venerabilis, intelligenda sunt, casu quo Pontifex de compositione cognovit, & vidit ea, quæ confirmabat: nam licet verba illa ponantur tanquam in forma communi, non tamen ibi intelligenda sunt conditionaliter, sed causativè; ita ut sensus sit, sicut sine pravitate facta fuit compositio, id est, quia sine pravitate, quo casu confirmatio ex certa scientia fuit facta, & ided ei robor præstitit; notat Glossa in dict. cap. venerabilis 8. verb. sicut sine pravitate, ubi Doctores omnes, & secundum hanc doctrinam venit interpretandus textus in cap. illa, ne sede vacante, in cuius specie duas confirmationes à Pontifice factas fuisse proponitur, alteram de concessione præbendæ ab Archiepiscopo facta, quæ quidem ided valuit, quia ex certa scientia Pontifex electum confirmavit, ac per consequens plenum ius consecutus fuit: at verò electus à

Capitulo, in forma tantum communi fuit confirmatus, idēque illius confirmatio nulla fuit: quia cum super actu invalido facta fuisset, nullum præstitit robur, iuxta *suprà dicta*.

7 Quinto obstat text. in cap. *veniens 8. de transactionibus*, vbi constat, transactionem personalem, accedente confirmatione, realem effici; ita vt non solum ipsum transigentem, sed & successores ipsius illam observare teneantur, ac per consequens dicendum videtur, confirmationem aliquod novum ius tribuere. Quia in difficultate omnia aliquorum interpretatione asserentium, confirmationem *ibi*, ex certa scientia fuisse factam, verissime dicendum est, quod in specie illius textus transactio ab initio non fuit personalis, sed realis, etiam in successores transitura; sed cum Sacerdos transigens non potuisset successorem obligare, absque consensu Episcopi, iuxta text. in cap. *de cetero, eiusdem tituli*, merito postquam Episcopus consensit, opus fuit confirmatione Pontificis, vt transactio corroboraretur, & vt successor adstrictus maneret, ac si iam ei ab initio auctoritas Prælati intervenisset; iuxta text. in c. *2. eiusdem tituli*, notat Dec. in d. *c. venerabilis hoc tit. num. 6.* Barb. in *presenti. à num. 27.*

8 Sexto obstat text. in cap. *finali, de sortilegijs*, vbi electio per sortes facta, quæ quidem nulla est, confirmata fuit à Pontifice, & per gratiam confirmationis corroborata; ergo confirmatio actum invalidum, facit, & ius de novo adducit. Verum huic difficultati dicendum est, prædictam decisionem intelligendam esse de confirmatione *ex certa scientia*, constat namque *ibi* Pontificem scivisse factam fuisse electionem per sortes; quod prohibitum antea sciebat, & exinde ipse fieri omnino prohibuit; quare cum certò constet confirmationem *ibi* ex certa scientia factam fuisse, mirum non est, quod per eam electio irrita, rata maneat. Obiter tamen annotandum est, necessarium fuisse, scire confirmationem *ex certa scientia* factam fuisse: nam aliàs quoties confirmatio à lege, vel statuto fit, in dubio præsumitur facta *in forma communi*: nam verbum, *confirmamus*, simpliciter

prolatum, non dicitur importare confirmationem *ex certa scientia*, sed *in forma communi*; ita Decius in c. *examinata 7. hoc tit. n. 14.*

Septimo huic doctrinæ obstat textus in c. *si Apostolica 21. de præbendis, lib. 6.* vbi simplex confirmatio Pontificis proponitur, & tamen ex decisione constat factam fuisse *ex certa scientia*. Cui difficultati dicendum est, quod etsi in prædicta specie, verbum, *Confirmamus*, absolute positum maneat, tamen ex antecedentibus constat, voluisse Pontificem confirmare *ex certa scientia*, vt denotant verba illa, *de his facta narratione, &c.* Ac idem non potest dici dubium fuisse, an *in forma communi*, an vero *ex certa scientia* Pontifex confirmare voluisset; Decius in *rubrica huius tituli, in fine.*

Ultimo solutioni huic obstat sequens consideratio deducta, ex dict. *ap. quia diversitatem, de concessione præbende*; vbi constat confirmationem, de qua *ibi*, ex eo videtur factam fuisse *in forma communi*: quia fuit decreta sub ea forma videlicet, *sicut iuste, & pacifice possidentur*; quasi diceret, quod non simpliciter, abque illa restrictione confirmatio facta fuisset, et certa scientia factam videri. Cui difficultati dicendum est, quod licet confirmatio facta conditionaliter, provt *ibi* notatur, facta sit *in forma communi*, non tamen negatur, quin etiam si facta fuisset simpliciter idem esset dicendum. Præterea quia *ibi* non dicitur, confirmationem factam fuisse conditionaliter, imò potius *ibi* confirmatio simpliciter facta videtur, & talis confirmatio simpliciter facta, quæ confirmat possessiones, seu præbendas, sicut iuste possidentur, interpretatur factam fuisse *in forma communi*: quia vt diximus, quoties confirmatio in dubio est, *in forma communi* facta censetur; ita Decius in *d. rubrica huius tituli, n. 17.* Et cum his, nostrum hoc Opus absolvitur, vtinam ad vestram, auditores optimi, utilitatem, & quod magis precor, ad laudem sanctissimæ Trinitatis, nec non interemeratæ Deiparæ Mariæ; & quidquid dixero, Sanctæ Matris Ecclesiæ censuræ subiicio cuius veram, & Catholicam fidem ynetor & amplector.

